✠
BIBLIOTECA
DEL REAL MONASTERIO
DE HUERTA.
Núm. 338.

Ustante 36
Fundacion 3.ª
Vol 5.ª

Est 73
Signt.ª Top.ª
Est. 73
Tab. 7
Núm. 14

Rº 1773.

TRACTATVS

# DE PRIVILEGIIS PAVPERVM, ET MISERABILIVM PERSONARVM.

PARS PRIMA

IN ELECTIONIBVS, IN CONTRACTIBVS, IVDICIISQVE CIVILIBVS PRÆCIPVE PRIVILEGIA QVÆSTIONVM SERIE CONTINENS.

*NON MODO IVRIS STVDIOSIS, ET IN foro verſantibus opus neceſſarium, & vtile; ſed bonarum literarum ſectatoribus pulcrum, variaque lectione refertum.*

EXCELLENTISSIMO DOMINO D. GASPARI DE GVZMAN, COMITI DE OLIVARES, DVCI DE SANLVCAR, ETC. DICATVM.

*AVTHORE LICENTIATO GABRIELE ALVAREZ DE VELASCO, Regiæ Vallisoletanæ Cancellariæ cauſarum Patrono.*

Anno 1630.

CVM PRIVILEGIO.

MATRITI, Apud viduam Ildephonſi Martin.

*Expenſis Dominici Gonçalez, Bibliopolæ.*

TRACTATVS

# DE PRIVILEGIIS PAVPERVM, ET MISERABILIVM PERSONARVM.

PARS PRIMA

IN ELECTIONIBVS, IN CONTRACTIBVS, IVDICIISQVE CIVILIBVS TRACTANTVR PRIVILEGIA QVÆSTIONVM SERIE CONTINENS.

*Textus iuris Ciuilis, Canonici, Concilii Tridentini, Declarationum Cardinalium, & Regii iuris, qui in hac prima parte interpretantur, in indice verbo Intellectus repositi sunt.*

EXCELLENTISSIMO DOMINO D. CASPARI DE BVZMAN, COMITI DE OLIVARES, &c. DICATVM.

AVTHORE LICENTIATO GABRIELE ALVAREZ DE PAREDES,

CVM PRIVILEGIO.

MATRITI, Apud viduam Ildephonsi Martin.

Anno 1670.

# TASSA.

YO don Fernando de Vallejo, Secretario del Rey nuestro señor, y su Escriuano de Camara mas antiguo del Consejo certifico, que auiendose visto por los señores del vn libro que compuso el Licenciado Gabriel Aluarez de Velasco, intitulado de *Priuilegiis Pauperum*, que con licencia, y priuilegio fue impresso, le tassaron a quatro marauedis cada pliego, el qual tiene ciento y quarenta y dos pliegos con principios y tablas, que al dicho precio suma y monta cada volumen en papel quinientos y sesenta y ocho marauedis, y a este precio mandaron que se venda, y no a mas, y que esta tassa se ponga al principio de cada volumen del dicho libro, para que se sepa, y entienda lo que por el se ha de pedir, y lleuar, sin que se exceda de la dicha cantidad, como por el dicho decreto original mas largo consta, y parece, q̃ està, y queda en mi poder a que me refiero; y para que dello conste de mandamiento de los dichos señores del Consejo, y pedimiento de la parte del dicho Licenciado Gabriel Aluarez de Velasco doy esta certificacion, en Madrid a diez y ocho de Abril de mil y seiscientos y treinta años.

*Don Fernando de Vallejo.*

---

## *ERRATA HVIVS PRIMÆ PARTIS sic emendanda.*

FOl. 1. num. 3. lin. 3. notanter, lege notante. fol. 3. num. 20. lin. 5 verb. Virgines, supple, in §. Mulieres, D. de legat. 3. fol. 5. b. num. 43. sufficiens, lege sufficientem, fol. 6. num. 5. lin. 6. Episcop. lege Episcopus, fol. 7. nu. 10. lin. 12. & cens. lib. 1. lege lib. 11. fol. 8. nu. 31. lin. 6. facier, lege faciat. fol. 10. nu. 51. condudit, lege concludit. fol. 12. num. 75. lin. 6. dicans, lege dicens. fol. 14. num. 111. Nel, lege Nec. fol. 22. b. nu. 8. deotat, lege denotat. fol. 24. num. 26. lin. 7. conclu. 267. lege consil. fol. 25. num. 33. lin. 9. Petr. Benint. lege Benint. fol. 26. b. n. 7. tribuetur, lege tribuitur. fol. 28. n. 5. in fin. Magistratib. lege Magistratuum. fol. 29. nu. 23. in fin. firmat, lege firmans. fol. 31. b. num. 54. lin. 19. liq. 6. lege lib. 6. fol. 37. lin. 1. iudicidus, lege iudicibus. fol. 139. num. 20. lin. 3. dilaniendos, lege dilaniandos. fol. 159. num. 20. lin. 13. limita, lege militat. fol. 164. num. 19. lin. 2. ditat, lege dicat. fol. 165. num. 32. lin. 4. segundo, lege secundo. fol. 167. b. num. 59. ad fin. lin. pen. adducto, lege adducti. fol. 174. num. 7. lin. 16. præcticari, lege practicari.

Liber hic nomine inscriptus, de Priuilegiis Pauperum, correspondet suo exemplari, demptis his mendis. Datum Matriti die decimatertia mensis Aprilis, anni 1630.

*Licentiatus Murcia de la Llana.*

# EL REY.

POR quanto por parte de vos el Licenciado Gabriel Albarez, Abogado de la nueſtra Chancilleria de la Ciudad de Valladolid, nos fue fecha relacion auiades compueſto vn libro de la facultad de Canones y Leyes, cuya materia y titulo era de *Priuilegiis Pauperum, & miſerabilium perſonarum*, en que auiades pueſto mucho trabajo, y gaſtado mucho tiempo; y Nos ſuplicaſtis os mandaſſemos dar licencia para le poder imprimir, y priuilegio por veinte años, ò como la nueſtra merced fueſſe: lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, por quanto en el dicho libro ſe hizo la diligencia que la prematica por Nos ſobre ello fecha diſpone, fue acordado, que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula en la dicha razon, y Nos tuuimoslò por bien: Por lo qual os damos licencia y facultad para que por tiempo y eſpacio de diez años primeros ſiguientes, que corran, y ſe cuenten deſde el dia de la data della en adelante, vos, ò la perſona que vueſtro poder huuiere, y no otra alguna, podais imprimir y vender el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion por el original, que en el nueſtro Conſejo ſe vio, que và rubricado, y firmado al fin de don Fernando de Vallejo nueſtro Secretario, y Eſcriuano de Camara de los que en el nueſtro Conſejo reſiden: con que antes que ſe venda le traygais ante ellos juntamente con el dicho original, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſtà conforme a el, ò traygais fee en publica forma, como por Corrector por Nos nombrado ſe vio, y corrigio la dicha impreſsion por el dicho original. Y mandamos al Impreſſor, que anſi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas de vn ſolo libro con el original al Autor ò perſona a cuya coſta lo imprimiere, y no a otra alguna, para efecto de la dicha correcciõ y taſſa, haſta que primero el dicho libro eſtè corregido y taſſado por los del nueſtro Conſejo: y eſtando anſi hecho, y no de otra manera pueda imprimir el dicho libro, y el dicho principio, y en el ſeguidamente ponga eſta nueſtra cedula, y licencia, y la aprouacion, taſſa, y erratas, ſo pena de caer, è incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica, y leyes deſtos nueſtros Reynos que cerca dello diſponen. Y mandamos, que durante el dicho tiempo perſona alguna ſin vueſtra licencia no pueda imprimir, ni vender el dicho libro, ſo pena que el que lo imprimiere y vendiere aya perdido, y pierda todos los libros, moldes, y aparejos que del tuuiere, y mas incurra en pena de cincuenta mil marauedis por cada vez q̃ lo cõtrario hiziere, de la qual dicha pena ſea la tercia parte para la nueſtra Camara, y la otra para el Iuez que lo ſentenciare, y la otra para el que lo denunciare. Y mandamos a los del nueſtro Conſejo Preſidente y Oydores de las nueſtras Audiencias, Alcaldes, alguaziles de la nueſtra Caſa, y Corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſſiſtente, Gouernadores, Alcaldesmayores, y Ordinarios, y otros Iuezes, y Iuſticias qualeſquier de todas las Ciudades, villas, y lugares de los nueſtros Reynos, y Señorios, anſi a los que aora ſon, como los que ſeràn de aqui adelante, que vos guarden, y cumplan eſta nueſtra cedula, y merced que anſi vos hazemos, y contra ella no vayan, ni paſſen en manera alguna, ſo pena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra Camara. Fecha en Madrid a treinta dias del mes de Iulio de mil y ſeiſcientos y veynte y quatro años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro Señor

*D. Sebaſtian de Contreras.*

APRO-

# APROVACION DEL Licenciado Barreda.

POR comiſsion del ſeñor don Diego Vela, Obiſpo de Lugo, y Vicario general de Madrid y ſu partido, por el ſereniſsimo Infante Cardenal, Adminiſtrador perpetuo del Arçobiſpado de Toledo, he viſto vn libro intitulado de Priuilegiis Pauperum, & miſerabilium perſonarum, *compueſto por el Licenciado Gabriel Aluarez, Abogado de la Real Chancilleria de Valladolid: y no hallo en el coſa alguna contra nueſtra Fè Catolica, ni contra buenas coſtumbres, antes buena, y ſana doctrina, y bien trabajada por ſu Autor, y aſsi podra ſu ſeñoria dar ſu Cenſura para que ſe imprima. Fecha en Madrid 17. de Iunio de 1624.*

El Licenciado Barreda.

---

# APROVACION DEL DOCTOR don Iuan Oſorio y Guadalfajara.

POR mandado de los ſeñores del Conſejo he viſto, y conſiderado atentamente vn libro compueſto por el Licenciado Gabriel Aluarez de Velaſco, Abogado de la Real Chancilleria de Valladolid, que ſe intitula de *Priuilegiis Pauperum, & miſerabilium perſonarum*, primera parte: el qual eſtá muy doctamente eſcrito, y muy bien trabajado: y aſsi es muy conueniente que ſe le dè licencia para imprimir, porque ſerá de mucho prouecho para Abogados, y Iuezes, y porque las quæſtiones que en el ſe tratan ſon muy praticables, eſtan tratadas con mucha diſtincion, y claridad. En Madrid a 23. de Iulio de 1624.

*Doctor Don Iuan Oſorio, y Guadalfajara.*

TRACTATVS ſtudiiq; huius aſſumendi rationes libenter reddimus lectori. Nos impulit eius in primis frequens neceſſariuſq; vſus (ſola ſufficiens cauſa, iuxta *Conſulti* authoritatẽ *in l. Legaui, 26. D de liberat. legata*) Pauci enim ſunt, proh dolor! qui hac noſtra tempeſtate (quantumuis genere, nobilitate, aliàſq; etiam diuitiis clari) egeſtatis morbo (ſuo ſaltẽ modo) non laborent, paupereſquè eorum attenta conditione dici nequeant. Quos vt inferioris ordinis alios, inſtitutum noſtrum, tractatuſquè comprehendit. Deſiderium præterea adimplendi votum facũdiſſimi, omniq; eruditionis ſupellectile cõſpicui Andreæ Tiraquelli. Qui *in l. Si vnquam, verb. Bona, num. 4. C. de reuoc. donat.* (poſtquam aliqua de paupertate ſcripſit) hæc adiicit: *Poſſent & alia propè infinita ex diuinis, ethniciſquè ſcriptoribus aduerſus & diuitias, & paupertatem aduocari, quæ hic breuitatis cauſa de induſtria prætermiſimus, in alio fortè loco copioſiùs hanc rem tractaturi. Animus enim nobis eſt, librum edere de paupertate, & diuitijs legalibus, quem iam magna ex parte confecimus.* Morte tamen fortè præuentus in lucem non protulit. Satis doleñdũ quòd tam præclari ingenii opus inuida nobis detraxerit mors, cum dominoquè ſepelierit: pariter atquè, quòd eius mihi obtigerint vices, cui deficiunt vires. Tertiam mihi præbuit amor erga miſeros charitas, & affectio cauſam, eoſquè pro facultatibus (vt quæſt. 34. notamus) iuuandi obligatio. Cui ſi ex integro non ſatisfecerim, nec animi, nec meriti repulſam patiar, æquum eſt. Cum vt *Ouid. de Ponto lib. 4. eleg. 8.* & verè & eleganter ait)

*Vt iam nil præſtes, animi ſum factus amici*
*Debitor, & meritum velle iuuare voco.*

Poſſem & adducere quartam ex eodem *Ouidio epiſt. 21.* verſibus illis:

*Forſitan & quare mea ſint alterna requiris*
*Carmina, cum lyricis ſint magis apta modis;*
*Flendus amor meus eſt; elegi quoque flebile carmen.*

Habes inſtituti noſtri, animiquè motus rationes, pariter & labores, primumquè ingenii (qualis qualis) fœtum, maiora (Deo dante) pollicitus ſi bene ceſſerit, Secundamquè iam perfectam huius tractatus partem pauperum in vltimis voluntatibus, delictiſquè priuilegia continentem. VALE.

*Et veniam pro laude peto, laudatus abunde*
*Non faſtiditus ſi tibi, Lector, ero.*

EXCEL-

# EXCELLENTISSIMO
## DOMINO D. GASPARI DE GVZMAN,
Comiti de Oliuares, Duci de San-Lucar, à Potentiſsimi Philippi IIII. Belli, & Status Conſiliis, Equorum Maiori Præfecto, Noui Orbis Magno Cancellario, &c.

*TSI tanto rerum, negotiorumque ex Vniuerſo occurrentium cõgeſtu, quorum ponderi cederet, ac ſuccumberet, quorum mole premeretur Atlas, Herculei recuſarent humeri onus; animoſè ſuſtineas (Excellentiſsime Princeps) inquè veluti medio vaſti furentis pelagi, obluctantiumquè fragorum placida ſtatione perſiſtas, nitidiſsimum omnia ſedans, omnimodamque tranquillitatem nuncians SIDVS, fulgentiſsimi Solis MAXIMI PHILIPPI IIII. proximiùs illuſtratus, claritatiſquè ſuæ, vt onerum, vt curarum fideliſsimus particeps; veri inſtar parentis (quæ ſumma Imperii huius fœlicitas eſt) publicis commodis inuigilans, vigiliis communibus libenter mancipatus, omnibus intentus, ſingulis prouidens; cuius labor omnium otium, cuius induſtria omnium deliciæ, cuius occupatio vacatio eſt omnium; adeò vt omnibus dicatus, tibi videaris ereptus: Præcipuam tamen ſibi miſeri curam vendicant, tenuioribus impendis. In cuius ſinu leuamen pauperum, pupillorum tuitio, viduarum defenſio, miſerabiliumquè agminis validum præſidium repoſitum eſt, incolumitas reſidet, omnimodi auxilii eis Te quaſi ſequeſtrem omnium Virtutum cumulo, laudum concentu, omnis gloriæ ſplendore ornatum exhibens. Hæc tua in ſummo faſtigio pietas, in ſumma potentia benignitas, in ſumma celſitudine humanitas. Meritò ergo ſe tibi deuouent miſeri; merito Te Dominum, Te*

*Patronum Liber hic* DE PRIVILEGIIS PAVPERVM, ET MISERABILIVM PERSONARVM *delegit; meritò tanti Principis auſpiciis fauſto omine, donatus venia, tutelâ receptus in lucem prodit; aut nullam, aut malignam quidem viſurus, ni* TE FAVTOREM, *ni* TE MECOENATEM MAXIMVM *ſortiretur. Hoc nunc tibi recens (ſi à me beneficium ſentiunt) debent miſeri, iſtud mihi; non tàm quod in eorum priuilegiis decerpendis, ex ditiſsimiſque iuris venis reconditis theſauris propalandis inſudarim: quàm quòd ad eam vſquè illos fœlicitatem euexerim, vt* TE SERVATORE *beati iam, fortunatiquè iure optimo reputentur. Inter glorioſiſsima nominis tui ſtigmata, ac celebris toto Orbe terrarum Familiæ ſanguinis nobilitate præclaræ, à Regia ſtirpe trahentis originem hoc vnum non contemnendum, interquè excelſi animi tui eximias dotes non inferiori parte locandum. Quæ vt pro merito laudari nequeunt; ſic aut in admiratione tacita reponi, aut famæ reſonanti tubæ committi; operæpretium erit.*

Licentiatus Gabriel Aluarez
de Velaſco.

LICEN-

# LICENCIATI PAVLI DE VICTORIA, REGIORVM CONSILIORVM facundiſsimi Aduocati, Auctori intima amicitia iuncti.

AVde Pegaſeis beata pennis
Vaccini roſeo decora ſucco
Aude Pauperies venire in auras;
Nec Reges Tyrio truces in oſtro,
Nec vulgi invidiam, Ducumque faſtus,
Aut frontem metuas ſeueriorum.
Tecum fama loquax, Amorquè recti
Ibit, & comites trahet ſorores,
Quæ puro Orchomem lauant ſub amne,
Flauam ceruleis comam fluentis:
Tecum mellinias, lubentiaſquè,
Tecum Theſpiacos trahet lepores.
Iam te purpurei colent Tyranni,
Iam ponet tumidos ſuperba faſces
Pingui copia merſa Coſmiano.
Vnam arctis populus foxebit vlnis
Vni Hermus nitida beatus vrna
Vni Iſter fluet, & vado tenaces
Ganges expuet affluente Gemmas.
Aude Pauperies venire in auras,
Iam Cræſos opibus, Midamque vincis.

PRAE-

# PRAEFATIO.

1 *Qui hac de re egerint Auctores.*

ALIQVOS hac de re ſcriptitaſſe [1] ſcio; *Cornelium* præſertim *Benincaciam*, qui integrum *de paupertate* tractatum edidit, elegantem quidem & eruditum; breuiſsimis tamen cancellis ſe continuit, multaquè ſuo tempore memoranda omiſit; multa poſtmodum (omnino ſcitu digna, huicque rei neceſſaria ex *Sacri Concilii Tridentini*, Regiarūquè legum diſpoſitione, quæ nec præuidere potuit) accreuêre. Poterat autem de recenti editus liber (ſi eius inſcriptioni reſponderent ſcripta) vel ex toto laborem noſtrum ſupplere; vel magna ſaltem ex parte leuare. Auctor eſt *Lucas Matthæ. Apicella*, libro qui nomē *Tutamen pauperum* indidit. Generalior tamen titulus nigro. Quatuor enim tātùm quæſtionum complexus eſt materiam. *De quinquennali* nempè *dilatione*, *De moratoria Principis*, *De remiſsione debitorum*, & *De ceſsione bonorū*. Cætera Nobis, multaquè etiam in his dicēda reliquit. Quare ab incepto opere non deſiſtere conueniens Nobis non ſolùm viſum eſt: ſed etiam maiori illud fore conatu proſequendum. Cum & materiam tantis viris dignam perſpexerimus, totque in ea omiſſa: vtquè facundiſsimi *Andreæ Tiraquelli* (etiam mortui) deſiderio (cuius in *epiſtola ad Lectorem* mentionem fecimus) pro viribus ſatisfieret. Curabimus autem nec dicta tranſcribere, nec omittere neceſſaria: ita breuitati conſulendo, vt non obſcuritas generetur: ita operi, vt non defectu doleat: Nec ex abundanti copia, parca nimis, nec rurſus auida manu, ſed quod magis vtilitati, ac deſiderio ſatisfaciat, quàm ſacietati abundet, hauriemus; modum quoad fieri poterit, ſeruando, [2] iuxta vulgatum illud *Horatii, lib. 1. Sermon. ſaty. 1.*

*Breuitatiqualiter ſit conſulendū.*

2 *Modus ſeruādus.*

*Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,*
*Quos vltra citròque nequit conſiſtere rectum.*

Et Senec. lib. 2. de benefic. *Et cum ſit vbiquè virtutis modus æquè peccat quod excedit, quàm quod deficit.* Pliniique Minoris ſententiam *epiſtolarum lib. 1. epiſtola ad Cornelium Tacitum*:

Opti-

*Optimus tamen modus est* (inquit ipse) *quis negat? Non magis seruat modum, qui infra rem, quàm qui supra, qui astrictiùs, quã qui effusiùs dicit.*

Vt autem verbo promissa, opere incipiamus implere; vtquè multa, quæ huic tractatui accommodari possent, omittamus: supponendum erit, priuilegia piis causis cõcessa, pauperibus quoque concessa videri, & in eorumquè causis locum habere, cum & ipsæ piæ sint, vt plenè ostendit *Cornel. Beninc. de paupert. quæst. 5. princip.* præsertim ex *nu. 46. vsque ad fin.* vbi post argumenta pro vtraque parte adducta, pauperum causam piam esse, gaudereque per consequens omnibus priuilegiis, immunitatibus, & specialibus piis causis concessis concludit: firmant etiam *Andre. Tiraquel. de priuileg. piæ caus. in præfat. num. 9. & 23. Emman. Costa in capit. Si pater, verb. Pauperes, num. 9. de testam. lib. 6. Ioan. Maria Nouar. in praxi electionis, & variationis fori, quæst. 16. n. 2. sect. 1. Francisc. Viui. decis. 222. num. 2. lib. 2. Sigismund. Scacci. de indic. lib. 2. cap. 5. num. 44. Sebast. de Medic. in tract. de casib. fortuit. 2. par. quæst. 4. num. 49. P. Ferdinand. Rebello de oblig. iustitiæ, 2. par. lib. 18. de promissione, & donatione, q. 7. num. 1.*

3 *Priuilegia piis causis cõcessa, pauperibus cõcessa videntur.*

Quare omnia à *Tiraquello in d. tractatu de priuileg. piæ caus.* congesta (quæ hùc etiam spectare videbantur) omissa facimus, licèt quandoquè in eum incidamus necesse sit. Sic & multa alia adducta per *Petr. Surd.* in suo eleganti, copioso-què *de alimentis tractatu* (cuius pleraquè ex dictis præcipuè *in tituli primi quæstionibus*, cum alimẽta nõ tam sui ipsorum priuilegia contineant ratione, quàm quòd pauperi debeantur, vt suo loco Nobis latius erit agendum) data opera prætermittimus. Neque piæ causæ prosequimur nunc priuilegia, vt ea pauperibus referamus. Illud solùm (vt dictis firmitatem addamus) in præsenti deducimus: Pauperum causam verè, & propriè, non lato, sed exacto modo piã dici, vt firmat, defenditquè *P. Ferdin. Rebell. suprà. num. 3.* vbi inquit, donationem pauperibus factam, licèt excessiua sit, ac terminum quingentorum solidorum *à lege pen. C. de donat.* præfini-

4 *Pauperũ causa verè & propriè, non lato, sed exacto modo pia dicitur.*

*Donatio excessiua, omnibusq; etiam bonorũ pauperibus facta insinuatione non eget.*

nitum excedat; insinuatione non solùm non egere; validamquè absque illa esse, ex communi sententia; sed etiãsi omnium bonorum [5] facta sit, iuxta illud Dominicum *Matthæi 19. Vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Respondetquè ad *text. in l. Sancimus, 34. C. de donat.* correctum esse, tum per contrariam consuetudinem; tum per *d. leg. penult.* Illamquè loqui in causis non omnino piis, licet aliquo modo pietatem continentes, ad hasquè insinuatione opus esse; non ad illas; hancquè dicit ibi communem sententiam, *num. 4. vers. Rationabilis.* De qua re latè ante eum *Tiraquel. de pia caus. priuileg. 124.*

*5 L. Sancimus, 34. & l. pen. C. de donat. interpretatur.*

Adeo autem suprà dicta procedunt, vt non solùm pauperum causa verè, ac propriè pia sit; aliarumquè piarum causarum priuilegio gaudeat, & earum appellatione, nominequè contineatur: sed etiam è conuerso, vt pauperum appellatione veniant quæuis opera pia, [6] ita (post *Martin. Nauar.* quem refert) obseruat *P. Leonard. Lessius de iustit. & iure, lib. 2. cap. 14. dubit. 6. num. 34.*

*6 Appellatione pauperum veniunt quæuis opera pia.*

Huius tractatus materiam in duas diuisimus partes, quarum prima hæc, in Electionibus, in Ecclesiasticis, Ciuilibusquè Iudiciis, necnon & in Contractibus priuilegia continet. In vltimis Volũtatibus, in Delictisquè specialia (quibus vltimam iam fere manum imposuimus) continebit secunda.

*Tractatus huius ordo, ac diuisio.*

Aduertendum deinde, miserabilium omnium personarum Nos in præsenti sigillatim non prosequi materiam: tum quia pauperum nomine inscriptis quæstionibus inest: tum quia de pauperibus (vt de miserabilioribus) est præcipuus sermo noster, in illisquè miserabilitatis ratione disposita, in aliis quoque actu saltem, & habitu miserabilibus locum habent, iuxta notata à Nobis *quæst. 52. num. 31. & seqq.* Nominatim autem de Infirmis, & Valetudinariis *quæst. 36.* egimus, de Pupillis, Orphanis, & Viduis *d. quæst. 52.* Multæ prætereà aliæ Iudicis arbitrio [7] (demptis his, quæ in specie miserabiles à lege designantur) dicuntur personæ, quas (post *Henr. Both. in capit. Ex ratione, 11. num. 4. & 5. de foro compet. Petr. Rebuf. 1. tomo*

*7 Miserabiles personæ quæ dicantur.*

*ad conſtit. Gallic. tit. de ſentent. prouiſional. art. 3. gloſ. vlt. per tot. Didac. Couar. practic. cap. 6. num. 3.* multoſquè alios ab eo relatos) recēſent pleniſsimè *Maſcard. de probat. concluſ. 165. per tot. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 66. per tot.* Noſquè alios etiam adduximus, *quæſt. 4. num. 77.* Inter quas meretricem [8] quoque miſerabilem iudicari, foriquè priuilegio gaudere; ex plurium traditimus ſententia, *d. quæſt. 52. num. 9.* Idēquè in Virgine, [9] Cælibe, Vxorata inutilem maritum habente, Cæco, Captiuo, Sene, Mēbris mutilato, aliiſquè firmat *Menoch. ſuprà*, quorum multos ab eo relatos omittimus, & quia ibi poterunt videri; & quia de veritate inibi poſitarum aſſertionum dubitamus; vt in Vniuerſitate, vel etiam Eccleſia Ruſticis, [10] & aliis perſonis, quæ ex ipſarum ſola conditione, niſi alia adiungatur cauſa miſerabiles dici non poſſe videntur, iuxta dicta à Nobis repetita *quæſt. 52. num. 31. & ſeqq.* Cum tamē eas indiſtinctè miſerabiles dicat *Menoch. ſuprà*: eaſdem etiam nouiſsimè recenſent *Bernard. Græuæ. concluſ. pract. Camer. Imper. concluſ. 1. conſider. 1. num. 3. & ſeqq. lib. 1. & Doctor Marta in ſumma ſucceſſionis legalis, 4. part. quæſt. 18. art. 4. nu. 18. & 19.* vbi declarat, & obiectioni proximè oppoſitæ ſatisfacere videtur, cuius Nos ſententiam de verbo ad verbum *in 2. huius tractatus parte in ſpecialibus exrta quæſtiones in vltimis voluntatibus, num. 20.* recitamus.

8

9

10

Quod ne forſan quiſquam in limine (vt aiunt) impingat, adnotare obiter libuit.

ELEN-

# ELENCHVS,

## SIVE HAC IN PRIMA PARTE CONTENTA-rum quæſtionum Tabula.

QVÆST. I.

NOmen hoc Paupertas, vel Pauper vnde deſcendat? Dequè aliorum conſimilium nominum natura, & differentia, ad multorum iurium intellectum.

QVÆST. II.

Quotuplex ſit paupertas? Quotupliceſquè ſint pauperes?

QVÆST. III.

Quo iure ſit introducta paupertas?

QVÆST. IIII.

Quid ſit paupertas? Quiſque pauper dicatur?

§. I.

Vtrùm pauper dicatur dominus vtilis tãtùm, nec alia habens bona?

§. II.

Vtrùm pauper ſit, qui ſecundùm conditionem ſuam ſufficientia bona habet; debitis tamen multis implicatus eſt? Quivè debitores, aut debitorum iura habet?

§. III.

Vtrùm pauper ſit, qui artem vel officium habet, ex quo alimenta, vitæquè neceſſaria percipere poteſt? Vel qui alium vt ſibi alimenta præſtet, obligatum habet?

§. IIII.

Vtrùm pauper ſit, qui plura, magnęquè æſtimationis bona habet, non tamen ex eis ſufficientes redditus percipit, ex quibus ſe familiamquè alat, ac decenter pro conditione ſua viuere poſsit?

§. V.

Vtrùm pauper ſit, qui bonis externis abundat; internis tamen, & animi caret?

QVÆST. V.

Paupertas, quemvè pauperem eſſe, qualiter, quibuſquè modis probetur?

QVÆST. VI.

Vtrùm ad honores, & Reipublicæ officia admitti, vel etiam diuitibus præferri poſsit, aut debeat pauper?

QVÆST. VII.

Vtrùm admitti, eligivè ad beneficia, dignitateſquè Eccleſiaſticas, aut etiam diuiti, vel minùs pauperi digniori præferri pauper debeat?

QVÆST. VIII.

Vtrùm Clericus pauper negotiator, vel mercaturam exercens, pœnas contra mercatores à iure impoſitas incurrat?

QVÆST. IX.

Vtrùm Clericus pauper Aduocati, vel Procuratoris officium exercere etiam coram Iudice Seculari, & in ſecularibus cauſis poſsit?

QVÆST. X.

Vtrùm Clericus pauper Tabellionis, vel Notariatus officium coram Iudice Eccleſiaſtico, vel etiam Seculari (quin ob id pœnam incurrat) exercere valeat?

QVÆST. XI.

Vtrùm parentum paupertas impediat filio Religionis ingreſſum? ſiue ad eam voto ſit adſtrictus, ſiue non? Et an poſt profeſsionem filium egredi compellat? Et quid in parentibus circa filios? Vel fratribus circa fratres, vel ſorores pauperes?

QVÆST. XII.

Vtrùm & quando propter paupertatem fieri poſsit, vel debeat beneficiorum, aut dignitatum vnio? Et an ob eam tam ex diſpenſatione, quàm ſine illa plura quis poſsit beneficia obtinere?

QVAEST. XIII.

Vtrùm coniunctus pro coniuncto pauperе abſque mandato in beneficialibus admittatur?

QVAEST. XIIII.

Vtrùm ſponſalia de futuro propter ſuperuenientem alterius ex ſponſis paupertatem diſſoluantur?

QVAEST. XV.

Vtrùm pater naturalis filiam naturalem pauperem dotare teneatur?

QVAEST. XVI.

Vtrùm filiam ſemel dotatam, quę dotem amiſit, pauperquè eſt, iterum dotare, alerevè, cui iam alimenta dederat, teneatur pater? Et quid in fratre circa ſororem, vel fratrem?

QVAEST. XVII.

Vtrùm filia pauperis etiam maior viginti quinque annis, quæ in corpus ſuum peccauit, vel matrimonium ſine patris conſenſu contraxit, dote, vel legitima priuari poſsit?

QVAEST. XVIII.

An vltra decimã bonorum ſuorum partem,

tem, quæ promiſsionis tempore habebat, poſsit hodie promittere pauper arrhas?

QVAEST. XIX.

Vtrùm adquiſita conſtante matrimonio communicari, ac diuidi inter virum, & vxorem debeant, licèt alter coniugum inops eſſet, nullaquè, aut inæqualia ad matrimoniũ attuliſſet bona?

QVAEST. XX.

Vtrùm incertitudo vitiet actum, etiam vbi paupertatis fauor adeſt; vel eius cauſa ſuſtineatur?

QVAEST. XXI.

Vtrùm paupertas donationem præſumi faciat?

QVAEST. XXII.

Vtrùm prohibita alienari, propter paupertatem alienari poſsint?

QVAEST. XXIII.

Vtrùm pauper cui res vendita, non tamen tradita fuit, ei cui vendita fuit, & tradita, præferatur?

QVAEST. XXIIII.

Vtrùm diuites neceſſaria pauperibus vẽdere compellantur?

QVAEST. XXV.

Vtrùm debitor pauperis in mora etiam ante interpellationem conſtituatur?

QVAEST. XXVI.

Vtrùm ad intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis teneatur pauper?

QVAEST. XXVII.

Vtrùm, & quando ad reſtitutionem teneatur pauper?

QVAEST. XXVIII.

Vtrùm à ſolutione mercedis, vel ſalarii aliàs debiti, excuſet paupertas?

QVAEST. XXIX.

Vtrùm merces, vel ſalarium in principio, vel in fine operis pauperibus ſoluendùm ſit?

QVAEST. XXX.

Vtrùm paupertas iuſta reſtitutionis in integrum ſit cauſa? Et an caſu quo iuſta reſtitutionis cauſa ſit, iure minorum, vel Eccleſiarum, an verò maiorum, ex clauſula generali *Si qua mihi, &c.* competat?

QVAEST. XXXI.

Vtrùm contra pauperem in tempore non appellantem, appellationemvè non proſequentem tempus currat?

QVAEST. XXXII.

Vtrùm præſcriptio decennalis, vicennalis, vel tricennalis contra pauperem currat?

QVAEST. XXXIII.

Vtrùm pauper biennio, vel triennio pẽſionem emphyteuſis ſoluere ceſſans, à iure ſuo, in commiſſumquè cadat?

QVAEST. XXXIIII.

Vtrùm contra diuitem vt ſibi ſubueniat, agere poſsit pauper?

QVAEST. XXXV.

Vtrùm iudex poſsit, vel debeat impartiri officium ſuum non requiſitus, vel partes ad concordiam reducere, vbi cauſa pauperis, vel miſerabilis perſonæ vertitur?

QVAEST. XXXVI.

Vtrùm à comparendo coram iudice excuſet paupertas? Debeatquè pro iureiurando à pauperibus recipiendo ire, mittere vè iudex?

QVAEST. XXXVII.

Vtrùm à decimarum præſtatione Deo, hominibuſvè debitarum excuſet paupertas?

QVAEST. XXXVIII.

Vtrùm propter paupertatem, gabellam, pedagium, vectigal, ſeu tributum imponere liceat?

QVAEST. XXXIX.

Vtrùm pauperi litiganti ſint præſtanda à collitigante ad viuendum, & ad litigandum alimenta?

QVAEST. XL.

Vtrùm venditor qui ſcit litem moueri pauperi emptori, etiam abſque denunciatione defendere eum debeat? De euictionequè teneatur ſi non defendat?

QVAEST. XLI.

Vtrùm à ſolutione expenſarum, & melioramentorum, quæ bonæ fidei poſſeſſor, vtiliſvè dominus in re bona fide poſſeſſa, vel in qua dominium aliquod habebat, fecit, excuſet paupertas?

QVAEST. XLII.

Vtrùm ab ingratitudine paupertas excuſet?

QVAEST. XLIII.

Vtrùm creditor pauper poſsit ante diem debitorem ſuum conuenire?

QVAEST. XLIIII.

Vtrùm debitor ex propria confeſsione, ſententia quæ in rem iudicatam tranſiuit, inſtrumento guarentigio, ſimilivè cauſa, ad ſolutionem ſtatim poſt condemnationem, vel terminum ſit compellendus, ſi pauper ſit? Vel poſsit, debeatquè illi (ſi petatur) concedi dilatio? Et quæ?

QVAEST. XLV.

Vtrùm actionem naſci contra pauperem paupertas impediat? Vel obligationis ſaltem executionem etiam hodie donec me-

lior

lior debitori ſuperueniat conditio, ſoluereq; poſsit, differat?

QVÆST. XLVI.

Vtrùm ſpoliatus ante omnia reſtituendus ſit, vbi qui ſpoliauit pauper eſt?

QVAEST. XLVII.

Vtrùm exemptus priuilegio exemptionis aduerſus pauperem gaudeat?

QVAEST. XLVIII.

Vtrùm actio perſonalis contrà tertium non contrahentem, vbi ſaltem debitor principalis pauper eſt, nec ſoluendo, detur?

QVAEST. XLIX.

Vtrùm pauper aliud pro alio inuito creditore ſoluere poſsit?

QVAEST. L.

Vtrùm à ſententia alimentorum (quoad effectum ſaltem ſuſpenſiuum) in fauorem pauperum lata, vel à ſententia mercedis, eiuſquè taxatione appellari poſsit?

QVAEST. LI.

Vtrùm abſque mandato pro paupere non appellante, etiam in cauſâ ciuili liceat cuilibet appellare?

QVAEST. LII.

Vtrùm pauper, vel miſerabilis perſona poſsit laicum coram Iudice Eccleſiaſtico (etiam hodie iuris Regii diſpoſitione ſtante) conuenire?

QVÆST. LIII.

Vtrùm pauper qui ſatiſdare non poteſt, nec fideiuſſorem inuenit, quando ſatiſdatio requiritur, iuratoriam cautionem præſtando, ſatisfaciat?

QVÆST. LIIII.

Vtrùm paupertas in quam quis ſua culpâ incidit, excuſet? pauperiquè proſit?

QVÆST. LV.

Vtrùm pauperes, miſerabileſquè perſonæ diuitibus in iudiciis præferantur? miſerabiliumquè cauſæ priuilegiatæ, & quatenus exiſtant?

*ALIA MISERABILIVM PERSONARVM priuilegia primæ huic pertinentia parti ſpecialium nomine in eius fine adiecimus. Quorum diſputationem, quæſtionum inſcriptionem, ſeriemquè (vt breuiores eſſemus) dempſimus; quæſtionum tamen vice ſub numeris hic ſuis (ne deficere videantur) inſerimus.*

CEſsio bonorum an in pauperum fluxerit fauorem? Quiq; de materia hac egerint? in ſpecialib. num. 1.

An creditori chirographario pauperi aliis etiam inſtantibus, ſi debitoris bona omnibus non ſufficiat, liceat per gratificationem ſatisfacere, integrumquè tam in foro exteriori, quàm interiori perſoluere debitum? ibid. num. 8. 9. & 10.

An perſona miſerabilis ſuo poſsit priuilegio renunciare? Et an renunciatio facta ei noceat? ibid. num. 11.

Vtrùm pauperes hæredes hereditatem vendentes, creditoribus hæreditariis reſpondere teneantur? ibid. num. 12. & 13.

Vtrùm pauperi mutuans, aliquid vltra ſortem etiam nomine pœnæ accipere poſsit? ibid. num. 14. 15. & 16.

An procurator generalis cum *plena*, & *libera*, ius domini donare, aut remittere pauperi ſaltem poſsit? ibid. num. 17. & 18.

(*)

NO-

# NOMEN HOC *PAVPERTAS*, VEL *PAVPER*, VNDE DESCENDAT? DEQVE ALIORVM CONSIMILIVM NOMINVM NATVRA, ET DIFFERENTIA, AD MVLTORVM IVRIVM INTELLECTVM.

## *SVMMARIVM.*

1 Nominis origo in primis cognoſcenda.
2 Omnis ſcientia incipit à cognitione vocabulorum.
3 *Paupertas* dicitur à parua potentia, & *Pauper*, qui parum, non qui nihil habet.
4 Vel á parua pecunia, paruo ære, parua penu, poſſeſsionevè parua.
5 *Paupertate* relicta venit hæreditas tota, etiamſi magna ſit.
6 Intellectus ad *text. in l. Lutius Titius* 78. §. *Hæredum, D. ad S. C. Trebell.*
Teſtatores abuſiuè ſæpe loquuntur, ibi.
Veritas, teſtatorisquè mens, & intentio attendi debet, ibid.
7 Peculium quandoque pro patrimonio ſumitur.
8 Auarus ſemper eget.
9 Negligitur quod communiter poſsidetur, nihilquè habere arbitratur, qui totum non habet.
10 In ſtatutis, verba propriè, & ſtrictè intelligenda ſunt.
11 Proprietas verbi in dubio attendi debet.
Et accipi ſecundum Grammaticalem ſenſum, ibid.
12 *Pauperies* nomẽ pro paupertate apud bonos authores ſumitur.
13 In iure, quid ſignificet?
14 *Paupertas*, & *inopia*, ſiue *pauper*, & *inops*, an differant? & in quo? & num. 19. & 24.
15 *Inopia* vnde dicatur?
16 Argumentum ab etymologia vocabuli, frequens eſt.
17 Dictio, *Et*, ponitur inter diuerſa.
18 Et quid ſi inter duo idem ſignificantia apponatur?
20 Vocabulũ, vel nomẽ, quãdoquè largè, quandoquè ſtrictè in iure accipitur.
21 *Significare*, quid ſit?
22 Impropria locutio non dicitur ſignificatio. Et quæ dicatur ſignificatio impropria? ibid.
23 Verbi improprietas tolleranda eſt, vbi lex tolerat.
25 *Mendicus*, quis, & vnde dicatur? Et an à *Paupere* differat? & num. 26.
27 Verbum *Mendicitas*, vel *Mendicus*, quibus modis ſumatur? remiſsiuè.
28 *Pauper*, & *egenus*, an differant? & num. 29. 30. & 31.
29 Intellectus nouus ad *text. in l. 3. D. de teſtib.*
*Paupertas* nõ debilitat teſtimonium, ſed *egeſtas*, ibid.
30 *Egenus* dicitur qui ſoluendo non eſt, & ille cui nihil ſatis eſt, & num. 31.

32 *Penuria* vnde dicatur? Et an à *paupertate* differat?

33 *Penu* appellatione, quid veniat? remiſſiuè.

34 Quid veniat in alimentis relictis *ſine penuria*? remiſsiuè.

## QVÆSTIO I.

DE Iure acturus *Vlpianus* ſic *in l. 1. D. de iuſtitia & iure* exorditur. *Iuri operam daturum, priùs nouiſſe oportet, vnde nomen iuris deſcendat.* Regulam quippe nobis tradens, in cuiuſque rei, qua de agitur materia, eius in pri
1 mis nominis † cognoſcendā originē. Quare accutiſsimi *Vlpiani* veſtigia ſequutus, vnde paupertatis, pauperumque nomen deſcendat, diſcutere, à conſimilibuſque alijs ſecernere nominibus, neceſſarium ante om-
2 nia duxi. Omnis enim ſciētia † (teſte *Baldo in l. Liberti, num. 9. C. de oper. libert.*) à cognitione incipit vocabulorum.

Paupertas igitur, ſecundum *Marcum Varronē, de lingua Latina*, dicitur † à parua po
3 tētia, notante *Archidiacon. in cap. Quo iure 8. diſt. Franciſc. Ripa in l. ſi conſtante, n. 26. D. ſolut. matrim. Cornel. Benincac. de paupertate, quæſt. 1. num. 8. cum ſeqq. Martin. Nauarr. in tract. de regular. comment. 1. n. 16.* Sicque & pauper, qui parum habet. Conſtat ex *Cicerone ad Herēni. Manilius* (inquit ipſe) *pauper fuit, habuit enim ædiculas in carinis, & fundum in Lauicano.* Non enim pauper, qui nihil habet, dicitur. Facetè *Martial. epigram. lib. 11. ep. 17. alias 33. in Neſtorem.*

*Nec toga, nec focus eſt, nec tritus cimice lectus.*

*Nec tibi de bibula ſarta palude teges;*
*Nec puer, aut ſenior, nulla eſt ancilla nec infans,*
*Nec ſera, nec clauis, nec canis, atq; calix.*
*Tu tamen affectas, Neſtor, dici, atque videri*
*Pauper, & in populo quæris habere locū;*
*Mentiris, vanoque tibi blandiris honore,*
*Non eſt paupertas, Neſtor, habere nihil.*

Aliam etiam ſimilem, nec incongruam *paupertatis* denominationē aſsignari poſ-
4 ſe, mihi videor. Scilicēt à *parua pecunia*, † *paruo ære*, vel *parua penu*. A *parua* que *poſſeſsione* paupertatem dici, apud *Senecam* reperio *epiſtolar. lib. 1. epiſtol. 8.* (*Ego* inquit) *non video, quid aliud ſit paupertas, quàm parui poſſeſsio.*

In offendiculum tamen contra hæc ſeſe offert *text. in l. Lucius Titius 78. §. Hæredum, D. ad S. C. Trebell.* vbi *paupertate relicta*, venit hæreditas † tota, etiamſi teſta-
5 tor ditiſsimus ſit, & ita per eum *text.* tenet *Bald. in rubr. C. de verbor. ſignific. num. 9.* proque ſingulari notat *Franciſc. Crem. notab. 24. incip. Quidam ditiſsimus*, ſequitur *Iaſ. in d. l. Si conſtante, num. 152. D. ſolut. matrim. Andr. Alciat. in l. 2. nu. 17. D. de verbor. ſignific. Dionyſ. Gothofred. in d. §. Hæredum, verb. Paupertas, lit. H. & in l. Cogi 16. verb. Peculium, lit. B. D. ad S. C. Trebell. Cardin. Franciſc. Mantic. de coniecturis vltim. volunt. lib. 9. tit. 1. nu. 6. Marc. Anton. Peregr. de fideic. comm. ff. art. 5. nu. 5.*

Non igitur à parua, cum etiam magna paupertatis nomine veniat potentia, eius prouenit denominatio.

Veram nihilominus traditam eſſe, fatendum eſt. *Conſultus* enim in *d. §. Hæredum*, non tam de præfati verbi denominatione; quàm deteſtatoris voluntate deprehendē-
6 da † agit. Quæ cum vniuerſam hæreditatem, eiuſque diſtributionem reſpiciat; quo verbo teſtator vſus ſit, non intereſt, nec an propriè, abuſiuè, ſimulatè, vel fictè. Quod loquendi genus ſæpe teſtatores vſurpant, teſte *Marcello in l. Non aliter 67. §. Titius, D. de leg. 3.* ibi: *Non enim in cauſa teſtatorū ad verborum definitionem vtique deſcendendum eſt, cum plerumque abuſivè loquantur, nec proprijs nominibus, ac vocabulis ſemper vtantur.* Vnde veritas potius, teſtatorilque mens attendi debet, *toto tit. C. plus valere quod agitur quam quod ſimulatè concip. l. 2. C. de conſtitut. pecun. l. Quoniam indignum 15. C. de teſtam. l. 2. C. commun. de legat. d. §. Titius in d. l. Non aliter, cum ſimilibus*, bonus ad propoſitum *text. in d. l. Cogi 16. D. ad S. C. Trebell.* ibi: *Etſi peculium meum teſtator dixerit, quia plerumque diminutiuè*
7 *patrimonii ſuum peculium dicunt.* † *De ſucceſsione enim ſua & hic rogauit.* Sic enim auaritia quidam tenentur, diuitiarumque multitudini inhiant; vt nec ipſo quidem mortis articulo ab earum deſiderio liberi exiſtant, opulentamque hæreditatem pau-
8 pertatem iudicent, † iuxta *Horatij* ſententiam *epiſtolarum lib. 1. epiſt. ad Ariſtium.*

*Semper auarus eget.*

Quinimo ita natura comparatum eſt, vt plurimi deſiderata, poſſeſſa, parui fiant. †

vt

vt eleganter inquit *Imperator Theodoſius in l. 2. C. quando, & quib. quart. pars debeatur, lib. 10.* ibi: *Naturale quippè vitium eſt, negligi quod communiter poſsidetur, vtque ſe nihil habere, qui non totum habet, arbitretur.* Similiter & *Seneca de vitæ breuitate: Præcipitat quiſque* (inquit) *vitam ſuam, & futuri deſiderio laborat præſentiũ tædio.* Et *de benefic. lib. 2. Quidquid enim domi eſt, vile eſt.* Et ibi: *Quandiu nobis placebant ea, quæ conſequuti ſumus, deinde irrumpit animum aliorum admiratio, & ad ea impetus factus eſt, vti mortalibus mos eſt, ex magnis maiora cupiendi.* Aut ex animi magnitudine, diuitiarumque contemptu *in d. §. Hæredum* ſpecie, teſtatorem eo dicendi modo vſum fuiſſe (ne in malum, cum in bonum verti poſsit) dicere quoque congruit.

Hæc quoad primam quæſtionis partem. Quoad ſecundam verò dicendũ eſt, nõnulla eſſe conſimilia nomina, quæ idem quod verbum hoc *Paupertas* importare videtur: cũ tamen eorũ ſit diuerſa ſignificatio. Hæc ſunt *Pauperies, Inopia, Mendicitas, Penuria, Egeſtas.* Quorum naturæ, proprijque ſignificati cognitio ad multorum iurium conducet intellectum, vt ex infrà dicendis apparebit. Nõ ſolũque pro ſtatutis (in quibus propriè, & ſtrictè verba intelligenda † ſunt, vulgaris *text. in l. 3. §. Hæc verba. D. de negot. geſt. Bald. conſil. 2. num. 6. lib. 2.* multos congerens *Franciſ. Becci. conſ. 53. num. 4.* latè *Petr. Surd.* plures in huius rei confirmationem caſus adducens *conſ. 425. num. 31. cũ ſeqq. Barnab. Cornazan. deciſ. 10. num. 15.*) Sed quia regulariter in dubio verbi proprietas attendi † debet, *l. 1. §. Sed ſi is qui nauem, verſ. In re igitur dubia, D. de exercit. actione, l. Quidquid aſtringẽdæ 99. D. de verbor. obligatio. & l. Non aliter 69. D. de legat. 3. l. Præſpexit in princi. verſic. Ipſa ergo, D. qui, & à quibus manumiſſi liberi non fiant, Aym. Crauet. conſil. 288. num. 3. ex verſ. Itaque, Franciſ. Beccius conſ. 21. num. 13. Petrus Surd. conſ. 315. num. 18. & conſ. 369. num. 5. Neuizan. conſil. 92. num. 1. Stephan. Gratianus deciſ. 43. num. 12.* Debetq; ſecundum Grammaticalem ſenſum (vt *Neuizan.* & alij ſuprà citati notant) accipi. Vt itaq; per ordinem exequar, *Pauperies*, nomen, licèt pro paupertate † paſsim aſſumatur: vt per *Horatiũ lib. 1. Epiſtolar. Epiſtol. prima.*

*Per mare pauperiem fugiens, &c.*

Et *ibidem Epiſtola ad Fuſcum Ariſtum.*

*Sic, qui pauperiẽ verius potiore metallis*
*Libertate caret.*

Et *lib. 2. Epiſtola ad Iulium Florum.*

*Pauperies immunda domus procul abſit.*

Et *Carminum lib. 3. oda 29.*

*Probamq;*
*Pauperiem ſine dote quæro.*

Et alibi ſæpe; frequenterq; apud bonos authores pro paupertate indiſtinctè accipiatur. In iure tamen † diuerſa huius nominis ſignificatio *Vlpiano* teſtante *lib. 8. ad edictum in l. 1. D. ſi quadrup. pauperiem feciſſe dicatur. Pauperiem eſſe damnum ſine iniuria facientis datum.* Iuſtinianoque Imperatore *in §. Pauperies, Inſti. eodem titulo.*

Vnde nomen hoc legibus ſubiectæ materiæ inſeruiet, ſecundumq; eam, pro paupertate, vel damno accipi licebit. Nec circa hanc rem amplius (cum non multum illius interſit cognitio) inſiſtimus, vtquè ad *Paupertatis*, & *Inopiæ* inueſtigandam naturam, & (ſi quæ ſit) differentiam tranſitum faciamus. Quæ multos torſit dubitatio, cum ex ejus vera cognitione plurium iurium putent intellectum pendere, & pendeat.

Alij igitur inter *Paupertatem*, & *Inopiam*, nullam alij differentiam conſtituunt, aſſerẽtes, *Inopiam*, omnimodam eſſe paupertatem, extremamq; indigentiam; *Paupertatem* verò, non omnimodam, ſed extremam neceſsitatem appellari. Ita vt *Pauper* dicatur, qui parum, *Inops*, qui nihil habet. Quã agnouit differentiam *Ripa in d. l. Si conſtãte, num. 26. D. ſolut. matrimo. Archidiaco. in d. c. Quo iure, 8. diſt. Paul. Caſtrenſ. in l. Id, quod pauperibus, num. 3. C. de Epiſco. & cleric. Socin. conſil. 121. num. 45. lib. 4. Fabian. de Pepe in authent. Præterea, num. 19. C. vnde vir. & vxor. Cornelius Benincatia de paupertate, quæſt. 1. num. 39. Lucas de Pẽna in l. Meminimus, num. 16. C. quando, & quibus quarta pars debeatur, lib. 10. Petrus Rebuffus de priuileg. ſcholaſticorũ, priuileg. 90. num. 19. Matthæ. de Afflict. deciſ. 179. num. 2. Petrus Surd. deciſ. 61. num. 10. Antoni. à Queſada in ſuis quæſtionib. iuris, cap. 31. nu. 25. verſ. vnũ tamen aduerto. Frãciſc. Marc. deciſ. Delphinat. 596. num. 3. part. 2. Ioſeph. de Ruſticis in l. Cum auus, lib. 2. cap. 3. num. 28. Federic. Scot. conſil. 5. num. 12. & 19. tom. 1. lib. 3. Ioan. Antonius Mangilius in tractatu de imputationibus, quæſt. 38. num. 1. Rota Roman. diuerſor. 2. part. dec. ſ. 262. num. 8. Sebaſtian. de Medices in tractat. mors omnia ſoluit, 1. part. num. 103. pag. 2. prope med. Statili. Pacific. deciſ. Roma. 174.*

*num.* 23. (quas poſt eius tractatum de Saluia no interdicto locauit) *Caſar de Graſsis deciſ.* 162. *num.* 10. *titulo de ſucceſsionibus ab inteſtato. Diony. Gothofred. in ſua prax. li.* 1. *tit.* 5. *de ſtatu hominum, cap. quis diues, quis pauper, qui inops dicatur? Verſ. ſic dicas,*

Hanc tamen differentiã impugnat *Martin. Nauarrus in tractat. de regularibus, comment.* 1. *num.* 16. mouetur. Tùm, *quia Franciſcani dicuntur pauperes, cap. Exijt de verbor. ſig. in* 6. *& clem. Exiui eodem titulo, cum tamen nihil habeant:* Tùm, *quia pro eodem ponuntur in Pſalm.* 24. ibi: *Quia inops, & pauper ſum ego.* Et Pſal. 11. *Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum,* Tùm, *quia eſt contra legem ſi creditores* 15. *§ fin. D. de priuileg. creditor.* Et alia, quæ citat *Alexand. in l. Si vero, §. Si pro rei qualitate. D. qui ſatisdar. cogantu.* Cui ſententiæ accedit *Ioan. Andr. in c. Quæ in Eccleſiarũ in princ. extra. de conſtit. Decius in c. Ex ratione, n.* 21. *de appellation.* nulloq; iure ſuprà dictam differẽtiam probari, teſtatur *ibidem, & in d. cap. Quæ in Eccleſiarum numero* 5. *Iaſon. in d. l. Si conſtante, num.* 144. *D. ſolut. matrim. & in l. Si ab arbitro, num.* 13. *D. qui ſatisd. cogan. Laurentius Syluan. conſil.* 69. *num.* 18 *part.* 2. in quam etiam (ſub dubio tamen) inclinat *Iacob. Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 65. *num.* 9.

Firmaturque hæc pars (præter ſuprà dicta) ex *textu in l fin. D. de in ius vocand.* vbi, qui non habet in bonis quinquaginta aureos, inops dicitur; cum & idem pauper dicatur *in l. Nonnulli* 10. *D. de accuſation. gloſſ. etiam in dict. cap. Quo iure, & ibi Archidiacon.* 8. *diſtinct.* firmatur quoq; ex *text. in l. Si procuratorem,* 8. § *Quod & ad actionem. D. mandat.* ibi: *Quid tamen ſi paupertas eis non permiſit? excuſata eſt eorum inopia.* Similis *text. in cap. Quod ſuper his,* 8. *extra de voto, & voti redemptione.* Conducit illud *Ouidij lib.* 1. *faſtor.* qui *de Romulo, & Remo* loquens in exordio imperij ſui, vocat eos *inopes,* cum tamen plura, licèt non Regali ſufficientia faſtigio poſſiderent.

*Spernebat generos inopes vicinia diues.*

Primam nihilominùs ſententiam ſtrictè, & propriè loquendo, veram omninò iudico. Pro qua facit *tex in l. Si inſtituta,* 27. §. *De inofficioſo, D. de inofficioſ. teſtam.* ibi: *Placuit interim propter inopiam pupilli, &c.* iuncta *lege fin. C. de ordin. cognit.* ibi: *Si aliqua alia facultas eſſe non poſsit.* Necnon & *textu in l. Quæ legatorum,* 14. *D. vt in poſſeſſ. legator. in fin.* ibi: *Nec ſuum quidquam habeat.* Et licèt contrariam ſententiam tenuerit *Alexand. in dict.* §. *Si pro rei qualitate,* ſupra proximè relato: idem tamen ipſe *in additionibus ad Bartol. in dict. l. Qui accuſare verbo, Pauper, D. de accuſation.* prædictam approbat differentiam; quam etiam tenet, & ſequitur *Ioann. Baptiſta Valençuela Velazquez conſil.* 10. *num.* 16. quem poſt huius ſententiæ ſequaces reperi, pro ea adducentem *Ariſtophonẽ in Plauto, actu.* 4. in hæc verba. *Mendici quidem vita, quam tu dicis, eſt, viuere nihil habentem; pauperis autem, viuere parcentem, & operibus attendentem.* Vltra quæ omnia, hanc ego irrefragabilibus authoritatibus confirmo partem, quam fulcitam apud graues, & probatos Authores inuenio. Quorum alter *Valerius Maximus;* alter *Sueton. Tranquil.* eam indubitabilem reddunt. Ille *lib.* 4. *de liberalitate, cap.* 12. *in fine,* ibi, *Fauius in honorem patriæ, paupertatem inopia mutauit:* Hic, in tractatu, quem *de illuſtribus Grammaticis* edidit (de *Valerio Catone* loquens) hæc adijcit. *Vixit ad extremam ſenectam, ſed in ſummæ pauperie, & penè inopia.* Nec ex ſacris literis ad huius rei confirmationem deeſt authoritas. Conſtat ex *Eccleſiaſtic. cap.* 31. vbi dicitur, *Laborauit pauper in diminutione victus, & in fine inops fit.* Mirorque tot, tantoſque iuris profeſſores hac de re agentes (quos ſaltem viderim, quoſque ſupra adduximus) hæc latuiſſe.

Ex ipſius prætereà nominis *inopiæ* etymologia, denominationeque hæc eadem roboratur ſententia. Dicitur enim (ſi Sipontano credimus in ſuo alphabeto) ab, *in* &, *obs,* id eſt, *ſine opitus,* quem refert, & ſequitur *Rebuff. de priuileg. Scholaſt. priuilegio.* 90. *num.* 19. reprobans Iaſonis ſententiam, dicentis, *inopem,* ab, *in,* &, *opus,* quaſi ſine opere, *in d. l. Si ab arbitro in fin. D. qui ſatisd. cog.* Cuius argumentandi ratione ſæpè *Iureconſulti* vtuntur, vt conſtat ex *Paul. in l.* 1. *D. de tutel. & in l.* 1. *D. de acqu. poſſ. & in l.* 1. *D. de furt. ex Vlpian. in l.* 1. *D. de pact. eodemque Paulo in l. Mutuum.* 2. §. *Appellata, D. de reb. credit. ex Diuo item Hieronymo ad Nepotianum,* habeturque in *cap. Si Clericus,* 5. 12. *q.* 1. qui elegans eſt ad propoſitum text. *& in cap. Forus,* 10. *de verbor. ſignific. & in cap. Cum ſecundùm Apoſtolum,* 16. *de præb. & dig. in l. Tugurij appellatione,* 180. *l. Pupillus,* 239. §. *Verbs, cum duobus ſeqq. de verb. ſig.*

*§. Serui autem, inſt. de iur. perſon.* Quem argumentandi modum, probabilem, vtilẽ, multumq; frequentem dicit *Euerard. in locis legalibus, loco* 4. *ab etymologia*, vbi latè, *Antonius* quoque *Pichard. in diſputatione de mora, num.* 4. 5. *&* 6. Quem ſæpè vſurpauit *Ouid. Faſtor. lib.* 3.

*Nomine ab Authoris ducunt libamina nomen.* Et lib. 6.

*Stat vi terra ſua, vi ſtando, Veſta vocatur.* Et ibi.

*At focus à flammis, & quod fouet omnia dictus.*

Neque adducta per *Martinum Nauar.* de *Pſalm.* 11. *&* 24. ſuperioribus obſtant. Dictio enim, *Et*, † inter diuerſa ponitur, iuxta 17 *rubricam, gloſſam, & communem ibi, D. de iuris, & facti ignor. rubric. de perpet. & temporalib. action. inſtit. de vſucap. & longi tempor. præſcrip. gloſſ. vltim. in cap. Cum olim*, 34. *extra de teſtib. Petr. Cened. ſing.* 50. *num.* 4. *&* 5. *Iacob. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.* 8. *num.* 84. plures referens *Auguſtin. Barboſa de dictionib. dictione, &*, 93. *num.* 14. *Ioann. Petrus Surdus conſil.* 315. *num.* 17. *Stephan. Gratian. deciſ.* 175. *num* 8.

Verum tamen eſt, quòd ſi prædicta dictio, *&*, inter duo idem ſignificantia ap- 18 ponatur: † nec diuerſitatem inducit; nec inter diuerſa poni dicitur. *Petr. Cenedo d. ſing.* 50. *num.* 5. *Petrus Surd. d. conſ.* 315. *num.* 19. *Caued. deciſ.* 117. *num.* 3. *Auguſt. Barboſa*, alios adducens, *vbi ſuprà, dict. num.* 14.

Vnde, vt vnico verbo his, & alijs ſuprà oppoſitis aptè reſponderi poſsit, dicendum eſt, propriè, & ſtrictè loquendo, † 19 *Paupertatem*, ab *inopia* differre; latè tamen, & minus propriè ſumpto vocabulo, vnum pro alio quandoque ſumi. Quod fre- 20 quenter in iure fieri aſſolet. † text *in §. Item Serbiana inſtit. de actio. l. Plebs.* 237. *§. Pignus, D. de verbor. ſignific.* & ibi per Scrib. *l. Mulieris appellatione*, 13. *D. eod. tit. l. Seruis*, 81. aliàs 79. *verb. Virgines, l.* 1. *D. vnde legit. in §. Mulieribus, D. de leg.* 3. *l. Quæritur*, 14. *§. Mulierem. D. de ædilit. edict. l. Humilem*, 7. *C. de inceſti. nupt. l. Illicitas*, 6. *§. Ne potentiores, vbi not. gloſſ.* 1. *D. de offic. præſid.* notat *gloſſ. in l. Non putauit*, 8. *§. Non quæuis, verbo Rite, D. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. gloſſ. in l.* 2. *§. Et neminem, verbo Pecuniæ nomen, C. de conſtit. pecun.* eſt etiam text. *in cap.* 1. *quid ſit inueſtitura, li.* 2. *feud.* quo etiam diſtinctionis modo ad conſtituendam, vel non inter iniquitatem, & peccatum differentiam, vſus eſt *Turrecr. in cap. Ille Rex. de pœnit. diſt.* 2. *nu.* 6.

Licèt enim vbi de nominis ſignificatione reddenda agitur, propria † reddenda 21 ſignificatio ſit: (ſignificare enim nihil aliud eſt, quàm propriè, & verè exprimere, notificare, deſignare, vt formaliter inquit *Bald. in l. Liberti.* 10. *num.* 9. *C. de oper. libertor.* Impropria enim loquutio, non dicitur ſignificatio † eodem *Bald.* vbi ſuprà 22 teſte, & *in l. fin. ex num.* 9. *cum ſequentibus, C. de hæredib. inſtit.* vbi latè, quæ dicatur impropria ſignificatio.) Tolerandam tamen verbi improprietatem vbi † lex 23 tolerat, inquit idem *ipſe Bald. in dict. l. fin. num.* 35. vt in caſibus accidit, de quibus ſuprà *num.* 14. *in d. nempè lege fin. D. de in ius vocand.* & d. *l. Nonnulli de accuſation.* & alijs, & in ſpecie, prædicta nomina, *Paupertas*, *& inopia*, ſæpè confundi; † promiſcuumque eorum in iure eſſe 24 vſum, docent *Alexand. in authent. Præterea numero* 7. *C. vnde vir & vxor.* & pluribus relatis *Cornel. Beninc. quæſt.* 1. *num.* 44. *Antonius à Queſada in ſuis quæſtionibus iuris, cap.* 31. *numero* 25. *verſic. Vnum tamen aduerto Petrus Surdus deciſione* 61. *numero* 11. *Sebaſtian. de Medic. in tract. de caſib. fortuit.* 2. *part. quæſt.* 4. *num.* 4. *Franciſ. Marc. deciſ. Delphinat.* 596. *numero* 3. *part.* 2. *Ioann. Anton. Mangil. in tract. de imputationib. quæſtione* 138. *num.* 1. *Statil. Pacific. deciſ.* 174. *num.* 24.

Ita quoque de paupertate, & mendicitate † dicendum eſt. Licèt enim ſtrictè, & 25 propriè, qui oſtiatim victum querit, dicatur mendicus; *de mendicantib. valid. lib.* 11. *in rubro, & nigro*, vbi *Lucas de Penna numero* 1. & alij ibidem: Quaſi *manu dicens*; vt notatur in *cap. Volo*, 12. *quæſt.* 1. vel à *manè*, id eſt, *defectus*, & *dico, dicis*, quaſi ſuos defectus petendo dicat; vt obſeruat *Archidiacon. in cap. Quorundam de elect. verb. Mendicantium, & in cap. Diaconi, verb. Mendicat infœlix.* 93. *diſtinct. Alberi. de Roſat. in ſuo Dictionario, verbo Mendicantis conditio*, vbi hæc *Mendicantis conditio prorſus miſerabilis eſt. Nam ſi petit, rubore conſumitur; & vt petat neceſſitate compellitur*: Latè tamen, etiam pro paupere non mendicante accipi poterit. Imò ſic accipiendum ſuadet alia eius nominis tradita etymologia per *Diuum Iſidorum*, relatum ab *Archidiacono* vbi ſuprà.

26 Vt mẽdicus dicatur † minùs habens, quàm ſua conditio depoſcit. Ita etiam *Lucas de Penna in d.l vnic.num.1. C.de mendic.valid.lib.*11. Quæ quidem mendicitatis denominatio, ſiuè etymologia quantam cum paupertatis nomine fraternitatem habeat; haud dubiè conſtat ex iam dictis, infràque paupertatis aſsignanda definitione apparebit apertiùs.

27 Alijs etiam modis verbum hoc, † *Mendicitas*, vel *Mendicus* ſumitur, de quibus per ſupra proximè relatos, & per *Cardin. in cap. Religionum de Religioſ. domib. in* 6. videre eſt.

Eandem ſibi in ſtricta ſignificatione naturam induit verbum *Egenus*, quàm *Mẽ*
28 *dicus*, & *inops*. † Licèt enim minùs propriè, latoq; ſumpto vocabulo, pauper, & egenus pro eodem ſumãtur; promiſcuuſq; horum nominum in iure ſit vſus; vt pluribus relatis, hanc ſequitur *Cornel. Beninca.* ſententiam *in tract.de paupert.q.*1.*n.*44. & 45. colligiturque *Prouerbior. cap.*6. *Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conſeres manus vt dormias, & veniet tibi, quaſi viator egeſtas, & paupertas quaſi vir armatus.* & *cap.*10. *Egeſtatem operata eſt manus remiſſa; manus autem fortium diuitias parat.* & *cap.*21. *Qui diligit epulas, in egeſtate erit, & qui amat vinum, & pinguia, non ditabitur.* multiſque alijs, quos omiſſos facimus locis Probatur etiam ex *text. in l. Priuilegia,*12. *§. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* ibi, *Et quia humanitatis noſtræ eſt, egenis proſpicere, ac dare operam, vt pauperibus alimẽta non deſint.* Bonus *text. in l. Quisquis, §. Filij verò*, ibi, *Sint perpetuo egentes, & pauperes, C. ad leg. Iul. Maieſtat.*

Ingenuè tamen ex horum verborum vi, & proprietate, inter paupertatẽ, & egeſtatem differentiam eſſe, ſiuè inter pauperẽ, & egenum, iuris, boniq; profitẽtur Authores. Vt pauper, qui victum, licèt non ſecundùm eius conditionem; egenus autem, vel mendicus, qui nec victum habet, dicatur. Conſtat ex eloquentiæ fonte *M. Tull. Cicerone in Paradox.* ſic dicẽte. *Itaq; iſtã paupertatem tuã, vel potiùs egeſtatem, ac mendicitatẽ nũquam obſcure tuliſti.* ex tex. etiã *in l. Si longius,* 18. *§. penul. in fin. D. de iudicijs*, ibi, *Nè ſi ei non dederimus actionem, futurum ſit, vt impunè fraudem patiatur, & egeſtate Romæ laboret, viaticuloſuo non recepto.* ex *l. Inter eos, § fin. D. de re iudic. in l. In cõdemnatione,* 73. *D. de reg. iur. in l. Siquis ad declinãdam,* 49. *verſ. Sin autẽ nullus* (ibi. *Et ſine Fal cidiæ ratione pauperib⁹, qui in ciuitate ſunt, vel penitus mendicantilus, vel alia ſuſtentatione egentibus, eadem pecuniæ diſtribuantur*) *C. de Epiſcop. & Cleric. glo. in l. Maritum,*13. *verb. Poteſt. D ſolut. matrim. Corn. Beninc. d.q.*1. *n.*42. *Alex. conſ.*91. *n.*4. *lib.*7. *Petr. Surd. deciſ.*61. *nu.*14. *Hieron. Magon. deciſ. Florent.*50. *n.*28. *Ioſeph. de Ruſtic. ad leg. Cum auus, D. de cond. & demonſt. lib.*2. *cap.*3. *n.*28. Quam etiam differentiam confirmat *Senecæ* dictum *epiſtolar. lib.*8. *ep.*59. cui his fecit initium verbis, *Quanta nobis verborum paupertas, imò egeſtas ſit, nunquã magis, quàm hodierno die intellexi.* Et *de vita beata. Quia virtus* (inquit) *ſæpè caret, nunquam indiget.*

Ex qua quidem differentia (inter alia, quæ ex locis, authoritatibuſq; præcitatis, licet colligere) vnum ſatis notabile, frequẽs, & neceſſarium adnotare obiter libet. *Ege-*
29 *ſtatem* nempè eſſe, quæ teſtimoniũ † debilitat, non *paupertatem*, ſicque voluiſſe *Iureconſult. Caliſtratum in l.*3. *D. de teſtib.* ibi, *Et an locuples, vel egens ſit.* In eoq; ſenſu intelligendũ (licèt ad pauperis teſtimoniũ debilitandũ, ſæpiùs, perperã tamen allegetur) teſtatur ex prædicta differentia *Ioſeph. de Ruſtic. vbi ſup.* Qua de re latiùs à nobis, Deo dante, alibi agendum erit.

30 Egenus item dicitur, qui ſoluendo non eſt, † *tex. in §.*1. *inſt. ex quib. cauſ. manumit. non lic. Alex. d. conſil.*91. *n.*4. *lib.*2.

31 Et ille, qui ſatis non habet, † etiam cui nihil ſatis eſt, ſecundùm *Tullium li.*4. *Rhetoric. Egenus eſt* (inquit) *qui non ſatis habet, & cui nihil ſatis eſſe poteſt.* Cõducitq; *Horatij* (quam ſuprà *num.*8. retulimus) ſententia.

*Penuria* autem, & paupertas idem im-
32 portare, † ex eodemq; videntur fonte deſcẽdere, ſcilicet à parua penu, parua pecunia, vel paruo ære. In quam ſententiam, *Penuriæq;* nominis deductionem venit *Ambroſ. Calep. in ſuo Dictionar. verb. Penuria*, à penu deſcendere dicens. Omniumque rerum, earum præſertim, quæ ad penum pertinẽt, hoc eſt ad victum, carentiam ſignificare, ex *Virgilio* 7. *Æneid.*

*Cõſumptis hic forte alijs, vt vertere morſus*
*Exiguam in Cererẽ penuria adegit edendi.*

Alijſq; ibi adductis authoritatibus. Qua de
33 re, & quæ appellatione *penu* † veniãt apud *Vlpian. in l.*3. *D. de penu legat.* alijſq; eiuſdem tituli legibus videre eſt.

Et quid in alimentis *ſine penuria* relic-
34 ctis † veniat? vide *Cord. à Lara in l. Siquis à liberis, § Sed ſi filius, n.*81. *& ſeq. D. de liber. agnoſc.*

*agnoſc. & Petr. Surd. de aliment. tit. 4. q. 18. num. 6. & 7.* ab eiſque relatos.

His igitur & Nos in huius tractatus proſecutione promiſcuè quandoq; vtemur nominibus. Vtq; cum *Ouid. Faſt. lib. 1.* loquar.

*Hæc tibi dicta ſemel, totis hærentia faſtis,*
*Nè ſeriem rerum ſcindere cogar, erunt.*

## QVOTVPLEX SIT paupertas? Quotupliceſque ſint pauperes?

## *SVMMARIVM.*

1 Paupertas ſecundū Theologos triplex.
2 Paupertas alia voluntaria, alia inuoluntaria, ſiuè neceſſaria.
3 Alia interior, & alia exterior.
4 Paupertas interior quotuplex ſit?
5 Et quotuplex paupertas exterior? Coacta, meritoria non eſt, num. 6.
6 Qui aliquid coactus facit, præmium non meretur.
7 Præmium ordinatum capienti bannitū, non debetur poteſtati, cum ad id ex officio teneatur, niſi de officiali nominatim ſtatutum loquatur.
8 Paupertas exterior, ſuo genere, neq; bona, neq; mala eſt, ſed indifferēs, & n. ſeq.
9 Neq; diuitię bonę, aut malę per ſe ſunt

## QVÆSTIO II.

MVltiplex eſt *Paupertas*. Vnde antequam ad definitionem deſcēdamus; quotuplex ſit, neceſſariò ſciendū eſt, vt earum vnaquaque cognita, aptius cuiuſque definitio conſtitui poſsit.

1 Triplicē igitur *Paupertatē*, † triplicēq; pauperū ſpecies eſſe, colligitur ex Theologis. Secundum quos, alij pauperes ſpiritu, alij corpore tantùm: alij corpore, & ſpiritu dicuntur. Spiritu pauperes ſunt, qui licèt tēporalibus abundent bonis; in eis tamen non confidunt, neq; alia cōcupiſcunt. De quibus *Matth. 5. Beati pauperes ſpiritu.* Corpore tantùm pauperes ſunt, qui bona non habēt, ea tamen habere concupiſcunt, quorū plenus eſt mundus. Corpore, & ſpiritu; qui nec tēporalia bona habēt; nec habere volunt. de quibus *Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia, &c.* fuſè per *Cornel. Beninc. d. tract. q. 2. n. 1.* cum ſeqq. Qui tamen *nu. 9.* ex mente *D. Thomæ 2. 2. quæſt. 186. artic. 3.* duas † tantùm *paupertatis* eſſe ſpecies concludit. Aliam ſcilicet voluntariam, quæ ab animo, & voluntate: aliam neceſſariam, quæ à fortunæ arbitrio pendet, vel quomodocumq; inuoluntaria, & coacta: exornat, latèq; *idem ipſe* proſequitur *num. ſeqq.* Ita etiam ex *D. Thoma contra gent. lib. 3. c. 134.* tenet *Guillielm. Rouille in tract. de iuſtitia, & iniuſtitia, lib. 1. quæſt. 8. num. 1.*

2

3 Alij in interiorem, & exteriorem, † *Paupertatem* diuidunt. Cuius plures conſtituunt ſpecies. Ipſamq; exteriorem, in neceſſariam, & voluntariam ſecant.

4 Interioris paupertatis, triplicem † ſpeciem aſsignant. *Primam* dicunt carentiam voluntatis quærēdi, vel retinendi iniuſtè aliquod pecuniarium ius. Quæ de præcepto eſt, quippè quæ *decimo Decalogi* continetur, & *Exod. cap. 20.*

*Secundam*, carentiam voluntatis habēdi, vel retinendi aliquid, etiā iuſtè, niſi quatenùs eſt inſtrumentum virtutis. Quæ de conſilio eſt, iuxta illud *1. ad Corinth. cap. 7. Qui habent, tanquam non habentes, &c.*

*Tertiam*, carentiam voluntatis habendi vllo modo pro ſuo, etiam iuſtè, & etiam quatenùs eſt inſtrumentum virtutis. Quæ de conſilio quoque eſt, & magis, quàm ſecunda proximè dicta. iuxta illud *Matt. 19. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.* Ita diſtinguit *Martin. Nauar. in tract. de regularib. commento 1. num. 17.* Qui ibidem *verſiculo Vigeſimum primum*, paupertatem exteriorem

5 duplicem † conſtituit. Alteram voluntariam; alteram verò coactam, vti ſuprà tetigimus.

*Voluntariam* dicit, quam quis ſua ſponte conſequitur. Qualis fuit *Cratis Tebani*, de qua *Diuus Hieronymus in cap. Gloria Epiſcopi, 12. q. 2.* & qualis apud *Matth. d. c. 19. Ecce nos reliquimus omnia, &c.*

Quam rurſùs multiplicem dicit. *Aliam* nihil habentis, neque habere potentis, quippè facti ad id incapacis propter votum ſolemne. *Aliam* ſe contentum victu honeſto facientis. *Aliam* nihil habentis, ſed ad habendum capacis, quippè cui non eſt votum ſolemne paupertatis, licēt omnia ſua reliquerit.

Paupertatem verò exteriorē coactam, eam eſſe conſtat, quam quis nolens ſuffert. Taliſq; paupertas ſui natura meritoria ne-

6 quaquam eſt: † vt enim inquit *text. in cap. Si enim de pœnit. diſtin. 2. vbi neceſſitas eſt,*

*nec damnatio, nec corona eſt.* Ita in ſpecie, & terminis noſtris tenet ibid. *gloſ. verb. Neceſſitas.* & *Cornel. Beninc. de paupert. d. q. 2. nu. 17.* Qui enim aliquid coactus facit, præmium non meretur, *text. in l. 3. §. Vtrum, D. ad S. C. Syllan. l. 2. C. de oper. libert. vbi not. Bald. nu. 1.* & 2. præmium ordinatum capienti bãnitos; non deberi Poteſtati, † qui
7 illud ex officij neceſsitate facere tenetur, niſi nominatim de officiali loquatur ſtatutum, idq; *in eius addit. not. ibid. Andr. Barbat. lit. A.* firmantque ſuprà dictam aſſertionem *text. in l. Nam quod 14. §. Qui compulſus, D. ad S. C. Trebell. Qui compulſus adit hæreditatem* (inquit text.) *ſicut cæteris commodis caret, ita hoc quoque caſu careat, ne poſsit pœnitendo quartam retinere.* tex. etiã *in l. Ita tamen, 27. §. Qui ſuſpectam, D. eod. tit. tex. in l. Rem legatam, 19. D. de adim. leg. text. in l. Vnum ex familia, 69. §. 1. D. de leg. 2. text. in l. Proximè, 50. D. de ritu nup. Ioſeph. Maſcard. de probat. quæſtione 5. num. 21.*

Sicque huiuſmodi inuoluntaria paupertas ſuo genere neque bona, neque ma-
8 la eſt, † ſed indifferens, vt (præter iam relatos) firmat *Martin. Nauar. dict. tract. de regul. comment. 1. numero 17.* latè etiam *Fului. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 54. nu. 2. & ſeqq. vſque ad 8.*

9 Idemque de diuitijs † dicendum, iuxta *Horatij* ſententiam *epiſtolar. lib. 1. epiſt. ad Fuſcum Ariſtum.*

*Imperat, aut ſeruit collecta pecunia cuique.*

Plura in confirmationem adducit *Annæus Robertus, rerum iudic. libro 2. cap. 2. folio mihi 327.* & *Pacian. vbi ſup.* quibus etiam addendum, quòd ſcriptura dicit *Eccleſiaſt. cap. 13. Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia, & nequiſsima paupertas in ore impij.* & *Seneca de diuina prouident. Non ſunt diuitiæ bonum.* & *in Prouerbijs* ipſius: *Pecunia ſi vti ſcias, ancilla eſt; ſi neſcias, domina eſt.* Et *epiſtolar. lib. 12. epiſtol. 83.* ibi: *Tanquam indifferentia eſſe dico, id eſt, nec bona, nec mala; morbum, dolorem, paupertatem, &c.* proſequiturque latiſsimè *lib. 13. epiſtol. 88.* & *lib. 21. epiſtol. 118. Indifferens* (inquit) *vocamus, quod tam malo contingere, quàm bono poteſt, tãquam pecunia, forma, nobilitas.* Et *de vita beata: Diuitias nego bonas eſſe, nam ſi bonæ eſſent, bonos facerent.* Et paulò inferius: *Diuitiæ autem apud ſapiẽtem virũ in ſeruitute ſunt; apud ſtultum in imperio.*

## QVO IVRE SIT INtroducta paupertas?

## *SVMMARIVM.*

1 Ex ſententia Cornelij Beninc. à iure naturali deſcendit paupertas.
2 A iure diuino ex ſententia Sigiſmundi Scacciæ.
3 A iure gentium ex Authoris ſententia.

## QVÆSTIO III.

HIc quæſtionis diſputationem (cum magis ad materiæ, tractatuſque ornatum, quàm ad vtilitatem, quam quærimus, pertineat) omittere, forſitan Nobis in mentem venit: & quia *Cornel. Benincac. in tract. de paupert. quæſt. 3.* latiſsimè hanc per quadraginta quatuor numeros (aptè quidem, fuſiùs tamen quàm neceſsitas, vtilitaſque poſtulabat) diſſeruit quæſtionem, eo ſolo, *rei originem ſpectandam*, fundamento nixus, parum immorabimur.

Multis igitur hinc inde argumentis ad-
1 ductis, à iure naturali † introductam, originemque traxiſſe *Paupertatem*, concludit.

2 A iure autem diuino † contendit *Sigiſmund. Scaccia in tract. de commercijs, quæſt. 1. §. 1. num. 43.*

Quod tamen à iure gentium † (vt noſtram quoq; interponamus ſententiam) de-
3 uenerit *Paupertas*: probatur, quia à principio de iure naturæ omnia cõmunia erant, nec quidquam aliquis inſolidum poſsidebat, ſed omnes in communi domini rerum omnium erant, *Paupertasque* tunc per conſequens ignota. Ex quo autem ſibi quiſque proprium retinere, rerumque ſibi præcipuum voluit adſcribi dominium, atque adiudicari; cœpit indigentia, in dieſque *Paupertas* creuit. Quam duo illa pronomina *Meum*, & *Tuum* induxiſſe videntur. De quibus eleganter *Guilliel. Rouill. in tract. de iuſtit. & iniuſtitia, lib. 2. cap. 1.* & *Seneca in prouerb.* ibi, *Principium diſcordiæ eſt, aliquid ex communi proprium facere.* & ibi. *Quietiſsimè viuerent homines in terris, ſi duo verba tollerentur, ſcilicet Meum, & Tuum.*

*Tuum.* Firmat *text. in capit. 2. 12. quæſt. 1.* ibi: *Communis enim vſus omnium, quæ ſunt in hoc mundo omnibus eſſe hominibus debuit. Sed per iniquitatem alius hoc ſuum eſſe dixit, & alius illud, & ſic inter mortales facta diuiſio eſt.* Antequam enim ex illa immani beſtia *Apocaliſſis cap.* 12 & 13. hæc duo pronomina naſcerentur (vt per *Guiliel. Rouill. vbi ſuprà*) paupertati in mundo erat aditus interdictus. Cõfirmat *Actuum Apoſtolor. capit.* 4. *Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. Nequè quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia.* & ibi: *Neque enim quiſquam egens erat inter illos.* & *capit. 2. propeſinẽ, capit. Dilectiſſimis, 12. quæſt. 1.* ibi: *Vnde (vt bene noſtis) erat multitudinis cor vnum, & anima vna. Neque quiſquam eorum, aut noſtrum, de his, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed omnia illis, & nobis erant communia. Neque quiſquam egens erat inter nos.* Quod & ſic à principio ius conſtituit naturæ; & per conſequens, nequaquam ex eo fuiſſe *paupertatem* inductam videtur dicendum, nullumquè tunc pauperem eſſe: diuites omnes, cum omnium rerum Domini in communi, proquè indiuiſo (vt ſic dicamus) exiſterent. Accedat in hanc rem *Horatij* ſententia *lib. Sermonum, Satyra* 2.

*Nam propriæ telluris herum natura neque illam,*
*Nec me, neque quenquam ſtatuit. Nos expulit ille,*
*Illum, aut nequities, aut vaſri inſcitia iuris.*
*Poſtremo expellet certe viuatior hæres.*

*Ouidijquè Metamorphoſ. lib. 1.*

*Communemquè prius, ceu lumina ſolis, & auræ,*
*Cautus humum longo ſignauit limite menſor,*
*Nec tantum ſegetes, alimentaquè debita diues*
*Poſcebatur humus.*

Argumentis autem Beninc. & Scacciæ facillime reſponderi poſſet, Nobis ſat dicta.

## QVID SIT PAVPERTAS? quiſquè Pauper dicatur?

## *SVMMARIVM.*

1 *Paupertas* interior quid ſit?
2 *Paupertas* exterior, quid ex Nauarri ſententia, quæ improbatur.
3 Bona diffinitio debet conuerti cum ſuo definito, nec alijs à diffinito competere.
4 Alia *paupertatis* diffinitio.
5 *Victus* appellatione, quę contineantur? & num. 7.
6 Bona definitio omnem naturam, & eſſentiam rei definitæ comprehendere debet.
8 Alia *paupertatis* definitio ex Cornelio Beninca.
9 Vera *paupertatis* definitio ſecundum Authorem.
10 *Pecuniæ* appellatione omnis ſubſtantia, vel res, quæ ſunt, aut eſſe poſſunt in patrimonio continentur.
*Pecunia* vnde dicta? ibidem. Et vnde *locuples?* ibid. circa fin.
11 Pauper dici poteſt, quis, eiſdem facultatibus, quibus alius diues, vel è contra.
12 Veſtire non omnes debent æqualiter.
13 Veſte relicta, præſtanda eſt, ſecundum conditionem perſonæ.
14 Pauperes, & ruſtici, non delicatis cibis, ſed groſſis, & vilibus vti debent.
15 Delicioſa cibaria pauperibus præparans, venialiter peccat.
16 Pauper ſumptuoſe viuens, apud Corinthios puniebatur.
17 Nobiles groſſis, aut vilibus cibis vti non debent.
18 Pauper, & ruſticus pedeſtris, nobilis, eques debet ambulare.
19 In taxatione expenſarum teſtiũ, quid attendendum? & qualiter taxandæ?
20 Cauſa, vel quantitas magna, vel parua, quæ dicatur, ex perſonarum conditione perpenditur.
21 Furtum magnum, vel paruum, ex perſonarum quoquè conditione reputatur.
22 Furtũ magnũ, mortis vindicatur pœna.
23 Alimenta præſtanda ſunt, attenta conditione, & qualitate perſonæ.
24 In legato alimentorum, continetur etiã equus, ſi legatarij cõditio id depoſcat, vel etiam currus.

25 Alimenta non ſolùm præſtanda ſunt attenta alimentandi perſona ; ſed etiam pro familia,& miniſtris , ſecundum eius qualitatem,& num.30.

26 Pater tenetur alere non tantum filium, ſed etiam eius vxorem , & miniſtros , ſi aliunde non habeat.

27 Maritus pro vxore,& eius ſeruiẽtibus, & pediſequis alimenta præſtare debet.

28 Alimentare obligatus,etiam ad famulorum alimenta tenetur.

29 Marito,& alijs,qui in id,quod facere poſſunt conueniuntur,tantum relinquẽdum eſt, quãtum ſufficiens ſit,ad vitam decenter tranſigendam , eorum conditione attenta.

30 Patronus , & eius miniſtri ab eccleſia, vel liberto ſunt alendi.

31 Qui alium alere tenetur, non ſatisfacit obligationi,ſi eum faciat recipi in aliquo hoſpitali;ſi id illi indecorum ſit.

32 In alimentorum præſtatione, non ſolũ ſpectanda eſt qualitas á natura proueniens:ſed etiam ex accidenti , ratione literarum, officij , vel dignitatis adeptæ. Amplia num.39.

33 Scientia reddit quem nobilẽ, & n. 35.

34 Nobilitas ex ſcientia proueniens , nobilitati ſanguinis,& generis præualet.

36 Aduocatus dicitur perſona egregia, ſicut doctor.

37 Officium nobilitat.

38 Doctor non eſt perſona indigna , cui Comitiſa poſsit nubere.

39 Pauper an dicatur,cõſanguineus eius, qui ad aliquam magnam dignitatem eue ctus eſt,ſi ante illius adeptionem ſufficientia bona habebat?ex eoquè lautiora conſequi poſsit alimenta?

Intellectus *text. in c. Eſt probanda 86. diſt. & Concilij Trid ſeſ.25.cap.1.de reform.* ibidem.

40 Pauper dicitur,qui licèt ſatis bonorũ habeat vnde viuere poſsit;non tamen ſe cundum conditionem ſuam , vt & familiam decenter poſsit alere,dequè neceſſarijs prouidere.

41 Cui bonorum diſtributio inter pauperes commiſſa eſt, poterit diſtributionem alicui nobili facere, qui licèt vnde ſe alere poſsit habeat ; non tamen pro ſuæ conditionis,ſtatus,& generis, ratione Limita,vt numer.48.ſi patrimonium teſtatoris,qui illud inter pauperes diſtribui iuſsit,eſſet paruum.

42 Facere etiam poterit diſtributionem, in ſuprà dicto caſu, ei qui licèt ad victũ neceſſaria habeat , non tamen pro puellis ( quas maritare tenetur ) dotandis, quamuis de dote nulla à teſtatore ſit facta mentio.

43 Pauper dicitur puella,quæ licèt ſufficiens victum habet,non tamen ſufficientem pro conditione dotem.

44 Pauper dicitur pater , qui filias pro conditione maritare non valet.

45 Dos , vel legatum relictum habenti victum, non tamen decentem,congruãve dotem , etiam ſtricto modo dicitur cauſa pia, vel in cauſam piam relictum.

46 Executor teſtamenti , cui bonorum diſtributio inter pauperes commiſſa eſt, poterit,non ſolùm inter extraneos , ſed etiam ſibi ipſi,vel filijs,aut filiabus , alimenta,dotemve congruam non habentibus diſtribuere.

47 Qui tenetur reſtituere malè ablata arbitrio Prælati, vel Confeſſoris , propter ſuam neceſsitatem , vel quia filias habet, poterit ſibi , vel filiarum dotibus dicta bona applicare.

49 Executor teſtamenti , cui diſtributio inter pauperes commiſſa eſt , poteſt diſtributionem facere monaſterio habenti vnde monachos , vel moniales ſuſtineat;ſi vltra victum , vel alimenta , non ſupereſt , vnde ipſius fabricæ ſubueniatur.

50 Pauper dicitur beneficiarius,vel beneficium pauper,& tenue, cuius redditus, licèt ad eius victum alimentaquè ſufficiant:non tamen pro ſe,ſuiſquè,& familia pro ſua conditione.

51 Et qui dicantur ſui in hac materia? & num.52.

53 Pauper dicitur pater,qui neceſſaria habet ad vitam decenter degendã, ad filiorum tamen alimenta ſufficientia , & ad expenſas in ſtudio faciendas , bona non habet,& num.62.

Et quid in auo,&alijs aſcẽdẽtibus,in his & ſimilibus ſuperioribus caſibus ? n.63.

54 Pater tenetur ad ſumptus, & expẽſas pro primis filiorum rudimentis.

55 Et quid pro legali ſcientia , medicina,& ſimilibus addiſcendis?remiſsiue.

56 Alimentorum appellatione, expenſæ quoquè ſtudiorum continẽtur,& n. 57.

57 Et idem relicta ſuſtentatione , neceſsitate,vel victu.

58 Promittens aliquẽ vt filiũ tractare,tenetur , ei miniſtrare expenſas , vt diſcat le-

legere ſcribere, & Grammatimam, ſi id eius expoſcat conditio.

59 Pater,quantuncunque infimæ conditionis ſit,tenetur filio expenſas præſtare, vt diſcat legere,ſcribere,artemquè poſt hæc quæſtuariam eum docere.

60 Sicut pater tenetur dotare familiam, & dare donationem filio propter nuptias:ita & eum docere artem,ex qua viuere poſsit.

Cauſa ſtudij, & dotis à pari procedit ibidem,& num.62.

61 Filius an teneatur ſubuenire patri egeno,qui eum artem,ex qua viuere poſſet, docere contempſit?

64 Pater,vel aſcendentes, non ſolùm legitimos,& naturales deſcendentes alere, & dotare tenentur:ſed etiam naturales tantum,& ſpurios.

65 Filijs naturalibus, vel ſpurijs tantum, an debeantur alimenta à patre, vel aſcēdentibus,pro neceſsitate ſolū, vel etiam pro dignitate præſtanda ſint?

66 Et quid de iure Regio, ex quo,vltra quintum eis relinquere pater prohibetur?

67 Alimenta, quæ miſerationis cauſa dantur,an ſecundum neceſsitatem, vel dignitatem præſtanda ſint? 1

68 Pauper dicitur pater,qui licèt habeat victum pro ſe,non tamen pro filijs naturalibus tantum,vel etiam ſpurijs: & idē in deſcendentibus aſcendentium reſpectu,num.69. 2

Pater teneturalere filios naturales, & ſpurios,etiam in foro ſeculari:& de iure Regio. Idquè in filijs presbyterorum, etiam poſt Pij V.extrauagantem procedit,ibidem,d.num.68. 3

70 Filij,vel deſcendentes illegitimi, aut ſpurij,an aſcendētibus alimenta pro dignitate, vel neceſsitate debeant pręſtare? remiſsiue.

71 Pauper dicitur quis attenta negotij qualitate.

72 Qui non habet tantum in bonis, quantum continet debitum cuius reſpectu cō tenditur, pauper ea ratione dicitur.

73 Quotieſcunquè quæritur de paupertate reſpectiuè ad aliquid, ſemper metimur paupertatem reſpectiuè ad illud.

74 Vt teſtis idoneus ſit,tanti bona debet haberevaloris,quanti eſt cauſa ſuper qua deponit.

75 Iudicis arbitrio relinquitur, quis pauper dicatur.

76 Et quis inops.

77 Et quæ miſerabilis perſona.

78 Fallit vbi à lege, vel ſtatuto certa patrimonij quantitas determinata eſt. Quo caſu nullæ ſunt iudicis partes in arbitrādo,vel ſi miſerabilē perſonā lex deſignet

79 Iudex non poteſt admittere ad accuſandum non habentem quinquaginta in bonis,niſi ſuā,vel ſuorum iniuriā proſequatur. Et in alijs ſimilibus caſibus.

80 Pauper quādo poſsit facere caſum curiæ de iure Regio,vel Communi?

81 Paupertas in ſpecie probanda eſt,quādo quantitas à lege taxatur,vel vbi agitur ad certum,& determinatū effectum.

# QVÆSTIO IIII.

DEuenimus ad *paupertatis* definitionem,quam ſuprà,*quæſt.2.* duplicem eſſe diximus. Interiorem ſcilicèt,& exteriorem. Interioremquè ( ex ſententia *Martin. Nauarr. de regularib. commento 1.num.17.fol.mihi 98.*)eſſe † *Carentiam voluntatis habendi pecuniam.* In cuius cōprobatione verba non facimus, quia ad exteriorem princi paliter noſtra conuertitur oratio. Quam ſiue voluntariam, ſiue inuoluntariam, & coactam, ſic ipſemet definit *Nauarr.eod.nu.17.*vt ſit † *Carentia realis pecuniæ.* Quæ(tanti viri reuerentia)ſuſtineri,nullomodo poteſt. Quippè,quę nō conuertitur cum ſuo definito † contra regulā *text.in l.1.§.Dolum, D. de dolo,* vbi *Bart. not.& in l.1.D. de teſtam.& in l.1. D. de tutel.& in l.Imperium in princ. D. de iuriſd.omn.iud.gloſ.& DD. in rubric. C. de ſumma Trinit.& Fide Cathol.Paul.Caſtr. Iaſ.Alexand.*& alij,quos refert,& ſequitur *Cornel.Beninc.tractat.de paupert.quæſt.1. num.17.Dec.in l.Omnis diffinitio,201.nu. 2.D.de regul.iur.*adducit *text.in l. Mortis cauſa capitur,quæ eſt in ordine 31. D.de donatio.cauſ.mort.& in l.Quintus la 2.29.in ordine,§.Cum aurum,D.de auro,& argento legato.* Non enim carentia pecuniæ, paupertas eſt. Cum *pecuniæ* verbum quàm latiſsimè pateat,vt dicemus infrà. Alijſquè etiam à diffinitis competat, vtpotè, quæ etiam diuites,inopem,mendicum,& eum, qui nihil omnino habet, extremam, omnimodamquè carentiam,neceſsitatem,ac indigentiam comprehendat. 4

Sic igitur forſitā definiri † poſſet, *Paupertas*

eſt

*eſt carentia victus ſecundum cuiuſq; conditionem*, vt *Carẽtia* ſtet loco generis; cætera ſpeciei. *Victus* ideo, quia *victus* appellatione † ea omnia continentur, quæ ad vitam 5
hominis neceſſaria ſunt, *text. in l. Verbo victus*, 43. *& ſeqq. D. de verbor. ſignific. l. Quos nos*, 234. §. *Verbum viuere, D. eod. l. Legatis 6. l. fin. D. de aliment. & cibar. leg. gloſ. verb. Victus, in cap. Epiſcop. 10. q. 2. Iaſ. in l. Cum ÿ. §. Qui tranſigit, numer. 2. & 3. C. de tranſactionib. Petr. Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 2. num. 11. & 12.* Confirmaturquè ex *Salomone Prouerbiorum cap. 30. Mendicitatẽ, & diuitias ne dederis mihi Domine, ſed tribue victui meo neceſſaria.*

*Secundum cuiuſquè conditionem*, ad excludendum mendicitatem, & inopiam, omnimodamve neceſsitatem. Vndè qui victu pro eius conditione caruerit pauper dicetur; non qui victum habeat.

Adhùc tamen non integram, ex omnibuſquè ſuis partibus perfectam huiuſmodi diffinitionem iudico, cum per eam non omnino rei diffinitæ natura, & eſſentia videatur comprehendi; contra bonæ diffinitionis regulas, † ex *Bart. in l. 1. D. de appellationib. Portio. P. Andr. Gamar.* & alijs relatis à *Cornel. Beninca. ſupr. quæſt. 1. num. 4.* ita etiam *Bart. in l. 1. num. 2. D. de teſtament. Decius in d. l. omnis diffinitio, num. 1. D. de reg. iur.* 6

*Victus* enim appellatione, ea tantùm veniunt, † quæ ad vitam tranſigendam neceſſaria omnino ſunt, ſine quibus minime vita degi poſſet, dictis iuribus ſuprà *num.* 7
5. & latiùs infrà. Nec enim familia, vel ſerui veniunt, cum ad vitam omnino neceſſarij non ſint, dictis iuribus, & ibi notatur.

Nec etiam *ſtramentum*, vel *ſtragula* venit, *l. Inſtrato*, 45. *D. de verbor. ſignif.* (ſi de non omnino ad vitam neceſſarijs ſaltem intelligamus) vt de tapetibus, cultricibus, mu liebribuſquè ſtramentis, ſine quibus tamen pauper dici quis poteſt, eius attenta conditione, vt infrà apparebit. Et quòd prædicta victus appellatione non veniant, notat etiã *Ioan. Garcia de expenſis, capit. 3. num. 40. & 41.*

Neque qualitas illa, *ſecundum cuiuſquè conditionem*, quidquam propriæ ſignificationi, & naturæ verbi, *victus*, addere, quoad hoc videtur, vt alias res extra ipſius verbi ſignificationem includat, licèt latiores habenas intra ipſius verbi ſenſum protenderet, vt nempè lautiùs ad vitam neceſſaria præſtentur; non quæ extra ipſammet viuendi neceſsitatem. Cum ea verbo, *victus*, nequaquam comprehẽdantur, vt prædiximus. Et præter iura relata, eſt etiã *text. in l. Si quis à liberis*, 5. §. *Non tantum, iuncta gloſ. verb. Cætera quoque, D. de liber. agnoſc. Bart. in tractat. de aliment. num. 1. & ſeqq. Petr. Surd. eodem tractat. de aliment. tit. 4. q. 6. nu. 6. Franciſc. Viuius deciſ. 523. num. 29. Marc. Anton. Peregrin. conſ. 81. num. 15. lib. 3. Iacob. Menoch. conſ. 1219. à num. 14. & præſumpt. lib. 4. præſumpt. 157. à numer. 13. Hercules Mareſcot. Vincent. de Franch. Seraphin. Camill. Borellus*, & alij prope infiniti congeſti per copioſiſsimum *Marium Giurbam in conſuetudinibus Senatus Meſanenſis, cap. 7. gloſ. 15. numer. 2. par. 1.*

Aliam aſsignat definitionem *Cornel. Beninca. quæſt. 1. numer. 38.* ſic: *Paupertas eſt † rei ad rectè viuendũ pertinentis neceſſitas.* Quæ licèt ſuſtineri poſsit, & alijs à definitione cõpetere (cũ neceſsitatis paupertas ſpecies ſit, vt in 2. huius tractatus parte Deo dante dicemus) & paupertatẽ in omni caſu nõ cõprehendere videtur. Vndè vt omnis ceſſet difficultas, ſic poſſe diffiniri mihi videor. † *Paupertas eſt carentia pecuniæ, ſecũdũ perſonæ, vel etiã negotij qualitatem.* Quæ omnibus ſuis partibus conſtat, genere nẽpè, & differentia. *Carentia* enim ſtat loco generis; cætera ſpeciei. Omnem ſubſtantiam, & qualitates rei definitæ demonſtrat, nec alijs à definito competit, cũ eoquè tam affirmatiuè, quàm negatiuè cõuertitur. Quis enim neget, talem *Carentiam*, & perſonæ, & negotij reſpectu, paupertatem eſſe? vel non eſſe, vbi abeſt? 8 9

Diximus in definitione, *carentia pecuniæ. Pecuniæ* enim appellatione † omnis 10
res, quæ in patrimonio eſt, vel eſſe poteſt, continetur *text. in cap. Totum, 1. quæſt. 3. Totum quidquid homines habent in terra* (inquit textus) *pecunia vocatur ſeruus, vas, ager, arbor, pecus, quidquid horum eſt, pecunia dicitur, l. Pecuniæ appellatione 4. & l. ſequenti, l. Pecuniæ verbum, 178. l. Pecuniæ nomine, 222. D. de verbor. ſignificatio. l. 1. §. fin. & l. 2. D. de calumniatorib. l. 2. §. Et neminem, C. de conſtit. pecun.*

Idquè vel ex eo, quia antiquitùs pecudis effigies in moneta cudebatur; teſte *Plinio lib. 18. naturalis hiſtoriæ, capit. 3. & lib. 33. c. 3. Chriſtophor. de Paz in legib. ſtyli, in l. 78. numero 9. Catellian. Cotta in memorabilibus iuris, verbo, Pecunia*: vel quia de pecorum coriis nummi excu-

de-

debantur, poſteaque à Saturno æreus nummus inuentus eſt, vt notat *Lucas de Penna in l. Chartulas, num. 4. C. de conueniend. fiſci debit. lib. 10.* Vel quia antiquitus omnis ſubſtantia in pecoribus conſiſtebat, *tex. in dict. cap. Totum*, ibi, *Ideò autem pecunia vocata eſt, quia antiqui, quod habebant, in pecoribus habebant. dict. l. 1. §. vltimo, & l. 2. D. de calumniato. dict. l. 2. §. Et neminem, C. de conſtit. pecun.* & alijs iuribus ſupra, *Lucas de Penna in l. Domini, numer. 2. C. de agricol. & cenſ. lib. 1. Catallian. Cotta loco iam relato.* Idque teſtatur *Ouidius* (cuius alij nõ meminerunt) *Faſtorum lib. 5.*

*Aut pecus, aut latam diues habebat humum.*

*Hinc etiam locuples, hinc ipſa pecunia dicta eſt.*

Addidimus in diffinitione, *ſecundùm perſonæ qualitatem*. Tùm ad excludendam inopiam, mendicitatem, vel egeſtatem; tùm, quia perſonarum conditio efficit, vt eiſdem facultatibus alter pauper : † alter diues dici poſsit. *Text. eſt in l. Sed etſi,* 11
52. §. *Sed etſi proponas, D. de iudicijs vbi gloſſa verbo Modica, & notat ibi Paulus Caſtrenſ. num. 3. gloſſa in l. Illicitas, 6. §. Ne potentiores, verbo Lumine, D. de officio præſidis, Socin. Iunior. conſilio 60. numero 51. libro 3. Marius Giurba in conſuetudinib. Senat. Meſanenſ. capit. 2. gloſſa 6. numero 23. part. 1.* vbi quòd *paruum*, vel *magnum* dicitur relatiuè ad res, & perſonas, quia quod dicitur magnum reſpectu vnius, paruum erit reſpectu alterius, *gloſſa* etiam in *cap. 1. verbo Neceſſitatem, 21. q. 1.*

Nobilis enim, & qui operari neſcit, non dicetur diues eo, quo ruſticus dici poſſet, ita *Iacob. Butr. in authen. Prætered, C. vnde vir, & vxor*, quem refert, & ſequitur *Ioann. Lupus de Palac. Rubeo in repetit. rubric. de donationib. inter virum, & vxorem*, §. 11. *incipit Prædicta, num. 11. Bartol. in l. Si conſtante, numero 14. D. ſolut. matrimon. Socin. conſilio 30. numero 2. libro 4. Tiraquell. de nobilit. cap. 20. numero 156. & ſequent. Petrus Roizius Maureus deciſione Lituanica 4. num. 233.* plures referens *Maſcard. de probationib. concluſione 1159. numero 14. Didacus Perez in leg. 1. titulo 1. libro 3. Ordinam. verbo Pobres, column. 1. propè finem, Petrus Surdus de aliment. titulo 4. quæſtione 18. numero 8. Iacob. Meno. de arbitrar. libro 2. caſu 65. numero 8. centur. 1. Petrus Auguſtin. Morla. in emporio iuris, quæſtione vltima, numero 6. verſic. Illud tamen meminiſſe, Anton. Heringius de fideiuſſorib. cap. 8. numero 68. Rota Roman. diuerſor. 2. part. deciſione 202. numero 4. Cæſar de Graſis deciſione 162. numero 3. titulo de ſucceſsion. ab inteſtat.* vbi quòd ruſticus dicitur diues, ſi habeat centum ſcuta; cum nobilis, etiamſi mille habeat, pauper dicatur *Fului. Pacianus de probation. lib. 1. cap. 54. num. 45. & ſeqq.* vt enim *Horatius lib. 1. epiſtolar. epiſtola ad Mecœnatem*, inquit.

*Paruum parua decent.*

Ruſticusque & humilis perſona, cum paucis diues eſt. *Ouidio* teſtante *triſtium lib. 3. Eleg. 10.*

*Ruris opes, paruæ, pecus, & ſtridentia plauſtra,*
*Et quas diuitias incola pauper habet.*

*Et lib. 4. de Ponto, elegia 9. ad Græcinum.*

*Fortuna eſt impar animo, taliq; libenter*
*Exiguas carpo munere pauper opes.*

*Horatius itidem epiſtolar. lib. 2. epiſt. 1.*

*Agricolæ priſci, fortes, paruoque beati.*

*Valerius quoque Marcialis lib. 10. epig. 96. ad Auitum.*

*Illa placet tellus, in qua res parua beatum*
*Me facit, & tenues luxuriantur opes.*

*Seneca in Medea.*

*Candida noſtri ſæcula patres*
*Videre, procul fraude remota,*
*Sua quiſque piger littora tangens,*
*Patrioque ſenex factus in aruo*
*Paruo diues. Niſi quas tulerat*
*Natale ſolum nouerat opes.*

Ex diuerſo autem, nobilis, honeſta, grauis, vel illuſtris perſona, multa etſi bona poſsideat; eius adhuc conditione attenta, pauper meritò dici poterit. Imò & Rex. *tex. eſt in cap. Ex parte, 15. de foro compet. Decius in cap. Cæterum, n. 73. de iudicijs, Achiles Perſonal. conſil. 47. num. 14. Theatrum vitæ humanæ, tom. 3. lib. 2. pag. 666. col. 2. verſic. Reges, Franciſ. Viuius deciſ. 521. n. 16. lib. 4. Ioan. Maria Nouarius in praxi electionis, & variationis fori, deciſ. 24. num. 6. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 66. par. 2. n. 17.* vbi & ex perſonæ conditione, duodecim millium, & quingentorum aureorum ſummâ ſingulis annis habentem, pauperem demonſtrat.

Non enim eædem expenſæ, non idem ſumptus à vili, vel etiam mediocri perſona; qui ab honeſta, nobili, vel egregia faciendi ſunt. Namque non omnium æqualis 12
debet eſſe veſtitus, † *l. 1. C. quæ res vendi nõ poſſ.*

*poſſ. l. fin. C. de reſcind. vendition. l. 1. 2. & tot. tit. C. de veſtibus holoueris, & auratis, lib. 11.* Meliùs enim, & honoratiùs Magiſter in Theologia, quàm frater ſimplex veſtietur, meliùs Abbas, quàm Monachus, & meliùs Doctor, quàm Scholaris, vt tradit *Speculator in tit. de aduocato, §. ſequitur videre de veſtibus, in princip. Bart. & Bald.* relati per *Palac. Rub. in repet. rubric. de donatio. inter vir. & vxorem, d. §. 11. n. 10. Stephan. Aufrerius in addition. ad Capell. Tholoſan. deciſ. 8. in fine. Hieronym. Ceball. communi. contra commun. lib. 3. quæſt. 780. num. 38. Petrus Surd. de aliment. tit. 4 q. 18. num. 36. & 39. Iacob. Menoch. conſ. 144. num. 77. Marius Giurba in conſuetud. Senat. Meſanenſ. cap. 7. gloſſa 14. num. 2. & 3.*

Ex quo infertur, legato *veſtis* relicto, intelligendum, præſtandumque ſecundùm
13 conditionem † perſonæ, cui relinquitur, vt poſt alios concludit *Borgninus Caualcan. deciſ. Fauicianenſi 31. num. 15. part. 3.* vbi in legato facto per illuſtrem Comitem Aurellium Beccariam, de veſtiendo eius familiam veſte lugubri, & eius Auditorem: veſtē Auditoris de panno fino, aut de raſcia, & non de baieta, attenta perſonarum conditione, eſſe debere, fuiſſe declaratum affirmat.

Sic nec omnium æqualis debet eſſe victus. Pauper enim vel ruſticus, humilisvè
14 perſona non delicatis, † & ſumptuoſis; ſed vilibus, & ruſticis vti debent cibis. *Tex. in cap. Non cogantur, 41. diſtin. tex. in l. Seruis vrbanis 97. D. de leg. 3. l. Sed & ſi quid 9. D. de vſufruct. l. Iudices 9. C. de Epiſcop. aud.* Notat. *Accurſ. in d. l. Seruis vrbanis, verbo Ex libellis, & verbo Ex cibarijs. Iaſon in §. Item ſi de dote, num. 7. & 8. Inſtit. de actionib. Andreas Tiraquell. de nobilit. cap. 20. num. 142. & 145. cum ſeqq.* Latè *Pet. Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 18. num. 12. Collan. de re frumenta. lib. 1. quæſt. 6. nu. 7. Marius Giurba vbi ſupra, d. cap. 7. gloſſ. 14. num. 2. Aſcan. Clemens de patria poteſtat. effect. 17. num. 35. & 36. Iacob. Menoch. conſil. 144. num. 76. Hieronym. Ceballos d. quæſt. 780. num. 25. Franciſ. à Ponte de poteſtat. Proreg. tit. de abundantia ciuitatis, §. 5. num. 6. Ioan. Maria Nouarius in praxi electionis, & variat. fori. quæſt. 17. num. 2.*

Delicioſaque cibaria pauperibus præ-
15 parantem, venialiter † peccare, firmarunt text. *c. In vnum orarium, §. Criminis, ante finem, 25. diſtin. Bellaper. Cyn. & Bald. in auth. Ad hæc, C. de vſuris. Gaſp. Vare. de inope debitore cap. 17. nu. 74. Anarcas Tiraquell. de nobilitate, d. c. 20. n. 46. Petr. Surd. de aliment. d. tit. 4. quæſt. 18. num. 13. Corduba de Lara in l. Si quis à liberis, §. Sed ſi filius, numero 48. de liber. agnoſ. Hieronym. Gonçalez in regula. 8. Chancellariæ, gloſ. 2. numero 42. Martin. Coller. de alimen. lib. 2. cap. 2. num. 58. Ioan. Baptiſt. Pontan. cod. tract. de alimen. c. 7. n. 3. in fin.*

Et apud *Corinthos*, pauperes ſumptuo-
16 ſe viuentes † puniri ſolitos, ſcribit *Alexander Surd. de moribus gentium lib. 2. c. 31.*

Nobiles verò, & honeſtæ conditionis, illuſtreſq; perſonæ, groſſis, aut vilibus cibis
17 vti, † nec coguntur, nec debēt. *Tex. in d. c. Non cogātur, & in d. l. Seruis vrbanis, & d. l. Sed etſi quid. Iaſ. Tiraq.* & alij ſupra relati, *Lambertin. de iurepatronat. li. 3. in princip. quæſt. articulo 12. numero 1. Paul. Citad. & Roch. de Curte*, quos adducit, & ſequitur *Hieronym. de Ceballos dict. quæſtione 780. numero 23. & ſequentib. Lara in d. l. Si quis à liberis, §. Sed ſi filius, num. 46. Pet. Surd. d. quæſt. 18. num. 8. Marius Giurba d. cap. 7. gloſſ. 14. num. 2. part. 1.*

Sic, pauper, ruſticus, & humilis, pe-
18 deſtris; † nobilis verò, & honeſta perſona, eques debet ambulare: *gloſſa in l. Idemque 10. §. Idem Labeo, verbo Eum oportere D. mandati. Bald. in l. Liberti, numero 19. C. de oper. libertor. Bart. in. l. Si non ſortem 25. §. Libertus, numero 29. D. de condiction. indebi. Iacob. Menoch. de arbitrar. libro 2. cent. 1. caſu 2. num. fin. Didac. Perez in l. 1. titulo 1. libro 3. Ordinam. verbo Pobres, colum. 2. prope med.* Vbi hæc pro
19 taxatione expenſarum † ratione itineris facienda, quādo ruſticus adducitur in teſtem, vel ad litigandum, notanda dicit. Si enim ire pedeſter ſolitus, ad ciuitatem ſolicitādæ litis cauſa veniat cum equo, huiuſmodi ei non reficiuntur expenſæ: *gloſ. in d. l. Idemq; §. Idem Labeo, D. mandati. Petrus Surd. de alimen. titulo 2. quæſtione 8. per totum, Vincentius Caroci. tractat. de locat. quæſtione 8. titulo de fructi. & litium expenſis, num. 91. folio mihi 28.* Plenè *Bernardus Greuæ. concluſ. practic. Cam. Imper. concluſione 99. per totam, præcipuè num. 5 & ſeqq. lib. 1.*

Vnde, & quæ cauſa, vel quantitas magna,
20 vel parua dicatur, † ex perſonarum conditione perpenditur. Vt ex *Bar. Bald. Decio, Iaſon. Curtio, Tiraq. Palatio Rube.* & alijs quàm plurimis (vt cæteros omittam) concludit *Iacob. Menoch. de arbitrar. libro 2. cent. 1.*

*cent.1.caſu 72.n.10. & 11.Ioachin Mynſing.cent.1.obſeruat.68.num.4.Sigiſmund. Scaccia de appellat.quæſt.17.limit.40.n.4. verſ.Quarta & vltima opinio, & num.5.* vbi ex hoc determinat, an à condemnatione à qua aliàs ob eius ſummæ paruitatem appellare non liceret, ſi fiat pauperi, liceat? copioſiſsimè *Cardin.Tuſch. lit. M. concluſ.4.per tot.* plurimos referens in pulchro caſu *Oſuald.in Donell.lib.21.cap.9.lit.M.*

Quo fit, vt eiuſdē rei, vel quantitatis furtum, magnum, vel paruum, ex perſonarū † conditione, earumquè paupertate, vel diuitijs reputetur: ſecundum *Bart. Cæpol. in auth Sed nouo iure, num.79.80. & ſeq. C.de ſeruis fugitiuis, Iacob.Menoch.de arbitrar.lib.2.cent.3.caſu 295.num.12.* Vbi furti magni exemplum adducit, quando ruſtico aufertur porcus, *ex gloſ.in d.l.Illicitas 6.§.Ne tenuis, D.de offic. præſid.* ita etiam *Bonifac.in tractat.de furtis, §.fin.num.56. Proſper Farina. eod.de furt.tractat.q.165. n.19.Maſc.de prob.tom.3.cōcl.1254 n.fin.* 21

Id quod multum ad pœnarum inflictionem notandum eſt. Cum furtum magnum mortis † vindicetur pœna, ſecundum magis communem opinionem, quam tenent *Bald.in auth Sed nouo iure, num.5. verſ.Ego dico, C.de ſeruis fugit. Aretin in §. Ex maleficijs, num.7.verſ. Et quod dixi, inſti. de action. & in tractat. de maleficijs, verb.Veſtem cœleſtem, num.13.verſ. Quod eſt verum. Alciat.in cap. Cum nō ab homine, notabili vltimo, extra de iudicijs, Matth. de Afflictis in cap.1.§. Publici latrones, nu.5. de pace tenēd. in vſib.feudor. & in §. Iniuria, 3.notabi.num.18. in fin. de pace iuram. firmand. Hippolyt. de Marſil. in l. Vnius, §.Cogniturum, num.79. D. de quæſt. Beluis in practic. rubric. de furib. & latronib. nu.21. Dida. Couar. lib.2. variar. cap. 9.num.7. verſ. Sic ſane quibuſdam viſum eſt. Iacob. Menoch. d. lib.2. de arbitrar. caſu 295.num.9.* alios etiam refert *Proſper Farinat de furt.q.16.num.45.* 22

Ex quibus in alimentorum præſtatione, conditionem, & qualitatem eius, † cui alimenta præſtanda ſunt, attendendam, infertur, oſtenduntquè *text.in l. Mella, 14. & l.pen. D.de aliment. & cibar.legat. l. Tutor la 2.13. in ordine D.de adminiſtr.tut.l. Si cui, 14. D. de annuis legat.* tenent poſt antiquiores *Andreas Tiraquel. de nobilitat. cap.10. num.142. & ſeqq. Corduba de Lara in d.l.Si quis à liberis, §. Sed ſi filius, nu.43. D.de liber. agnoſcend. Burſat. conſ 226. num.147. Borgnin. Caualcan deciſ.18.nu.13.par.2. Caballin.conſ.137.num.8.lib.2. Iacob. Menoch.de arbitrar.caſu 170.n.13. lib.2.cent.2. & de præſumpt.lib.1.præſumptio.18.num.8 & lib.4.præſump.157.nu.33.verſ. Cæterum, & conſ.1219.num.20. Bimius conſ.257 nu.1. & 12. & conſ.147. num.9. P. Ludouic. Molin. de iuſt. & iur. diſput.168.num.2. Marius Giurba in conſuetud. Senat. Meſanenſ. cap.7. gloſ.14.nu.1. par.1 & deciſ.6.num.1.* infinitos referens, *Proſper. Farinat. deciſ. Rot.431.numer.5. Paul. AEmil. Gallus de exceptionib par.2. tit.4 excep.12. ſeu 1.num.69. Petr. Surd. de alimen. tit.9 quæſt.39.n.3. Martin Coller. eodem tractat. de aliment lib.2.cap.2.n.28. Ioſeph. Seſe deciſ.26.num.101. Ioan. Garc. de expenſis, cap.3.num.37. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib.5 quæſt.6 num.135. Paul. Pariſ conſ.98.nu.30. lib.2. Pontan. de aliment. cap.7. per tot. Hieronym. Ceball. communi. contra commun. lib.3.q.780. nu.46. & ſeqq. Aſcan. Clemens de patria poteſtat. effectu 17.num.35. & 36 Camill. Borell. conſ. ſiue controuerſia 71. num. 21. Gerard. Mazzol. conſ.30. num.49. lib.1. Alphonſ. Hoxeda de incompatibilitat. beneficior. 1 p. cap. 19. num.24.*

Vndè in legato alimentorun, equuni etiam † (ſi alimentandi conditio depoſcat) contineri, tenet pluribus relatis *Martin. Coller. de aliment lib. 1. cap.15. num.26. Camill. Borrell. d. conſ ſiue controuerſia. 71. nu.22. & 23.* Necnon & currum (ſi id perſonarum conditio patiatur) vt notabimus *quæſt.48.* 24

Nec ipſius ſolū alimentandi, ſed & eius pro conditione familiæ, † miniſtrorūquè rationem habendam: probant *text.in l.Habitatio, 4.D.de vent.in poſſeſ mittēd. l. Tutor ſecundum dignitatem, 13. D. de adminiſtra.tut.l.Cum dotem, 22.§. Sin autem in ſæuiſsimo, D.ſolut.matrim. gloſ. in auth de non eligend. ſecūdo nubent. §.fin.verb. Onera, collation.1.* Cuius deciſionem dicit ibi *Bart.* perpetuò menti tenendam, cum quo alios refert *Petr.Surd de aliment.ti.4.q 18. n.9. & 10.* Conſimilis eſt etiam *gloſ in c.1. verb.Neceſsitatem, 21. quæſt.1. gloſ quoque fin in cap.Studeat, 50.diſt. Abb.in cap.Cum adeo, num, 5. de reſcript. Ludouic. Roman. conſ.189. in princ.* latè *Cordub. de Lara in d.l.Si quis a liberis, §. Sed ſi filius, num.50. de liber. agnoſc. Marius Giurba d gloſ.14. num.2. Hieronym. Ceball.d.q.780.nu 44. Martin.Coller.de alim.d.lib.1.c.15.n.27.* 25

Bor-

*Borgnin. Caualcan. de vſufruct. num.* 27. *Iacob. Menoch. præſump. lib.* 4. *præſumpt.* 157. *num.* 28. *&* 29.

Ideoquè pater non ſolùm filium ; ſed etiam eius vxorem, † & miniſtros (ſi aliunde eis prouiſum eſſe non poſſet, alere te-
26 netur, *text. in d. l. Si quis à liberis*, 5. §. *Non tantum, D. de liber. agnoſc. & ibi gloſ. verb. Cætera quoquè onera.* Quia cum ad hæc teneatur maritus; eius quoque pater, in ſubſidium, tenebitur, vt voluerunt *Bart.* ibi, *in d.* §. *Non tantum*, & ibidem *Lara per tot.* præcipuè *num.* 42. *Iaſ. Ripa. Crot. Barba. Couarrub. Natta, Becius, Viuius, Padilla*, & plures alij quos refert, & ſequitur *Petr. Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 38. *num.* 1. *& ſeq.*

Quod autem maritus non ſolùm pro
27 vxore; ſed etiam pro eius pediſequis, † & alijs ſeruientibus alimenta, neceſſariaquè præſtare debeat, præter iura relata firmant *Palac. Rub. in repet. rubr. de donatio. inter vir. & vxor.* §. 68. *num.* 6. *& in repet. d. c. Per veſtras, notabil.* 3. *verſ. Tertio ſequitur, num.* 2. *col.* 2. *prope med.* tenet pluribuſquè adductis *Lara in d. l. Si quis à liberis*, §. *Si quis ex his, nu.* 25. *Petr. Surd. d. tit.* 4. *q.* 18. *num.* 28. *Hieronym. Ceuall. d. q.* 780. *nu.* 35. *Petr. Nuñez de Auendaño reſponſ.* 8. *num.* 1. *verſ. Quæ alimenta.*

Et generaliter, eum qui alium alere de-
28 bet ad famulorum † quoquè alimenta, & ſalaria teneri; obſeruant *Andr. Tiraquel. de nobilit. d. cap.* 20. *numer.* 142. *& ſeqq. Petr. Rebuff. in comment. ad conſtit. Galliæ, tit. de ſent. prouiſio. art.* 1. *gloſ.* 4. *num.* 2. *tom.* 1. *Ioan. Baptiſt. Plot. conſ.* 30. *num.* 86. *lib.* 1. *Camill. Borell. d. controuerſ.* 71. *num.* 24. *Tellus Fernandez in l.* 10. *Taur. num.* 10.

Sic marito, vel alijs, qui in id, quod facere poſſunt, conueniuntur, tantum relinquẽ-
29 dum eſſe, † quantum eorum attenta conditione, ad vitam decenter degendam neceſſarium eſt; tenent *Alexand. in additio. ad Bart. in l. Qui bonis, lit. A. D. de ceſſione bonor. Iaſ. in* §. *Item ſi de dote, num.* 7. *inſt. de action. Bart. Bald. Angel. Rapha. Areti. Dec. Cæpol. Cyn. Tiraq. Baeça, Couar. Bertrand. Lara, Peregrin. Lancellot.* & plures alij relati à *Petr. Surd. de aliment. d. tit.* 1. *q.* 78. *num.* 2. *& tit.* 4. *q.* 18. *num.* 45. *Petrus Roiz. Maureus deciſ. Lituanic.* 4. *num.* 237 *& ſeqq. & num.* 253. *&* 254. *Hieronym. Ceball. d. quæſt.* 780. *nu.* 48. *Stephan. Gratian. diſception. forenſ.* 112. *num.* 21.

Alios ſimiles omittimus caſus, de patro-
30 no † veluti, qui vnà cum familia, filijſquè ab Eccleſia pro dignitate eſt alendus, *cap. Quicumque* 30. *in ordine*, 16. *q.* 7. *cap. Nobis* 25. *de iurepatronatus.* Vel etiam à liberto. Qua de re (vt prope infinitos prætereã) videndus *Petr. Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 54. *per tot. & tit.* 4. *q.* 18. *num.* 15. *& ſeqq. & tit.* 7. *q.* 32. *num.* 29. *&* 30. plurimos in dictis locis referens, & poſt eum alios etiam adducens *Stephan. Gracian. diſcept. forenſ.* 552. *nu.* 12. per quos ſuprà què relatos plures ſi libet ſimiles videri poſſunt.

Deducitur inde, eum qui alium alere tenetur, non ſatis obligationi facere, ſi no-
bilem, honeſtamquè alendi perſonam in
31 hoſpitali aliquo, † vel domo Dei, cui ibi morari foret indecorum, non ſic ſi vilem, humilemve recipi faciet, vti profitetur *Bald. in l.* 1. §. *Sed ſcimus, nu.* 2. *C. de Latin. liber. tollend.* quem ſequuntur *Anani. Præpoſit. Palac. Rub. Rebuf. Couar.* & alii adducti per *Surd. de aliment. d. tit.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 48. *Lara in l. Si quis à liberis*, §. *Solẽt, nu.* 18. *de liber. agnoſc. Caſtillo in l.* 10. *Taur. gloſ. verb. En caſo, num.* 6. *verſ. Item nota, Marc. Anton. Peregrin. de iurefiſci, lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 73. *Aluar. Valaſc. conſult.* 1. *n.* 8. *prope med. Petrus Rabena ſingula.* 30. *Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. lib.* 1. *c.* 112. *num.* 11.

Infero prætereà, nõ ſolùm à natura pro-
32 uenientem; ſed etiam ex accidenti, † ratione literarum, officij, vel dignitatis adeptæ ſpectandam qualitatem. Scientia enim
33 reddit quẽ nobilem, † *l. Prouidendum*, 7. vbi plenè *Cynus, C. de poſtuland. l.* 2. §. *fin. in fin. D. de excuſat. tut. l. Iudices*, 12. *C. de dignitat. lib.* 12. *verb. Plebeios*, per quam Doctores, & iudices, nobiles eſſe, aſſerit ibi *Bart.*

Imò nobilitatem ex ſcientia prouenientem, nobilitati generis † prævalere, *Cyn.*
34 *in d. l. Prouidendum, num.* 1. & probatur in *cap. Nunquam*, 56. *diſtinct. Alexand. conſ.* 213. *nu.* 9 *lib.* 6. *Anton. Corſet. in repet. cap. Grandi, nu.* 56. *de ſuppl. negl. Prælat. in* 6. optimè *Ioan. Hieronym. Epiſc. Campan. in ſuo diuerſor. iur. Can. rubr.* 6. *c.* 3. *num.* 31. latiſsimè *Bonus de Curtili in tract. de nobilitat. part.* 3. *ex num.* 3. *& ſeqq.* Potentiorẽquè nobilitatem à virtute, quã, quæ à maioribus originem trahit, eſſe, demonſtrat *Ouidius Metamorphoſ. lib.* 13. *in princ.*

*Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi,*
*Vix ea noſtra voco.*

Et

Et lib. 1. de Ponto, Elegia 10.

*Si modo non cenſus, nec charum nomen auorum,*
*Sed probitas magnos ingeniumq; facit.*

Et lib. 4 Elegia 7.

*Scilicèt hic titulus plenis tibi fructibus ingens.*
*Ipſa tamen virtus, ordine maior erit.*

Iunius Iuuena. Satyra 8.

*Tota licèt veteres exornent vndiquè ceræ*
*Atria, nobilitas ſola eſt, atquè vnica virtus.*

*Cicero* quoque in *Saluſtium*: *Satius etenim* (inquit) *eſt, me meis geſtis florere, quã aliorum opinione niti, & ita viuere, vt ſim poſteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum, nec me cum his conferre decet. Quid* enim (vt ait Senec. lib. 10. epiſt. 70.) *ſtultius, quàm aliquem ſibi placere, eo quod ipſe non fecit?*

35 Prædictamquè nobilitatis generis, † & ſcientiæ æquiparationem facit etiam *Accurt. in l. Societas contrahitur, 5. verbo, Suppleat. D. pro ſocio*, quem ſequuntur ibi *Bald. Salycet. Fulgoſ.* & alij, multa per *Andream Tiraquel.* & ab eos relatos *de nobilitat. capit. 10. numer. 10. & ſequentibus*, & per *Petr. Royzium Maureum deciſion. Lituanica 4. numer. 243. & ſequentibus*, latè *Ioan. Parlador. rerum quotid. part. 3. differ. 6. §. 1. per tot.*

Et in terminis noſtris, *paupertatis*, perſonæ literatæ, ſicut nobilis, qualitates penſandas, adnotauit *Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 70. numer. 9. & 10.* Vbi & de Aduo-
36 cato, † qui etiam ſicut Doctor, egregia dicitur perſona, *gloſ. in l. Ad perſonas, 15. D. de iure iur.* Quòdque ſcientia nobilitet, fuſè *Anton. Gomez in l. 83. Tauri, numero 17. verſ. Vndecimum.* Plura circa hanc rem tradit latè Doctorum, ſiue Aduocatorum priuilegia proſequens *Philipp. Paſchal. de virib. patriæ poteſtat. 2. par. cap. 5. ex numer. 68. cum ſeqq. Alphonſ. de Azebed. in l. 8. tit. 17. lib. 1. Collect. Regiæ, num. 1.* diximuſquè & Nos alia *quæſt. 7. ſup.*

Officium quoquè ex humili, & abiecto,
37 nobilem, † clarumquè facit; *text. in l. 2. §. In filijs, D. de decurionib. & filijs eor. l. Moris, 9. §. Sed enim, D. de pœnis, l. Diuo Marco, 11. C. de quæſtionib.*

Vndè Doctorem non poſſe dici perſo-
38 nam indignam, † cui Comitiſſa non poſſit nubere, aſſeruere *Ioan. Lup. in repet. c. Per veſtras, 3. notab. §. 7. in fin. de donatio. inter vir. & vxor. Salyc. & Campeg.* quos refert & ſequitur *Iac. Menoch. de præſumptio. lib. 4 præſumpt. 189. numer. 86. Petr. Surd.* alios quoque referens, *de alimen. tit. 1. q. 6. num. 22. Philipp. Paſchal. de viribus patriæ poteſtat. dict. part. 2. capit. 1. numero 68.*

Nec ſolùm (vt ad propoſitæ illationis materiam redeamus) talis ex accidenti dignitas in perſona ipſiusmet, qui ad officiũ, vel dignitatem euectus eſt, vt lautiora conſequatur alimenta, paupervè dicatur, licèt facultates, & bona habeat, quibus ante dignitatẽ adeptam minime pauper dici poſſet; imò forſan diues; attendi debet: ſed etiam huiuſmodi qualitas, conditioniſquè
39 mutatio conſanguineos † eius afficiet. Hanc quæſtionem mouet *Mart. Nauarr. in tractat. de reditib. Eccleſ. monitione 27. num. 5.* vbi quærit; Vtrum frater, vel nepos ex fratre, vel ſorore illius, qui ex humili conditione in magnam aliquam dignitatem cooptaretur, qui neceſſaria ad ſuam decentem habebat ſuſtentationem, antequam cognatus eius fuiſſet promotus, pauper dicatur, cognatuſquè ille tribuere ei poſsit aliqua iuſtè, ſi non habeat tanta, quibus honorifice in illius domo conſpiciatur: ad intellectum *text. in c. Eſt probanda, 86. diſtinctin. & Concilij Tridentini, ſeſ. 25. de refor. cap. 1.* Ibiquè in affirmatiuam venit ſententiam, quam etiam tenet *Iacob. de Graſ. in deciſionibus caſuum conſcientiæ, cap. 100. p. 1. lib. 2. num. 7.* Idem apponens exemplum in fratre, vel nepote beneficiarij, qui ante dignitatis adeptionem, humilis erat conditionis, neceſſariaquè ſecundùm eam habebat; modò tamen reſpectu ipſius patrui, vel fratris beneficiarij, pauper diceretur, poſſequè per cõſequens beneficiariũ iuſtè ei aliqua tribuere. Addit tamen id quod dandũ eſt, tantùm eſſe debere, quantum extraneis eiuſdem qualitatis (prælentis nempè) dari poſſet. Non tamen, quo ſuperbi, vel otioſi fiant. Id enim per *Conc. Trid.* loco iam relato, *d. ſeſ. 25. c. 1. de refor.* reprobatum eſt, repetiuntquè arbitrarium id dicens, cũ prædicta qualitate, ne ſuperbi fiant, *inſum. de arbitrar. conſ. lib. 2. cap. 51. num. 12.*

Merito igitur addidimus in definitione, *ſecundum perſonæ conditionem.* Cum licèt quis ſatis bonorum habeat vnde viuere poſsit; non tamen ſecundum conditionem, & qualitatem ſuam pau-
40 per † ſit. Ita tenent *Baldus in leg. Si quis ad declinandam, numero 5.*

*C. de Epiſcop. & Cleric. Iaſ. in l. Si conſtanti, numer.* 146. *&* 151. *D. ſolut. matrimon. Lapus allegatione* 102. *numer.* 19. *Decius in authent. Præterea, numer.* 15. *C. vnde vir, & vxor, Cornel. Benincac. tractat. de paupertat. quæſt.* 1. *numer.* 4. *Andreas Alciat. in l. Quos nos, §. Locupletes, numer.* 11. *D. de verborum ſignification. Bellon. conſ.* 16. *numer ſ.* 6. *Andr. Tiraquel. de nobilit. capit.* 20. *numer.* 156. *& de priuileg. piæ cauſæ in præfatione, numer.* 18. *Petr. Roiz. Maure. deciſ. Lituanica* 4. *numer.* 16[illegible]. *cum ſequentibus, & numer.* 233. *Simon de Prætis de interpretat. vltimar. voluntat. lib.* 4. *interpretat.* 1. *dubio* 12. *numer.* 74. *Marc. Anton. Natta conſ.* 590. *numer.* 14. *Petrus Surdus deciſ.* 71. *numer.* 3. *Ioſeph. Maſcard. de probationib. concluſ.* 1159. *numer.* 14. *Iac. Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 65. *numer.* 7. *& conſil.* 105. *numer.* 14. *&* 15. *Remigius de Gonny. in tractat. de charitatiuo ſubſidio, quæſtion.* 77. *numer.* 4. *&* 18. *Franciſc. Viuius deciſ.* 521. *numer.* 16. *lib.* 4. *Ioſeph. de Ruſticis ad leg. Cum auus, de condit. & demonſtratio. lib.* 2. *c.* 3. *numer.* 23. *Stephan. Gratian. diſceptatio. Forenſ. lib.* 1. *cap.* 120. *numer.* 9. 15. *&* 80. *& capit.* 605. *nume.* 30. *Cardinal. Domini. Tuſch. practicar. concluſion. litera P. concluſ.* 160. *numer.* 11. *Alphonſ. Azebed. conſil.* 26. *numer.* 1. *Mexia de taxa panis concluſ.* 1. *numer.* 46. *Achiles Pedrocha conſil.* 11. *numer.* 11. *& conſ.* 8. *numer.* 153. *&* 154. *Iacob. de Graſ. in deciſ. caſuum conſcientiæ, dict. cap.* 100. *num.* 3. *part.* 1. *lib.* 2. *& inſumm. de arbitrar. confeſſo. lib.* 2 *capit.* 51 *numer.* 8. *& ſequentib. Hieronym. Mago. deciſ. Florent.* 50. *nu.* 25.

Ex qua concluſione primò infertur, quòd ſi alicui bonorum diſtributio inter pauperes commiſſa ſit; poterit diſtributionem alicui nobili † facere, qui licèt vnde ſe alere poſsit habeat, non tamen pro ratione ſuæ conditionis, ſtatus, & generis, *text. & ibi Bald num.* 5. *in l. Si quis ad declinandam,* 49. *C. de Epiſc. & Cleric. Bart. in l.* 1. *num.* 36. *C. eod. Ioan. Crot. in l. Si conſtante, nu.* 15. *D. ſolut. matrimon.* eſtquè ſententia *D. Thom.* 2. 2. *q.* 32. *artic.* 6. & apertiùs *Caietan.* 2. 2. *quæſt.* 43. *art.* 8. quos ſequitur, frequentiuſquè hanc ſententiam probari teſtatur *Martin. Nauar. de redditib. Eccleſiaſt. monitione* 27. *nu.* 3. *fol. mihi* 271. ſatisquè colligi ex *cap. Conſideranda, cap. Eſt probanda, & cap. Nonſatis,* 86. *diſtinct.* quod notandum ad multorum dicit excuſationem. In hanc quoquè conſuluit *Alexand. conſ.* 213. *numer.* 8. *lib.* 6. & tenent *Palac. Rube. in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor. §.* 11. *numer.* 11. *& in repet. capit. Per veſtras, §.* 12. *numer.* 7. *&* [illegible]. *num.* 8. *Iacob. Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumption.* 115. *numer.* 8. *Benedict. Capr. conſ.* 54. *numer.* 15. *verſic. Imò plures, Ioſeph. de Ruſticis ad leg. Cum auus, dict. lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 23. *Didac. Perez in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. *Ordin. verbo, Pobres, colum.* 2. *in principio, Alphonſ. Hoxeda de incompatib. beneficior. capit.* 19. *nu.* 26 *par.* 1. *Ioan. Marius Nouar. in praxi electionis & variat. fori. q.* 17. *num.* 2. *Iacob. de Graf. inſum. de arbitrar. confeſſ. d. lib.* 2. *cap.* 51 *num* 11.

41

Amplia primò, illam concluſionem procedere in patre, qui licèt victum, alimentaquè, neceſſaria habeat: puellas tamen † ſecundùm eius conditionem (aliqua etiam exiſtente dote) nuptui nequit tradere: quo quidem caſu, etiam nulla à teſtatore qui inter pauperes, vel pia loca bona aliqua deſtribui iuſsit, de dote facta mentione; poterit pro earum dotibus deſtributionem executor facere. Ita pluribus relatis tenet *Andreas Tiraquel. de nobilitat. cap.* 20 *numer.* 154. *&* 155. *Petrus Roiz. Maureus deciſ. Lituanic.* 4. *numer.* 234 *&* 235. *Didac. de Spino in ſpeculo teſtament. gloſ.* 11 *num* 21. *& gloſ.* 18. *num.* 27 *Ioan. Lupus ſuprà proximè relatus, Arias Pinel. Gaſpar Baeça, Anton. Gomez.* & alij de quibus per *Marium Giurbam* (hanc quoquè tenètem ſententiam) *in conſuet. Senat. Meſanen. cap.* 2. *gloſ.* 12 *numer.* 23 24. 25. *&* 26 *par.* 1. *Iacob. Mandel. conſil.* 69. *num.* 7 *Franciſ. Viuius deciſ.* 454 *numer.* 5. *Alphonſ. Hoxeda de beneficior. in compatibilit.* 1. *par. cap.* 19. *numer.* 26. *Iacob. de Graf. in deciſ. caſuum conſcientiæ, capit* 100. *numer.* 7 *par.* 1. *lib.* 2. *Fului. Pacian. de probationib. lib.* 1. *cap.* 54 *num.* 47.

42

Pauper enim & hoc caſu dicitur puella, † quæ ad victum neceſſaria habet; non tamen ſuæ conditioni cõgruam dotem: *Bal. in l. Paupertas, in princip. D. de excuſatio. tutor. Dec. in cap. Cæterum, num.* 74. *extra de iudicijs,* & alij ſuprà.

43

Quòdquè pater, qui pro dignitate ſua filias maritare non valet, pauper † dicatur (præter iam adductos) notant *Marc. Anton, Natta,* & alij quos refert, & ſequitur *Hieron. Magon. deciſ. Florentin.* 50. *n.* 25.

44

Ideoquè dotem, vel legatum in tali caſu, etiam ſtricto modo, cauſam piam, † vel in cauſam piam relictum dici, poſt multos,

45

quos

quos congerunt, & ſequuntur. Firmant *Ioan. Lapas in repet. capit. Per veſtras, §. 12. num. 7. & Andreas Tiraquel. d. cap. 20. num. 154.* communem teſtatur *Petr. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 1. numer. 10. Ioſeph. de Ruſtic. ad d. leg. Cum auus, lib. 2. c. 3. num. 32. Alphonſ. Hoxeda vbi ſuprà d. numer. 26. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 115. numer. 8. Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 605. num. 30. lib. 4.*

Amplia ſecundò d. concluſionem, ſiue illationem, vt procedat habeatquè locum, non ſolùm, vt teſtamenti executor bona ſic relicta, inter extraneos, ſed etiam inter ipſius filios, † vel filias, pro conditione ſua
46 non habentes diſtribuere poſsit. Ita *Didac. de Spino d. gloſ. 11. in princip. de legato pro dote relicto, num. 26. Ioan. à Caſtillo lib. 4. controuerſ. cap. 22. num. 84.* Imò & ſibi ipſi, vt fuſè Nos in ſecunda huius tractatus parte Deo dante dicemus.

Amplia tertiò & in eo, qui reſtituere tenetur, ad idquè ex proprio delicto, vel cul-
47 pa obligatus eſt. † Prælati enim, vel Confeſſoris arbitrio, malè ablata, vel ex illicitis acquiſita contractibus, cuius certus ignoratur dominus, reſtiturum: propter ſuam neceſsitatem, vel quia filias habet, poſſe ſibi, vel filiarum dotibus dicta bona applicare, (ex *DiuoThoma. Ricard.* & alijs) tenẽt *Didac. Spino loco ſuprà relato, dict. numer. 26. verſiculo, Hinc fit, & Marius Giurba in cõſuet. Senat. Meſanenſ. cap. 2. gloſ. 12. numer. 26. part. 1.* Noſquè etiam latiùs d. 2. par.

48 Suprà dictam tamen † principalem concluſionem, ſiue illationem limita, ſi patrimonium teſtatoris, qui illud inter pauperes iuſsit diſtribui, eſſet paruum. Tunc enim non inter nobiles voluiſſe teſtatorem diſtribui intelligitur. Secundum *Angel. in l. Sed etſi ſuſceperit, §. Si libertis, numer. 3.* per illum *text. in verſiculo, Sed ſi perſonas, D. de iudicijs, Palac. Rube. in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 11. numer. 11. propeſin. Andreas Tiraquel. de nobilit. d. cap. 20. num. 153. Cardinal. Franciſc. Mantic. de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 8. cap. 5. num. 3. Petr. Surd. de aliment. tit. 1. q. 93. num. 34. Alphonſ. Hoxeda de incompat. benef. 1. par. d. cap. 19. num. 25.*

Infero ſecundò, executorem quoquè cui diſtributio inter pauperes commiſſa eſt, poſſe diſtributionem facere monaſterio habenti vnde monachos, vel moniales ſuſti-
49 neat, † ſi vltra victum, vel alimenta, vnde fabricæ, ipſiuſquè monaſterij neceſsitatibus ſubueniat, non habeat: pauper ei im & tunc dicitur. Ita *Federic. de Senis conſ. 282. per totum*, quem refert, & ſequitur *Cardin. Taſch. practicar. concluſ. litera P. concluſio. 160. numer. 2. 3. & 4. Alexand. conſ. 104. in fin. lib. 4. Iacob. de Graf. de arbitrar. conſ. cap. 51. num. 2.*

Infero tertiò, pauperem dici beneficiarium, † vel beneficium pauper, & tenue,
50 cuius redditus ſi ẽt ad eius victum, alimentaquè ſufficiant; non tamen pro ſe, ſuiſquè, & familia, ſecundùm illius conditionem, *text. in capit. Studeat, 39. in ordin. 50. diſt. in fin.* ibi: *Præcipimus, vt tale beneficiũ ſibi Eccleſiæ ſuæ concedatur, quo & ipſe, & ſui ſufficienter poſsint habere ſuæ ſuſtentationis ſolatium.* ita tenet *gloſ. in verbo, Sufficientem, in cap. Cùm adeo, de reſcrip. & ibi Abb. numer. 5. & 6. Petr. Dueñas regul. 71. verſ. Vltra quas limitationes.*

51 Suiquè † in hoc caſu, pater, mater, ſorores, miniſtriquè dicuntur. Vt ex mente *gloſſæ Abbat. & Petr. Duen.* proximè relatis locis, tenent *Alph. Hoxed. de incompat. benefic. par. 1. cap. 19. num. 38.* late ex *num. 22.* cum pluribus ſequentibus agens, quòd tenue beneficium dicatur. Qua in re perſonæ conditionem, an ſcilicèt nobilis, literata, aliqua vè dignitate pollens, attendendam conducit, ex his, quæ & Nos ſuprà attulimus, tenet etiam *Ludouic. Gomez de gratijs, & ſpectat. n. 107. & 108. Flamin. Pariſ. de reſign. benef. lib. 5. q. 6. num. 131. & ſeqq.*

Imò, & in præſenti caſu ſuorum appella-
52 tione filios quoquè † ſpurios ipſius clerici, vxores filiorum, ipſiuſquè nepotes (quos ex beneficij redditibus, ac fructibus iuua re tenetur beneficiarius) firmat ex pluribus contineri, idem *Hoxed.* vbi ſuprà, tenuequè beneficium, ſi ac hæc non ſufficiat, dici, *n. 40. & 41.* eãdem tenet ſententiã *Iac. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 3. caſu 216. ex n. 3. præcipue num. 13.* dicemuſquè infrà *num. 93.*

Et in hac materia quãdo tenue dicatur beneficium, quæquè ad hęc attendenda, videdi (præter ſuprà relatos) alij quos adducit *Auguſt. Barboſ. in remiſ. ad Conc. Tri. ſeſ. 24 de refor. c. 17. n. 3. verb. Inſufficiens,* & Nos etiam diximus *q. 30. n. 30. & ſeqq.*

Infero quartò, pauperẽ dici patrẽ, qui licèt facultates ad vitam decenter degendã
53 habeat; ad filiorum † tamen alimenta ſufficientia, adquè in ſtudio faciendas expenſas, bona non habeat. Huiuſmodi namque ſumptus, & expenſas, vt ſaltem le-
54 gere, † ſcribere, Grammaticamquè

addiſcant filij omnino facere tenetur, *text. in l. Qui filium, 4. D. vbi pupilli educari debeant, & in l. De bonis, 6. §. Non ſolum,* vbi etiam *Bart. D. de Carbonia. edict. & in tract. de alimentis, num. 3.* facit etiam *text. de iure Regio, in l. 16. tit. 16. part. 6. Bart. Angel. & Imol. in l. Quidam cum filium, 132. D. de verbor. obligation. & ibi Iaſon numer. 33. Cornel. Benincac. de paupertat. ſpeciali 2. in iudicijs numer. 34. Cordub. de Lara in l. Si quis à liberis, §. Non tantum, numer. 34. D. de liber. agnoſcend. Pet. Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 6. num. 1. & ſequentib. præcipuè numer. 4. Martin. Coll. eod. de aliment. tractat. lib. 2. cap. 1. numer. 9. Ioan. Garcia de expenſis, & meliora. c. 3. num. 45. cum ſequentib. Didac. de Spino. in ſpeculo teſtament. gloſ. 18. num. 79. Horatius Lutius de priuileg. ſcholaſtico. priuileg. 16. per tot. Ioſeph. Maſcard. de probationi. concluſ. 1159. numer. 9. Philipp. Paſchal. de virib patriæ poteſtat. part. 2. cap. 3. numer. 16. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 501. numer. 8. Ioan. Anton. Mangilius in tractat. de imputationibus, quæſt. 31. num. 13. & 18. Marc. Anton. Genuenſ. in practicabi. Eccleſiaſt. quæſt. 624. num. 2. Paul. AEmil. Gallus in tractat. de exceptio. quæ oriri poſſunt tam ab inteſtat. quàm ex teſtament. part. 2. tit. 4. except. 13. ſeu 1. numer. 53. Alu. Valaſ. in praxi partit. q. 13. n. 153.*

Huiuſmodi enim liberales artes omnino ad vitam neceſſariæ ſunt (ſine quibus, perſonæ conditione lociq; cõſuetudine attenta) viui (honeſtè ſaltem) non poteſt. Ita *Bart. in d. §. Non ſolum,* quẽ cæteri cõmuniter ſequuntur, *Mart. Coll. vbi ſup. nu. 11. Ioan. Garc. d. c. 3. n. 48.* & alij omnes proximè adducti. Oſtendit eleganter *Senec. epiſtol. lib. 2. epiſto. 16. in princip. Liquere tibi hoc ſcio Lucilli, neminem poſſe beatè viuere, ne tolerabiliter quidem, ſine ſapientiæ ſtudio, & beatam vitam perfecta ſapientia effici: cæterum tolerabilem, etiam incohoatam.*

Quod etiam alij ad expenſas pro artis
55 legalis, † medicinæ, vel ſimilium ſcientia, addiſcenda, extendunt. Qua de re videndi *Andr. Alciat. ad l. 1. D. ſolut. matrim. n. 42. Lara in d. §. Non tantum, d. l. Si quis à liberis, numer. 35. Petr. Surd. d. tit. 4. quæſt. 6. num. 8. Iacob. Menoch. d. caſu 501. num. 12. Didac. Spino. d. gloſ. 18. numer. 79. Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 267. numer. 43. & ſeqq.*

Ideoque alimentorum appellatione, ex-
56 penſe etiam ſtudiorum † continentur, *l. 2. D. de aliment. pupill. præſtand. l. Ius alimentorum, 3. § Item ad inſtitutum, D. vbi pupilli educar. debeant. text. etiam in d. l. 16. titul. 16. part. 6. Ripa in l. In quartam, numer. 168. D. ad leg. Falci. Aymon Crauetta conſ. 199. num. 3. Ioan. Garcia d. capit. 3. numer. 52. Aſcan. Clem. de patria poteſtat. effectu 17. num. 39. Ioan. Petr. Bimius conſ. 257. num. 12. & 24. & conſ. 96. num. 34. Rolando à Valle conſ. 22. num. 8. lib. 1.* vbi latè ex *nu. 1.* quid veniat alimentorum appellatione? *Tiberius Decian. conſ. 14. numer. 14. lib. 1. & conſ. 30. num. 6. lib. 2. Azebed. in l. 3. num. 47. tit. 6. lib. 5. Regiæ collect. Didac. Spino. de teſtament. gloſ. 18. numer. 79. Marius Giurba in conſuet. Senat. Menſan. capit. 7. gloſ. 15. numer. 3. part. 1. Caràna. Domini. Tuſch. practic. concluſ. litera A. concluſ. 282. num. 28. Franciſ. Viuius deciſ. 523. numer. 29. Carpan ad ſtatut. Mediolani, ſtatut. 312. numer. 16. par. 1. Anton. Gomez in l. 29. Tauri, num. 16. verſicul. Primò quia ſunt factæ, Collerius de aliment. lib. 2. capit. 1. numer. 9. & 10. Petrus Surd. eod. de aliment. tractat. tit. 6. quæſt. 9. & titul. 4. quæſt. 6.* Vbi idem dicit, relicta
57 neceſsitate, † ſuſtentatione, vel victu, quia etiam ſub quolibet iſtorum (in minoribus ſaltem ſtudijs) continetur impenſa, vt *ibi per eum, num. 2. & 3.*

Vnde ſiquis aliquem vt filium tractare
58 † promiſerit expenſas illi debere miniſtrare, vt legere, ſcribere, Grammaticãque diſcat (cum pater eas quoque facere ſit adſtrictus) docẽt *Bart. in d. l. Quidam cum filiũ, nu. 11. & ibi Iaſ. n. 33. D. de verb. obligat.) Corn. Benino. de paupert. q. 8. ſpeciali. 2. in iudicijs n. 34. Petr. Surd. de alim. tit. 4. q. 6. num. 5. Iacob. Menoch. de arbitrar. d. lib. 2. caſu 501. per tot. præcipuè num. 11.*

Quantuncumquè enim infimæ conditionis ſit pater, legendi, ſcribẽdi, artemquè
59 poſt hæc quæſtuariam filium edocere † debet, *Iaſ.* vbi ſuprà *dict. numer. 33. & Benin ca. dict. numer. 34. Lara in d. l. Si quis à liberis, §. Non tantum, numer. 35. in fin. de liber. agnoſcend. Martin. Collerius de aliment. dict. lib. 2. capit. 1. numer. 11. Horat. Lutius de priuileg. ſcholaſt. priuileg. 16. verſiculo, Secundò amplia.*

Sicut enim dotare filiam, donationemquè filio propter nuptias dare pater tene-
60 tur, ita & aliqua arte, † ex qua viuere poſſit, filium inſtruere, vt per *d. l. De bonis, §. Non ſolum, D. de Carbonar. edict.* tenet

*Paul.*

*Paul. Caſtrenſ. in l. Macedoniani, num. 3. C. ad Senat. Conſ. Macedoni.* auxiliatur *Catonis* dictum.

*Cum adſint nati, nec opes, tunc artibus illos*
*Inſtruc, quo poſſint inopem defendere vitam.*

Adeoquè huiuſmodi aduerſus parentes viget obligatio; vt ſi eam contemnant (ex plurium ſententia) liberi à parentum, etiam
61 egentium, ſubuentione exiſtant filij. † Cuius fuit voti *Iaſ. d. num. 33. Aſcan. Clemens de patria poteſtat. effect. 17. verſ. Limita quarto. Petr. Surd. d. tit. 4. quæſt. 6. num. 6. Iacob. Menoch. d. caſu 501. nu. 9. Ioan. Ant. Mangil. de imputationibus, quæſt. 31. num. 13. Stephan. Gratian. d. cap. 267. num. 45.*

Quod an verum ſit, vide *Ripam in l. In quartam, num. 17. D. ad leg. Falcid. D. Anton. de Meneſ. in auth. Res quæ, num. 92. C. commun. de leg. Gregor. Lop. in l. 5. tit. 15. p. 6. verſ. Las deſperſas, Ioan. Garc. de expenſ. d. cap. 3. num. 48.*

Patrē igitur, qui ad hæc pro conditione, ſufficientibus caret facultatibus, pauperem dici: ſicut, qui licèt ſe, filiaſquè alere poſſit, non tamen congruenter dotare (vt latè ſuprà diximus) conſtat. Hancquè de do-
62 te ad ſtudia æquiparationem, † tradit *Honat. Lutius de priuileg. ſcholaſt. d. priuil. 16. verſ. Primo moueor*, poſt *Bart. in l. 1. in fin. & ibi communiter Doct. D. ſolut. matrim. D. Marta deciſ. 36. num. 7. Anton. Gom. in d. l. 29. Tauri, num. 16. verſ. Secundò.*

63 Dictaquè in patre, in auo † quoquè vel alijs aſcendentibus, cum aliunde deſcendentes non habeant, intelligenda ſunt, vt plenè per *Petr. Surd. de aliment. tit. 1. q. 12. per tot. & quæſt. 16. ex num. 4. eod. tit.*

Hi enim non ſolùm legitimos, & naturales alere, & dotare tenentur deſcenden-
64 tes: ſed etiam naturales † tantùm, & ſpurios, vt ex latè deductis per eundem *Surd.* vbi ſupr. *d. quæſt. 12. num. 6. & ſequentib. & d. quæſt. 16. num. 4. 8. & ſeqq. Ioan. Aloiſ. Ricci.* (plures aſſignans ampliationes) *collect. 962. part. 4.* & latiùs dicemus *quæſt. 15.*

I nō non tantum pro neceſsitate, ſed etiā
65 pro dignitate, † & conditione eis erunt alimenta præſtanda. Ita (poſt *Alex. Imol.* & alios, quos refert) tenet *Didac. Couarrub. de ſponſal. lib. 2. part. capit. 8. §. 6. numer. 10. 11. & ſequenti, Pariſ. conſ. 14. num. 27. lib. 2. Marc. Anton. Peregrin. de iure fiſci lib. 3. cap. 18. num. 72. verſ. Contraria tamen. Ludouic. Molina de Hiſpanor. primogen. lib. 2. cap. 13. num. 55. verſ. Sed verius*, vbi veriorem, & in foren ſibus contrariis receptionem vidiſſe aſſerit. *Petr. Surd. d. tit. 4. quæſtio. 18. num. 51. verſic. Sed etiam ſpurijs Bonacoſ. in tractat. de æquitate Canonic. concluſ. 2. circa med. Tellus Fernandez in l. 10. Tauri, numer. 2. vbi etiam Anton. Gomez numer. 40. Didac. Perez in l. 23. tit. 3. lib. 1. Ordinam. colum. mihi 165. Matienzo in l. 8. tit. 8. lib. 5. nouæ Reg. collectio. gloſ. 1. numer. 6. Gaſpar Baeça de non melior. ratione dot. fil. ab. capit. 8. numer. 51. Hieronym. Ceball. practic. concluſ. commun. contra commun. lib. 3. concluſ. 780. numer. 22. Bermond. de public. concubin. §. Qui etiam filios, num. 49. in fin. verſic. Sequitur, vt videamus, Anton. Gabr. commun. concluſio. tit. de aliment. concluſ. 1. numer. 31. verſic. Contrarium ſumitur*, vbi hanc veriorem opinionem ci. it. *Stephanus Gratian. diſceptation. forenſ. capit. 112. num. 6. & ſeqq. tom. 1.*

66 Hodie verò † per *d. l. 10. Tauri* (qua prouiſum eſt, ne parentes vltra quintam ſuorū bonorum partem illegitimis, vel ſpurijs pro alimentis poſsint relinquere) licèt pro dignitate alimenta ex quinto percipere illegitimi nequeant; habeant tamen ex eo alimenta ad vitæ neceſſaria, ex communi Regnicolarum traditione, ſiue pater legitimos habeat filios, ſiue non (de illegitimis de quibus *in d. l.* iuxtaquè eius traditionem intelligendo) nihil vltra quintum percipere poterunt. Habebunt tamen, ſi nec ad neceſſariam vitæ ſuſtentationem quintum alimenta ſupeditet. Vbi verò eis prædicta quinta bonorum pars pro alimentis relicta eſt: debetur vtiquè, & ſi alimenta excedat. Diſtinctionem hanc aſſignat *Ludouic. Molina de primogen. dict. cap. 15. n. 3. & 54.* quem cæteri cōmuniter ſequuntur. *Anton. Gomez in ead. l. 10. Tauri, numer. 41. Gaſpar Baeça dict. capit. 8. numer. 31. Diaac. Spino. in ſpecul. teſtamen. gloſ. 15. princip. num. 123. & gloſ. 16. num. 104 & 105. Lara in dict. l. Si quis à liberis, §. Idem reſcripſit, num. 59. Guillen de Cerbant. in dict. l. 10. Tauri, numer. 73. Petrus Barboſ. in l. 1. 4. part. numer. 77. D. ſoluto matrimonio, Ioannes Gutierrez practicar. quæſtion. lib. 2. quæſtion. 109. numer. 2.* (Qui intelligendum dicunt *Gregorium Lopez in l. 8. titulo 13. part. 3. verb. Meneſter. & Rode. Suar.* ab eodem adductum, cum *Couarrub.* ſuprà relato (tenentes ſupplenda ſore alimenta

ex alijs bonis, ſi quintum ſpurio relictum, nec ad vitæ omnino neceſſaria ſufficiat, dūmodo naturales, & legitimi non extent.

Regulariter autem, alimenta etiam, quæ miſerationis cauſa dantur, ſecundum dignitatem, † nonquè neceſsitatem tantū, præſtanda; ſuadet *text. in l. Sed ſi quid*, 19. §. *Sufficienter, D. de vſufruct. gloſ. in l. Nepos Proculo*, 125. *verbo, Dignitate, D. de verborum ſignificatio.* tenet *Alexand. in l. Si maritus, numer.* 5. *D. ſolut. matrimon. Molina* & alij ſuprà. *Matienzo in d. l.* 8. *tit.* 8. *lib.* 5. *nouæ Reg. collect. gloſ.* 1. *num.* 10. *Stephan. Grat. d. cap.* 112. *num.* 6. *& ſeqq. & num.* 21. 67

Colligitur ergo, patrem, qui neceſſaria, etiam illegitimis aliunde non habentibus, præſtare non poteſt; pauperem dici, † cum ad id naturali, poſitiuoquè iure teneatur: *text. in cap. Cùm haberet*, 5. *de eo, qui duxit in matrim. quam pol. per adulter. auth. Licet patri, C. de naturalib. lib. Abb. in d. capit. Cùm haberet, num.* 5. *Bart. in l. fin. numer.* 7. *D. de his quibus vt indignis, Didac. Coua. de ſponſalibus*, 2. *par. cap.* 8. §. 6. *num.* 1. *& 9. Anton. Gamma deciſ.* 11. *num. fin. Anton. Gomez in d. l.* 10. *Taur. num.* 7. *& ſequenti*; ex qua in foro ſeculari hodie id eſſe receptum; teſtatur P. *Ludoui. Molina de iuſt. & iure. tractat.* 2. *diſp.* 168. *num.* 2. Cautumquè *iure Luſitano* eſſe *lib.* 1. *Ordina. tit.* 67. §. 10. *& lib.* 4. *tit.* 68. *Petr. Sanz Morquecho de diuiſion. bonor. lib.* 2. *c.* 17. *num.* 27. *lib.* 2. 68

Idquè etiam in quibuſcunquè illegitimis ex damnato, & punibili coitu obtinere, ſeruādumquè ex *text. in d. c. Cùm haberet*, (iuris ciuilis, vel etiam Regij in *l.* ſcilicet, 5. *tit.* 19. *part.* 4. diſpoſitione non obſtante) obſeruant ſuprà relati.

In filijſquè presbyterorum poſt *Pij V. Extrauagātem* affirmat (eam interpretando) *Martin. Nauarr. de ſpolio clericor.* §. *vlt. n.* 9. quem refert & ſequitur *P. Molin.* loco proximè relato: dicemuſquè latiùs *quæſt.* 15.

Dicta autem in deſcendentibus, eadē quo què in aſcendentibus, † (ſi eos deſcendētes alere non poſsint, nec aliunde habeant) dicenda ſunt, cum eadem ſit ratio, & neceſsitas, *text. in d. l. Si quis à liberis*, 5. *in princ. D. de lib. agnoſ. in l. fin.* §. *Ipſum autem, C. de bon. quæ liber. l.* 1. *& 2. C. de alend. liber. cap. Cæterum*, 86. *diſt. late Petr. Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 17. *& ſeqq. vſque ad vigeſimam tertiam excluſiuè.* Vbi idem in nepotibus, & deſcendentibus ſpurijs, reſpectu aſcendentium, quæ in filijs, quibus obligatio aſcendentes alendi ineſt; dicit: *text. in d. l. Si quis à liberis*, §. 1. *verſ. Item diuus Pius, vbi etiam gloſ.* 69

Et ſtatutum loquens in filijs, in nepotibus etiam intelligi, eſt *text. in princ. inſt. ad Sen. Conſ. Orfic. facit text. in l. Filiū habeo*, 16. *D. ad Sen. Conſ. Maced. l. Lutius la* 2. 85. *in ordine, D. de hæredib. inſtit. idē Surd. d. tit.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 8. *& 9.*

Et an deſcendentes illegitimi, vel ſpurij aſcendentibus alimenta ſecundum dignitatem, † vel neceſsitatem præſtare debeant? vide per ſuprà relatos, quæ nam ſpurijs ſint alimenta præſtanda, agentes. 70

Generaliter igitur ex prædictis conſtat, eum, qui ſe, ſuoſquè, & eos, quos alere aſtrictus eſt, pro cōditione, & qualitate ſua alere, dequè neceſſarijs prouidere non poteſt; pauperem dici. Ideoquè dictionem illam, *Secundum perſonæ conditionem*, in definitione fuiſſe appoſitam.

Quia tamen quandoquè ſecundum perſonæ conditionem, & qualitatem bona, facultateſquè alicui ſuppetunt, ita vt nō modò pauper nō ſit; ſed dives meritò dici poſſit: negotij tamen conditione, & qualitate conſiderata, † pauper iudicetur: vel è contra, ſecundum perſonę cōditionem pauper ſit, negotij verò qualitatem, neutiquam: ea de cauſa addidimus in definitione, *& negotij qualitatem.* Firmāt hanc aſſertionē *text. in l. Si vero*, 5. §. *Qui pro rei qualitate. D. qui ſatiſd. cog.* vbi locupletem vocat *Caius Iureconſult.* cum qui pro negotij qualitate ſatis habet, repetitquè *in l. Quos nos*, 234. §. 1. *D. de verb. ſigni. Locuples eſt*, inquit, *qui ſatis idoneè habet pro magnitudine rei, quā actor reſtituēdam eſſe petit. Paulus* quoque *in l.* 1. *D. in ius vocat. vt eant, Edicto cauetur* (ait) *vt fideiuſſor iudicio ſiſtendi cauſa datus, pro rei qualitate locuples detur. Vlp. in l. Paupertas*, 9. *D. de excuſat. tut.* vbi hæc *Paupertas ſanè dat excuſationē, ſi quis ſe imparem oneri iniuncto poſsit probare.* Vbi non ſolùm excuſari tutorem ob paupertatem, qua cogiturquis laborare vt alatur; ſed etiam quia tot non habet in bonis ſuis, quot pupillus, notat *gloſ. text.* etiam, & ibi *gloſ. in* §. *Sed & propter paupertatem inſtit. eodem titul. in l. De curationibus*, 20. §. *Sin autem, C. de Epiſcop. Aud. text. in l. Honor*, 14. §. *De honoribus, & in leg. Præſcripto*, 6. *D. de munerib. & honorib. text. in l. Neque ei*, 17. §. *Et primum, D. de adopt.* 71

Vn-

Vnde, qui non tantum in bonis, quantum debitum † cuius cauſa contenditur
72 habet, pauper ea ratione dicetur, *text. eſt in auth. de ſtudeiuſſorib. §. Sed neque, collat. 1.* per quem ita tenet *Bald. in auth. Præterea, num. 4. Salicet. q. 4. Fabian. de Pepe nu. 74. C. vnde vir & vxor. Iaſ. in l. Si conſtante, numer. 145. D. ſolut. matrimon. Fului. Pacian. de probat. lib. 1. d. cap. 54. numer. 55.* plures referens *Camil. Borrel.* (qui poſt hæc ſcripta ad manus meas peruenit) in 2. *part. ſum. deciſ. tit. 15. numer. 335.* eleganter in hanc rem *Senec. Epiſtol. lib. 13. Epiſtol. 88.* cuius *infrà §. 2.* mentionem faciemus.

Quotieſcumquè enim de paupertate reſpectiuè ad aliquid quæritur, ſemper metimur paupertatem reſpectiuè † ad illud,
73 vt teſtatur *Fulgoſ. conſ. 89. numer 4. verſiculo, Neque obſtat. Alexand. conſilio 37. incip. Conſultus ſum, numer. 1. & per totum lib. 7. & conſil. 213. Ponderatis his, numer. 8. lib. 6. Socin. Senior conſilio 30. In cauſa dominæ Agnetis, numer. 15. lib. 4. Alban. conſil. 69. numer. 4. Matthæus de Afflictis deciſ. 179. numer. 3. Petrus Roiz. Maure. deciſ. Lituani. 4. num. 221. & ſequentibus, & 263. & ſequenti, & 279. & ſequentibus, Fuluius Pacian. vbi ſuprà numer. 52. & ſequentibus, Cardinal. Dominic. Tuſch. practicar. concluſ. verbo, Paupertas, concluſ. 160. numer. 9. Proſper. Farinac. deciſ. nouiſſim. part. 2. deciſ. 532. numer. 2. Ioſeph. de Ruſtic. ad dict. leg. Cum auus, lib. 2. capit. 3. numer. 27. Rota Roman. diuerſor. 2. par. deciſ. 48. numer. 3. & 4. Marc. Anton. Natta conſ. 525. num 50. Cæſar Manent. conſil. 84. numer. 15. Ioſeph. Maſcard. de probationib. concluſ. 1159. num. 16. Iacob. Menoch. in additio. ad caſum 65. Marius Giurba deciſ. 18. numer. 6. Ioachin. Minſinger. obſeruatio. 97. numer. 8. centur. 4. Cæſar Barzi. deciſ. 129. numer. 6. Ioan. Petrus Fontanel. de pact. nuptial. clauſula 1. gloſ. 5. part. 3. num. 14. Ioan. Anton. Mangil. de imputationib. quæſt. 138. numer. 5. & 6. Stephan. Gratian. deciſ. 34. num. 14.*

Ex quo dixit *gloſ. in auth. de hæredib. & Falcid. §. Si vero abſunt, verbo, Subſtantiam*, quòd vt teſtis idoneus ſit, tanti debet
74 habere bona valoris, † quanti eſt cauſa ſuper qua teſtificatur. Quam notabilem dicit *gloſ. Ludouic. Roman. in l. Si conſtante, in princip. D. ſolut. matrimon. Hippolyt. de Marſil. in l. 1. §. Ad quæſtionem, numer. 16. D. de quæſtionibus, Socin. regul. 289. fallen. 3. Iaſ. in dict. l. Si conſtante, numer. 155.* vbi communiter *gloſſam* approbatâ dicit, nemi nemquè alicuius authoritatis eam reprobantem inueniſſe, *Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 3. Ordinam. verbo, Pobres, column. 4. poſt medium. Franciſc. Herculan. de negatiua proband. num. 293. Cornel. Benic. de paupertate* (receptam gloſſæ ſententiam dicens) *quæſt. 6. princ. num. 35. & 36. Bertazol. conſ. 68. n. 6. lib. 1. Claud. in additio. ad eũdem Bertazol. conſ. 210. lit. B.* alios cõgerens *Proſper Farinac. lib. 2. praxis crimina. tit. 6. q. 57. n. 90. Ioan. Mar. Nouar. in praxi electionis, & variatio. fori, q. 17. num. 6. ſect. 1.*

Licèt eam improbet *Iaſ. Didac. Per. & & Claud. ad Bertazol.* vbi ſup. *Didac. Cou. variar. reſolut. cap. 6. numer. 8.* latiùſquè à Nobis hac de re alibi Deo auſpice, erit agendum; videnduſquè *Nouarius* loco iam relato, *numer. 7.* dictas opiniones concordans.

Apparet euidenter ex tam longe petitis certam, determinatamquè regulam hac in materia tradi non poſſe, quis ſcilicèt pauper dicatur, cum ex cuiuſquè conditione, vel etiam negotij qualitate, id pendeat. Quod neque lex prouidere; nec poteſt comprehendere, certamvè, & infallibilem regulam conſtituere.

Ideoquè iudicis arbitrio † relinquitur. Qui inſpectis perſonarum, rerum, atquè lo-
75 corum qualitatibus, quem pauperem, vel non, iudicabit. Ita firmat *gloſ. verb. Locuples, in auth. Præterea, C. vnd. vir & vxor, vbi Decius nu. 15. Bald. communem dicens num. 4. Curt. Iunior num. 23. Bart. in l. Si conſtante, num. 10. D. ſolut. matr. Alex. nu. 13. Ripa num. 30. Crot. num. 18. Iaſ. n. 148. Felin. in cap. Si qui teſtium, num. 12. extra de teſtib. Barba. in cap. Sedes, nu. 78. de reſcrip. Carol. Ruin. conſ. 55. num. 5. lib. 1. & conſ. 81. nu. 6. & 9. lib. 5. Dec. conſ. 163. nu. 5. Socin. Senior conſ. 121. nu. 27. lib. 4. Palac. Rub. in rep. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 11. numer. 11. Couarrub. communem receptamquè dicens, lib. 2. var. cap. 6. num. 8. Hieronym. Gigas de penſionib. quæſt. 89. numer. 10. Anton. Grauat. in annotat. ad Octauia. Veſtr. in praxi libr. 4. capit. 4. numer. 30. vbi de communi, Ioſeph. Maſcardus de probationibus concluſ. 1159. numer. 8. Iacob. Menoch. de arbitrar. libr. 2. cent. 1. caſu 65. numer. 7. 10. 11. & 12. Cornel. Beninoac. de paupert. quæſt. 6. princi. num. 17. Petr. Roiz. Maure deciſ. Litua.*

4.num.210.& num.232. Didac. Perez in d.l.1.tit.1.lib.3.Ordina.verbo,Pobres. Andreas Tiraquel.in l. Si vnquam,verb. Omnia, vel partem,numer.31.C. de reuocand. donation. plures referens Petr. Cened. in collectan. iuris Cano. collectan. 133. num. 2. part.2. Marc. Anton. Natta conſ.590. numer.14.lib.3. Ioan. Petr. Fontanel. de pactis nuptialib.clauſula 7.gloſ.2.par.11. numer.28. Flaminius Pariſius de reſignatio.benefi.lib.5.quæſtio.6.numer.136. Sebaſt. de Medic. in tractatu Mors omnia ſoluit,1.part.numer.103.col.2.in principio, Camill. Borell. de Magiſtrat.edictis, lib.1.capit.15.num.10.11.&12.vbi plenè, idem Medices de caſibus fortuit.2.par. quæſtio.4.num.2. Marius Giurba in conſuetud.Senat. Meſanenſis,capit.16.gloſ.1. numer.10. Petr. Auguſt. Morla in empor. iur. quæſtion.vltim.per tot.Gregorius Lopez in l.20.titul.23.part.3.gloſ.2.verbo, Veinte maruedis. Abiles in capit. Prætorum, capit.34.numer.4. Bobadilla in Politic.lib.3.capit.15.num.65. Petr. Mollius in reſponſo pro amico, dubio 3.ex numer.9. Simon de Prætis conſil.137.num. 20. cum ſequentibus. Ioannes Vincentius Hondedeus conſ.93.numer.3.& 30.lib.1. Achil.Pedroh.conſil.8.numer.155. Franciſc.Marc.deciſ. Delphin. 596.numer.8. part.2.Cæſar Barzius deciſ. 129.numer.5. & deciſ.69.numer.51.& deciſ.80.num. 8.& deciſ.110.num.16. Franc.deciſ.454. numer.8.lib.2. Rota Roman. diuerſor. deciſ.202.num.3.part.2.& deciſ.48.num.1. ead.2.par. vbi de magis communi, Marius Giurba deciſ. 18.num.5. Fului Pacian. de probationib.lib.1.capit.54.numer.44.& ſequentibus, Ioſeph. Ludouic.deciſ.Peruſin. 66.part.2.num.16.& ſequentib. Proſper. Farinac. deciſ. nouiſ. Rotæ, par.2 deciſ. 233.numer.6.& deciſ.532.numer.2.ibidem,& de teſtibus,quæſtion.57.numer.93. & ſequenti, Ioan. Maria Nouarius in praxi electionis, & variat.fori,quæſt.17. numer.1.& 2.ſectione 1.Doct. Marta deciſ.ſeu voto 21.numer.1. Sigiſmund. Scaccia de appellationib.quæſt.17.limitat.40. numer.9. Cardinal.Tuſch. practicar.concluſ.litera P. concluſ.106.numer.4.Marc. Anton. Genuenſ. in practicab. Eccleſiaſt. quæſt.573.numer.5.Vincentius Carot. in tractat.de locato,1.part.titul.de locatione ex paupertate,quæſt.5.numer.9.folio mihi 39. Pirrh. Maurus de fideiuſſoribus 2. part.cap.2.ſection.7.num.32. Ioan. Anton.Mangil.de imputat.quæſtion.138.numer.4. Maurit.Apicella allegatione 6.numer.5. Luc. Matth. de Apicell. de tutam. pauper.tit.1. de quinquennali dilatione, numer.18.Dyoniſ.Gothofred. inſua praxi lib.1.tit.5. de ſtatu homin.in c.Quis diues, Quis pauper, quis inops dicatur?verſiculo, In tanta prolixitate.

76 Sic & quis dicatur inops, vel mẽdicus, † in arbitrio iudicis perſonarum conditione attenta repoſitum, tenẽt Gothofred.& plures ex proximè relatis, multiſquè adductis Ioan. Anton.Mangil.d.q.138.nu.4. Flamin.Pariſ.de reſignat. benefic.d.lib.5.q.6. num.137. Ioan. Petr. Fontanell. de pact. nupt.clauſ.6 gl.ſ.2.p.4. num.25. Iacob. de Graf.inſumm.de arbitra.conſ.ſ.lib.2.c.51. num.11.

77 Miſerabilis quoquè perſona, quæ dicatur; † arbitrio iudicis relinqui,tenent Cyn. Alberic.Bart.& DD. in l.vnic.C.quando Imperat.inter pup.& vid.Calcan.cõſ.57. num.12.Abbas,& DD. in cap. Significantibus,de offic.deleg.Didac. Couar.practic. cap.6.num.3.verſ. Relinquendum tamen eſt arbitrio iudicis;Iacob.Menoch.lib.2.de arbitrar.caſu 66.num.1.vbi plurimos refert,latiſsimè per totũ caſum miſerabilium perſonarum materiam proſequens, fueratquè ante eum proſequutus Petr. Rebuf. in 1.tom.ad conſtit.Gallic.tit.deſententi.prouiſ.art.3 gloſ.vlt.per tot.qui prædictã ſententiam receptam;communemquè dicunt, alijquè relati per Emman. Barboſ. in remiſsionib.ad ordin.Luſit.lib.3.tit.5.nu.9. Azebed.in l.9.tit.3.lib.4.nouæ Reg.collect. n.12.Flami.Pariſ.de reſign.benef.lib.5.q.6 n.139.Sebaſt.de Medic.in tract.Mors omnia ſoluit,n.103.pag.2.in princ. Nicol.Intrigli.ſingul.Regni Sicil.cõſt.ſingul.16.li.1.

Suprà dictã tamẽ cõcluſio,quę pauperẽ iu dicãtis arbitriodici habet,nõ procedit,in caſibuſq;,in quibus à lege,vel ſtatuto certa pa
78 trimonij quãtitas determinata eſt,† limitatur. Nullæ enim tunc in arbitrando ſunt iudicis partes,cum eam lex determinet, pauperemquè illum,qui talem non habet quãtitatem. Ita docent Bart.in l.Si conſtante, num.13.& ibid.Iaſ.n.145.D.ſolut. matrimon.Bald.in auth.Præterea,num.4.C.vnde vir & vxor. communem dicit ibi Fabian. de Pep.numer.76. Cornel. Ben.nc. de paupert.quæſt.6.princip.numer.27.& numer.37.& ſequentib. Carol. Ruyn.conſilio 55. numero 5. libro 1. Matthæus de Afflict.deciſ.179.num.3. Marius Giurba ac-

*deciſ.* 18. *num.* 6. *Ioſeph. Maſcard. de probat. d. concluſ.* 1159. *num.* 12. *Petr. Royz. Maure. deciſ. Lituan.* 4. *num.* 282. *Gregor. Lopez in l.* 20. *tit.* 23. *part.* 3 *gloſſ.* 2. *verbo Veinte marauedis, & in l.* 2. *titul.* 1. *part.* 7. *gloſſ.* 12. *verb. Cincuenta marauedis. Iacob. Menoch. in addit. ad caſ.* 65. *Proſper Farinat. in deciſ. nouiſſ. Rotæ deciſ.* 233. *num.* 6. *& deciſ.* 5 2. *num.* 2. *part.* 2. *Rota Rom. Diuerſor.* 2. *part. deciſ.* 48. *num.* 3. *&* 4. *Fului. Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 73. *& ſequentib. Iacob. de Graff. dict. cap.* 51. *num.* 11.

Idemq; in miſerabilibus perſonis. Arbitrari enim iudici nō licet, vbi lex miſerabilem perſonam deſignat, vt tenent relati ſuprà num. 77. ex *text. in d. l. vnic. C. quando Imperat. inter pupill. & vid.*

Vnde in ſpecie *text. in l. Nonnulli*, 10. *D. de accuſat. & d. l.* 2. *tit.* 1. *part.* 7. in arbi-
79 trio Iudicis non erit † ad accuſandum admittere eum, qui quinquaginta in bonis nō habeat, niſi ſuam, vel ſuorum proſequatur iniuriam, vt notant *Gregor. Lopez in d. l.* 1. *part. gloſſ.* 12. *& Fului. Pacian. ſuprà numero* 74. Licèt adhuc in Iudicis arbitrio id repoſitum contendat, *n.* 75. *Camill. Borrel. d.* 2. *par. ſummæ, tit.* 15 *num.* 337.

Nec in ſpecie *text. in l. Siquis id quod*, 7. *D. de iuriſd. omni. iudic. in l. fin. D. de in ius voc. in §. Sed noſtra, inſtit. de ſucceſſ. libert.*

Nec pariter in caſu *d. l.* 20. *tit.* 23. *part.*
80 3. † quæ eos pauperes dici (ad hoc vt caſum Curiæ facere poſsint) determinat, qui viginti morapetinos in bonis non habent. Vel ſecundùm communem huius Regni vſum, tria millia, vt teſtatur *Didac. Couarr. practic. quæſt. l. cap.* 6. *num.* 3. Licèt *Gregor. Lopez* ſuprà, etiam *d. l. part.* diſpoſitione ſtante, his attentis temporibus, Iudicis quoque arbitrio relinquendum dicat.

De iureq; communi, eum, qui multa bona habet; non tamen ſecundùm eius conditionem, fori priuilegio, *legisque vnicæ, C. quando Imper. inter pupl. & viduam*, gaudere tenet *Ioann. Maria Nouar. in praxi electi. & varia. fori, ſect.* 3. *deciſ.* 24. *num.* 16. & Nos etiam infrà, §. 4. *num.* 165. Et cum *Gregor. Lopez* tenet etiam *Azebed. in l.* 9. *tit.* 3. *lib.* 4 *nouæ Reg. collect. num.* 21. Idem quoque ad Aduocatos vltra neceſſarium victum pro conditione non habentes extendens.

Sat igitur quantum Iudicis ad probationis paupertatem valeat arbitrium, niſi à lege certa ad id determinata ſit quantitas. Vel niſi ad certum, & determinatum effectum de probanda paupertate agatur, conſtat. Tunc enim in ſpecie, † eiuſque actus,
81 vel effectus reſpectu probanda eſt, nec generalis (iuxta latè ſuprà adductos *num* 73.) paupertatis ſufficiet probatio, præter quos, alios etiam referendo, notat *Hieronym. Gonçalez in regul.* 8. *Chancell. gloſſa* 2. *numero* 44.

## VTRVM PAVPER dicatur dominus vtilis tantùm, nec alia habens bona?

## *SVMMARIVM.*

82 Pauper non dicitur dominus vtilis, ſi modò ad vitæ neceſſaria habeat.

83 Poſſeſſor maioratus fructuarius tantùm eſt, ex plurium ſententia, remiſsiuè.

84 Vſufructuarius, vel vtilis dominus perpetuus, hoc eſt ad vitam, ſi neceſſaria habet, pauper non eſt.

85 Vſufructuarius poteſt, vel ipſe re vſufructuaria vti, vel alijs, vt ea fruantur cōcedere, locare, vel vendere.

86 Vſuarius qualiter re, in qua vſum habet vti poſsit?
Alia nō habens bona præter vſuaria pauper eſt, ibid.

87 Et quid in vſuario domus? qualiterque ea vti poſsit?

88 Et quid in eo, qui ſyluæ cæduæ vſum habet?

89 Et in habente vſum pecuniæ?

90 Arbitrarium Iudici erit, iudicare ex circunſtantijs, an vſuarius pauper dicatur?

91 Clericus beneficiatus, an pauper dicatur? & an vſuario; vel vſufructuario comparetur? & num. 94 & 95.

92 Clericus liberè de fructibus beneficij ad ſui, & ſuorum decentem ſuſtentationem diſponere poteſt.

93 Et ad alios pios vſus.

95 Fallit in morte, in qua de fructibus diſponere non poteſt. & quid de conſuetudine?

96 Pauper non dicitur, qui congruum beneficium habet.

## §. I.

SAtisfactum forsitan ex suprà dictis huic posset esse quæstioni: sed quia ad eius integram materiæ cognitionem aliqua supersunt, & scitu digna; & ab alijs non tacta; omninoque huic materiæ necessaria, è quibus animum suum ad rectum proferendum arbitrium Iudex debeat informare, ea hic subnectamus, necesse est.

Primò igitur, an vtilis tantùm dominus, nec alia habens bona, pauper sit videre oportet. Qua in re breuiter dicendum, pauperē
82 non esse, † si modò pro conditione (iuxta supra traditas regulas) ad decenter viuendum, suisque prouidendum necessitatibus redditus percipiat. Quis enim neget, prædiuitis maioratus possessorem, licèt nulla alia bona libera habeat, pauperem nequaquam dici posse? Cum tamen ex multorum sententia, plurium iurium authoritate firmata (vt ex adductis per *Ludouic. Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 19. num. 1.*
83 2 & 3.) fructuarius † tantùm sit, nec perfectè, & verè dominus dicatur.

Quod non solùm in maioratus possessore; sed & in alio vsufructuario, † vtilivè
84 domino (perpetuo saltem, id est ad vitam, de temporali namque non sine controuersia res est, vt ex infrà dicendis conijci potest) si decenter ex redditibus viuere valeat,
85 pauperem non esse, dicendum est. Namque *vsufructuarius, vel ipse frui eare, vel locare, vel vendere, vel alij fruendam concedere potest*, vt *Vlpiani* verbis vtar in *l. Arboribus, 13. §. Vsufructuarius, D. de vsufruc. tex.* etiam *in princip. inst. de vsu, & habit.*

Id cum vsuario non cōcedatur (cui ne-
86 que vendere, neque locare, † neque aliter seorsum à se rem vsuariam alienare licet, *text. in l. 2. l. Cæterum, 4. l. Non aliter, 7. & l. seq. D. de vsu, & habitat.* Nec ad lucrum, sed ad suum tantum, suorumque necessarium vsum ea possit vti, *l. Plenum, & ibi gloss. verbo Compendium, D. eod. princip. inst. de vsu, & habit.*) Licèt plurium rerū vsum habeat; ni aliorum quoque dominus sit, pauper erit. Cum non ad vestitum, non ad medicamenta, non ad sui ipsius, familiæque cultum, & ornatū, nec ad eundemmet necessarium victum ex re vsuaria, præter id, quod ex ea prouenit, possit sumptus percipere necessarios. Planè, qui necessariorū omnium vsum haberet, pauper nullo mō-
do esset, quia vt *Horat. epistolar. lib. 1. epistola ad Licium*, inquit.

*Pauper enim non est, cui rerum suppetit vsus.*

Item nec aliquando particularis rei vsuarius. Non enim omnes eisdem astringuntur vsuarij regulis. Namque domus vsum † habens, poterit (si eam inhabitet, non aliter) locare. *d. l. Cæterum*, ibi: *Et secundùm hoc, etsi pensionem habitationis recipiat, dū ipse quoque inhabitet: non erit ei inuidendū.* Ex cuius adeò pingues possunt locatione redditus prouenire: vt non modo pauper vsuarius dici nequeat: sed etiam, eius attenta conditione, diues reputetur. *Quid enim* (inquit *Vlpian. in d. l. Cæterum*) *si tam speciosæ domus vsus sit relictus homini mediocri; vt portiuncula contentus sit? &c.*

88 Similiter, & in vsuario syluæ cæduæ † dicendum. Qui etiam ad lucrum syluæ vti poterit, cedereque, & vendere, quemadmodum vsufructuarius (cuius loco hoc in casu habetur) sine proprietarij tamen præiudicio, testante *Pomponio in l. Diuus, 23. D. de vsu, & habit.* si ex lignorum permissa venditione, necessaria ad vitam congruenter percipiat.

In eo quoque, cui vsus tantùm pecunię
89 † relictus est (quia vsus fructus regulis iudicatur, *l. Hoc Senatu, 5. §. fin. & l. Quoniam, 10. §. 1. D. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consum.*) dicēdum erit. Quibus in casibus, adeò pingues fructus, vel redditus poterit vsuarius consequi; vt nullo modo pauper dica-
90 tur. Ideòque in eis arbitrarium † Iudici, iuxta suprà tradita in iudicando, censendoque pauperem, erit.

Regulariter autem, vsuarium pauperē esse, si alia bona sufficientia non habeat, cō-stat. Ex quo idem in Clerico beneficiato,
91 (cum vsuarius tantùm † dicatur) videbatur firmandum ex *sent. glossæ in cap. Quianos, 9. de testam. verb. Testamētum, & in cap. Cum olim, 7. verb. Definitiuam de rer. permut.* probat post longam disputationem *Abb. in repet. cap. Cum esses, nu. 2. de testam. Didac. Couarr. in cap. Cum in officijs, num. 1. eod. tit. Petr. Surd. cons. 333. num. 9. & 10.* plures huius sententiæ sequaces adducens.

Verum tamen est, eum, qui congruum beneficium habet, pauperem nullo modo esse. Qua in re, etsi diuagari aliquantulum posset quæstio, *Vtrum Clericus sit dominus beneficij, & eius fructuum? vsuarius, vel vsufructuarius?* & alia circa eadem ipsa adijcere: Nobis satis aduertere, hunc paupe-

rem

rem non eſſe, ſi congruam ſui, ſuorumque (iuxta à Nobis in hac queſtione, *nu.* 51. 52. & 68. tradita) percipiat ſuſtentationem. Cuius rei ratione, liberè de beneficij fructibus diſponere † poteſt. *text. in cap. De his,* 92 *& ibi Panormitan. de Eccleſ. ædific. cap. Eccleſias,* 13. *quæſt.* 1. *cap.* 2. *cap. De Monachis,* 12. *cap. Cum ſecundùm Apoſtolum,* 16. *cap. De multa,* 28. *in fin. de Præbend. & Dignit.* cum aliis. *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 185. *art.* 7. *in reſponſ. ad* 2. *Ioann. Maior in* 4. *ſent. diſt.* 24. *quæſt.* 17. & 20. *Couarru. in d. cap. Cum in officijs, num.* 9. plenè *Sarmient. de reddit. Eccleſ.* 2. *part. cap.* 2. & *ſeqq.* & 4. *par. cap.* 1.

Et ad alios etiam pios vſus, † *cap. Quia* 93 *Ioannes, iuncta gloſſ.* 12. *q.* 2. Et poteſt, imò debet ex redditibus conſanguineas pauperes dotare, tradit plures referens *Cald. Pereyr. de iure emphyt.* 3. *p. de poteſtat. eligend. cap.* 13. *num.* 11. Ita concluſum fuit in Rota apud ſanctiſ. D. N. *Greg. XV.* tunc Rotæ Romanæ Auditorem *deciſ.* 401. *nu.* 1. vbi alia circa hanc rem, dicemuſque latiùs *q.* 15. & 16.

Ideòque magis vſufructuarij naturæ ac- 94 cedit, † eique in vita beneficiarius comparatur *gloſſ. in verb. Reſeruari in cap. fin. de offic. Ordina. in* 6. *Abb. in d. cap. Cum eſſes, num.* 24. *de teſtam. Rota in antiq. tit. de probationib. deciſ.* 41. *num.* 2. & *apud Alex. Ludoui. d. num.* 1. *Vincen. Carocius deciſ. ſeu caſu* 52. *num.* 2.

Licèt in morte vſuarius iudicetur, † ne- 95 que de fructibus liberè diſponere valeat. Ita (ex plurium ſententia magis communem dicens) firmat *Vincenc. Caroc. proximè relatus, numero* 3. *Iacob. de Graſſis in deciſione caſuum conſcient. cap.* 100. *libro* 2. *part.* 1. *numero* 11. & quid de vniuerſali Hiſpaniæ conſuetudine? videndus *Couarruuias in dict. cap. Cum in officijs, numero* 1. & *ſequenti. Didac. Spin. de teſtamen.* 14. *part. gloſſæ rubricæ, num.* 13. & *ſeqq.* latè *Sarmient. vbi ſup.* 2. *p. cap.* 6. *per totum.*

Et in ſpecie, pauperem non dici eum, 96 qui congruum habet † beneficiũ; tenẽt *Decius, Craueta, Seraphin.* & *Theſaur.*, quos refert, & ſequitur *Marius Giurba in conſuet. Senat. Meſa. cap.* 7. *gl.* 13. *n.* 37.

***

VTRVM PAVPER ſit, qui ſecundùm conditionem ſuam ſufficientia bona habet; debitis tamen multis implicatus eſt? Aut qui debitores, debitorumvè iura habet?

## SVMMARIVM.

97 Bona, quæ quis debet, bona non dicuntur, ſed æs alienum.

98 Abeſſe dicitur id, in quo quis obligatus eſt.

99 In cuiuſque bonis computatur id, quod ſibi debetur.

100 Sicut locupletior fit, qui liberatur: ſic pauperior, qui obligatur.

101 Debitor ſub conditione omninò exſtitura, non ſub conditione, ſed purè dicitur obligatus, quando dies non eſt in conſideratione.

102 Conditiones de præterito, vel præſenti, conditiones propriè dici nequeunt.

103 Debitor ſub conditione caſuali, vel mixta, ſi interim dum non venit dies, vel conditio impletur, ſecundùm conditionem ſuam viuere poteſt; pauper non dicitur, & num. ſeqq.

Conditio caſualis, vel mixta, quæ dicatur? ibid.

104 Debitor propriè dicitur, à quo pecunia ſtatim exigi poteſt.

Die, vel conditione pendente, debitum exigi non poteſt, ibid.

105 Dibitor in diem, vel ſub conditione, propriè debitor non dicitur, quoad effectum ſaltem.

106 Fideiuſſor, qui diu ſtetit in promiſſione conditionali, non poteſt petere, ſe à fideiuſſione liberari dum non impletur.

107 In conditionali obligatione, tantùm ſpes eſt, debitum iri.

108 Solutum ante diei, vel conditionis eũ tum, repeti poteſt.

109 Conditione pendente, debitum non dicitur meſſe.

110 Conditione pendente, nullum ius dicitur acquiſitum.

111 Nel aliqua interim datur actio, ceſſatque omnis obligatio, & num. 112.

113 Lex

113 Lex loquens de debitore, non comprehendit debitorem ſub conditione.

114 Nec creditorem conditionalem, vel in diem, ſi de creditore loquatur.

Moratoria conceſſa à Principe aduerſus creditores, non includit creditores conditionales, vel in diem, ibid.

115 Præſens rei ſtatus, non qui euenere poteſt, inſpiciendus eſt.

116 Lex, vel ſtatutum excludẽs omnes exceptiones aduerſus publicum inſtrumẽtum, non cenſetur excludere exceptionem diei, vel conditionis non impletæ.

117 Exequi non poteſt contractus conditionalis, niſi de purificata conditione, parte citata, iudici liqueat.

118 Ditari in dies quis præſumitur, ſaltem ſi ſit induſtrius, & diligens.

119 Pater, qui filias dotare non poteſt, ſi adhuc nubilis ætatis non ſint; non ex eo dicitur pauper, ſi aliàs pauper non eſt.

120 Debitor ſub conditione poteſtatiua, quę in poteſtate creditoris implere debentis eſt; vel ad diem, cuius proximus eſt aduentus; etiam ante diei, vel conditionis implementum, vel ſolutionem factam, pauper reputatur, ſi ea perfecta, pauper remaneret, & num. ſeqq.

121 De proximo facienda, pro factis habentur, & num. ſeqq. & plura remiſsiuè num. 128.

122 Præſcriptio, vel vſucapio intra breue tempus perficienda, perfecta reputatur.

123 Cauſa ad concluſionem vſque perducta, habetur, ac ſi iam in ea eſſet pronuntiatum.

124 Condemnandus de proximo, pro cõdemnato iudicatur.

Fideiuſſor de proximo condemnãdus, poteſt petere ſe liberari ab obligatione, ibid.

125 Mox profeſſurus, habetur pro profeſſo.

126 Ædes de proximo ſacrandæ, pro ſacratis habentur.

127 Seminarium de proximo erigendum, habetur pro erecto.

129 Potentia actui proxima, pro actu habetur, & num. ſeq.

Magis attenditur, notabiliuſque eſt, quod impotentia, quàm quod eſt in actu, num. 131.

130 Licentiatus, an Doctorum gaudeat priuilegijs? remiſsiuè.

131 Quando ius, vel ſtatutum requirit aliquem gradum in eo, qui eligendus alicui beneficio, vel dignitati eſt; ſufficit ſi tempore electionis habilis ſit ad eum ſtatim comparandum.

132 Regulari poteſt conferri beneficium ad voluntatem ſuperioris amobile, neque id paupertatis repugnat voto.

133 Nec paupertatis voto repugnat peculium ex ſuperioris permiſſu habere.

134 Diei, vel conditionis proximus aduentus, quando dicatur, Iudicis arbitrio relinquitur.

135 Dictio *In continenti* accipitur cum aliquo temporis ſpatio Iudicis arbitrio, & num. 136.

137 Idem de dictione *Statim*.

138 Et de dictione *Mox*, dictione *Celeriter*, & dictione *Confeſtim*, remiſsiuè.

139 Pauper non dicitur creditor, qui iura debitorum de iure, & de facto exigibilia habet, licèt eis non exactis in paupertate ſit; non tamen debitis ſolutis: ſecùs ſi creditor non ſit exigibilis de iure, vel de facto.

## §. II.

DVos in hac quæſtione diſtinguendos fore caſus videtur. Nempè, quòd aut debitor eſt purus, aut ſub conditione. Sub diſtinguendum deindè in debitore ſub conditione, quòd aut eſt ſub conditione omninò extitura, poteſtatiua, caſuali, vel in diem.

Igitur ſi quis purè debitor exiſtat, eius quantitatis, ſummæ, vel rei, cuius ſolutione facta, ſecundùm conditionem ſuam bona ſibi ad viuendum non ſuperſint, pauperem eſſe, † ſolutione nondum facta, dubitãdum 97
non eſt. Cum bona, quæ quis debet, bona non dicantur, ſed æs alienum, vulgar. *text. in l. Subſignatum, 39. §. 1. D. de verb. Signif.* cui non poſsũ non *M. F. Quintiliani* adiungere ſententiam *declamat. 273. Bona porrò, quæ ſunt? Vt opinor, ea, quæ detractis alienis deprehenſa ſunt* (inquit.) *Senecæ* etiam concluſioni noſtræ propiùs accedentem *epiſtolar. lib. 13. epiſtol. 88. Habet* (ait) *domum formoſam, ſed alienis nummis paratam, familiam nemo ſpecioſiorem prouocit, ſed nominibus non reſpondet. Si creditori ſoluerit, nil ſupererit. Idem in reliquis quoque facere debetis, excutere quantum proprij quiſq; habeat. Diuitem illum putas, quia aurea ſuppellex etiam in via eum ſequitur? quia*

in

*in omnibus Prouincijs arat? quia magnus Kalendarij liber voluitur? quia tantùm ſub vrbanis poſsidet, quantum inuidioſè in deſertis Apuliæ poſsideret? Cum omnia dixeris, pauper eſt. Quarè? Quia debet.* Abeſſe namq;
98 dicitur id, † in quo quis obligatus eſt, *l. 2. in fin. l. Si quis mandato, 29. D. de negot. geſt. l. Quod de bonis, 15. §. Ex donationibus, D. ad legem Falcid. §. Tutores, inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contract. & ibi gloſſa, verbo Obligatus.* Et in cuiuſque bonis computa-
99 tur, † quod ſibi debetur. *l. Rem in bonis, 52. D. de adquiren. rerum domi.* bonus tex. *in l. Facere poſſe, 29. D. ſolut. matrim.* vbi id not. *gloſſ. verb. Videtur, & ibid. Bart. Bald. Paul. & alij.*

100 Et ſicut locupletior, qui liberatur, fit, † *l. Si pupilli, 66. D. de ſolut. l. Siquis obligatione, 116. aliàs 115. D. de regul. iur. l. Species, 11. D. de acceptilat. Antoni. Fau. in ſuo Cod definit. lib. 1. tit. 10. definit. 3. numero 32* ita etiam pauperior, qui obligatur, licèt nõdum quidquam præſtiterit. not. *Bart. & Paul. in l. Si ſoluturus, D. eod. tit. de ſolut. Hotoman. ad leg. 2. C. de his, qui in prior. locum ſucced. Oſuald. in Donell. lib. 15. cap. 16. litera D.*

Idemque in debitore ſub conditione omninò exſtitura, quod in debitore puro dicendum eſt. Huiuſmodi enim debitor nõ
101 ſub conditione, ſed purè † obligatus dicitur. *l. Si pupillus, 9. §. Si ſub conditione* (vbi *gloſſ.* concordantes allegat) *D. de nouation.* In obligationibus ſaltem, in quibus & conditio omninò exſtitura eſt, & dies non eſt in conſideratione: tunc enim ſtatim rem ſub tali conditione promiſſam, petere licet, puraque dicitur. *text. in l. In illa ſtipulatione, 8. in fin. D. de verb. obligat.*

Et idem in conditione de præterito,
102 vel de præſenti, † quæ conditiones, propriè dici nequeunt, ſtatimque obligant, neque actum ſuſpendunt; *text. in l. Cum ad præſens, 37. cum duabus ſeqq. D. ſi cert. pet. l. Conditio in præteritum, 100. D. de verbor. oblig. §. Conditiones inſtit. eod. l. Inſtitutio talis, 10. in fin. D. de condit. inſtit. l. Eas cauſas, 80. D. de condit. & demonſt.*

In debitore verò in diem, vel ſub con-
103 ditione incerta, † & caſuali, quæ exiſtere, vel deficere poteſt, à fortunæq; iudicio pendet (de qua *in l. 2. §. Si ſub conditione, D. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.*) vel etiam ſub conditione mixta (quæ partim hominis, partim fortunæ iudicio, fatoque dependet, ac eget: vt *in l. Suus quoque, 4. §. Puto, D. de hæredib. inſtit. l. Si pater, 4. C. de inſtit. & ſubſtit.*) pauperem non eſſe, qui interim dũ nõ venit dies, vel conditio non impletur, ad decentem ſuſtentationem, vitæque neceſſaria, facultates habeat, aſſerendum videtur. Cũ nec debitor interim propriè dici queat.
104 Debitor enim is propriè dicitur, † à quo ſtatim pecunia exigi poteſt. *tex. in l. Debitor, 198. D. de verbor. ſig.* Sed pendente die, vel conditione exigi non poteſt. *l. Cedere diem, 213. D. eod.* ergo debitor in diem, vel ſub conditione, debitor propriè dici nequit, & per conſequens, nec pauper ob tale debitũ, ni aliàs pauper ſit.

Debitoremq; in diem, vel ſub condi-
105 tione, propriè † debitorem non eſſe; tenet *Bart. in l. 1. num. 32. D. ſi cert. pet. & in l. 2. §. Creditum, num. 5. D. eod.* cuius ſententia communis eſt, vt ibi ſtantur ibi *Decius num. 96. Cagnol. num. 274. & Ripa nu. 100. Hercul. Mareſcot. variar. reſolut. lib. 1. cap. 21. num. 8.* eamque veriorem dicit *And. Fachinc. controuerſ. lib. 11. cap. 74. per tot.* ſaltem quoad effectum, & exactionis exercitium *Anton. Theſaur. deciſ. Pedemont. 235. num. 3.*

Quam in pulchro caſu tenet ſententiã *Bald. in l. Si pro ea, num. 8. C. mandat.* queſtionem mouens, Vtrùm fideiuſſor, qui diu ſtetit in promiſsione conditionali, veluti euictionis, reſtitutionis dotis, redditionis
106 rationum, & ſimilibus, poſsit petere † ab obligatione liberari dum non impletur? Et reſpondet, non poſſe. Cum non dicatur diu in obligatione ſtetiſſe, ſed in promiſsione. Ideòque ante obligationem non eſſe liberandum: tenentq; communiter Scribent. in *l. Facere poſſe, D. ſolut. matrim. Matth. de Afflict. deciſ. 241. num. 4. Gaſpar. Cauallin. de euict. cap. 2. num. 19.* & alij adducti per *Pyrrh. Maur. de fideiuſſor. ſect. 5. cap. 3. num. 38. 39. 40. & 41.*

Confirmatur ſuprà dicta principalis ſententia, quia in conditionali obligatione,
107 tantum ſpes eſt † debitum iri; *text. in §. Ex conditionali, inſtit. de verb. oblig.* Ideòque
108 ſolutum ante diei, † vel conditionis euentum, repeti poteſt; *text. in l. Videamus, 27. D. de liberat. legat. l. ſub conditione, 16. D. de condict. indeb.*

Nec conditione pendente, debitum
109 dicitur ineſſe † *l. Siquis ſub conditione, 8. D. ſi quis omiſſa cauſ. teſtam. Docto. in l. Ex facto, D. ad Senat. conſ. Trebellia. Roland. à Valle conſil. 29. num. 16. lib. 4. Tiber. Decian. conſil. 3. num. 43. lib. 1. Ioan. Cephal. conſ. 767.*

*conſ.767. numero 7. lib. 1. Franc. Monald. conſ.80. num.16. libro 1. Petr. Paul. Pariſ. conſil. 47. num. 11. libro 1. Cumia in ritib. Regn. Sicil. capit. 16. numero 3. Fabius Turret. conſilio 44. numero 9. libro 5. Ioann. Vincen. Honded. conſilio 73. numero 102. Carolus de Graſ. de except. ad ſtatut. exclud. omnes exceptiones, exceptione 33. num. 3.*

Nullumque ius conditione pendente
110 dicitur acquiſitum; † *d. l. Si quis ſub conditione, 8. l. Ei qui, 13. D. de condit. inſtit. Fabius Turret. conſilio 67. num. 127. & conſil. 70. nu. 35. & conſil. 84. nu. 13. lib. 2. Iacob. Menoch. conſilio 452. numero 42. libro 5. Carolus de Graſsis dict. except. 33. numero 7. Petrus Surdus conſilio 186. numero 12. libro 2. Gaſpar Anton. Theſaur. quæſtion. forenſ. libro 4. quæſtione 51. numero 2.*

111 Nec interim aliqua datur actio, † *l. Neceſſariò, 8. §. Quòd ſi pendente, D. de peric. & commod. rei vendit. l. Mæuius, 55. D. de condit. & demonſt.* cum alijs. *Andre. Tiraquell. de retract. conſang. §. 1. gloſſ. 2. numero 21. & gloſſ. 10. num. 50. Marc. Anton. Natta conſ. 269. num. 12. libro 2. Ioan. Cephal. conſ. 311. num. 7. Iacob. Menoch. conſilio 60. numero 48. libro 1. Surd. dict. conſilio 186. numero 12. Franc. Viuius deciſ. 359. n. 3.* alios referens *Carol. de Graſsis vbi ſupra, numero 9. Ludouic. Cenſio de cenſib. 3. part. cap. 1. quæſtione 3. articulo 7. num. 60.*

Omniſque obligatio pendente condi-
112 tione ceſſat, † *cap. vnic. §. fin. de ſponſal. & matrim. lib. 6. Gozadin. conſil. 1. num. 40. Monald. d. conſ. 80. num. 17.*

113 Quo fit, vt lex de debitore loquens † debitorem ſub conditione nō comprehendat; *Aſini. in tract. de excecut. cap. 2. num. 22. & §. 2. num. 26. Carol. de Graſ. d. except. 33. num. 2.*

Nec creditorem † cōditionalem, vel in
114 diē, ſi de creditore loquatur. Namq; ſi pauper moratoriam à Principe contra creditores ſuos impetret; non includi cōditionales, vel in diem creditores, tenent, per ſupra traditam rationem, *Guido Pap. deciſ. 109. Scaglio ſuper riti. mag. Curiæ, ritu 283.* & ſequitur (alios etiā referendo) *Lucas Matth. Apicella in tutamine paupe. tit. de moratoria Principis, num. 28. & ibid. Mauritius Apicell. in addition. ad patrem.*

Præſens enim rei ſtatus, non qui eue-
115 nire poteſt, † inſpiciendus eſt, iuxt. *tex. & gloſſ. in l. 2. & 3. D. de in diem adiect. l. Eo tempore, 50. D. de pecul. Socin. conſ. 24. numero 36. lib. 1. & conſil. 265. lib. 2. Marc. Anton. Pereg. de fideicommiſſ. art. 3. num. 2. verſ. Secundò, quia inſpectio præſenti ſtatu, & conſ. 8. num. 12 lib 2 & conſ. 87. n. 10. lib. 3. Benintend. deciſione 90. in fin. Iacob. Cancer. var. reſolut 2. to. cap. 3. de inſtrum. guarent. num. 49. Stephan. Gratian. diſcep. foren. cap. 183 num. 31. Aldouin. conſil. 27. num. 34. & conſil. 75. numero 31. Ioann. Cephal. conſil. 769 num. 5. Aymon. Crauet. conſ. 199. num. 10. Schard. conſilio 1. num. 699. lib. 1.* Multa enim poſſunt accidere, ne id eueniat. Idem *Schard. conſ. 38. num. 29. lib. 2. Fabi. Ana. conſ 97. num. 20. Anton. Fauer in ſuo Cod. definit lib. 3. tit. 2. defini. 1. num. 6.* Nec idem iudicandum eſt de caſu dubio, & pendenti; quod de certo. *Octauia. Oſaſc. deciſ. 33. num. 29. Marius Giurba deciſ. 60. num. 25.*

Vnde lex, vel ſtatutum omnes exceptiones aduerſus publicum inſtrumentum,
116 excludens exceptionem diei, † vel conditionis non impletæ excludere non videtur; ex *d. l. Cedere diem, 113. D. de verbor. ſignific. Corne. conſilio 112. numero 4. libro 1. & conſilio 123. in princip. libro 2. Alexand. conſilio 119. libro 1. Fabius Turret. conſil. 91. num. 14. libro 1. & conſilio 44. num. 32. 33. & 34. libro 2. Carol. de Graſ. d. except. 33. num. 1.*

Nec contractus, vel obligationis conditionalis (niſi de purificata conditione par
117 te citata † Iudici liqueat) fieri poteſt executio. *Bald. Alexand. & alij in l. fin. §. Titius, D. de vulg. & pupill. ſubſt. Couarr. variar. reſolut. cap. 11. num. 2.* plura iura, & authoritates referens *Roderic. Xuar. in l. Poſt rem iudicatam, limit. 5. ad leg. Reg. D. de re iudic. Carol. de Graſ. d. except 33. num. 13. & ſeqq. Franciſ. Milaneſ. deciſ. 9. num. 96. lib. 2 Flamin. Carthar. deciſ. 49. num. 3. & deciſ. 69. num. 4. Rota Roman. Diuerſ. deciſ. 323. part. 2. Marius Giurba dict. deciſione 60. numero 14. Anton. Gomez in l. 64. Taur. numero 7. Parlador. rerum quotidian. libro 2. cap. fin. parte 1. §. 12. numero 39. Ioann. Gracian regul. 69. numero 9. Cephal conſilio 395. numero 23. lib. 3. Cardinal. Tuſch. litera C. concluſione 593. numero 24. & litera S. concluſione 32. numero 13. 66. & 95.*

Ex quibus omnibus deducitur, pauperem non eſſe debitorem conditionalem, vel

in diem, illius debiti ratione, ſi aliàs pauper non ſit, habeatque pro conditione neceſſaria. Cum præſertim interim ad pinguiorem poſsit deuenire fortunam, † in dieſque
118 ditior fieri: vt & ius præſumit; *text. in l. Si defunctus*, 10. *C. arbitri. tutel. l. Cura*, 4. §. *Deficientium, D. de muner. & hono.* quas ad hoc allegat *Bart. in l. Ex diuerſo*, §. *fin. num.* 9. *D. ſolut. matrim. Iaſo. in l. Inter eos, num.* 11. *D. de re iudicat. Iacob. Menochi. de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 28. *num.* 1. 2. & 3. *Petr. Surd. de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 10. *num.* 6. In homine ſaltem induſtrio, & diligenti, *Ripa in l. Si ventri, numero* 14. *D. de priuileg. credito. Decius conſ.* 6. *num.* 1. & *conſ.* 175. *in fin. Corraſ. lib.* 3. *Miſcellane. iuris, cap.* 5. *num.* 6. *Syluan. conſ.* 86. *num.* 6. *Aymon. Crauet. conſilio* 131. *num.* 12. *Iacob. Menoch. d. præſ.* 28. *num.* 7. & *ſeqq. Antoni. Theſaur. deciſione* 211. *num.* 17. *Borgnin. Caualcan. de tutor. num.* 223. & *deciſ.* 3. *num.* 34. *part.* 1. *Vincent. Caroc. de remed. contra præiudic. ſentent. vel damnoſ. executio. except.* 25. *num.* 59. & 60. latè defendit *Galganet. de tuto. quæſt. vltim. per tot.* Idque ſenſiſſe videtur *Philoſoph.* 4. *Ethicor. cap.* 1. *Diues* (inquit) *non eſt, qui diligentiam non habet, vt ſiat.* In cuius aſſertionis veritate inquirenda, nunc amplius non inſiſtimus. Viderique poterunt *Andr. Tiraquell. de retract. conſang.* §. 32. *glo. vinc numero* 9. *Franc. Monald. conſ.* 47. *nu.* 11. 12. & 13. *Segiſm. Scacc. in tract. de mercat.* §. 1. *quæſt.* 6 *n.* 16. *cum ſeqq. Aymon. Crauet. conſ.* 320. *num.* 6. *Petr. Surd. de aliment. titulo* 1. *quæſt.* 45. *num.* 42. *Stephan. Gratian. diſcept. forens. cap.* 67. *num.* 15. *Fului. Pacian. de probat. lib.* 1. *q.* 54. *num.* 28. & 29.

Denique pro dicta principali ſententia reperio *Vlpian.* reſponſum *in l.* 1. §. *Serui appellatione, D. ad ſent. Conſult. Syllania*, cuius ſunt verba. *Serui appellatione etiam ij continentur, qui ſub conditione legati ſunt. Nam medio tempore, hæredis ſunt. Nec quòd conditio exiſtens efficit, vt deſinant eſſe hæredis; facit nè videantur interim eius eſſe.*

Deducitur etiam, quòd licèt pater, qui pro conditione ſua facultates, è quibus decèter viuere poſsit, habet; filias tamen dotare non valet. (ſecundùm ea, quæ ſupra annotata ſunt) pauper ſit: ſi tamen filiæ adhuc
119 nubilis ætatis † non ſint; ſi ob dotem filiarum, eiuſque reſpectu, pauper iudicaretur: non vtique reputabitur ex proximè aſsigna tis rationibus. Cum conditionalis debitor cenſeatur, multaque accidere poſsint, quibus interim, vel ditior fiat; vel à dotandi onere liberetur.

Planè in debitore obligato ſub condi-
120 tione poteſtatiua, † (cuius implementum in creditoris poteſtate eſt, implere debentis, *tex. in l. Suus quoque*, 4. §. *Puto, D. de hæred. inſti. vbi gloſſ. & communiter DD. tex. in l. Cornelius*, 69. *& in l. Iam dubitari*, 89. *D. eod. tit.*) Vel ſi diei implementum, ſiuè aduentus proximus ſit, etiam ante obligationis implementum, vel ſolutionem, dieiuè aduentum, pro paupere habendum, ſi ſolutione facta, debitor pauper remaneat, aſſerendum videtur. Ex vulgari, & trita iuris
121 † regula, quæ de proximo faciẽda, pro factis haberi, dictitat, de qua *in l. Veſtimentum*, 22. *D. de auro, & argent. & in l. penul. D. de milit. teſtam.* Vbi de proximò cingendus, habetur pro cincto. & ibi notant communiter Scribentes.

Sic preſcriptio intra breue tempus per-
122 ficienda, † pro completa habetur, *l. Si fundum*, 16. *verſ. Planè ſi pauciſsimi dies, D. de fundo dotali*; per quem ita tenet (cum multis, quos refert, communem dicens) *Andr. Tiraq. in tract. de iudicijs in rebus exig. ferend. num.* 78.

Idemque & in vſucapione. *text. in l. Rerum mixtura*, 30. §. *Labeo, D. de vſucapion.*

Cauſa etiam ad concluſionem vſque
123 perducta, † ac ſi iam in ea pronuntiatum eſſet, reputatur *Bart. in l. Si mater*, §. *Eadem in fin. D. de except. rei iudic. per tex. & gloſſ. in l. Si rem*, 29. §. *fin. D. de euict. Bart. & Bald. in l. Quamuis indubitati in fin. C. de adulter. Cyn. Paul. Iaſo*, & alij, quos refert, & ſequitur *Tiraquell. de legib. connubialib. leg.* 16. *gloſſ.* 2. *num.* 6.

Et proximè condemnandus, † pro cõ-
124 demnato habetur, *l. Qui pœnæ*, 8. §. *Diuus, D. de manumi. l. Eum pro quo.* 17. *D. de in ius vocan. l. fin. C. de vſur. rei iudic. cap. fin. extra de iudici. vbi Felin. notab.* 1. *Bald. in l. Si pro ea, num.* 7. *C. mandat.* Vbi quòd fideiuſſor poteſt petere ſe liberari ab obligatione, ſi de proximò ſit condemnandus, firmatque etiam *num.* 14 *Iaſo* quoque *in l. Diuortio*, §. *Interdum, num.* 14. *D. ſolut. matrim. Ioann. de Arnon. ſing.* 81. *Petrus Surd. deciſ.* 94. *num.* 4. *Bertazol. de clauſul. clauſ.* 43. *glo.* 3. *num.* 2. alios referens *Pyrr. Maur. de fideiuſſo. ſectione* 5. *cap.* 3. *num.* 5. *folio mihi* 318. plura ad ſuprà dicta adducit

*Hyppo-*

*Hippolyt.de Marſi. ſing.*106. & in pulchro caſu *Antoni.Cuchus de moratoria præſcrip. num.*119.

Ingreſſus quoque Monaſterium, mox-
125 que profeſſurus, † pro profeſſo habetur; *cap.Religioſo* 21. §. *Quamuis de ſentent. excomm.in* 6.

126 Ædeſque de proximo ſacrandæ, † pro ſacratis iudicantur, earumque priuilegijs gaudent.*Panormit. in cap. Eccleſiæ*, 3. *notab.per illum tex.de immuni.Eccleſ.Tiraq. d.glo.*2.*num.*9. optimè *Phalaris* epiſt. quæ incip. Policletus.*Quid enim refert* (inquit) *munera iam dicata; an tantùm deſtinata diis auferre?* vtroque enim caſu ſacrilegium committi firmat.

Et *S*eminarium de proximo erigendũ,
127 † habetur pro iam erecto. *Hieronym. Gonçalez ſuper reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 5. §. 7. *num.*92.

Propè infinita his ſimilia (in quibus, nè Authorum comprobationem, caſuumque nectendo diuerſitatem, immoremur)
128 videri poterunt † latiſsimè (præter Scribentes in locis ordinarijs) per *Iaſon. in l.Diuortio,num.*10. *& ſeqq.* vbi etiam alij, *D.ſolut. Matrim. Tiraq. in d. l.*16.*glo.* 2. *ex num.*5. ad ſacietatem *Palac. Rube. in repet.rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §. 38. *per tot. Hieronym. Gonçalez d. reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.*5. §.7. *d. num.* 92. *& ſeqq. Pet.Royz.Maure.deciſ.Lituanic.*1.*d n.*206. *cum multis ſeqq. Borgni.Caualca. deciſ.*44. *num.*16. *& ſeqq.par.*1. *Ioann.Aloyſi.Ricci. deciſ.Cur.Archiep.Neapol.*125.*per tot.p.*4. vbi plenè: & an de proximo tonſurandus, poſsit ad iuris Patronatus beneficium præſentari?

Igitur, ſiuè quia dies proximus eſt conditionis implemento; ſiuè quia conditio de facili poſsit impleri; in his caſibus obligatus, pro paupere reputabitur, cum proximus paupertati ſit, de facilique ad paupertatem poſsit reduci. Potentia enim actui
129 proxima, † pro actu habetur, *d. l. pen. de mili.teſt.Caualc.d.deciſ.*44.*num.*18. *& ſeqq. Velazquez de Auendañ. de cenſib. cap.*38. *num.*9. cum alijs, quos *in axiom. & locis commun.iur.lit.P.numero* 122. adducimus. Comprobaturque authoritate *Plinij nepotis lib.*8. *epiſtolar. epiſtola ad Machrinum. Nam paruulum differt* (inquit ipſe) *patiaris aduerſa, an ſpectes.* Conducit illud *Horatij epiſtol.lib.*1.*epiſtol.ad Mecœnatem.*

*Quã mihi das ægro, dabis ægrotare timẽti*
*Mecœnas veniam.*

Faciunt benè pro hac parte *l.*3. 4. 5. *& 6. D.de mortis cauſa donation. Philoſophique* aſſertio *Phyſic.*2. *Quod parum diſtat, quaſi nihil diſtare reputatur.* Et ex facilitate, & potentia aliquid conſequendi, ac ſi iam illud eſſet conſequutus quis iudicatur. Vt in Licentiato, quem priuilegijs Doctorum
130 gaudere, † contendit *Ioann. Lup. in d. repet.rubr.d.*§.38.*num.*1. *& ſeqq.* Ex eo, quia cum licentiam adeptus ſit, poterit cum voluerit ad Doctoratus gradum aſcendere, *Ioann. etiam Parlado. rer. quotidi. par.*3. *different.*6.§.1.*num.*4.

Hinc ſingulariter notat *P. Leonard. Leſius de iuſtit. & iure, lib.*2. *cap.*34. *dubit.* 19.*num.*106.*verſic. His adde*, quòd quando ius, vel ſtatutum aliquem in eo, qui eligendus, vel præficiendus eſt alicui beneficio, vel præbendæ requirit gradum, ſufficit,
131 † vt tempore electionis ſit habilis ad eum ſtatim comparandum. Vt ſi dicatur, non eſſe conferendum, niſi Doctori, vel Licentiato. Ea ratione quia, qui iam proximè habilis eſt ad aliquid, ita vt poſsit illud ſtatim obtinere; perinde cenſetur, ac ſi iam obtineret. Idque quotidianam praxim declarare aſſerit, plurimos ideò, facta electione, gradum ſuſcipere. Eruditiſsimè (vt alia omnia, omninoque in id videndus) *Felin. in proœm. Decret.Gregor. num.*39.*cum ſeqq.* latè quoque *Perez de Lara de Anniuerſar. & Capellan.lib.*2.*cap.*5. *num.*16. Licèt in propoſito caſu (cũ negatiua adijcitur) contrarium determinet *ibid. ex num.* 20. *cum ſeqq. d num.* præcipuè 22. & poſt eum *Nicola.Garci.de benefic.part.*7.*cap.*1.*d nu.*58. *cum ſeqq.* Cum verò affirmatiuè Sacerdotalis qualitas ad aliquam præbendam requiritur; habitum, vel aptitudinem ad Sacerdotium obtinendum, adeſſe ſufficere; obſeruant (multis relatis) idẽ ipſe *Lara vbi proximè, num.*16. *& Menoch.conſ.*227.*nu.*59. Benèque facit *Vlpiani* ſententia in *l. Qui poteſt facere*, 135. *D. de regul. iur. Qui poteſt facere* (ait) *vt poſsit conditioni parere; iam poſſe videtur.* & in *l.*1. §. *Quotidiana, D.de aqua quotidi. & æſtiua.* Per quam *Andre. ab Exea in tract.de pactis, nu.*5. *& 6.* magis attendi, notabiliuſque eſſe, quod in aptitudine, quàm quod eſt in actu, & formaliter, pulchrè notauit, ex *glo.* etiam *in* §. *Lis autem, verb. æſtimaretur, inſtitut.ad leg.Aquil. & Stephan. Aufrer.* ibi adducto (nulla licèt lege firmante) alia in id ex *numero* 3. *vſque ad* 8. non contemnenda adducens.

Hæc

Hæc præterea deciſionis *Rotæ Rom.Diuerſor.772.nu.1.& 2.part.1.* roborantur
132 doctrina, vbi Superiorem poſſe † ad eius nutum amobile Regulari beneficium conferre,neq; id paupertatis voto repugnare; dixerunt Domini. Cum Regularis tale poſsidens beneficium, ſemper ad Superioris voluntatem illud dimittere ſit paratus: Ita etiam ſcientiſsimus *Antoni. Faber in ſuo definit.Codic.lib.1.tit.2.definit.26.*

Ita neq; paupertatis voto repugnat, pe-
133 culium ex Superioris permiſsione,† quandiuq; tolerauerit, habere, text. *in cap.2. vbi Abb.num.4. de ſtat. Monachor.Bart. in auth.Ingreſſi,num.10. in fin.& nu.11. C.de Sacroſ.Eccleſ.Sylueſt.verb.Religio,6. nu.7. verſic. Sin autem. Stephan. Gratian diſcep.forenſ.cap.617.num.33.tom.4.Nicola.Intriglio.in ſingular.ad Statut.Regni Sicil.ſingular.95.* vbi de communi teſtatur:firmat vtrumq; *P.Leſius d.tract.lib.2. c.3.dub.8.n.32.& c.4.n.22.verſ.Reſpõde, & cap.41.dub.9.n.78.& dub.11.n.91.* & latiùs *du.12.per tot.* præcipuè *n.98.& ſeq.*

Quando autem diei, vel cõditionis pro-
134 ximus dicatur aduentus,† vel de proximo, breuiq; tempore diẽ venturum,adimplendãvè conditionem, Iudicis arbitrio relinquitur. Tempus enim breue, quod dicatur,in iure definitum non eſt,ſed variè iuxta ſubiectam materiam, negotijque qualitatem accipitur.*l.Infundo,38. D.de rei vendic.* inque Iudicis repoſitum eſt arbitrio,*gloſſ. in l.Si is à quo, 3.D.vt in poſſeſſ.legato.vbi Bart.num.2.Neuizan.conſil.56.num.4.Marc.Ant.Natta conſ.502. num.7. Iacob. Menoch. de arbitra. lib.2. cent.1.caſu9.num.5. Matth. de Afflict. deciſ.73.n.2.Marc.Anto. de Amatis deciſione 12.num.5.* plenisſimè *Marius Giurba in conſuet.Senat.Meſſan. cap.2.gloſ.6. per tot.*

135 Sic & dictio *Incontinenti,*† cum aliquo temporis ſpacio,arbitrioq; Iudicis, ſecundùm ſubiectam materiã intelligi, aſſerunt *Bald.in l.fin. C. de edict. Diui Adriani tollend.& ibi Curti.Iuni.num.6.& Zuccard.num.322.Iaſo in l.Si quis ita,§.Seia, num.4.D de verbo oblig. Contard.in l.1. num.16.limit.7.C.de momen.poſſeſſ.Alex. conſil.166.lib.2.Neuiza. conſ.56.num.3. Socin.Iun.conſ.67 numero 9.lib.1.Iacob. Menochi de arbitra.caſu9.num.4.& 5. & caſu12.num.4.& caſu11.num.4. Cæſar Barzius deciſ.88.num.18. Benintend. deciſ.83.num.7. Fabius Turret.conſ.67. num.4.lib.1.& conſilio 57.num.4 lib.2. Anani conſ.65.num.1. Petr. Cened.ſingul.56.num.4. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ.cap.41.num.12.* alios referens *Marius Giurba d.cap.2.gl ff.15.num.2.verſ. Alij verò,part.1.Thom.Sanch.de matrim. lib.10.diſp.12.num.23.Auguſt.Barboſ.de dictionib.dictione.133.num.4.& 7.* vbi
136 quòd dictio hæc *Incontinenti,*† cum commodè potuerit, Iudicis arbitrio interpretatur, ex regula *leg.3.§.Cum igitur, D. de vi,& vi armat.Iacob.Menoch.de arbitra. caſu13.nu.4.& de recup. poſſeſſ.remed.1. num.259. Aluar.Valaſc. conſult. 88.numero 6.& de partit. cap.3.num.11. Marius Giurba d.gloſſ.15. num.3.verſic.Verius tamen eſt Iudicis arbitrio.*

137 Sic & in dictione *Statim* † *Iacob. Menoch. de arbitr. lib.2.d.caſu9.numero 4. Stephan.Gratia.d.cap.41.num.12. Tiraq. Farina. Hieronym. Gonçalez,* & alij, de quibus per *Aug.Barboſ. dictione 333.n.3.*
138 Idemq;de dictione *Mox,*† dictione 173.& de dictione *Celeriter* dictione 44.& de dictione *Confeſtim*, dictione 53. De omnibuſq; prædictis dictionibus(hãc firmãs ſententiam ad intellectum *Sacri Concilij Trident.in cap.9.ſeſſ.23.de reform.*)*Campanill.in diuerſ. iuris Canoni.rubri.9.cap.9. num.8.*

Sicut autem pauper dicitur, qui multis debitis inuolutus eſt, à quo ſtatim exigi poſſunt; quibuſque ſolutis, pauper remaneret: Ita quoque è conuerſo, qui iura debitorum de iure, & de facto exigibilia habet;
139 † quibus ſolutis ſufficientes pro cõditione retineret facultates, pauper nõ erit. Cum in eius bonis eſſe præ dicta dicantur iura:à contrario eorum,quæ ſupra notauimus in debitore,à quo abeſſe dicitur id, in quo debitor eſt.tex. ad hoc *in d.l. Facere poſſe,29.* vbi expreſsè id not. *Bald.num.1. D.ſolut.matrim.* Secùs ſi debitores quantuncumque magnæ quantitatis exigibiles non ſint de iure,vel de facto,quia qui contra eos actionem habet,hac ratione non deſinet pauper dici,vt notarunt *Socin. Seni. conſil.121.num.30.lib.4. Fabian. de Pep. in auth.Præterea, num.10. C. vnde vir, & vxor.Marc.Ant. Natt. conſil.649. num.13.Ioan.Ant.Mengil.de imputat.quæſt.145. num.9.*

## VTRVM PAVPER ſit, qui artem, vel officium habet, ex quo alimenta, vitæquè neceſſaria percipere poteſt, vel qui alium habet obligatum, vt ſibi alimenta præſtet?

## *SVMMARIVM.*

140 Pauper eſt, qui nec bona, nec officiũ (ex quo ſaltem viuere honeſtè poſſit) habet.

141 Filius officium habens, quod tamen abſque dedecore exercere non poteſt, à patre eſt alendus.

142 Idem è conuerſo in patre officium habente, quo decenter vti non poteſt, quia à filio alendus eſt.

143 Pater filium, qui ex proprio artificio decenter viuere poteſt, alere non tenetur. Et è conuerſo.

144 Pauper non eſt, qui artem nouit, ex qua decenter viuere poſsit. Contrà num. 146. & ſeqq.

145 Interpretatio ad *textum in l. In condemnatione perſonarum*, 134. *D. de reg. iur.* & num. 150.

147 Relictum pro pauperibus virginibus maritãdis, in piam cauſam, vel pro anima; virginibus, quæ ſuo labore viuunt, diſtribui poteſt.

148 Qui ex operis ſuis ſolùm viuit, cedere bonis poteſt, niſi expreſsè bonorum ceſsionis beneficio renunciauerit.

149 Ordinari non poteſt quis ad titulum officij, vel artificij liciti, ex quo congruè viuere valet.

151 Qui alium habet obligatum, vt ſibi alimenta præſtet, vel qui ab alio alimenta percipit, an pauper nihilominùs ſit? & num. ſeqq.

152 Qui iure ſanguinis, & officio Iudicis alere tenetur, quid præſtare debeat?

153 Filius diuitis, diues quoq; dicitur, tãtũ què habere in bonis, quantũ eius pater.

154 Æſtimum patris, dicitur æſtimum filij.

155 Filius poteſt admitti ad officiũ, ad quod certa patrimonij quãtitas requiritur, licèt eã ipſe nõ habeat, ſi tñ pater habeat. Epiſcopus qui abſq; patrimonij, vel beneficij titulo aliquem ſacris Ordinibus initiauit, qui patrem diuitẽ habet, an ad eius alimenta teneatur? ibid. remiſsiuè. Maritus qui dotalia ſolùm bona, poſsidet, an pauper dicatur? ibid. remiſsiuè.

156 Frater ſororem inopem alere compellitur.

157 Et etiam dotare.

158 Ampliatur & in ſorore naturali, & ſpuria, & iuſtè quoq; à patre exhæredata, & num. 159.

160 Et quid in ſorore, quoad ſororem?

161 Qui aliquem iure actionis alere tenetur, ad ſtudiorum alimenta, & expenſas obligatus non eſt.

162 Nec dotem cõſtituere adſtrictus eſt. Alimenta dictim, menſtruatim, vel annuatim ſoluuntur, ibid.

163 Dos vna vice ſoluenda eſt. Socer non poteſt loco dotis, congrua aſsignare alimenta genero, nec obligationi dotis ſatisfacit, ibid. Dotis conſtitutio longè grauior, quã alimentorum præſtatio eſt, ibid.

164 Iudicis arbitrio in præſenti relinquitur inſpectione, an quis pauper dicatur. Et qualiter arbitriũ ſuum regulare debeat, ibid. Vidua pauper, quę patrem, fratremvè diuitem habet, hæredum mariti reſpectu, pauper dicitur, ab eiſque dote nõ reſtituta intra annum luctus alimenta conſequetur, ibid.

## §. III.

NON ſolùm, qui nec bona, nec officiũ, ex quo viuere poſsit habet, pauper eſt; ſed etiã, qui officiũ habet, quo viuere, nõ tamen
140 decenter, queat. † Cũ ſecundũ conditionẽ ſuam vitam degere non valeat, iuxta *text. in l. Nepos Proculo*, 125. *D. de verbor. ſig.* & à Nobis ſupra latè tradita.

Ideòq; licèt filius officiũ, vel artificium habeat, ex quo victũ quærere poſsit; ſi tñ
141 illud exercere indecorũ ei ſit, † à patre ali debet *tex. in l. Si quis à liberis*, 5. §. *Sed ſi filius, & ibi Bart. D. de liber. agn.* idẽ *Bart. in tract. de alim. n.* 8. *& in l. vnic. n.* 6. *C. de mendic. valid. li.* 11. *Caccialup. in l. Si qua illuſtris, n.* 93. *C. ad Sen. cõſ. Orfic. Crot. in l. Si conſtãte, n.* 15. *D. ſolu. mat. Panor. in c.* 2 *n.* 5. *extr. de conuerſ. infidel. Bal. Nouell. de dot. p.* 6. *priuileg.* 4. *n.* 1. *Dida. Perez in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. *Orain. verb. Pobres, col.* 2. *prope finem, Petr. Dueñas reg.* 367. *limit.* 1. *Roland. à Valle conſ.* 54 *nu.* 59. *& 78. lib.* 2. *& conſil.* 5. *num.* 30. *& conſil.* 14. *num.* 10. & 51.

& 51. *lib.* 3. *Petr. Royz. Maure. deciſ. Lituanic.* 4. *nu.* 274. *Franciſ. Burſat. conſ.* 62. *num.* 13. *Antoni. Theſaur. deciſ* 211. *nu.* 14. *Ludouic. Molina de Hiſpan. primogen. lib.* 2 *cap.* 15. *num.* 47. *Lara in d. §. Sed ſi filius, num.* 131 *Ioan. Garc. de expenſ. c.* 4. *numero* 22. *Natta conſil.* 18. *ad fin. Marc. Anton. Pereg. de iure fiſci, lib.* 3. *titulo* 18. *num.* 74. *Marius Giurba in conſuet. Senat. Meſſan. cap.* 7. *gloſſ.* 13. *num.* 34. *Petr. Sur. de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 6. *num.* 12. *Martin. Coller. eodem tract. de alimen. lib.* 1. *cap.* 2. *numero* 81. *Petrus Barboſ. in l.* 1. *part.* 4. *numero* 62. *D. ſolut. matrim. Philipp. Paſchal. de virib. patriæ poteſtat. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 36. *Vincenc. Caroci. de remed. contra præiudic. ſentent. vel damnoſ. execution. except.* 25. *num.* 97. text. eſt de iure Regio, à contrario ſenſu, in *l.* 6. *titulo* 19. *part.* 4. ibi: *Otroſi, quando el fijo ouieſſe de lo ſuyo, en que pudieſſe viuir, ò ouieſſe tal meneſter, porque pudieſſe guarecer vſando del ſin mal eſtança de ſi, eſtonce no es tenudo el padre de penſar del.*

Idemque in filio quoad patrem; quem
142 alere tenetur, † ſi vel nullum, aut quod abſque dedecore exercere pater non poteſt, officium habet, ex *d. l. Si quis á liberis.* Cum ſint inuicem correlatiua, eademque definiri debeant regula, *l.* 1. *C. de cupreſ. lib.* 11. probaturque in *d. l.* 6 *part.* ibi: *Eſſo miſmo dezimos del fijo, que deue fazer contra el padre.*

Si verò filius vel pater officium, vel artificium habeant, ex quo, quilibet eorum decenter viuere poſsit; nec filius pa-
143 trem, † nec pater filium alere adſtringitur, text. a contrario ſenſu, & ibi notat *gloſſa verb. Vt operi, & Dionyſ. Gothofred. in annotat. lit. I. in d. §. Sed ſi filius, & ibidem Lara, num.* 1. 123. & 124. *Petr. Rauenna. ſing.* 28. *Andr. Alciat. conſilio* 36. *num.* 1. *Roland. á Valle conſ.* 14. *num.* 16. *lib.* 3. & *conſ.* 54. *num.* 48. & 52. *lib.* 2. *Simon de Prætis conſ.* 9. *num.* 19. *Iacob. Menoch. conſ.* 321. *num.* 26. *Fabi. Turret. conſ.* 85. *num.* 24. *lib.* 2. *Franciſ. Burſat. d. conſ.* 62. *num.* 16. & *conſ.* 83. *num.* 2. *Tiber. Decian. conſ.* 111. *num.* 6. & *conſil.* 29. *num.* 5. *lib.* 3. & *conſ.* 30. *num.* 2. *libro* 2. *Carpan. ad ſtatut. Mediolan. ſtatut.* 312. *num.* 6. & *ſtatut.* 313. *numero* 50. *part.* 1. *Aſcan. Clem. de patria poteſt. cap.* 6. *efficiu* 17. *num.* 31. *Paſcha. vbi ſuprà, numero* 34. *Proſper Farina. in deciſ. nouiſſ. Rotæ Romanæ* 2. *part. deciſione* 470. *numero* 5. *Martin. Coller. loco iam relato, numero* 79. *Cæſar de Graſſis deciſione* 162. *num.* 8. *tit. de ſucceſſio. ab inteſtat.* & alij ſuprà, eſtque *text.* formalis, & expreſſus *in d. l.* 6. *partitæ.*

Qui enim artem, vel officium nouit,
144 ex quo viuere decenter poſsit, pauper † non eſt, *gloſſa in l. Si quis argentum,* 35. §. *Sed ſi quis, verb. Quantum donauit in fine, C. de donat. Ioſeph. Maſcard.* alios referens, *de probationib. concluſione* 1159. *numero* 36. *Marius Giurba d. cap.* 7. *gloſſa* 13. *num.* 34. *prope med. Martin. Coller. d. cap.* 2. *num.* 8. *Carol. Ruin. conſ.* 81. *numero* 1. *lib.* 1. *Anton. Theſaur. d. deciſ.* 211. *numero* 17. *Cardin. Seraphin. deciſ.* 1279. *numero* 5. *Rota Roman. Diuerſor.* 2. *par. deciſ.* 102. *num.* 2. & 7.

Ex quibus deducitur interpretatio ad textum *in l. In condemnatione perſonarum* † 134. *D. de reg. iur.* quæ ſtatuit, ab
145 his, qui in quantum facere poſſunt condemnantur; non totum, quod habent, extorquendum, ſed tantum eis relinquendum, nè egeant; vt locum non habeat, nec procedat in eo, qui artem, vel officium habet, ex quo decenter viuere poſsit, totumq; ab eo (cum iuxta proximè dicta, nec pauper, nec egere dicatur) extorquendum erit, *glo. in d. §. Sed & ſi quis, d. legis, Si quis argentium gloſſa etiam final. in l. Si maritus,* 43. *D ſolut. matrim. Ioann. Faber in §. Sunt præterea, verſic. Item ſi de dote, & ibidem Iaſ. numero* 7. & *Aretin. numero* 3. *inſtit. de actionib. Petrus Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 78. *num.* 31. & *duobus ſequentib. & tit.* 7. *q.* 6. *num.* 3.

Contrarium tamen aduerſus ſuperiora (viuentem ſcilicet ex proprio artificio, ſi alia non habeat, pauperem in-
146 opemque dici) † probatur ex *text. in capit. Quod ſuper his,* 8. (ex quo id nominatim deducit Panormit. num. 4.) *de voto, & voti redempt.* Facit *text. cum gloſſ. in l. Paupertas,* 7. *D. de excuſat. tut.* tenentque *Iaſ. in d. l. Si conſtante, num.* 147. defendit *Ioann. Maria de Riminald. conſil.* 520. *num.* 18. *Hieron. Gigas in tract. de penſionib. quæſt.* 80. *nu.* 9. *Aym. Crauet. conſil.* 199. *num.* 5. 6. & 8. *Guil. Bened. in repet. cap. Raynuntius, verbo Duas habens filias, num.* 132. *in fin. extra de teſtam Azebed. in l.* 2. *tit.* 18. *lib.* 4. *nouæ Reg. collect. numero* 46. & *in leg.* 9. *titulo* 3. *eodem libro* 4 *numero* 12. *prope med.* vbi de Aduocatis pro decenti tantùm victu

victu lucrantibus, quos pauperrimos *dicit, Iacob. Menochi. consil* 81. *num.* 48. *Petr. Barbos. in l.* 1. 4. *part. num.* 3. *& in l. Maritum, num.* 10. *D. solut. matrim. Cæsar Barzi. decis.* 69. *num.* 43. *Rota Bononiens. decis.* 25 *num.* 76. *Ioann. Aloys. Ricc. collect.* 1906. *versic. Cæterum.* Idq; non obscurè demonstrat ( quam suprà adduximus *quæst.* 1 *num.* 14. *versic. Primam nihilominùs*) *Aristophonis* sententia *Catonisque*, de qua mentionem hac eadem fecimus quæstione, *num.* 60. Et apertè probat *tex. in l.* 2. *tit.* 17. *part.* 6. ibi: *Otrosi, el que fuesse tan pobre, que no huuiesse otro al porque guarecer, si non por la labor de sus manos.* Concinit *Ouid. Metamorf. lib.* 3.

*Ille metu vacuus nomẽ mihi dixit Acætes,*
*Patria Mæonia est; humili de plebe parentes,*
*Non mihi, quæ duri colerent pater arua iuuenci*
*Lanigerosvè greges, non vlla armenta reliquit.*
*Pauper & ipse fuit, linoque solebat, & hamis*
*Decipe, & calamo salientes dicere pisces.*
*Ars illi sua census erat.*

Vnde si testator aliqua pro pauperibus virginibus maritãdis, in piam causam, vel pro anima reliquerit, inter virgines, quæ suo
147 labore viuunt, † vt nubant, si alia non habent, distribui poterunt, vt notat *Bald. in d. l. Panpertas per text. ibi, num.* 2. *D. de excusat. tut.* sequitur *Ias. in d. l. Si constante, n.* 151. *D. solut matri. Cardin. Franciscus Mant. de coniectur. vltim. volunt. libro* 8. *titulo* 5. *numero* 23. *Ioseph. Mascard. de probation. d. conclusione* 1159. *numero* 38. *Perez de Lara in tractat. de Capell. lib.* 1. *cap.* 21. *numero* 13. *Ioann. Maria de Riminald. vbi suprà d. num.* 11. *Iacob. de Graff. in summ. de arbitra. confess. lib.* 2. *cap.* 51. *num.* 9.

Et cedere bonis posse, nisi expresse cessionis bonorum beneficio renunciauerit, eum qui ex operis † suis solùm viuit;
148 tenuit *Rota in antiq. decis.* 567. quam refert (hanc tenendo) *Aymon. Crauet. d. consilio* 199. *nu.* 8. Ex hoc consequenter hunc pauperem affirmans, pluraque ex *num.* 5. pro huius sententiæ confirmatione videnda adducens.

Adiuuat hanc partem determinatio *Congregationis in declarationibus ad Cõcil. Tridentin. sessione* 21. *capite* 2. *de reformat. verb. Pro necessitate, vel mendicitate, versic. Quid si tantùm habeat*, vbi *Congregatio* censuit, non posse quem ad
149 titulum officij, † vel artificij liciti, ex quo congruè viuere posset, ordinari, vt si sit musicus, Magister Grammaticæ, pictor, vel alterius licitæ professionis, dicemusq; latiùs *quæst.* 9 *num.* 19. *& seq.*

Neq; huic sententiæ obstant pro contraria suprà adducta † (habenti nempè of-
150 ficium, ex quo viuere possit, præstanda alimenta non esse, totumvè extorquendum, non habita ratione ne egeat, si de illo beneficio sit quæstio.) Licèt enim ad hæc officium habens, ex quo viuere decenter possit, pauper non sit; ad alia tamen, & in genere pauperem esse, negandum non est. Non enim sola alimenta à paupertate eximunt, vt latè suprà à *num.* 40. *cum seqq.* ostendimus infràque subijciemus.

Ac ideò in superioribus contrarijs casibus, qui artem, vel officium, ex quo viuere decenter possit, habet, pauper non dicitur; quia de alimentis præstandis, vel non, relinquendumvè quantum pro eis sufficiens sit, agitur. Quo casu officiũ habens, alimentorum respectu pauper nõ dicetur, licèt quoad alia pauper sit, vt ex suprà relatis doctrinis, & authoritatibus manifestè colligitur.

Quoad secundam verò huius quæstionis partem ( *an qui alium habet obligatum, vt sibi alimenta præstet, pauper dicatur?*) † præstitum ex suprà dictis videtur responsum, pauperem scilicet nihilominùs esse, si de paupertate in genere queramus, vt quærimus, non alimentorum tantùm, victusque respectu. Non enim ideò, quòd à patre alatur filia, proque victu necessaria habeat; si dote pro conditione careat; desinit esse pauper, vt suprà *numero* 43. *& sequentib.* aduertimus. Idemque in eo, qui licèt pro victu habeat; non tamen pro literis addiscendis, alijsvè sumptibus, vltra victum, alimentaque necessarijs, quos alere adstrictus facere non tenetur, vt statim nectemus.

Item si verum esset, quòd his, quibus miserationis iure alimenta debentur, ea tantùm præstari debent, sine quibus degi vita non posset, & sic secundùm viuendi necessitatem, non secundùm personæ qualitatem ( qua de re suprà *nu.* 64. *& sequentib.* egimus) quis eos pauperes, si alia non habeant, appellare dubitabit?

Quarè

Quarè ſententiam hanc (non deſinere pauperem eſſe, qui ab alio conſequitur alimenta, ſi alia non habet) tenet *Cornel. Beninca. de paupertat. ſpeciali* 1. *in vltim. voluntat.n.*29. per allegatam *leg.Pauper-tas*,7. *& ibi glo.& Bald.D.de excuſat.tutor.Decium in cap.Cæterum,n.*74.*de iudicijs,& Bellonum conſ.*16.*num.*6. Noſque latè 2. *part.* in materia, declarationeque, *auth.Præterea,C.vnde vir. & vxor.n.*18. 19.*& ſeqq.*

Non tamen ſic ſimpliciter hoc in caſu tranſeundum, ſed adhiberi poſſe diſtinctionem exiſtimo, inter eum, cui Iudicis
152 officio, † & iure ſanguinis alimenta debẽtur; & eũ, cui iure actionis, & hominis diſpoſitione. Vt primo caſu, qui aliũ pro alimentis obligatum habet, pauper non ſit; in ſecundo verò ſic. Namq; iure ſanguinis, & officio Iudicis alere adſtrictus, non modò ad vitæ neceſſaria præſtare tenetur, alendo; ſed etiam ad decenter pro conditione ſua viuendum. Vt in filijs, vel deſcendentibus, quibus parentes pro dignitate, & conditione alimenta, etiamque ad ſtudia expenſas (vt dictum manet, *n.*54.*& ſeqq.*) præſtare, dotemque deſcendentibus filiabus, vel nepotibus, quas alere tenetur, conſtituere, *l.Qui liberos*, 19. *D. de ritu nuptia. l. Si pater*, 7. *C. de dot. promiſ. l. Neque mater*, 14. *C.de iure dot. l.Et ideò*, 7. *§ fin. D.de in rem verſo, l.Pater*, 71. *D. de euict. l.Sed Iulianus*, 9. *§.Sed etſi filius, vbi gloſſa, verbo Profilia, D.ad Senat. Conſ.Macedon.*

Quæ obligatio, vel diſpoſitio, etiam ſpurios comprehendit. Latè *Surd. de aliment.tit.*1.*quæſt.*9.*num.*6.*& quæſt.*10.*n.*9. *& q.*12.*n.*5. & diximus ſuprà *num.*64. latiùſque alibi dicemus.

Imò ſi pater dines ſit, & filius quoque
153 dines † dicitur, tantumq; habere in bonis, quantum eius pater habuerit, *text.in l.In ſuis*,11. *D.de liber. & poſth.notat.Abb.in cap.*1.*extra de Magiſt.num.*1.*Petr.Royz. Maur.deciſ.*4.*num.*269.*Iacob. Menochi. de præſumpt.libro* 4. *præſump.*189.*nu.*32. *Gregor.Lopez in l.*7.*tit.*13.*par.*6 *gloſ.*6. *verbo De lo ſuyo, Socin. conſ.*30. *num.*6. *libro* 4. *Iacob. de Graſ. in praxi caſuum reſeruato.libro* 2. *cap.*22. *num.*10. *Fului. Pacian.de probat. lib.*1. *cap.*54. *in addit. ad num.*48.*lit.F. pluribus firmat Campanill. in diuerſor. iur. rub.*8. *cap.*5. *num.*3. *verſiculo Et primo, & numeris ſequentibus.*

AEſtimumque patris, dicitur æſti-
154 mum filij, † *gloſſa* 1.*in l.* 2. *C. qui ætate, vel profeſſione ſe excuſant, lib.*10. per quam ita dicit *Bald. in l. fin. num.* 13. *C. de impuber. & alijs ſubſtit.* vbi etiam eius *Addition.* plures refert. *Decius conſilio* 443. *num.*4. *Cornel. Benin. de pauper. ſpeciali* 1.*in vltim.volunt.num.*15.*Socin. vbi ſu prà d.num.*6.

Ex quo pariter notandum eſt, quòd cum Magiſtratus cenſu leguntur (vt latè quæſt.dicemus ſequenti) certaq; ad id iure, vel ſtatuto requiritur quantitas; licèt eam filius non habeat; pater tamen tot bo-
155 na poſſideat: † habetur, ac ſi filius poſſideret, vt dignitatem, honoremque poſſit filius conſequi, notat *Iaſ. in l.Sciendum, num.*25.*& ſeqq.D.qui ſatisd.cog.& ibid. Bald. & in cap. Quæ in Eccleſiarum ad fin. extra de conſtit. And. Tiraquel.* (alios referens) *in præfationibus legis Si vnquã, num.*23. *C.de reuoc.donat. Sipontan. in l.*1.*§.Dominij appellatione, num.*7. *D.ad Senat.conſ. Syllani. Petr. Royz. Maureus deciſ. Lituanic.*3. *num.* 369. Pleniſsimè *Epiſcop. Campanill. d. rubr.* 8. *cap.*5. *d. num.*3. *verſic.Si igitur*, qui ex his *d. num. ſeqq.què* latiſsimè comprobat, Epiſcopum, qui abſque patrimonij, vel beneficij titulo aliquem ſacris Ordinibus initiauit, ad eius alimenta, ſi patrem diuitem habeat, non teneri, licèt in contrariam poſtmodum ſententiam veniat, *num.*11. *verſic.Sed prædictis, & num.ſeqq.* Et quid in marito, qui bona dotalia, nec alia ſufficientia habet, An pauper, dotalibus non conſideratis, dicatur? vide *text. in l.Lutius*, 21. *§. Idem reſpondit conſtante. D. ad municipal.*

Frater quoque non ſolùm iure ſanguinis, officioque Iudicis ſororem in-
156 opem alere † compellitur, *leg.* 1. *§. Sed nonnullos, & ibi gloſſa, verbo Præſtiterit, D.de tutel. & ration. diſtrahend. & in dict.l.Si quis à liberis*, 5. *§. Idem reſcripſit, verbo Iuſte, D. de liber. agnoſc.* Latè *Petrus Surdus de aliment. titulo* 1.*quæſtione* 25. *per totam, P.Ferdin.Rebell. de obligat. iuſti.* 2.*par.libro* 5. *quæſtione* 4. *numero* 9.

Sed etiam dotare, † *l.Cum plures*, 13. *§. Cum tutor. D. de admin. tuto. plenè idem Surd.vbi ſup.n.*9. *Reuello d.loco.* Quod &
158 in naturali, † & ſpuria ratione ſanguinis procedit, vt ibi per eundem *Surd n.*32. & 33. ad ſaturitatem (infinitos propè referẽs)

*Marius Giurba in consuet. Senat. Messan. c. 3. glo. 3. n. 60. cum seqq.* amplians *n. 63.* etiam in sorore iustè à patre exhæredata, †
159 quæ licèt non hæreditario iure; proprio tamen à fratre dotanda est, ex *d. l. Cum plures*, 13. §. *Cum tutor*, *Bald. Nouell. Crot. Mantic. Thesaur. Barbos. Petr. Greg. Sur. Costa*, & alijs ibi adductis, ita etiam *Ferdinand. Rebello, d. q. 4. num. 10. & expressius num. 17.*

Idemq; in sorore quoad sororem † di-
160 cit *Surd. s. p. n. 59.* plures quoq; adducens *Giurba*, & *Rebell. d. loco num. 18.* id verũ firmans quoad alẽdos fratres; negat tamen quoad sorores dotandas, si ad id res dotalis alienanda esset, etiam de mariti consensu, & dicemus latiùs *quæst. 16.*

Ei verò cui iure actionis, & hominis ministerio alimenta debentur, non tam plenũ concessum est ius, † quippè cui nec ex-
161 pensæ in studio faciendæ pro literis addiscendis (etiam sine quibus quis viuere saltem honestè nõ potest secundũ cõmunem traditionem) debeantur. Probatur *in l. Legatis*, 6. *D. de alim. & cibaria legat.* vbi ita notat *Bart. in princip. & in l. De bonis*, 6. §. *Non solùm*, *D. de Carbon. edict. & in tract. de alim. n. 3. Iaso in l. Cum hi*, §. *Qui transigit*, *nu. 4. D. de transact. Lara in d. l. Si quis à liberis*, §. *Non tantùm*, *nu. 31. Simon de Prætis de interpetrat. vlt. volunt. lib. 4. dub. 11. num. 38.* plures alios referẽs *Petr. Surd. de aliment. tit. 4. q. 6. nu. 4.*

Nec ad alimenta iure actionis obliga-
162 tus, ad dotem † pariter tenetur, cuius constitutio maioris quàm alimentorum præstatio propter minutas solutiones incommoditatis est. Cum alimenta dietim, menstruatim, vel annuatim soluantur: *l. fin. D. de liber. agnos. iuncta l. Pecuniæ*, 8. *in fin. D. de alim. & cibar. legat.* Qua de re. & quo tempore danda sint? plenè *Martin. Coller. de alim. lib. 2. cap. 4. per tot.*

Dos verò vna vice præstanda sit, † *Ant.*
163 *Cuch. in l. Quoties, num. 93. C. de precib. Imper. offer.* Adeò vt neque pater dotis loco congrua assignare alimenta genero possit, vt per *Bald. Nouell. de dot. par. 6. priuileg. 15. Guill. Bened. in repet. cap. Rainuncius verb. Dotem, num. 16. ext. de testam. Martin. Colle. d. libro 2. capit. 10. numero 15.* Ideòque longè grauior dotis, quàm alimentorum præstatio, ex tex. *in §. Fideiussores ita, instit. de fideiussori. §. Plus autem, instit. de actio. l. Sicui*, 12. §. *Minus soluit. D. de verbor. signific. l. fin. vbi Bart. D. de liber. agnosc. Andre. Alciatus ad l. 1. num. 2. solut. matrim.*

Ex quibus suprà assignata distinctio inter eum, qui iure actionis, vel officio Iudicis alimenta cõsequitur, sustineri posset. Quia tamen prædicta assertio infallibilem in hac materia regulam nequit constituere; Iudicis erit relinquendum † arbitrio, 164
qui secundùm subiectam materiam, quem pauperem esse, vel non, ad ea, quæ in præsenti notata sunt, mensurato arbitrio, poterit iudicare. Aduertendo præterea (casu quo dictæ sit distinctioni locus) cum de paupere simpliciter quærimus, non respectiuè ad alium, aliudvè, intelligendum. Respectiuè namque ad alium, etiam is, cui officio Iudicis, sanguinisque iure alimenta (veluti à patre, fratrevè) debentur, pauper dicetur. Vt in vidua paupere, quæ licèt patrem, aut fratrem diuitem habeat, hæredum mariti defuncti respectu (vt ab eis alimenta intra annum luctus dote non restituta consequi, extorquereque possit) pauper reputabitur, iuxta communem Doctorum sententiam, traditam à *Socin. in l. Diuortio, num. 7. & Alex. nu. 16. D. solut. matrim. Salyc. in d. l. vnic. §. Exactio, num. 33. C. de rei vxo. act. Cardin. Tusch. lit. D. conclus. 41. nu. 6. Surd. de alimen. tit. 1. q. 44. nu. 10. & 46. Franch. decis. 489. num. 16. Anton. Capit. decis. 24. num. 6. & 7.* tradit (ex *Campeg. Lanar. Toro, Molf. s. Barbos. Rebello. Matienz.* multisque alijs) *Antonin. de Amat. resolut. 49. num. 55.*

VTRVM PAVPER sit, qui plura, magnæque æstimationis bona habet; non tamen ex eis sufficientes reditus percipit, ex quibus se, familiamq; suam alat, decenterque pro conditione viuere possit?

## SVMMARIVM.

165 Pauper non tam ex bonorum defectu, quàm reddituum quis iudicatur, quia licèt magni valoris bona habeat, si redditus ex ea ad vitam decenter degendam non percipiat, pauper erit, & num. seqq.

166 Tur-

166 Turris, vel palatium non ex ſumptibus, & valore ædificij, ſed ex redditibus æſtimandum eſt.

167 Proprietas vendi nõ debet, vt ex eius pretio pauper, vel diues quis iudicetur, ſed redditus ipſius rei ad id erunt conſiderandi,& num.ſeqq. Limita,vt num.172.& ſeq.

168 Ab his,qui in quãtũ facere poſſunt cõueniũtur,extorquenda nõ eſt, nec vendenda res magni valoris, quę redditus tantùm ad vitam neceſſarios præſtat.

169 Obligatus aliquem alere, proprietatem,vt alimenta præſtet, vendere non debet.

170 Et in quibus caſibus id locum non habeat?

171 Vxor repetere poterit dotẽ à viro,qui licèt bona ſufficientia pro dote reſtituenda habeat;nõ tamen pro cõditione ſua, & ad decentem victum reddituſ ex eis neceſſarios percipit, ita vt ea alienare neceſſe ſit.

172 Proprietas exigui redditus vendi debet, quando ex pretio res comparari poſſet, quæ eos ſufficientes præſtaret, annuusvè congruus poſſet cõſtitui cẽſus,& num.173. Limita num.ſeq.

175 Habitationes antiquæ,multum ad nobilitatem conferunt.

176 Cogi non debet quis (quantuncumq; iuſto pretio, & etiam Eccleſiæ conſtruendæ, ampliandævè cauſa) Maiorum domum vendere.

177 Honor omnibus diuitijs anteponendus eſt. & debet quis potiùs mori, quàm honorem non conſeruare. Honor eſt maximum bonorum externorum, ibid.

178 Res magni valoris vendi debeat necne, & an ex ea creditoribus ſatisfieri, dominoq; ex illius fructibus ſufficienter poſsit eſſe conſultum; Iudicis relinquitur arbitrio.

## §. IIII.

VT breuiter in hac quęſtione procedamus,reſolutiuè reſpõdemus, pauperẽ,non tam ex defectu bonorũ;quàm reddituum,† iudicã-
165 dum. Licèt enim plura bona magni valoris,& pretij quis habeat;ſi tamẽ ex eis pro ſe,ſuiſq; alendis, necnon & decenter ſecundùm conditionem ſuam vitam degẽdam, redditus percipit(vt ſi pulchræ,& antiquę domus,latorum nemorum, & huiuſcemodi aliorum dominus ſit; quæ tamen ſufficientes ad ſuprà dictũ redditus,fructusvè non præſtant, ſi aliis bonis careat) pauper erit,tex.videtur in *l.Qui bonis,6.D.de ceſſione bonor.* vbi expreſsè notat *Bart.* & ibidem *Alex.in eius additionibus* pluribus firmat, per *legem Si fundum per fideicommiſſum,92.aliàs 94.& ibi notata per Bar. de leg.1.*& alia iura: *Bald.* etiam *conſ.30. incipit,Sicut dixi,lib.2.per leg.Ius alimentorum,3.§.1.D.vbi pupill.educar.debeãt; Iaſo in l.Si conſtante,num.149.in fin.D. ſolut.matrim. Aymon. Crauet. conſ.199. num.6.Aldouin.conſ.73.num.7. Marcabrun.conſ.110.num.51.* vbi quòd neptis dicitur pauper ſi habeat dotem maternã, non tamen ex ea fructus, vnde viuere poſſit,percipiat. *Marc.Ant Natta conſ.590. num.14.lib.4.in fin.Carpan.in ſtatut.Mediolan.cap.312.num.10.part.1. Brunor. Sole in compend reſolut.iuris,lit.P.verbo Pater,10. Rugerius conſ.17.nu.28.lib.2. Iacob.Menoch.conſil.7.num.18. Marius Giurba in conſuet.Senat.Meſſan.cap.7. gloſſ.13.num.32.* Addens, eum qui palatium picturis fabrefactis egregiè ornatum habet,ex quo nullos, vel exiguos percipit redditus, quibus ea, quæ huius vitæ vſus poſtulat,comparare ſibi nequeat; pauperẽ dici. *Rota Roman.Diuerſor.48.numero 5.part.2. Camill.Laratha conſil.5. numero 149.* vbi pauperrimum dicit eum, qui non niſi caſtrum reddituum 150. pro ſuis, ſuorumque victu habebat. *Franciſ. Viuius deciſione 521.numero 16.libro 4.* hunc legis vnicæ C. quando Impera.inter pupill, & vidu. priuilegio gaudere aſſerens.*Fului.Pacia.de probat.lib.1.c.54. num.48.& 49.*

Neque palatium, vel turris ex ſumptibus,& valore ædificij,† ſed ex redditu 166
conſideranda,æſtimandavè eſt, ſecundum *Ioan.de Platea in l.2.C.de præd.& omni. reb.naui.* Soletque ad id notari *text.in d. l.Qui bonis.* Plura iura, & authoritates refert ad hoc *Arias Pinell.in l.2.3.part. cap.vltimo, numero 28. C.de reſcinden. vendit. Marius Giurba in conſuet.Senat. Meſſan.cap.6.gloſſa 12.numero 5.* multos alios adducens, firmat *Ioann.Aloyſ. Ricci.in deciſione Cur.Arch.Neapol.7. num.1.parte 4.* multiſque relatis *Ioſeph. Ludouic.deciſ.Peruſ.65.num.11.& ſeqq. part.2.*

167 Non enim debet vendi proprietas, † vt ex eius pretio quis pauper consideretur, vel diues; sed ex redditu, an sufficiens, vel insufficiens ad necessaria vitæ comparanda sit. Ita (præter iam relatos) tenent (per *d.l. Qui bonis*) *Aretin. in l. Alimenta, nu. 3. C. de nego gest. Marc. Anto. Natta cons. 65. num. 12. Roland. à Valle cons. 55. nu. 6. lib. 2. Euerard. Iuni. cons. 21. num. 6. volum. 1. Iacob. Menochi. d. cons. 7. num. 18. & cons. 87. num. 66. & cons. 433. nu. 13. Nicolaus Raufner. decis. 2. num. 57. lib. 2. Tiber. Decian. consil. 70. num. 16. libro 2. Ioann. Cephal. cons. 498. num. 24. Marius Giurba dict. cap. 7. gloss. 13. num. 32. Cardina. Tusch. practi. conclus. litera A. conclus. 287. numero 20. & conclus. 302. numero 60. Rotæ Bononien. decisione 25. numero 75. Cæsar Barzius decisione 69. num. 46.*

Vnde si quis ex his, qui priuilegio nè conueniantur vltraquàm facere possint, gaudent; bona suprà dictæ naturæ habeat (quæ licèt multi momenti sint, ad decentem vitæ sustentationem redditus nõ præstent, vel nõ excedant) ab eo nec extorquẽ-
168 da, † nec vendenda erunt, ex proximè tradita ratione (ad hoc nẽpè vt quis pauper, vel egere dicatur, aut non, redditus, non valorem rei esse spectandum) *tex. in d. l. Qui bonis*: eamq; sententiam tenẽt *Decius in l. Diuus Pius in fin. D. de reg. iur. Iason. in d. l. Si fundum per fideicommissum, n. 3. D. de legat. 1. & in §. Sed etsi quis, num. 11. inst. de actionib. Nicola. Boer. decis. 19. num. 7. & 8. Aymon. Crauet. cons. 119. n. 9. Pet. Surd. de alimen. tit. 4. quæst. 9. n. 15. & 16.* Plures alios referens *Vicenc. Caroc. de remed. contra præiudic. senten. veldamnos. execution. except. 25. num. 4.* vbi hanc magis communem dicit.

Quibus etiam conuenit, eum qui ali- 170
169 quem alere obligatus est, proprietatem † vt alimenta præstet vẽdere non debere, *d. l. Ius alimentorum, 3. D. vbi pupilli educar. debe. l. Imperator. 50. in fin. D. ad Trebell. l. pen. D. de alim. & cibar. lega. l. fin. §. Ipsum autem, C. de bonis, quæ liber. l. 1. §. Mulier, D. de vent. in posse. mittend. d. l. Qui bonis, 6. D. de cessione bonor. Cuman. cons. 30. nu. 4. Alexan. cons. 100. in fin. libro 1. & consilio 72. numero 2. & 7. libro 5. & ibi eius Addit. verb. Proprietas, Annan. cons. 46. num. 9. Gozadi. cons. 95. num. 4. Aymon. Crauetta d. cons. 219. num. 9. & d. cons. 199. numero 11. Francis. Marc. decis. Delphinat. 323. n. 2. part. 1. Ioan. Garcia de expens. c. 4. num. 18. & 19. Marc. Anto. Pereg. cons. 89. n. 14. ad fin. lib. 3. Ioan. de Amic. cons. 56. num. 2. Martin. Coller. & alim. lib. 2. c. 2. n. 83. Iacob. Menochi. casu 169. num. 3. & casu 183. num. 26. Alexan. Raudens. decis. Pis. 29. num. 104. Petr. Surd. de alimen. titul. 4. quæst. 9. Cardina. Tusch. lit. A. conclus. 283. num. 1. & seqq. Vincent. de Franch. decis. 125. num. 7. & decis. 489. num. 26. Borg. Caualca. de vsufruct. n. 36. Vrsil. ad Afflict. dec. 99. Rolan. à Valle cons. 22. nu. 21. lib. 1. Paul. Montan. de tutel. regul. 8. n. 224. Alex. Trentac. variar. resolut. lib. 1. tit. de aliment. resolut. 1. num. 21. Mar. Ant. Natta cons. 387. numero 8. Paul. Æmil. Gallus de excep. p. 2. tit. 4. excep. 13. num. 10. Tell. Fernand. in l. 10. Taur. num. 14. & 15. vbi etiam Anto. Gomez num. 40. Ioan. Gutierrez allegat. 14. num. 5. & de iuram. confirm. part. 3. cap. 15. num. 12. Marius Giurba in consuet. Senat. Messan. c. 7. gloss. 16. num. 12. part. 1. Antonin. Thesaur. decis. Pedemont. 211. nu. 17. Francis. Bursat. cons. 88. nu. 17. lib. 1. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 19. part. 4. glo. 7. verb. La riqueza, Hieronym. Ceball. commun. contra commun. lib. 3. quæst. 780 num. 109. & seqq. Matienz. in l. 8. tit. 8. lib. 5. nouæ Regiæ Collect. glo. 1. nu. 11. idem Gutierrez de tutel. 3. part. cap. 12. num. 7. Vincen. Caro. de remed. contra præiud. sententt. excep. 25. num. 4. cum seqq. Hieron. Mago. decis. Lucens. 73. nu. 26. Anton. Faber. in suo Cod. defini. lib. 5. tit. 7. defin. 39. num. 5.* Facit benè *tex.* & quod ibi notat *Bald. in l. Si seruus, 22. versic. Quid est autem, D. de noxalib. actionib.*

Apud quos huius rei plures ampliationes, limitationes, & intellectus vide. Vtrùm scilicet in alimentis debitis titulo oneroso, † vel lucratiuo? in præstandis ex proprijs, alienisvè bonis? in debitis ad vitæ necessitatem, vel ad decorem, & condecẽtiam? in ministrandis ei, qui futurus est dominus, vel alteri procedat? Ex quibus cõmunis deducitur resolutio; pro alimentis præstandis titulo oneroso, ex alienis bonis, in debitis ad vitæ necessitatem, vel ei, qui dominus futurus est; vendi etiam proprietatem debere. Ne sigillatim de vnoquoq; (longum enim id esset) discutiamus.

Non ergo ex bonorum qualitate; sed quantitate, & redditu, pauperem iudicandum, colligitur. Confirmaturq; præterea: Quia licèt maritus pro dote restituenda

suffi-

ſufficientia bona habeat; ſi tamen pro ſui, ſuorumquè victu, vel neceſſarijs ſumptibus redditus non percipiat: † ita vt proprietatem vendere neceſſarium ſit; poterit vxor ab eo, tanquam à paupere, & egeno dotem petere. Ita (ex conſtitutione *text. in l. Vbi adhuc, 29. & l. in rebus, 30. §. Omnis, C. de iure dot.*) not. *Paul. AEmil. Gall. in tractat. de except. titul. 4. part. 2. except. 9. ſiue 3. num. 2.*

171

Planè ſi adeo magni valoris res eſſet, quæ neceſſarios ad vitam fructus non præſtat; ſi tamē venderetur, ex pretio res alia, quæ eos præſtaret comparari poſſet, † annuus vè ſufficiens cēſus ex pecunia conſtitui; pauperem eius dominum non eſſe, arbitror. Cum facere poſsit ne pauper ſit, ex ratione vulgaris *text. in l. Qui poteſt, 174. D. de reg. iur.* Vendi enim in tali caſu † rem debere, tenent *Alexand. poſt Imol. in l. Si maritus, 43. nu. 4 D ſolut. matrimon. Aretin. in §. Sed ſi quis, in fin. vbi etiā not. Iaſ. numer. 11. inſtit. de actionib Vincenc. Caroc. de remed. cōtra præiudic ſent. d. except. 25. num. 7.*

172

173

Hanc tamen limitarem ſententiam, ſi domus, caſtellum, vel caſtrum Maiorum eſſet. Licèt enim domo, vel caſtro venditò, ſufficientes ex pretio redditus comparari adviuendum poſſent: ſicquè paupertas ceſſaret; adhuc tamē pauperem dici; neque domum, vel caſtrum exigui redditus vendere debere dominum iudico: ex ratione *text. in l. Lex, quæ tutores, 22. §. Nec verò, C. de adminiſt. tutor. Nec verò* (inquit ibi Imperator Conſtantinus) *domum vendere liceat, in qua defecit pater, minor creuit, in qua Maiorum imagines, aut non videre fixas, aut reuulſas videre, ſatis eſt lugubre.*

174

Multum enim ad nobilitatem † huiuſmodi conferunt habitationes, vt (per *text. in l. 1. C. de prædijs, & omni. reb. nauic. lib. 11.*) tradunt *Bald. in proœm. decret. verbo, Rex Pacificus, numer. 84. Andr. Tiraq. de nobilit. cap. 37. numer. 23. Ioan. Arze ab Otalora eod. tractat. de nobilit. cap. 4. num. 8. cum duobus ſeqq. p. 2. Ioan. Garcia eod. pariter tractat. gloſ. 18. num. 28. cum ſeq. Proſper Farinac. nouiſ. Rotæ deciſ. 504. num 9. par. 1.* & alijs intrà proximè referendis deciſionibus.

175

Et ſi quis ad earum (quantuncumquè iuſto pretio, & etiam Eccleſiæ conſtruendæ, ampliandæ vè cauſa) venditionem cogeretur; magnum pateretur detrimētum.

176

Ideoquè vendere † nullo modo cogendum, obſeruat latè (ita deciſum referens) *Proſper Farinac. nouiſsim. Rotæ Roman. deciſ. 372. ex num. 4. & deciſ. 676. num. 8. par. 1.* adducens in confirmationem Sacræ paginæ, *lib. 3. Reg. cap. 21.* exemplum illud *Naboth*, qui *Achab* Regi ſuo vineam pro vſu proprio poſcenti, melioremquè aliam offerenti, condignum vè argenti pretium, reſpondit *Propitius ſit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Nec cenſuit *Achāb* poſſe *Naboth* iure Regio ad venditionem, vel permutationē compellere, ob quod ad calumnias contra eum, iniuſtamquè mortem ventum eſt; legitimamquè *Naboth* conſtat fuiſſe excuſationem. Potentior autē in ſuperioribus annotatis eſt caſibus, in quibus Maiorum memoria, & nobilitas retinetur, ex eiſquè arguitur, periretquè ſi ad extraneos tranſiret dominos. Quod ob quodcumquè pecuniarium commodum ferendum non eſt.

177

Omnibus enim diuitijs honor † eſt anteponendus. Namquè ſecundum *Ariſto. lib. 4. ethico. Honor eſt maximum bonorum exteriorum.* Et potiùs mori, quàm honorem non conſeruare quis debet, *l. Iſti quidem. 8. §. Quodſi dederit, D. de eo, quod met. cauſ Socin. Iun. conſ. 38. num. 40. lib. 1. late Crauet. conſ. 168. num. 3.* refert, & ſequitur *Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 4. caſu 377. num. 19. Thom. Grammat. deciſ. 98. num. 3. Proſper Farinac. q. 15. nu. 6. Marius Anto. Macerat. variar. reſolut. lib. 3. reſolut. 11. numer. 2. Sebaſtia. de Medic. in tractat. Mors omnia ſoluit. 1. par. num. 171.*

Non igitur ad prædictarum rerum venditionem, in quibus & affectio conſiſtit, & honor conſeruatur, adſtringendus pauper erit, nec rei valor, ſed redditus erunt in conſideratione. Nequè enim cum honoris detrimento vitanda erit paupertas, ne dum malo obuiare intendimus, in deterius incidamus.

Idquè iudicis arbitrio relinquendum

178

erit, † qui prædictis circunſtantijs perſpectis, vendi debeat, nec ne res, iudicabit, ex *text. in l. Si quis ſepulcrum, 12. verſ. Præſes etiam, D. de religio. & ſump. fu.* optimè *Farinac. d. deciſ. 372. numer. 3. & ſeqq.* præſertim *nu. 6.* Et an res magni valoris ſit, ex qua & creditoribus ſatisfieri, & domino etiam ex fructibus poſsit eſſe conſultum, vtquè pauper dicatur, vel non

Iu-

Iudicis arbitrio committi, tenent *Bald. in l. fin. num. 6. C. qui bon. ceder e poſſ. Iac. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 183. num. 36. Petr. Surd. de aliment tit. 4. quæſtio. 9. numer. 20. Vincenc. Caroc. dict. except. 25. numer. 8.*

## VTRVM PAVPER SIT, qui bonis externis abundat, internis tamen, & animi caret? Et an pauperum priuilegijs, & fauoribus gaudeat?

## *SVMMARIVM.*

179 Pauper non ſolùm eſt, qui externis, ſed qui internis, & animi bonis caret.

180 Bona animi, propriè, & verè, bona, dici poſſunt, & debent, & num. 183. & ſeq.

*Bona* vnde dicta? ibid.

181 Verbum, *Beo*, quid ſignificet?

182 Bona externa beatos non faciunt homines.

183 Bona animi non pereunt, ipſumquè ſpiritum corpore exutum non deſerunt.

184 Animi bona verè, & propriè *beant*, hoc eſt, beatos homines faciunt.

185 Diues malis moribus imbutus, pauper eſt. Et è contra pauper, qui bonis moribus præditus eſt, animiquè bonis abundat, licèt externis careat, diues.

186 Animi pauperibus leges non fauent, quia mali mores excuſare non ſolent.

## §. V.

PRo complemento, & exornatione ſuperioris principalis quæſtionis, eiuſquè coronide, ſciendum eſt. Pauperem non ſolùm eum, qui patrimonialibus; ſed etiam qui animi bonis † caret, maliſquè moribus imbutus eſt 179 (ad externæ paupertatis ſimilitudinem) dici: notat eleganter *Bald. in l. Humilem, infin. C. de inceſt. nup. Iaſ. in l. Si conſtante, num. 145. infin. D. ſolut. matrim. vbi Franciſc. Ripa nu. 34. Dec. in auth. Præterea, num. 15. C. vnde vir & vxor. Alexand. conſ. 209. num. 3. & ſeq. lib. 6. Petr. Roiz. Maur. deciſ. Lituanica 4. num. 225. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 65. num. 14. Andr. Gail practic. obſeru. lib. 2. obſeruat. 95. nu. 19. Hieronym. Buccaron. de different. inter ius ciuil. & crimin differ. 100. num. 27. propefin Marius Giurba in conſuetuetud. Senat. Meſſanenſ. cap. 3. gloſ. 4. num. 10. infin p. 1.*

Cum enim pauper dicatur, qui externis; multò magis, qui internis, & animi
180 bonis caret (quæ propriè, & verè bona † dici poſſunt, & debent) pauper erit. *Bona* enim ex eo dicta ſunt, quod *beant* (hoc eſt beatos faciunt) *l. Bonorum appellatio, 49. D. de verbor. ſignif. Camil. Borell. de Magiſtrat. edicti. lib. 1. cap. 13. nu. 12.* & apud Græcos, & Latinos, verbum, *Beo*, ſignificare † idē quòd *Dito, Beatitudo, & Diuitiæ*; tradit *Andr. Tiraq. in l. Si vnquam, verbo, Bona, num. 1 & ſeqq. C. de reuocād. donat.* vbi plura ad hæc videri poterunt. Conuenit *Horatius epiſtolarum lib. 2. epiſtol. ad Numitium.*

*Ergo*
*Si res ſola poteſt facere, & ſeruare beatum.*

Et lib. 2. ſermon. Satyra 6.

*Vtrùm ne*
*Diuitijs homines an ſint fortuna beati.*

Et Iuuenal, Satyra 14.

*Qui mirantur opes, qui nulla exēpla beati*
*Pauperis eſſe putant.*

Et *Senec. epiſt. lib 4. epiſtol. 27. Calphiſius Sabinus memoria noſtra fuit diues* (ait) *& patrimonium habebat libertini, & ingenuum. Nunquam vidi hominem beatum indecentius.*

Externa autem bona nequaquam homines beatos faciunt. † Licèt enim diuitiarum frons hilaris ſit, multis tamen intùs amaritudinibus ſunt refertæ, vt inquit *Valer. Maxim. lib. 4. de paupert. cap. 1. & lib. 6. de varietat. caſuum cap fin.* vbi hæc adijcit. *Caduca nimirum hæc, puerilibus conſentanea crepundijs ſunt, quæ vires, atquè opes humanæ vocantur. Affluunt ſubitò, repentè dilabuntur, nullo in locò, nulla in perſona ſtabilibus nexa radicibus conſiſtunt, ſed in certiſſimo ſtatu fortunæ, huc, atquè illuc acta, quos in ſublime extulerūt, improuiſo decurſu deſtitutos, in profundo cladium miſerabiliter immergunt. Itaque neque exiſtimari, neque dici debent bona, quæ vt inflictorum malorum amaritudine deſiderium ſui duplicent, propenſiore fa-*

*uore*

*uore primò delinitos, maiori poſtea malorum cumulo opprimire ſolent. Matthæus* etiam *Boſſus 2.par. epiſt. vltim. Non ſunt certa* (inquit) *ſolidaquè hominis bona, quæ ſua ſemper eſſe non poſſint*, pro vt eum refert *Addition. Guil. Benedict. in præm. repet. cap. Rainuntius, de teſtam. verb. Vt initium.* Quodquè Philoſophorum exemplis confirmat. Pulcrè *Senec. de diuin. prouidentia*, in hæc verba: *Iſti, quos proſœlicibus aſpicitis, ſi non qua currunt, ſed quà latèt videritis; miſeri ſunt; ſordidi, turpes, ad ſimilitudinem parietũ ſuorum, extrinſecus culti. Non eſt iſta ſolida, & ſincera fœlicitas, cruſtra eſt, & quidem tenuis.* & in lib. de tranquillitate vitæ, capit. de mutatione animi. *Tranſeamus* (inquit) *ad patrimonia, maximam humanarum errumnarum materiam. Nam ſi omnia alia, quibus angimur compares, mortes, ægrotationes, metus dolorum, laborumquè patientiam, cum his, quæ nobis mala pecunia noſtra exhibet, hæc pars multum prægrauabitur.*

Bona verò interna, & animi, verè, & propriè, plenoquè ore *bona* dici, exiſtimariquè debent. Tùm propter eorum exiſtẽ-
183 tiam, † & durationem, quippè, quæ neque cum homine mortali pereunt, ipſumquè ſpiritum corpore exutum non deſerunt, iuxta illud *Ouid. lib. 3. Triſtium, elegia 7.*

*Singula quid referam? nil non mortale tenemus*
*Pectoris exceptis, ingenijquè bonis.*

Senecæquè Tragœdi in Octauia. actu 2.

*Sola perpetuo manent*
*Subiecta nulli mentis, atq; animi bona.*

Eleganter *Plinius lib. 1. epiſtolar. epiſt. ad*
185 *Caninum Rufum. Effinge aliquid, & excude, quod ſit perpetuò tuum. Nam cum reliqua rerum tuarum poſt te alium atquè alium dominum ſortientur: hoc nunquam tuum deſinet eſſe, ſi ſemel cœperit.* Hæc ille. Non abſimile *Senec. epiſtol. lib. 2. epiſt. 8.* in fin. ibi: *Alienum eſt omne quidquid optũdo venit.* & ibi: *Alienum eſt tuum, quod fortuna fecit tuum.* Et epiſt. lib. 16. epiſt. 99. *Mortale eſt omnium mortalium bonum.* & lib. 3. epiſt. 20. *Huc ergo cogitationes tuæ tendant, hoc cura, hoc opta, omnia alia vota Deo remiſſurus, vt contentus ſis temetipſo, & ex te naſcẽtibus bonis. Quid poteſt eſſe fœlicitas proprior?* Et lib. 4. epiſt. 27. *Aliquod potius bonum manſurum circumſpice, nullam autem eſt, niſi quòd animus ex ſe ſibi inuenit. Sola virtus præſtat gaudium perpetuum, ſecurum, etiã ſi quid obſtat nubium.*

Tum quia animi bona verè, & propriè
184 *beant*, † hoc eſt, beatos homines faciunt. Cui beatitudini nequaquam paupertas repugnat exterior. Licèt enim bonis externis careãt: ſi tamen animi abũdent, beati ſunt. Eſt huius veritatis (vulgò incognitæ) validiſsimus aſſertor *Horatius lib. 4. ſerm. Satyra 9.*

*Non poſſidentem multa vocaueris*
*Rectè beatum, rectiùs occupat*
*Nomen beati, qui Deorum*
*Muneribus ſapienter vti,*
*Duramquè calet pauperiem pati;*
*Peiuſquè lethoflagitium timet.*

Veramquè oſtendit *Anaxagoræ Clazomenij* reſponſum. Qui cuidam interroganti, quis nam eſſet beatus? *Nemo, inquit, ex his, quos tu fœlices exiſtimas: ſed eum in illo numero reperies, qua te ex miſeris conſtare creditur. Non erit ille diuitijs, & honoribus abundans, ſed aut exiguis ruris, aut non ambitioſæ doctrinæ fidelis, ac pertinax cultor: in ſeceſſu, quã in fröte beatior.* Vtre fer *Valer. Maxim. lib. 7. de ſapienter dictis, aut factis, cap. 12.* Cui ſimile eſt, quod idem ipſe *Valer. lib. 7. de fœlicitate, capit. fin.* de *Gige Lidorum Rege* potentiſsimo ſcribit. Scitè *Plinius nepos ad Quintilianum ſuum, epiſtolar. lib. 6. Te porrò animo beatiſsimum; modicum facultatibus ſcio*, (ait.) Beatitudo nãquè, & fœlicitas, ſecũdum *Philoſoph. politico. 7.* non eſt in bonis exterioribus.

Vnde colligitur manifeſtè, eum qui plura externa bona, diuitiaſquè habeat, ſi animi egeat bonis, maliſque ſit imbutus moribus pauperẽ † reputari; ècontra verò, quãtuncumquè externis facultatibus carentẽ, animi tamen bonis abundantem præditũquè, pauperem appellandum non eſſe. Quod oſtendit *Pſalmiſta Pſalm. 33. Timetè* (inquit) *Dominum omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum. Diuites eguerunt, & eſurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.* Item probat *Auguſtin. 7. de ciuit. Dei, cap. 12.* in hæc verba: *Dicimus diuites, ſapientes, iuſtos, bonos, quibus pecunia vel nulla, vel parua eſt: magis ſunt virtutibus diuites, per quas eis, etiam in ipſis corporalium rerum neceſsitatibus, ſatis eſt, quod adeſt. Pauperes verò ſemper inhiantes, & egentes*, prout eum refert *Lucas de Pen. in l. De-*

*l. Domini, nu.* 4. *C. de agric. & cenſi. lib.* 11. tenẽtquè in principio adducti, *Pet. Roiz. d. deciſ.* 4. *num.* 227. *Alexand. d. conſ.* 209. *num.* 3. *lib.* 6 *Andr. Gail d. obſeruatio.* 95. *num.* 19. *Franciſc. Ripa*, & alij. Quod pulcherrimè demonſtrauit *Seneca in libr. de diuina prouidentia.* Sic dicens: *Perſuadebo deinde tibi, ne nunquam boni viri miſerearis, poteſt enim miſer videri; non poteſt eſſe.* Miſer autem verè eſt, & pauper,
186 qui prauis, deperditiſquè moribus imbutus eſt, quibus nec auxiliantur leges; † nec miſerabilium, aut pauperum competunt priuilegia; teſte *Bald. in auth. Cui relictũ, num.* 9. *C. de indicta viduit. toll.* & profitentur omnes proximè adducti: quia mali mores excuſare non ſolent.

*Hæc* autem de animi paupertate (id eſt de bonorum morum, virtutum vè carentia) ad bonorum externorum paupertatis, indigentiæquè ſimilitudinem adiecimus, non quòd paupertatis exterioris à Nobis ſuprà tradita definitione comprehendi neceſſe ſit, cum magis interioris paupertatis ſpeciem conſtituat. Ideoquè alia, quæ necti hac in re poſſet, cõſultò omittimus.

## Paupertas quomodò probetur?

*SVMMARIVM.*

1 In omni caſu tam ciuili, quàm criminali duo adminus teſtes requiruntur, nec minori numero, vnico ſcilicèt, quãtuncumque digno, tam humano, quàm diuino iure creditur, & num. ſeqq.

2 Et etiam ſi Senatoria, aut Præſidiali dignitate præfulgeat.

3 Princeps ſtatutum, vel conſuetudo efficere non poſſunt (generaliter ſaltem, & in omni caſu, quando vè de tertij nõ leue præiudicio agitur) vt vnico teſti plena adhibeatur fides.

4 Nec piæ cauſę fauore vnico teſti creditur, remiſsiuè.

5 Vel vbi iudici *ſola veritate inſpecta* iudicare commiſſum eſt, remiſsiuè.

6 Nec Cardinali, Regi, aut Pontifici plenè creditur, vbi de tertij non leue agitur præiudicio, remiſsiuè.

7 Paupertas duobus teſtibus probanda eſt, euidentiſsimè, vel notoriè, & n. ſeqq. Contra n. 16. & ſeqq.

8 Verbum, *Euidentiſsimè*, notorium dicitur. Et qualiter accipiatur? num. 49.

9 Vbi manifeſta, vel euidẽs probatio à lege requiritur, quæ probatio neceſſaria ſit?

10 Et an ſufficiat per teſtes, vel inſtrumẽta? vel neceſſariò ſententia definitiua deſideretur?

11 Paupertas plenè ab eo, qui pauperẽ ſe dicit, cuiusvè fũdamẽtũ eſt, probari debet

12 Probatio per duos teſtes, plena dicitur.

13 Conueniens teſtimonium eſt vicinorum ad paupertatem probandam.

14 Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.

15 Paupertas ſufficienter probatur, ſi vicinus dicat, *ſcio, quia vicinus ſum.*

16 Paupertas probatur vnico teſte, etiã parte non citata, ad effectũ trahendi aduerſariũ ad Curiam in prima inſtantia.

17 Et ad effectum ne officialibus Curiæ ſportulę, vel ſalaria ſoluãtur, & vt omnia fiãt gratis, ex iure Cõmuni, & Regio

18 Et an vnico teſte probetur paupertas, vt litiganti pauperi alimenta præſtẽtur?

19 Alimenta præſtanda ſunt pauperi litiganti pro ſe præſumptionẽ, vel vnius teſtis dictum habenti.

20 Paupertas per iuramentum, vel teſtimonium Magiſtratus vbi pauper degit, probatur.

21 Et per ipſius partis iuramentũ, ad hoc vt à carceribus liberè relaxetur, ob iudicis, vel officialiũ ſportulas, vel ſalariũ.

22 Et ſimplici partis aſſertione probatur etiã paupertas, refunditquè in aduerſarium, contrarium probandi onus.

23 Et an præſumptio, ſuſpicio, aut veroſimilitudo præter aſſertionem requiratur? & num. 24. 25. 26. 27. 28. & 29.

27 Paupertas vt naturalis qualitas ineſſe præſumitur, cum omnes nudi naſcantur.

28 Olim pauper, & nũc pauper præſumitur

29 Paupertas vt negatiua, ſui natura improbabilis eſt.

30 Paupertas per famam publicam, vulgiquè probatur opinionem. Limita & intellige, vt n. 31. 32. & 33.

35 Confeſsio mariti dicentis ſe vergere ad inopiã, aduerſus creditores non admittitur, ſed ſimulata præſumitur.

35 Secus quoad ipſum maritum, confeſsio enim eius etiã extraiudicialis ſufficit, vt tãquam à paupere dotem poſsit repetere vxor. Limita vt num. ſeq.

37 Ex eo, quòd quis in hoſpitali degit, non tanquam adminiſtrator, medicus, vel ſimilis, probatur paupertas.

37 Item ex eo, quòd ob æs alienum ad Eccleſiam confugit.

39 Vel ſi domum æris alieni timore non exeat, in carcerem vè ſit detruſus.

Vel

40 Vel quia in proprio domicilio ſtare non poteſt, aut quia decoxit.
41 Vel quia bonis ceſsit.
42 Vel quia eius bona fuerunt confiſcata, & Cameræ applicata.
43 Vel ex eo, quòd quis diſcalceatus incedit, oſtiatim vè mendicat.
44 Mendicantes validi qualiter puniantur, quaſquè pœnas incurrant?
45 Item probatur paupertas per diſcutionem bonorum à nuntio mandato iudicis factam, vel per librum æſtimi.
46 Vel ex eo, quòd quis ſolitus ſit pro alijs fideiubere. Limita vt numer. ſeq.
48 Item ex eo, quòd ſub vſuris pecunias retinet.
49 Interpretatio ad *text. in l. Si conſtãte, 25. D. ſolut. matrim.*
50 Arbitrio iudicis relinquitur, quæ euidens probatio in præſenti (etiam vbi de tertij agitur præiudicio) dicatur.
51 Paupertas præſumptionibus, & indicijs ſufficienter probatur.

## QVÆSTIO V.

VVlgaris, tritaquè iuris eſt regula. In quolibet negotio, vel cauſa, tam ciuili, quàm criminali, duos ad minus † teſtes requiri, eoſquè plenam fidem facere; *text. in l. Vbi numerus, 12. D. de teſtib. in l. Theopompus, 14. D. de dot. præleg. in l. 1. § fin. D. quemadmod. teſtament. aperi. cap. In omni negotio, 4. extra de teſtib. c. Ex inſinuatione, 3. de procurator. cap. fin. de ſucceſ. ab inteſt. cap. Cùm eſſes, 10. de teſtam.*

1

Nec minori numero (vnius ſcilicèt teſtimonio) vllam poſſe cauſam terminari, *cap. Licèt vniuerſis, 23. in fin. cap. Veniens, 38. cap. Licèt ex quadam, 47. & d. cap. In omni negotio, de teſtib. l. Iurisiurandi, 9. verſ. Simili modo, C. eod l. Is cui fideicommiſſa, 20. D. de quæſtion. Speculat. in tit. de teſtib. in §. Reſtat, nu. 7. Paz in praxi, 1. p. tom. 1. octauo tempore, num. 10.* Et ne in re tam clara immoremur, qui plures deſideret, prope infinitos adductos per *Farin. lib. 2. praxis crimi. tit. 6. quæſt. 63. num. 1.* videre poterit, è quibus regulam hanc nõ ſolùm communiter receptam: ſed apud omnes indubitatam, ſine dubitatione aſſeri poſſe, affirmat: præter eos etiam *Dionyſ. Gothofred. in d. l. Theopompus, 14. de dot. præleg. & in d. l. Iurisiurandi, verbo, Vt vnius, lit. S.* Idquè oſtendit *Seneca controuerſiar. lib. 4. controuerſia 17. ſub verſ. Varius Geminus. Qui teſtes* (inquit) *imò qui teſtis? Vni enim etiam de minori ſcelere non creditur.*

Quod non ſolùm de iure Ciuili, & Canonico; ſed etiam de iure Diuino procedit; *text. in cap. Admonere, 8. 33. q. 2. cap. fin. infin. 35. q. 6. cap. 17 Deuteronomij: In ore duorum, aut trium teſtium peribit, qui interficietur. & cap. 19. Nõ ſtabit teſtis vnus contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit, ſed in ore duorum, aut triũ teſtium ſtabit omne verbum. & Matth. 18. capit. Vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum.* Plures refert (quos adducere ſuperfluum eſſet) *Proſper Farin. vbi ſup. num. 2.* Multas prædictæ regulæ numeris ſequentibus ampliationes aſsignans, aſſerenſquè procedere in teſte etiã Senatoria, † aut Præſidiali dignitate conſtituto, & in quolibet quantuncumquè digno. Adeò vt neque ſtatuto, † vel conſuetudine, nec à Principe, vel Papa fieri poſsit, vt (generaliter ſaltem, & in omni caſu) vnico teſti plena adhibeatur fides, quando vè de tertij agitur præiudicio nec leue præiudicium eſt. Nec etiam piæ cauſæ fauore † vnico credendum eſſe teſti.

2
3
4
5
6

Vel vbi iudici *ſola veritate inſpecta* † iudicare commiſſum eſt; nec Cardinali, † Regi, aut Pontifici (vbi de tertij non leue, vt diximus, agitur præiudicio) concludit ex *d. num. 63. cum ſeqq.* ad quem, & ad *Anto. Gabriel. commun. concluſ. tom. 3. titul. de probat. concluſ. 2. per tot. & concluſ. 3.* latiſsimè (vt alios omittam, hac de re agẽtes) recurrere in caſus contingentia licebit.

Ex quibus paupertatem, pauperemvè quem eſſe, duobus ad minus teſtibus † probandum, nec vnius ſtandum dicto, videbatur firmandũ. Et ita in ſpecie (poſt alios, quos refert) tenet *Ioan. Maria Nouari. in praxi electi. & variat. fori, quæſt. 17 ſecti. 1. num. 10. 11. & 12. & collecti. 1. 4. nu. 4. Didac. Couar. lib. 2. cap 6. nu. 8. verſ. Item ſatis probatur paupertas.* Probaturquè ex deciſione *text. in l. Si conſtãte, 25. D. ſolut. matrim.* vbi *Iure Conſult. Vlpianus* ad paupertatem probandam, euidentiſsimam requirit probationem, cuius ſunt verba: *Si conſtante matrimonio propter inopiam mariti mulier agere vollet; vnde exactionem dotis initium accipere proponemus? & conſtat ex inde dotis exa-*

7

*exactionem competere; ex quo euidentiſsimè apparuerit mariti facultates ad dotis exactionem non ſufficere.* Vbi autem *euidentiſsima* requiritur probatio, non niſi plena, & indubitabilis ſufficit. Quinimo magis quàm plena deſideratur. Verbum
8 enim *Euidentiſsimè*, notorium † denotat, vt obſeruat ibid. *Bart. num.* 11.

9 Idemquè etſi *euidens*, † vel *manifeſta* requiratur; *text. in cap. Cùm olim*, 24. *de verbor. ſignificat.* ibi: *Offenſam illam nos reſcribimus intelligere manifeſtam, quæ vel per confeſsionem, vel probationẽ legitimè nota fuerit, aut euidentia rei, quæ nulla poſsit tergiuerſatione celari*; text. *in cap.* 1. *de in integr. reſtitut.* ibi: *Quòd ſi Eccleſia læſa eſt, & manifeſtè apparet detrimentũ ipſius.* & ibi: *Quæ in damnum eius data cõſtiterit*, vbi id notat *gloſ. d. verb. Conſtiterit.* Imò ſententiam diffinitiuam, vt *con-*
10 *ſtare* † dicatur, requiri; voluerunt *Iacob. de Are. & Ray. in l. Qui Romæ*, 122. §. *Augerius, D. de verb. oblig.* Quod ob eorum authoritatem menti tenendum, dicit ibid. *Alexand. num.* 3. Licèt ipſe ſententiam neceſſariam non eſſe exiſtimet, ſi aliter per probationũ euidentiam conſtet, ex iuribus proximè adductis, & tenet alios referens *Ioſeph. Maſcard. de probat. concluſ.* 75 *num.* 21.

Plenè igitur paupertas ab eo cuius fun-
11 damentum eſt, † pauperem vè ſe dicit, ſiue actor, ſiue reus ſit, probanda erit; *gloſ. in l. ſi vero*, 5. §. *Qui pro rei qualitate, verbo, Dubitetur, D. qui ſatiſd. cog. Dec. conſ.* 120. *num.* 3. *Ludouic. Rom. conſ.* 163. *numer.* 4. *Riminald. Iun. conſ.* 593. *num.* 65. *libr.* 5. *& conſ.* 752. *num.* 3. *lib.* 7. *Matth. de Afflict. deciſ.* 377. *num.* 4. 6. *& 7. vbi eius Addit. Vrſil. numer.* 1. *Andr. Tiraquel. de rectrat. linag.* §. 32. *gloſ. vnic. numer.* 94. *Roland. à Valle conſ.* 20. *numer.* 19. *lib.* 2. *& conſ* 92. *num.* 23. *eod. lib.* latè *Couarrub. d. cap.* 6. *num.* 2. *lib.* 2. *variar. Marc. Anton. Natta conſ.* 343. *num.* 3. *& conſ.* 358. *numer.* 7. *& 8. lib.* 2. *Laurent. Syluan. conſ.* 69 *num.* 22. *lib.* 2. *Ioſeph. Maſcard. d. concluſ.* 1159. *nu.* 4 *& ſeqq* vbi de communi, *Ioan. Bapt. Villalob. in ſuis communi. opin. lit. D. num.* 309. de communi teſtatur etiam *Cornel. Beninc. ac. de paupert. quæſt.* 6. *principali num.* 2 *Franciſc. Hercul. de negatiua proband. num.* 12. *&* 13. *Petr. Plaça in epito. delictor. cap.* 31. *poſt num.* 21. vbi receptiſsimam dicit ſententiam, *Fului. Pacian. de probationib. lib.* 1. *quæſt.* 54. *num.* 10. *& ſeqq. Proſper Farinac. lib* 2. *praxis criminal. tit.* 6. *quæſt.* 57. *num.* 86. *& duobus ſeqq. Iacob. Menoch de præſump. lib.* 6. *præſumpt.* 25. *num.* 14. *& conſ.* 321. *ex numer.* 22. *Aymon Crauet. conſ.* 911. *num.* 3. *& conſ.* 946. *num.* 9. *Petr. Benint. deciſ.* 22 *num.* 13. *Gaſpar Baeça de non melior. ratio. dot. filiab. cap.* 36. *nu* 13. *&* 16. *Ioan. Gutier. de iuramẽt. confirmat.* 1. *par. cap.* 1. *num.* 22. *Petr. Cened. in ſuis practi. quæſt.* 14. *num.* 5. *Alphonſ Hoxed. de benefic. in comp.* 2. *par cap.* 9. *num.* 10. *Petr. Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 7. *& tit.* 7. *quæſt.* 8. *num.* 14. *& deciſ.* 320. *numer.* 5. *& deciſ.* 141. *num.* 2. *Lancellot. Galliæ in conſuet. Alexand. gloſ. Solidos, quæſt.* 6. *nu.* 83. *Roderic. Suar. in l.* 1. *tit. de arris, num.* 15. *&* 16. *Cæſar Barzi. deciſ.* 69. *num.* 36. *& deciſ.* 80. *numer.* 7. vbi communem dicit; *Anar. Gail practic. obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 142. *num.* 2. *Franciſc. Beccius*, communem aſſerens, *conſ.* 105. *num.* 28. *vol.* 2. *Anton. Grauat. in addit. ad Octaui. Veſtr. in pract. lib.* 4. *capit.* 4. *de dolo, & contum. verbo, Paupertas, num.* 29. *Ioan. de Caſtil. controuerſ. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 5. *Vincent. de Franch. deciſ.* 585. *in fin. Ioan. Aloyſ. Ricci. in praxi varia. reſolut. reſoluti.* 381. *num.* 3. *deciſ. Rotæ Bononi.* 25. *num.* 66. *&* 68. *Camill. Borrel. de Magiſtrat. edict. libro* 1. *cap.* 15. *num.* 15. *Ioan. Mar. Nouar. in praxi elect. & variat. fori. quæſt.* 17. *nu.* 8. *&* 9. *ſect.* 1. *Luc. Matth. Apicell. in tutami. pauper. tit.* 1. *de dilat. quinquen. nu.* 18. *& ibi Maurit. Apicell. in eius additio. num.* 30.

Vndè duobus, nec minori teſtium numero, probatio paupertatis fiat, neceſſe
12 eſt, quæ plena † dicitur ex iuribus latè in principio deductis, *& notat gloſ. in l. Cum de indebito*, 25. *verbo, Legitimis, D. de probatio. Felin. in capit. Prudentiam*, §. *Sexta, num.* 2. *extr. de offic. deleg. Andr. Barbat. in cap. Atſi clerici, num.* 105. *de iudicijs, Iaſ. in l. fin.* §. *Licentia, num.* 2. *C. de iure deliber. Dec. in rubric. extr. de probat. num.* 8. *Paz in praxi*, 1. *part. tom.* 1. *octauo tempore, num.* 5.

Conueniesquè in hac materia teſtimo-
13 nium eſt vicinorum, † & familiarium, vt (poſt alios) tenet *Ioſeph. Maſcard. de probatio. d. concluſ.* 1195. *num.* 23. *& ſeqq. & num.* 39. *Franciſc. Marc. deciſ. Delphinat.* 596. *num.* 2. *lib.* 2. *Fulu. Pacian. d. cap.* 54. *num.* 39. *Palac. Rub. in repet. cap. Per veſtras*, §. 18. *num.* 32. *&* 35. *Andr. Gail practi-*

*ctic. obſeruat. lib. 1. d. obſeruat. 142. num. 6. Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ. c. 660. ex num. 1. cum ſeqq. tom. 4.* vbi quòd hic, eſt melior, & tutior modus probandi paupertatem, vt ſi dicant, non niſi tot bona quem habere, quòd ſi haberet alia, ipſi ex familiaritate, aut vicinitate ſcirent, *gloſſa* eſt *in auth. de hæredibus, & Falcidia, §. Si verò abſunt, verbo, Vidiſſe, collatio. 1.* Et apertior *in l. 1. in princip. verſ. Hoc interdicto, verbo, An non, propefin. D. de itiner. actuquè priuat. Ludouic. Roman. conſ. 296. num. 9. Dicac. Couar. variar. reſol. lib. 2. cap. 6. numer. 8. verſ. Cæterum paupertas,* valde prædictas excellens gloſſas, *Franc. Hercula. de negat. proband. nu. 252. Proſper Farinac. deciſ. nouiſ. Rotæ Roma. 532. num. 2. par. 2.*

14 Vicinus enim facta vicini † ſcire præſumitur; *text. in capit. Quoſdam, 7. & ſeq. de præſumpt. vbi Felin. num. 1. & ſeqq. & in cap. Literis, 12. num. 2. verſ. Ex quibus, & numer. 5. & ſeqq. eod. tit. text. in l. 1. in princip. verſ. Flumē à riuo, D. de fluminib. & ne quid in flumin. public. l. Si vicinis, 9. C. de nuptijs, l. Filium eum definimus, 6. in fin. D. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris;* latè plures referens *Anton. Gabriel commun. concluſ. tom. 3. tit. de præſumption. concluſ. 6. num. 2. & ſeqq. Cardinal. Tuſch. practic. concl. lit. V. concluſ. 201. per tot. & lit. S. concluſ. 62. Palac. Rube. d. §. 18. num. 32. Ioan. Baptiſt. Coſta de factiſcientia, & ignor. cent. 1. diſtinct. 17. num. 2.*

Ideoquè ſufficienter paupertas proba-
15 tur ſi teſtis dicat ſcio quia vicinus † ſum. *Felin. in d. cap. Literis, num. 6. & 7. Alex. conſ. 80. num. 7. lib. 2. Cardin. Tuſch. vbi ſup. num. 3. 4. 5. & 6.*

In his enim quæ veroſimiliter, & à cōmuniter accidentibus vicinos latere non ſolent, nec poſſunt, vt paupertas, diuitiæ, boni, vel mali mores, & ſimilia; ſufficiens ad probationem redditio rationis eſt, vt dicunt ſuprà relati, latè plurimos referens *Palac. Rub. dict. num. 32. verſiculo, Et inde eſt, & num. 35. & nu. 37. verſ. Concludo igitur.*

Licèt autem ad paupertatis probationem ex omnibus ſuprà dictis plena requiratur (& ſic per duos teſtes) probatio, & minorem, aut ſemiplenam non ſufficere, facile ſit conijcere; Sępiſsimè tamen, paupertatis fauore, ſemiplena ſufficit, vniuſq;
16 probatur dicto. † Siquis enim, paupertatis ratione ad Curiam in prima inſtantia alium trahere velit, caſumquè Curiæ facere; ſatisfacier, poteritquè eo gaudere priuilegio, ſi vnico teſte paupertatem ſuam probet; imò neq; ad id partis aduerſæ, quę ad Curiam trahitur, vel trahi deſideratur, præſentiam, vel citationem requiri (ex *Couarr.* & alijs) not. *Ioan. à Caſtillo controuerſ. lib. 3. cap. 25. num. 28. Thom. Valaſc. allegat. 65. num. 25. Ludoui. Mexia in tractat. taxæ panis, concluſ. 1. num. 44.* vbi & ad id poſſe pauperem corā iudice municipij ſui paupertatis probatiōnē facere, modò coram nouarum actionum iudicibus vnum de paupertate teſtem proferat, aſſerit. Id quod ex *l. Regia*, ſequenti numero referenda, deducitur, tenetquè cū alijs ibidē citatis *Emmanuel Barboſ. in remiſ. Doctor. ad Ordinat. Regiā Luſitan. lib. 3. tit. 5. §. 3. num. 9.*

Ad effectumquè vt in Regalibus Audientijs officialibus ſtipendia pauperes, nō ſoluāt, iuuētur, omniaquè eis fiant gratis,
17 vnius † teſtis à Cameræ, cauſæq; notorio recepti teſtimonio ſtandū, diſponit *Regia lex 25. tit. 12. lib. 1. nouæ Collection.* cuius verba ſunt: *Mandamos, que quando alguno ſe dize pobre para ſe eſcuſar de pagar derechos a los oficiales de las Audiencias, que haſte la informaciō que de ſu pobreza truxere de fuera parte, dando vn teſtigo en la Audiencia que concluya, con tanto que lo tome el eſcriuano de la cauſa.* Eandem ſententiam (præter Regiam diſpoſitionem, vnicum teſtem in hoc caſu ſufficere; etiam abſquè partis alicuius cītatione) tenet *Burgius de modo procedendi ex abrupto, quæſt. 21. num. 8. & 9.*

Ita etiam vt alimenta pauperi litiganti
18 decernantur, vnicum † de paupertate deponentem ſufficere teſtem, profitetur (ex *Ludoui. Molinæ, Tiberij Deciani*, & *Iacabi Menochij*, quos adducit, ſententia) *Hieronym. Zeballos communi. cōtra commun. lib. 3. quæſt. 757. nu. 120.* Qui tamen (vt verum fatear) id ad quod eos Zeballos allegat, probare nominatim non viden-
19 tur, ſed alimenta decernenda eſſe, † qui licèt omninò, & plenè intentionem ſuam non probauit; boni tamen iuris præſumptionem habet. Quod efficere vnius teſtis dictum poteſt, ex ſuprà relatis, & multis alijs, quos adducit, & cùm quibus hanc ſententiam tenet *Ioan. Petr. Fontanel. de pactis nuptial. 2. tom. clauſul. 6. gloſ. 2. par. 4. num. 52.* & latiùs *d. quæſt. 39.* ubi à nobis monſtrabimus.

Per

Per iuramentum etiam, vel teſtimoniũ
20 Magiſtratus † vbi pauper degit, probari paupertatem, firmat *Andr. Gail practic. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 142. nnm. 6.* allegat *Bart. & Doctor. in l. Si vero, 5. §. Qui pro rei qualitate, D. qui ſatiſd. cog.*

21 Et per ipſius partis iuramentum, † ad hoc vt à carceribus liberè relaxetur, ſi ob iudicis, vel aliorum officialium ſportulas, vel ſalarium retineatur, pauperem ſe dicẽtis, neque ſoluere poſſe, paupertatem probari, liberèquè relaxandum, diſponit *text. in l. 20. 21. 22. & 23. tit. 12. lib. 1. nouæ Regiæ collectio.*

Quinimò, & ſimplici partis aſſertione
22 † (vt ſi quis ſe tantùm domum aliquam, vel fundum poſsidere aſſerat) probabitur: qui enim plura bona habere contendit, probare debere; idquè etiamſi de magno præiudicio agatur; tenet *gloſ. in l. Cum de lege, 17. D. de probatio. Bart. Bald. Alex. Cornel. Rip. Crot. Curt. Senior, Ruin. Felin. & Couar.* quos refert *Ioſeph. Maſcar. de probat. concluſ. 1159. numer. 40. & 41.* eamquè defendit *Franc. Herculan. de negat. proband. num. 255. Anton. Gabr. commun. concluſ. tit. de probationib. concl. 7. in princip.* vbi multos hanc communem dicentes, allegat, magiſquè communem dicit *idem ipſe ibi num. 8.* pluresquè pro ea adducit *Iacob. Menoch. de præſumptio. lib. 6. præſump. 26. num. 5. verſiculo, Cum verò illo ſecundo modo, & conſ. 98. nu. 49.* qui ab omnibus receptam teſtatur, *Rolandus a Valle conſ. 19. numer. 9. lib. 4. Marc. Anton. Peregrin. de fidei commiſ. artic. 42. num. 73. Ioan. Cephal. conſ. 133. num. 53.* vbi etiam hanc magis communem, & veriorem ſententiam dicit, *Petr. Surd. deciſ. 316. num. 6. & conſ. 267. num. 33. & ſeqq. & conſ. 434. numer. 30.* nouiſsimè *Marta deciſ. ſeu voto 178. num. 2. Stephan. Grat. diſcept. Forenſ. lib. 4. cap. 660. numer. 7. Vincen. Carot. in tract. de excuſ. bono. par. 2. quæſt. 35. num. 6.* communem dicens latequè hanc comprobans *num. ſeqq.*

Licèt vt hæc communis ſententia indu-
23 bitanter procedat, † velit (poſt antiquiores) *Didac. Couar. d. lib. 2. variar. reſol. capit. 6. num. 4. verſ. Ex his poterit tractari.* & alij relati per *Ioſeph. Maſcard. d. concl. 1159. num. 42.* (quos etiam ſequi ipſe videtur) aliquam pro paupere debere adeſſe præſumptionem, ea verò ceſſante per ſolam aſſertionem, communem non procedere. Præter quos idem etiã tenet *Ioan. Gutierr. de iuram. confirmat. 1 par. cap. 1. num. 27. Cæſar Barzius deciſ. 69 num. 36.* allegans quoquè *Benintend. deciſion. 22. num. 13.*

Alij non præſumptionem, ſed ſaltem
24 ſuſpicionem, vt prædicta † cõmunis procedat opinio, requirunt; vt (ex *Alciato de præſumptio. regul. 3. præſumpt. 20.* & alijs) oſtendit *Couarr. loco ſuprà citato.*

25 Veroſimilitudinem † alij, *Marc. Anton. Natta conſ. 214. numer. 8 Hieronym. Gabriel conſ. 118. nu. 7. lib. 2.* Aliterquè alij, vt per *Menoch. d. lib. 6. præſumpt. 26. numer. 4. & 5. & Martam d. voto, ſiue deciſ. 178. num. 4. & 5.* Quodlibetquè iſtorum ſufficere, aſſerit *Vincenc. Caro. d. quæſtio. 35. num. 10. 12. & 13.*

Eam tamen gloſſam ſimpliciter, indiſtinctè, & abſquè aliqua declaratione, vel
26 reſtrictione procedere, † teſtatur *Iaſo. conſ. 34. num. 11. lib. 1. Carol. Ruin. conſil. 67. num. 14. lib. 5. Socin. Iun. in rubr. D. de noui oper. nunciat. num. 139. And. Alciat. d. reg. 3. præſumpt. 20. Franciſc. Herculan. de negatiua proband. num. 255. Franciſc. Burſat. conſ. 23. num. 2. lib. 1. Petr. Surd. d. concluſ. 267. num. 35. & conſ. 434. num. 2. Petr. Barbuſ. in l. Maritum, num. 35. D. ſolut matrim.* Eſtquè communis reſolutio, vt profitetur *Marta d. deciſ. 178. numer. 6. poſt Herculan. dict. numer. 55.* de communi etiam teſtatur *Vincent. Carot. ſupr. d. num. 13.*

Cui auxiliatur ſententiæ, ſemper pro aſſerente ſe pauperem, præſumendum, cũ
27 paupertas, vt naturalis qualitas † (quippè cum omnes nudi inopeſquè naſcamur, *cap. Sicut, 47. diſt.*) ineſſe præſumatur, tenent *Cornel. Benincaſ. de paupert. quæſt. 3. princip. num. 5. Petr. Cened. in collect. iuris Cano. 27. num. 13. 1. part. & Tiber. Decian. reſponſ. 42. nu. 2. lib. 2. Ioan. Mar. Nouar. in collect ſuper prag. reg. Neapol. 134. num. 2. Vincent. Carot. de excuſ. bon. quæſtio. 35. num. 11. part. 2.* Nec præſumptionem naturalem pro ſe habens, tenetur ſe probare talem, qualem ſe facit, *Maſcar. de probationib. tom. 3. concluſione 1253. num. 8.*

28 Ideoquè olim pauper, † & nunc pauperẽ præſumi, niſi contrarium probetur, abſquè eo, quòd temporis curſu qualitas illa videatur ſublata; tradunt *Cornel. Benine. & Pedr. Cened.* vbi ſuprà, *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſina 33. num. 20. pat. 1. Tiber. Decian. d. reſponſo 42. nu. 3. Ioan. Ma-*

*Maria Nouar.in praxi elect. & variat. fori,quæſt.17.nu.8 ſect.1. Fauius Timæus in addit. ad Hieronym. Magon.deciſ. Lucenſ.40.ad num.24.lit.B.Cæſar Barz. deciſ.69.num.35.& 42.*

Item quia ſui natura huiuſmodi aſſertio,
29 vt negatiua,improbabilis † iudicatur; iuxta *tex.in c.Bonæ memoriæ el 1.33.in ordine,poſt med.* ibi: *Et quòd citati non fuerint, nõ poſſe de facili cõprobari;quia negãtis factum,per rerum naturam nulla eſt directa probatio,de elect.& in c.Quoniam contra* 11.*de prob.l. Actor,23.C.de prob.* ita affirmarunt *Bald.in l.Paupertas,D. de excuſ. tut & Iaſ.in l.Si conſtante,n.142.D.ſolu. matr.* ſequitur *Hierony.Buccaro de differ. inter iudic.ciuil. & crim.diſ.100. nu.26.* Minori ideo probationum ſuffragio paupertatis aſſertionem fulciri contendens.

30 Hincquè fit per famam † publicã,quòd quis communiter pauper reputetur, paupertatis probationem conſtare,dicuntquè *gloſ.1.in l.Vbi adhuc,29.C.de iur.dot.Bar. Bald.Alex.& alij in l.Si conſtante,D.ſolut.matr.Oldrald.conſ.277.n.2. Laurent. Calc.conſ.8.n.7.Carol.Ruin.conſ.81.n.9. lib.5.Fab.de Pepe in auth.Præterea,n.73 verſ.Nam iudex,C.vnde vir,& vxor.Ioſeph.Maſcard.de prob.d.concluſ.1159.nu. 19.Cou.variar.lib.2.d.cap.6.num.8.verſ. Item ſatis,Crau.conſ.201.n.46. Petr. Auguſt.Morl.in empor.iuris,q.vlt.n 6.Sfor. Oddus in tract.de reſtit.in integ.p.1 q.38. art.5.num.94.verſ. Quartum exemplum, Franc.Hercul.de negat.proband,nu.293. Proſp.Farinat.deciſ.nouiſsim.Rot.Rom. p.2.deciſ.233.nu.2.infin & deciſ.532.n.2.* id eſſe de ſtylo Rotæ,dicens, & *deciſ.292. n.1.p.1.Ioan.Maria Nouar.in praxi election.& variat.foriſect.1. c.17.num.fin. Carot.de Amatis deciſ.72.nu.12. Hieron. Magon.deciſ.Florent.50.nu.24. Stephan. Gratian.deciſ.34.nu.12. Pirrh. Maur.de fideiuſſor.ſect.6 par.2.princ.cap.3.n. 188. Marius Muta deciſ.23.num.21.Sebaſt. de Medic.de caſib.fortuit.2.par.q.4.nu.7 & in tract.Mors omnia ſoluit,1.par.n. 103. pag.2.prope fin. verſ. Sed qualiter probetur.Paul.AEmil.Berall. deciſ.293.nu.2. part.2.Seraphin.Oliuar.deciſ. 58.num.1. & deciſ.51.num.1.Ioan.Aloyſ.Ricci.collectan.1906.veſiculo,Et quod attendatur, Marc. Anton.Genuenſ.in praxi Archiepiſcop.Neapol.num.18.ibi:vel per famam in vicinia.Hieronym. Buccaron.de different.inter iudic.ciuil.& crim.d. differt. 100,num.26.verſiculo,Sed vt ad meum.*

Quòd ſi fama † cum deponentium cre-
31 dulitate ſit coniuncta,intelligitur, vt quia ſic famam eſſe dicant, & eſſe credant. Ita (poſt alios à ſe relatos)limitat, & intelligit *Maſcard.d.conſ.1159.num.19. Morla d.quæſt.vltim.num.6.verſ.Secundo declaratur,Iacob Menoch. de arbitr.lib.2. cent.1.caſu 65.numer.8.Fului.Pacian.de probat.lib.1.d.cap.54.num.42.*

Limitatur,& intelligitur ſecundò,pro-
32 cedere, quando de modico † agitur præiudicio,ſecùs ſi de magno. Exemplum eſt, ſi contra maritum, vt ſibi dos reſtituatur, eo quòd ad inopiam maritus vergit,mulier agat. In iſto enim caſu per famam, vulgiq; opinionem ſufficiet probatio,*gloſ. in d.l. Vbi adhuc.29.C.de iur.dot.* Cum ex hoc modicum marito generetur præiudicium, ex quo dotis exactè, vel reſtitutę fructus pro oneribus matrimonij ſeruire debent, *d.l.Vbi adhuc.* Ita not.& intelligit *Bar.in l.Si conſtante,num.10 D.ſol.matr. Corn. Beninc.d.quæſt.6.princip. Didac. Couar. lib.2.variar.d.cap.6.numer.8. verſ. Item ſatis,Maſcard.d. concluſ.1159.nu.20. & concluſ.1019.numer.1.Morla d.quæſt fin. num.6.verſ.Quod declaratur & verſ.Sed dubitabilius eſt,Pacian.ſupra num.40. & 41.Hieronym Buccar.d.loco num.27.*

Vbi verò non tantùm contra maritum,
33 ſed etiam contra tertios poſſeſſores † ageret mulier (quia de magno eorum agitur præiudicio)non per famam, vulgiq; opinionem probari paupertatem; ſed exactè, & plenè requiritur,*Bart.in d.l.Si conſtãte,nu.1.Maſcar.d.concl.1019.num.2. & concluſ.575.n.2. Caſan. Domin. Tuſch. pract.concluſ.lit. D. concl.762.n.6.37. 44 & ſeqq.Petr.Beninc. deciſ.68. num.2. Anton.Hering.de fideiuſſor.cap.6.n.184. Horat.Carpan.ad ſtatut.Mediol.cap.451 n.9.p.1. Marius Giurba in conſuetud. Senat.Meſſanenſ.capit.13.gloſ.3. num.11. part.1. Ioan. Aloyſ.Ricci.collectan.142. Hieronym.Magon. deciſ.Lucenſ.55. num. 4.& 5.*

Nec tunc confeſsio mariti ſe verge-
34 re ad inopiam † dicentis admittitur, aut prodeſt, veluti, quæ in creditorum fraudem emanaſſe videtur,vt tenet *Palac. Rub. in repet. capit.Per veſtras, dicto §. 18.num.31. verſ. Quod tamen ipſi intelligunt,Marc. Anton.Natta conſil.438.numero 10. Ioann. Cephal. conſilio 101. numero 8.Petr.Surd. de aliment. tit. vltim.*

*quæſt.42.num.26.& deciſ.256.numer.10. Barnab.Cornazan.deciſ.95.num.2.Marius Giurba deciſ.24.numer.4.Hieronym. Mago.Anton.Heringi.*& alij ex proximè relatis.

35 Licèt quoad ipſum maritum, † etiam extraiudicialis, ſe ad inopiam vergere dicentis, ſufficiat confeſsio, vt ab illo tanquam à paupere dotem poſsit vxor repetere. Hocquè modo euidentiſsimè de paupertate apparere (iuxta terminos *d. leg. Si conſtante*, ſupra relatæ; nec confeſsionem ſimulatam præſumi) tenet (ex *Dyn. Bart. Bald. Ioann. de Imol. Angel.* & alijs) *Palac.Rub.dict.num.31. in princ.* benè aduertẽs (ex *Imol. in d.l.Si conſtante*) id verum eſſe (confeſsionem ſcilicèt extraiudicialem mariti vergentiæ ad inopiam, ad dotis reſtitutionem ſufficere) dummodo
36 circa pretia rerum † modus non excedatur, quia talis confeſsio reſpicit executionem obligationis præambulæ, ad quod ſufficiens eſt, non verò ad obligationem inducendam. Id, quod tenent etiam *Cyn. Salyc. Ioan. Faber. Campeg.* & alij per eundem ibi adducti.

Probatur item paupertas ex eo quod
37 quis in hoſpitali, † non tanquam Adminiſtrator, medicus, vel ſimilis degit; *text. & ibi Bald. in l. Si quis ad declinandam, 49.C.de Epiſcop.& cleri.Cornel. Beninc. d.quæſt.6.princip.num.5.Didac.Perez in l.1.tit.1.lib.3.Ordinam. verbo, Pobres, colum.3.in princip.Laurent.Syluan.conſ. 69.numer.18.& 22.part.2.* vbi quo titulo in hoſpitali degat, probandum eſſe, aduertit. *Sebaſt.de Medi.de caſib.fortuit.2.par. quæſt.4.numer.7.verſ.Octauo,& in tract. Mors omnia ſoluit,1.part.num.103. pag. 3.verſiculo,Vndecimò quando quis ſtat in hoſpitali, Fului. Pacian. de probationib. lib.1.d.cap.54.num.37.*

Item ex eo quod ob æs alienum ad Ec-
38 cleſiam confugit, † *Crot.in d.l. Si conſtante,num.16. & ibid. Alexand. Iaſ. & alij, Ioan.Cephal.conſ.216 num.9.lib.3.* refert & ſequitur *Ioſeph Maſcard de probat.d.concluſ.1159.num.27.*

Vel ſi domum æris alini timore non
39 exeat, † in carceremvè ſit detruſus. *Cornel.Beninc.d.numer.5.Petr.Cened.in collect. Iuris Cano.133.numer.2.part.2.* Aut
40 quia in proprio domicilio ſtare † non poteſt, *Angel.in l.In fundo,num.2.* (per text. ibi, quem ad hoc dicit meliorem de iure) *D.de reiuendic.Sebaſtian.de Medic.de caſibus fortuit.d.2 par.quæſt.4.num.7.verſ. Tertiò quando quis non poteſt ſtare, Ludouic.Roman.conſ.163.num.4.Maſcard.loco iam relato,num.28.Fabian.de Pepe in auth.Præterea,numer.75.C.vnde vir & vxor.*

Vel quia bonis ceſsit; † *text.in capit.*
41 *Odoardus 2.* (*vbi Innoc.& alij*) *de ſolutio. Alexand.in d.l.Si conſtante, num.13. Ioſeph.Maſcard.vbi ſuprà num.29. Didac. Perez d.gloſ.verbo,Pobres,col.3.verſicul. Ex qualitate vero,Sebaſt.de Med.d.quæſt. 4.numer.7.verſ.Sextò.Stephan. Gratian. diſcept.Forenſ.tom.4.cap.660.numer.10. verſ.Neque obſtat,Seraphin.Oliuar.deciſ. 1098.numer.2.Sebaſt.etiam de Medic.in tract.at.Mors omnia ſoluit,d.numer.103. pag.3.verſ.Nonòſi ceſsit bonis.*

Aut quia eius bona fuerunt confiſcata,
42 † & Cameræ Regiæ, vel Apoſtolicæ applicata; *Seraphin.Oliuar.deciſ.33.num.* .

Item probatur ex eo, quòd quis diſcal-
43 ceatus † incedit, oſtiatimvè mendicat, *Cornel.Benincac.d.quæſt.6.num.7. Maſcard.d.concluſ.1159.num.17. Didac. Perez d.verbo Pobres, Sebaſt. de Medic.d. quæſt.4.num.5.& in d.tract. Mors omnia ſoluit, nu.103 pag.3.verſ.Octauò, Franc. Marc.deciſ.Delphin.596. num.2.part.2. Fului.Pac.de probat.lib.1.cap.54.nu.35.*

Solis enim pauperibus mendicare licet,
44 † alij verò ſi mendicent cum aliter viuere poſsint, puniri à ciuitatequè expelli debent; *text.in l.vnica* (& ibi communiter Scribentes) *C.de mendic.valid.lib.10.* Et hodie eſt *text.de iure noſtro Regio in l. 24.& l.26.tit.12.lib.1.nouæ Reg.Collect. Auend.lib.2.de exeq.mandat.cap.6.num. 2.Auiles in c.26.Prætor.gloſ.verb. Apartamiento, num.4.verſ.Et mendicantes, Didac.Perez loco ſupra relato, Petr. Cened.in collect.iuris Cano.par.1.collect.36. num.5.* vbi hos grauiter peccare, & ad reſtitutionem teneri, ſalſiquè pœna puniri poſſe, ex pluribus tam Iuriſtis, quã Theologis ibi adductis probat. Multa (& pulchra quidem in hac materia, vt alios omittamus) tradit *Camil.Borrel.de Magiſtrat. edict.lib.1.cap.15.ex num.1.cum ſeqq.*

Item probatur per diſcutionem bono-
45 rum † à nuntio mandato iudicis factã, qui tot eſſe in bonis, & tot in debitis dicit; vel per librum æſtimi; *text.in auth. Præſenti,* (*& ibi notatur, C.de fideiuſſor.*) *& in l.vltim.D.ſi cert.pet.Iaſ.in l.Si conſtante,numer.138.D.ſolut.matrim.Ludouic. Rom.*

*conſ.*

*conſ.* 63. *n.* 4. *verſ. Cæterum, & ſi probatum non foret, Bald. Ang.* & alij, quos refert, & ſequitur *Ioſeph. Maſcar. de prob. d. conduſ.* 1159. *nu.* 34. plures etiam in hanc ſententiam adducens *Did. Per. in d. l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. *Ordina. verb. Pobres, col.* 4. *verſic. Ex qualitate vero, Sebaſt. de Medic. de caſib. fortuit.* 2. *part. d quæſt.* 4. *nu.* 7. *verſ. Secundò per diſcutionem, & in tract. Mors omnia ſoluit, d. nu.* 103. *pag.* 3. *verſ. Quintò per diſcutionem, Didac. Cou. varia. reſol. lib.* 2. *d. cap.* 6. *nu.* 8. *verſ. Item ſatis probatur*; vbi quòd hęc eſt ſufficiens probatio, etiam vbi de maximo agitur præiudicio, *Franc. Hercul. de negat. proband. nu.* 293. *Rota Bononi. deciſ.* 25. *nu.* 68. *Cæſar Barzius deciſ.* 69. *num.* 36. *Fului. Pac. d. c.* 54. *num.* 43.

Ex eo etiam quòd quis pro alijs ſit fideiubere ſolitus, † probari paupertatem; firmat *Angel. in l. In perſonam, §.* 1. *n.* 2. *D. de pact.* Cauendumquè à fideiuſsionibus monet, multos enim fideiubendo ad inopiam peruenisſe. Malequè ſubſtantia ſua vti, qui pro alijs fideiubet: ſeripſere cum eo *Alexand. in d. l. Si conſtante, num.* 14. *Iaſ. nu.* 147. *Catel. Cott. in memorabilib. verb. Fideiuſſor propriè.* Sequitur *Maſc. vbi ſuprà num.* 30. *Cornel. Beninc. de paupert. d. q.* 6. *princip. num.* 34. *Petr. Auguſtin. Morla in emporio iur. d. tit.* 12. *quæſt. fin. numer.* 7. *verſ. Sed dubitari poteſt.* 46 47

Quod limitat, † & intelligit *Maſcar. d. loco, num.* 31. quando quis pro magna ſumma fideiubere ſolitus eſt, ſecùs ſi pro minima, ex *Bald. in auth. Sed iam neceſſe, 1. quæſt. C. de donat. ante nupt. Catel. Cotta vbi ſuprà, & Ludouic. Roman. ſingul.* 97.

Item probari ex eo, quòd quis pecunias ſub vſuris † retinet: notatur *in capit. Quanto* 18. *de vſur. Maſcard. ſæpè repetito loco, num.* 33. *Petr. Aug. Morla d. q. fin. nu.* 7. *verſ. Sed dubitari poteſt, Corn. Beninc. d. q.* 6. *num.* 34. *Sebaſt. de Medic. de caſibus fortuit. d.* 2. *p. q.* 4. *nu.* 7. *verſ. Septimò, & in tract. Mors omnia ſoluit, d. prim. p. n.* 103. *pag.* 3. *verſ. Decimò quando quis retinet pecunias ſub vſuris, Franciſc. Burſat. conſ.* 241. *num.* 11. *lib.* 3. vbi quòd tunc tanquam ſuſpectus capi poteſt. 48

Neque ſuperioribus obſtat *text. in d. l. Si conſtante*, † 25. euidentiſsimã paupertatis requirens probationem: aduerſus quã tot à legibus, & Authoribus aſsignati ſunt caſus in quibus ſemiplena, & diminuta ſufficit. Aduerbium enim illud *Euidentiſsimè* (ſecundum *Bart. ibid. num.* 11.) quandoquè neceſsariò probationẽ requirit, quæ notorium id, quod deſideratur, vel de quo quæritur, eſſe oſtendat: aliquando non, ſed minor ſufficit probatio. Aut enim euidentiſsima à lege requiritur eius, quod in affirmationem cadit; aut eius quod negatiuè ſimpliciter proponitur. Primo caſu, euidens probatio, quæ notorium oſtendat, requiritur: notorij enim qualitas benè in affirmationem cadit. Secundo verò, non erit neceſsaria probatio, quæ notorium denotet; cum ea dari nequeat, ex eo quod negatio ſimplex notorij probationem non patiatur, iuribus ſuprà *numer.* 29. relatis. Quòd enim Titius tot bona, vel res habeat, in notorium cadere poteſt: quòd bona non habeat, non vtique eam notorij qualitatem commodè recipit. Ex quo concludit *Bart. ibid. num.* 12. aduerbium hoc *Euidentiſsimè* ſecundum ſubiectam materiam aſsumendum, vt vbi euidentiſsima requiritur probatio, ſi fieri poteſt, fiat; aliàs etiã ſemiplenã ſufficere, pro pleniſsimaquè habendam, & eam ob probationis difficultatem, modicamquè leſionem ius admittere. Quę *Bart.* ſententia communis eſt, vt tradit *Did. Cou. d. c.* 6. *n.* 8. *d. verſ. Item ſatis probatur*. Idquè etiam vbi magnum † tertij vertitur præiudicium: ad arbitrium enim Iudicantis & in hoc caſu euidens reputabitur, quæ plenè eo modo, quo poteſt, facta fuerit probatio, potẽs ad mouendũ Iudicis animum ad ſic eſſe credẽdũ, vt profitetur *Bart. in d. l. Si conſtante, n.* 14. & 15. *Did. Cou. d. verſ. Item ſatis probatur, & verſ. Ex his apparet, ibid. d. n.* 8. Etiamſi non ita plena, exacta, & euidens, ſicut in alijs caſibus facilioris probationis, adſit paupertatis probatio, quam ob eius probationis difficultatem, præſumptionibus, & indicijs ſufficienter † probari, affirmat, latequè defendit *Alex. conſ.* 37. *lib.* 7. AEquiſsimè igitur Iudex in ſuperioribus caſibus annotatis, paupertatem ſufficienter eſſe probatam, legitimamquè, & euidentem (ſubiectæ materiæ ratione) illam paupertatis probationẽ (ex iuribus, authoritatibus, & doctrinis ſuprà latè deductis) arbitrabitur. Quibus, & dictæ legi *Si conſtante*, & alijs contrarijs congrue reſponſum eſſe videtur. 49 50 51

Alij etiam probandi paupertatem ex dictis quæſt. præcedenti colligi modi poſſunt. Quibus ſatis obligationi feciſſe quæſtioniquè videmur.

VTRVM AD HONORES, ET Reipublicæ officia admitti, vel etiam diuitibus præferri possit, debeatvè pauper?

## *SVMMARIVM.*

1 Diuites soli ad honores, & Reipublicæ officia euehuntur, & an pauperes ad ea possint promoueri? & num. seqq.
2 Iudicum, Magistratuumvè authoritas magna timenda què esse debet. (n. 70.
3 Pauperes omnibus ludibrio sunt. Cõtra
4 Scientia defectum diuitiarum (in hominũ existimatione) necvirtus ipsa supplet
5 Pauperis scientia insscitia reputatur.
6 *Paupertas*, vilitas ipsa est, vel saltẽ vilitatis causa, & pauperes viles dicuntur, contra num. 70.
7 Honor, vel cõreptio ad paupertatis, vel diuitiarũ mẽsurã procedit, tribueturvè.
8 Iudex vilis, aut contemptibilis esse non debet, & num 9. (esse debet.
10 Iudex à cupiditate, & auaritia alienus
11 Pauper, sicut auarus, & cupidus à iudicandi munere arceri debet, contra nu. 71. & seqq. (mouent,
12 Inopia, atq; auaritia ad turpe cõpẽdiũ
13 Diuitiarum cupiditas ad multa trahit mala, & quæ sint? (& nu. seq.
14 Propter inopiam multi deliquerunt,
15 Pauperes an â testimonio, à tutella, & ab accusando remoueantur, & num. 94.
16 Iudex magis publicis vtilitatibus, quã proprijs studere debet.
17 Pauperis vita est in cogitatione victus, tantoquè maior erit cura, quanto maior accreuerit dignitas.
18 Dignitas quid sit?
19 Iudex dicitur Princeps, quòd Reipublicæ, vel ciuitati præsit, primumquè teneat locum.
20 Sententia ex abrupto prolata, ob tẽporis breuitatem redditur nulla.
21 Militibus pauperibus stipendia soluẽda, ne cogantur cogitare, quod auferãt.
22 Honores, magistratusquè seculares dignioribus sunt conferendi.
Diuites ad Magistratus, Reipublicequè officia digniores sunt pauperibus, ibid. Contra num. 28. & seqq.
23 Diuitiæ obsidis loco habentur. Contra num. 76. & seqq.
24 *Solon* Magistratus omnes ex nobilibus, & locupletibus ex censu quingẽtorũ modiorũ, & iugerũ cõstitui decreuit
25 Et ex *Indorum* consuetedine optimi, ditissimiquè eligebantur.
26 Et ex *Carthaginensium* legibus,
28 Pauper probus, & honestus ad honores, Reipublicæquè officia admitti debet, & num. seqq.
Et diuitibus præferri, num. 54.
29 Boni viri, non tam patrimonio, quàm fide idonei æstimantur.
Vilis non dicitur pauper bonis præditus moribus ingenuisq; parẽtibus natus, ibi.
30 Iustinianus Imperator Iuris Professores honorũ præmio hortatur, alijq; honorãdos cõstituerũt Imperatores, n. 52.
31 Ciuilis scientiæ Professores de diuitibus pauperes frequenter fiunt.
32 Promissa quilibet adimplere tenetur Princeps præcipuè, num. seq.
Principis verbo nemo decipi debet, & ei tãquã fonti iustitiæ debet esse cõstãs & perpetua voluntas, & sicut lapis angularis, & polus in cœlo immobilis esse debet, ibid.
34 Grauius Princeps frangendo fidem, quàm inferior peccat.
35 Mendacium in Principe abominabile est, & stelionatus horribile.
36 Princeps ad obseruantiam contractuũ pactorum vè tenetur.
37 Nec de plenitudine põtestatis pacto valet Princeps contrauenire.
38 Et non solum Princeps ipse, sed etiam omnes eius in dignitate successores ad pactorum, conuentionũ, & contractuũ, quos ille fecit, tenentur obseruantiam.
39 Fides etiam hostibus seruanda est.
40 Leges earũ Professoribus opes policẽtur, neq; in egestate viuere permittũt.
41 Indoctis, illiteratisq; Magistratus, Reipubliceq; officia concedenda non sunt.
42 Domini tẽporales, & Prælati Ecclesiastici doctos, peritosq; Iudices creare debẽt, aliàs & mortaliter peccant, & ad damnorũ per iudices datorũ restitutionem tenentur.
43 Iudices creandi sunt, qui per se, nõ per Adsessores Rẽpublicam gerere valeant.
44 Romana Respublica floruit, mundiq; domina effecta est, dum eius regimen apud doctos, peritosquè exstitit, perijt cum hic peruersus est ordo.
45 Laborantes debito premio fraudandi non sunt. & num. 53 vbi latè.
46 Leges de nihilo seruirent earum Professoribus deficientibus.
47 Præmium ad labores, virtutem, scientiamquè amplectendam inuitat.
48 Ciuilis sapientia sanctissima res est,

quam

quàm pretio numerario æſtimare non decet, & vera, nõ ſimulata Philoſophia, ſuquè vi alliciens, ibid.

49 Virtus ſuimet pulcherrima merces.

50 Nec virtutem ipſam abſquè præmij pe amplecterentur homines, & nu. ſeq.

5 Pauperes probatæ vitæ, morũquè, dignitibus in bonorũ aſſecutione præferri debent.

Premiũ debet cõmenſurari labori, ibid.

55 Pauperes & ante, & poſt vrbem Romanam conditam eius regimen probatiſsimè tenuerunt.

56 Diuites adeò populo Romano ad eius regimen exoſi habiti ſunt; vt etiam mediocris in Magiſtratibus fortuna & diſpliceret, & puniretur.

57 Paupertas quandoquè tam ad ſecularia, quã Eccleſiaſtica officia, & beneficia conſequenda affectatur.

58 *Antonius Philoſophus* multis pauperibus dignitates Tribunitias, AEdilitiaſquè conceſsit.

59 Idemquè *Alexander Seuerus* fecit.

60 Athenienſes ſæpè Limachũ pauperrimum in eorum Imperatorẽ crearunt.

61 Dei imitatores eſſe debemus.

62 Deus Optimus Maximus pauperes, & egenos in Reges, & Gubernatores elegit

63 Omnis Chriſti actio noſtra debet eſſe inſtructio.

64 *Chriſtus Dominus* inter nos degens pauperes ad Apoſtolatum aſſumpſit. *Petrum*què egenum piſcatorẽ Caput, ac Principem Eccleſię conſtituit.

65 In principio naſcentis Eccleſiæ ſingulis ciuitatibus, ſinguli Epiſcopi aſsignati fuerunt, paupereſquè erant.

66 *Beatus Seuerus* ex lanificio in Archiepiſcopum aſſumptus eſt.

67 Intellectus ad *tex. in l. Reſcripto, 6 & in l. Honor*, 14. §. *De honoribus*, *D. de mun. & hon. in l. Ad ſubeunda*, 46. *C. de decur. li.* 10. *& in l. 6. ti.* 18. *p.* 2. *& n.* 68 vbi nouus, & à nemine tactus redditur, & num. 97. vbi de dict. *l. Reſcripto.*

69 Princeps de proprijs expendere, tam pro bellis gerendis, quàm pro ſubditorum paupertate ſubleuanda, proquè Iudicum ſalarijs neceſſe habet.

70 Iudex non indiget diuitijs ad Maieſtatem tam ſuam, quàm publicam conſeruandam, & augendam, neque in Iudice debet aſſe contemptionis timor.

72 Eodem gradu, quo quis diues eſt, & auarus, ac cupidus: Pauperes verò liberales, ac minus cupidi ſunt. & num. ſeq.

74 Omnes auaritiæ ſtudent, tam diuites, quàm pauperes.

Deſideriũ diuitiarũ vadit in infinitũ, ib.

Pauperes dicuntur omnes ſecundum appetitum, ibi.

75 Pauperum cupiditas facilius ſaturatur, ac expletur, quàm diuitum.

76 Pauperes aptiores ſunt ad Magiſtratus ex auaritiæ capite, quàm diuites, & num. ſeq.

77 Diuites æqualiter cupiditate adquirendi, quã metu amittendi opes cruciantur.

78 Pauperes rectiores, æquique amãtiores ſæpè exiſtunt, & n. ſeqq. præcip. n. 81.

79 Paupertas in prædicatoribus multũ confert.

82 Diues præſumitur luxurioſè viuere. Et multa alia mala, quæ ex diuitijs proueniunt, ibi.

83 Diuitiæ à vitijs connominantur.

84 Salarium competens iudicibus (etiã præter ſportulas eis debitas) à Fiſco ſoluendum eſt, & num. 89.

85 Et non ſolũ apud *Romanos*, ſed etiã apud *Turcas* id obtinuit, quorũ Imperator plurima quotannis iudicibus donare ſolebat.

86 In Gallia etiam Bailli, ac Seneſcali ſua habent ſalaria, & ſtipendia.

87 Et in Hiſpania.

88 Epiſcopus, vel Prælatus Eccleſiaſticus in foro conſcientiæ Vicario, Iudici, vè ſalariũ cõſtituere, & ſoluere tenetur.

90 Iure noſtro Regio ſalaria Iudicibus de bonis communibus ciuitatum, ve locorũ (hoc eſt, *de los proprios*) ſoluuntur. Idquè moribus receptum eſt.

91 Et ſi Ciuitas, vel populus propria nõ habeat, vel non ſufficientia, collecta pro iudicum ſalarijs imponitur.

92 Collecta in hoc caſu fiet in capita.

93 Salarium, an iudici infirmo, abſenti, mortuovè, eius hæredibus debeatur? Et an in principio, vel fine anni ſoluendum ſit? remiſsiuè.

95 Qui pauperes ad Magiſtratus, honoreſquè admittendos, teneantur?

96 Paupertas à cupiditate aliena, optima ad Magiſtratus gerendos qualitas eſt.

97 Pauperes viles, & abiecti Magiſtratum gerere neſciunt.

98 Mediocris conditionis homines ad Reipublicæ regimen, Magiſtratuſquè gerendos, nimium pauperibus, vilibus, & abiectis, nimiumquè diuitibus, ac potentibus præferuntur.

99 Diuites honorum excellentiam in Republica habentes, alios iniuria afficiunt, in eosque ſuperuiunt.

# QVÆSTIO VI.

1 Ovſquè pauperum miſerrima deuenit conditio, vt non niſi diuites ad honores, † & Reipublicæ officia euehãtur. Quod quidem malum multis iam retrò temporibus profundiſsimas egiſſe radices, conſtat ex *Ouid. Faſtor. lib.* 1.

*Dat cenſus honores,*
*Cenſus amicitias, pauper vbiquè iacet.*

Et ex Valerio Mart. epigram. lib. 5. epig. 122. ad AEmilianum.

*Semper eris pauper ſi pauper es AEmiliane,*
*Dantur opes nullis nunc, niſi diuitibus.*

Ex *D.* item *Ambroſ. officior. lib.* 11. *Hoc malum* (inquit) *iam dudum humanis influxit mentibus, vt pecunia honoris ſit.* & ibi: *Vt nemo niſi diues honore dignus putetur.* Tradit (hunc referendo locum) *Franciſc. Viui. deciſ* 222. *n.* 9. *lib.* 2. Nec ad honores tantùm promoueri non ſolent; ſed an poſſint, dubitari frequenter contingit. Quinimò nullo modo ad eos eſſe admittẽdos; & legibus, & authoritatibus comprobatur.

Primò ex *Vlpia. reſponſo in l. Reſcripto, 6. D. de muner. & honor.* ibi: *Cæterũ ſi ita quidẽ tenues, & exhauſti ſunt; vt non modò publicis honoribus pares non ſunt, ſed etiã vix de ſuo victum ſuſtinere poſſint, & minus vtile, & nequaquam honeſtum eſt, talibus mandari Magiſtratum.*

Secundò ex *Calliſtrato in l. Honor,* 14. *§. De honoribus, D. eod. tit.* ibi: *Facultates quoque an ſufficere iniũcto muneri poſſint.*

Tertiò ex Imperatorũ *Archadij,* & *Honorij* conſtitutione, *in l. Ad ſubeunda,* 46. *C. de decurionib. lib.* 10. in hęc verba: *Ad ſubeunda patriæ munera digniſsimi meritis, & facultatibus curiales eligantur, ne tales fortè nominentur, qui functiones publicas implere non poſſint.*

Quartò ex *text. de iure Regio in l.* 6. *tit.* 18. *par.* 2. ibi: *E non deue ſer muy pobre.*

Idquè non ſine magna ratione ſtatutum eſſe, ex ſequentibus conſtat.

Primò, quia Magiſtratus authoritas, magna, † timendaquè eſſe debet; *text. in l. Obſeruandum,* 19. *D. de offic. Præſid. l. Nec quidquam,* 9. *§. Circa aduocatos, D. de offic. Proconſ. l. Omnes,* 12. *C. de offic. Rector. Prouinc. l.* 1. *§. Si ſeruus hæres, D. de ventr. inſpic. l.* 1. *vbi glo. ſuper verbo, Dignitas. D. de poſtuland. l. Officium,* 13. *§. Officium Tribunorum, D. de re milit.* Tales denique debent creari, qui ſplendori publico conueniant, *d. l. Reſcripto,* 6. *D. de muner. & honor.* Id autem pauperum electione, obtineri non poteſt. Pauperes enim omnibus 2 ludibrio † ſunt, teſte *Iuuenale* (ſi teſte veritas, & noto rerum indiget) *Satyr.* 3.

*Nil habet infœlix paupertas durius in ſe,*
*Quàm quòd ridiculos homines facit.*

Nec patrimonij, diuitiarumquè defectum ſcientia, vel virtus ipſa in hominum exiſtimatione ſupplet, † vilipendiumquè ex 4 paupertate prouenies vllo modo delet, maculamvè abſtergit. Docet (cum experientia) *Horat. epiſtolar. lib.* 1. *epiſtol.* 1. *ad Mecœnatem.*

*Si quadringenti ſex ſeptem millia deſunt,*
*Eſt animus tibi, ſunt mores, & lingua fideſquè,*
*Plebs eris.*

Pauperiſquè ſcientia, inſcitia reputatur. 5 † *Eccleſiaſt. capit.* 9. *Sapientia pauperis contempta eſt, & verba eius non ſunt audita.* & capit. 13. *Locutus eſt ſenſatè, & non eſt datus ei locus.* Salom. in Prouerb. capit. 18. *Cùm obſecrationibus loquitur pauper; & diues effabitur rigidè.* Eleganter in hãc eandem ſetentiam *Iuuen. Satyr.* 7.

*Purpura vendit*
*Cauſidicum, vendunt amethiſtina: connit illis*
*Et ſtrepitu, & facie maioris viuere cenſus.*

Et ibi:

*Vt redeant veteres, Ciceroni nemo ducentos*
*Nũc dederit nummos, niſi ſulſerit anulus ingens.*
*Reſpicit hoc primum, qui litigat, an tibi ſerui*
*Octo, decem comites, poſt te an ſit ſella, togati*
*Ante pedes. Ideo conducta Paulus agebat*
*Sardonyce, atquè ideo pluris, quam Coſſus agebat.*
*Quam Baſilus: rara in tenui facundia panno.*
*Quando licet flentem Baſilo producere matrem?*
*Quis benè dicentem Baſilum ferat?*

Pau-

Paupertaſquè ipſa vilitas, aut vilitatis
6 ſaltem cauſa eſt, † & ſic ab Imperatore appetatur *in l.2.C. quando & quibus quart. pars debe.lib.11.*ibi: *Et paupertatis detegi vilitatem.* Contemptiſsimam inopiam vocauit *Valer.Maxim.lib.2.de Cenſor.ſeueritate,cap.4.* Opprobrium, *Horat.lib.3. carmin.oda 24.*cui conuenit,quod dicitur Pſal.122. *Quia multum repleta eſt anima noſtra opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.* Turpem egeſtatem.*Virg. li.6.AEneid.* de quibus inferiùs ſigillatim agendum. Vileſquè pauperes (ſi *Accurſio* credimus) dixit *Imper.Iuſt.in auth.de mãdat.Princ.§. Sit tibi quoq;* vbi verb.*Viliũ,* id eſt *pauperum* interpretatus eſt. Ignominioſã, *Sene.de conſol.ad Albin. Paupertas tolerabilis eſt, ſi ignominia ei abſit* (ait.)

Et ad diuitiarum, paupertatis vè menſu-
7 ram, † honorem, vel contemptionem pro cedere pulchrè, vt breuiter cecinit *Horat. lib.1.ſerm.Satyr.1.*

*Quia tanti quantum habeas, ſis.*

Et qui omnia benè Senec. epiſt. 116. lib. 21. *Vbiquè tanti quiſque, quantum habuit fuit.* Concinit illud *Plauti in Trinummo. Qui eget parui eſt pretij.* Hieronymiquè ad Cromatium. *In patria mea ſanctior eſt, qui ditior eſt.*

Vilis autem, aut contemptibilis Iudex
8 eſſe † non debet, *l.Cum Prætor,12.§.Non autem,D.de iudic.l.Decurio,41.C.de decurion.lib.10.l.Si cohortali,12.C.de cohort. lib.12.l fin.tit.5.l 7.tit.6 part.6.*

Igitur pauperes iudices eſſe, Magiſtratũ vè gerere, nec debent, nec poſſunt. Diuiteſquè ad Reipublicæ officia, honores, & regimen (qui ſplendorem publicũ augeãt,
9 † non minuant, qui ſe reuerendos, non cõtenemnendos præbeant) eligendos, ius & ratio ſuadent. Et ita quõdã fieri ſolitas electiones, videmus apud *Ouid.lib.3.amor.*

*Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores,*
*Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques.*

Idquè diuitibus, non miſeris conuenire, teſtatur idem ipſe *Ouid.lib.4.de Ponto, eleg.* 9 *ad Græcinum.*

*Conueniens miſeris, & quanquam gloria non eſt.*

Et Iuuenal. Satyr.3. (*obſtat* 14

*Haud facile emergunt, quorũ virtutibus*
*Res anguſta domi.*

Similiter dicitur Iſai.3. *Mendicus ſum, & pauper, nec in domo mea eſt panis, aut veſtimẽtũ, nolite me cõſtituere Principẽ populi.*

Secundò ex coniunctione, & viciſſitudine, quã cũ paupertate cupiditas, & auaritia habẽt, eadẽ hęc pars fulcitur. AEquè enim quodlibet horum in iudice (vt ſtatim nectemus) nocet. Sicut autẽ iudex à cupi-
10 ditate, † & auaritia alienus eſſe debet; *text. in auth.De mandat.Princ.§. Oportet igitur, §. Feſtinabis, & §. Illud tamẽ, collat.3. auth.De præt.pop.c.3. verſ. Oportet ergo; text.in l.1.§. Optamus ergo, & in §. Ergo iubemus, C.de of Præf.Præt. Aphric. l.3. tit.4 p.3.* ibi: *Eſſin mala cobdicia, & in l.1. tit.4.li.2.nouæ Reg.Coll.* ibi: *Y ſean egenos de toda auaricia, y codicia.* Facilè enim præuertit lucri cupiditate auarus iudiciũ. *Reg.li.1.c.8. Declinauerunt poſt auaritiã, acceperũt munera, & peruerterũt iudicium.*
11 Ita & ob paupertatẽ † propter iam dictã paupertatis, & auaritię cõnexionẽ, ac viciſſitudinem. Quam quidem ſententiam (eodem nempè modo pauperes, & auaros à iudicandi arcendos fore munere) apud *Senatum* quondã *Romanũ* obtinuiſſe; author eſt *Valer.Maxim.lib.6.cap.4.de grauiter dictis, aut factis, de Scipione AEmiliano, cap.2. Nam cum Seruius Sulpitius Galba, & Aurelius Cotta Conſules in Senatu cõtenderent, Vter aduerſus Viriatum in Hiſpaniam mitteretur; ac magna inter P.C. diſſentio eſſet; omnibus quo nam eius ſententia inclinaretur, expectantibus: Neutrum (inquit) mihi mitti placet, quia alter nihil habet; alteri nihil ſatis eſt. AEquè malam licentis Imperij magiſtrã iudicans inopiã, atquè auaritiã. Quo dicto, vt neuter in Prouinciam mitteretur, obtinuit.* Hæc ille.

Huius quoque ſententiæ fuit *Tul.lib.4. Rhetoric. Duæ res ſunt* (ait) *quæ poſſunt ho-*
12 *mines ad turpe cõpendiũ mouere, inopia,* † *atque auaritia.* Sicut enim *qui volunt diuiti-*
13 *tes fieri,* † *incidunt in tentationẽ, & in laqueũ diaboli, & deſideria multa inutilia, & noſciua, quæ mergunt homines in interitũ, & perditionẽ; radix enim omniũ malorũ eſt cupiditas, quã quidam appetentes errauerunt a Fide, & inſeruerũt ſe doloribus multis,* vt inquit *Apoſt.1.ad Timoth.c.6.* & Eccleſ.c.31. *Qui aurum diligit, non iuſtificabitur.* & ibi. *Multi dati ſunt in auri caſus, & facta eſt in ſpecie ipſius perditio illorũ.* Sic *propter inopiã* † *multi deliquerunt.* *Eccleſ.* etiam teſtante, *c.27.* Neceſsitate q; multa facimus mala, ex ſententia *Menãdr.*: & apud *Stobæũ ſer.94.* dicebat *Comicus,* inopiã prõptã eſſe in perpetrandis malis. *Hoc habet* (inquit Eurip. Horeſt. in Hele.)

*vitium paupertas, quòd docet homines ſua indigentia malum.* Alia adducit *Andreas Tiraquel. de nobilitat. cap. 3. nu. 25.* Vndè *Prouerbiorum, cap. 30.* legitur. *Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus eliciar ad negandum, & dicam; Quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei.* Notât ad hæc alia *Palae. Rub. in repet. capit. Per veſtras de donat. inter vir. & vxor. §. 1. verſ. Nota ſecundò, num. 7.* & *Caſtillo Bobadilla in Politica lib. 1. cap. 11. num. 27.* Aſſentiunt *Horati. lib. 3. Carmin. od. 24.*

*Magnum pauperies opprobrium, iubet*
*Quoduis, & facere, & pati.*
*Virtutiſque viam deſerit arduæ.*

Et Virgilius AEneid. lib. 6.

*Et metus, & mala ſuada fames, & turpis egeſtas.*

Valer. Martial. lib. 11. Epigram. 88. ad Charidemum.

*O quantum cogit egeſtas!*

Silus Italus lib. 13.

*Sceleri procliuis egeſtas.*

Et celebratum apud *Spartanos* fuiſſe proberuium, *Neminem pauperem bonum*; teſtatur *Dionyſius Laertius*, relatus per *Petrum Gregorium lib. 47. Syntagmat. num.* 14. Ideoquè & à teſtimonio, † à tutela, & ab accuſando meritò remouetur, iuxta *text. in l. 3. in princip. D. de teſtib. in l. 2. C. de tutore, vel curatore, qui non ſatisdedit, & in l. Nonnulli, 10. D. de accuſatio. cap. Prohibentur, 14. 2. q. 1.* Qua de re alibi latiùs, Deo dante, agemus, & *quæſt. 1. n. 29.* diximus. Auxiliatur ſuperioribus *Ariſtotelis* ſententia *lib. 1. Ethicor. Impoſſibile eſſe indigentem operari bona. Catilinæquè* exemplum quem vt in patriam arma verteret, pauperum adiuuit nequitia: de quo ita *Salluſtius* in Catilinario. *Poſtremò, omnes, quos flagitium, egeſtas, conſcius animus axagitabat, hi Catilinæ proximi, & familiares erant*, prout refert *Camil. Borrel. de Magiſtratib. edict. lib. 1. cap. 15. num. 2.*

Tertiò ſupradicta roboratur aſſertio ex eo, quia ſudex magis publicis vtilitatibus, quàm proprijs ſtudere debet, *l. vnic. C. de officio Comit. ſacrar. largitio. Bart. & DD. in l. 1. D. ſolut. matrim.* latè *Gerard. de Petra ſancta ſingular. 79.* eleganter in hanc ſententiam. *Plinius nepos epiſtol. lib. 7. epiſtol. ad Caninum*: Oportet (ait) *priuatis vtilitatibus, publicas, mortalibus, aeternas anteferre, multoquè diligentius meriſuo cõſulere; quàm facultatibus.* Perbellè conſuluit cecinitquè *Claudian. in Pan. in 4. conſulat. Honorij.*

*Tu ciuem patremque geras, tu conſule cunctis,*
*Nec tibi, nec tua te moueant, ſed publica vota.*

Ita florentis Romæ fœlicitatem circa hoc enarrans *Valerius Maximus lib. 4. de paupertate laudata, capit. 9.* hæc adijcit. *Patriæ enim rem vnuſquiſquè non ſuam augere properabat, pauperquè in diuite, quã dines in paupere imperio verſari malebat.* Facit *text. in auth. Vt iudices ſine quoquo ſuffrag. §. Conſiderauimus enim, collat. 2.* Stiliconiſquè tempora laudans *Claudian. Paneg. 1. addit.*

*Publica priuatæ ceſſerunt commoda cauſæ.*

Qualiter autem id pauper efficiet Magiſtratus, qui in ſui ipſius, familiæquè victus cogitatione, & acquiſitione vitam tranſigit, vt dicitur *Eccleſ. capit. 10. Vita pauperis eſt in cogitatione victus.* † id quod repetijt *Bald. in auth. Defuncto, numer. 12. C. ad Tertul.* eleganterquè *Iuuen. Satyra 7.* in propoſito de paupertate, ſtudioquè loquens.

*Pectora noſtra duas non admittentia curas.*

Tantoquè in hoc maior verſabitur cura; quãto maior accreuerit dignitas, & familia. Senſit bene *Horatius lib. 1. Sermon. Satyra 6.*

*demens*
*Iudicio vulgi ſanus fortaſſe tuo, quod*
*Nollem onus haud vnquam ſolitus portare moleſtum.*
*Nam mihi continuò maior quærenda foret res.*

Ciuilium namquè officiorum ratio, huiuſmodi curam (ne dicam neceſsitatem) impo nit. De quo *Quintilian.* admonet *Plin. lib. 6. epiſtol.* in hæc verba: *Quamuis & ipſe cõtinentiſsimus ſis, & filiam tuam ita inſtitueris, vt decebat filiam tuam; Tulij neptẽ: Cum tamen ſit nuptura honeſtiſsimo viro Nonio Celeri, cui ratio ciuilium officiorũ neceſsitatem quandam nitoris imponit: debet ſecundũ conditionem mariti, veſte, comitatu (quibus non augetur dignitas, ornatur tamen) inſtrui. Dignitas* † enim (ſecundum Tulium lib. 2. de inuentione) *eſt alicuius honeſta, & cultu, & honore, & verecundia, digna authoritas.*

Vn-

Vnde meritò inquit *Philoſophus lib. 2. Politicor. Impoſsibile eſt indigentem benè Principem agere, & ſtudio vacare.* Iudex
19 enim (qui Princeps † dicitur, *l. Sciät Principes, 3. C. de offic. diuerſor. iudic. l. Spadonem, 15. §. Si ciuitatis, D. de excuſat. tuto. l. Scire oportet, 21. §. Si præfectorium, D. de tuto. & curat. datis ab his, not. Annæus Robert. rerum iudicat. lib. 2. cap. 11. pagin. mihi 443.* ex eo, quòd Reipublicæ, vel ciuitati præſit, primumque locum teneat) ſtudio, literiſq; pro dirimendis litibus debet operam nauare, multumq; in his temporis cõſumere. Aliàs enim ſi ex abrupto
20 † iudicet, ob temporis breuitatem redditur ſententia nulla: *text. in l. Prolatam, 4. C. de ſentent. & interlocut. omnium iudic. vbi gloſſ. & Doctores, text. in l. 2. C. de ſentent. ex pericu. recitan. vbi gloſſ. verbo Non ſubitas, & verb. Deliberatione, & ibi not. Scribentes. Felin. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 14. & ſeqq. extra de conſtitut. Calderin. conſil. 10. de re iudic. Petr. de Ancharran. conſil. 36. num. 5. verſ. Et per hoc tollitur, & conſil. 31. & 138. & 184. Gemini. conſil. 76. num. 6. verb. Dicitur inſuper, Oldrad. conſ. 42. propefin. Fulgoſ. conſ. 165. in princip. verb. Tertio quia. Alexand. conſ. 218. numero 9. & 10. lib. 2.* vbi plenè *eius Addition. verb. Momento. & conſ. 123. num. 24. lib. 4. Hercul. Mareſco. variar. reſolut. lib. 2. cap. 115. pleniſsimè Cardinal. Dominicus Tuſch. practic. concluſ. lib. S. concluſ. 147. per tot.* Vt enim inquit *Seneca* (cuius in prouerbijs ipſius refertur ſententia.) *Ad pœnitendum properat, citò qui iudicat.* & de clementia, lib. 1. *Prope eſt enim, vt libenter damnet, qui citò.*

21 Hinc de militibus pauperibus, ſtipendijſque ipſis ſoluendis, hæc *Caſsiodorus lib. 4. cap. 13.* adductus per *Camill. Borrel. de Magiſtrat. edict. lib. 1. cap. 13. num. 24. Diſciplinam ſiquidem non poteſt ſeruare ieiunus exercitus, dum quod deeſt, ſemper præſumit armatus. Habeat, quod emat, nè cogatur cogitare, quod auferat.* Conuenit text. *in cap. Militare, 5. 23. quæſt. 5.* vbi Auguſtin. inquit. *Propterea enim prouidentia quadam militantibus ſunt ſtipendia conſtituta, ne dum ſumptus quæritur, prædo graſſetur.*

Apud pauperem ergo reſidere Magiſtratum, dignitatemvè non poſſe, duplex ex hoc capite, vtilitatis ratio; publica nempè, & ipſiuſmet officium geſturi, vt & publica augeatur, vel ſaltem cõſeruetur dignitas; & ſibi ipſi, ſuiſque aptius conſulat, ſuadet.

His & quarta accedit, Magiſtratus,
22 honoreſque dignioribus † (ſicut in Eccleſiaſticis latè dicemus quæſtione ſequenti) eſſe conferendos. Probatur in *d. l. Ad ſubcunda, 46. C. de decurio. lib. 10.* ibi: *Digniſſimi meritis, & facultatibus, auth. vt Iudices ſine quoq. ſuffragio, §. Eos autem collat. 2.* ibi: *Honeſtiorum quoſq; am ad adminiſtrationes dirigere.* & ibi: *Teſtimonium quidem habens, quia ſit optimus: auth. de defenſor. ciuitat. in princip. verſ. Interim,* ibi: *Sed inuicem vniuerſi nobiliores; vbi gloſſa* notabiliores aduertit eſſe eligendos, & notant *ibidem Scribentes.* Optimus de iure Regio *text. in l. 1 tit. 4. lib. 2. nouæ Regiæ Collection. Thom. Grammat. conſil. 6. num. 11. Ioan. Gutierr. Canonic. quæſt. lib. 2. cap. 11. num. 42.* & alij quæſtione ſequenti referendi. Digniores autem ad Magiſtratus, regimenque Reipublicæ diuites pauperibus eſſe, manifeſtè ex ſuprà dictis colligitur, ſoliſque diuitibus conferendos honores. Quibus etiam adiungitur *Philoſophi* ſententia *Ethicor. 4. cap. 3. Diuites digni cenſentur honore*: & Politic. 3. cap. 8. *Diuites rationabiliter ſibi vendicant honores. & Auli Gelli.*
23 *lib. 10. cap. 10.* diuitias obſidis † loco haberi, quas ne amittant diuites, nil turpe committere audere, firmat.

Vnde Lacedæmoniorum ſcientiſsimus
24 legislator *Solon*, † Magiſtratus omnes ex nobilibus, & locupletibus, ex cenſu quingentorum modiorum, & iugerum, conſtituti decreuit, vt in ipſius vita refert *Plutarchus.* Eandem apud *Indos* † conſuetudinem fuiſſe, optimos ditiſsimoſque Iudices
25 eligendi, teſtatur *Solinus collectaneorum,*
26 *cap. 60. Cartaginenſiumque* legibus † locupletiſsimos ad Magiſtratus aſſumi, ſcribit *Ariſtot. Politic. cap. 9. Ludouic. Celius Rhodig. lectionum antiquar. lib. 20. cap. 24.* traditque *Andreas Tiraquel. de nobilitat. d. cap. 3. numero 20. Ioann. Matienço in Dialogo relator. 4. par. cap. 8. num. 6. Pet. Gregor. dict. lib. 47. Syntagmat. num. 14. Camill. Borrell. de Magiſtrat. edict. d. lib. 1. cap. 13. num. 26. 28. & 29. Gartia Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 2. cap. 12. num.*

Omnia comprehendit, qui omnia bellè, *Seneca declamatio. lib. 2. declamat. 1. Senatorum* (inquit) *gradum cenſus aſcendere facit. Cęſus Romanum quidem à plebe diſcernit.*

*uernit. Cenſus in caſtris ordinem promouet. Cenſu in foro Iudex legitur.*

27 Quarè hanc ſententiam tenuerunt † *Lucas de Penna in d.l. Ad ſubeundã, Ioan. de Platea in l. Nequis, num. 1. C. de dignit. lib 12. Oldrald. in d.l. Reſcripto, §. 1. D. de muner. & honor. Matth. de Afflict. Albert. & Martin. Laudenſ. relati à Tiraquel. d. num. 20. Angel. conſil. 280. Ioann. Faber in proœmio inſtitut. §. Cumquè Deo, Nicola. Boer. deciſ. 153. num. 32. Lancellot. Conrad. de offic. prætoris in princip. numero 10. & in tract. Decurionum, nu. 16. Cornel. Beninc. de Paupert. quæſt. 4. princ. n. 41. 42. & 43. Quintil. Mãdoſ. gl. Facult. Regent. verb. Idonei, Ferdinãd. Vazquius Mencha. controuerſ. illuſtr. lib. 1. cap. 42. ex n. 14. Maſtril. vbi ſupra ex n. 8. Petr. Greg. & Camil. Borrel. locis iam relatis.*

Licèt autem ſuperior ſentẽtia, tot iuribus, totq; authoritatibus ſit munita, vt per medios (vt aiunt) hoſtes, nemẽ, qui contra eam dicere auſus ſit, ſe videatur ingerere, ac mittere: adhuc tamen non minoribus rationib⁹ fulciri aduerſã; imò vt verio

28 rem (ſi modo de honeſta, † licèt paupere, non de penitùs vili, & abiecta perſona intelligamus) tenendam omnino iudico. *Neque facultates enim, neque dignitas ita ſufficiens eſt ad fidem, vt bona electio, vel voluntas, & benigni mores*, ex ſententia *Modeſtini in l. Scire oportet, 21. §. Cum reliquis, D. de tutor. & curat. dat. ab his.* Bo-

29 ni namque viri, non tam patrimonio, † quàm fide idonei æſtimantur, *text. in l. Si quis ſtipulatus, 112. §. fin. in fin. D. de verbo obligat.* vbi id notat *Caſtrenſ. Alexand. in l. 2. num. 5. verſic. Item limita, C. qui ſatisd. cog. & ibidem Iaſo. fallent 3. Bald. in l. Precibus, num. 34. C. de impub. & alijs ſubſti.* vbi quòd *idoneus eſt, quem virtus probat.* Plura in huius rei confirmationem tradunt *Gaſpar Baeça de inope debitore, cap. 16. num. 154. cum ſeqq. & Andr. Tiraquel. in tract. de pœnis temperand. cauſa 51. num. 42.* (omninò videdus ex *num. 38. & ſeqq.*) Et plus boni mores in paupere, quàm diuitiæ multæ in diuite ad fidem præſtandam conferunt, ſecundùm *gloſſ. in l. Nec ei, 17. §. fin. verbo Sobrietas* (& ibi eſt text. optimus) *D. de adoptionib.* cuius ſunt verba. *Interdum & ditiorem permittitur adoptare pauperiori, ſi vitæ eius ſobrietas clara ſit.* Facit etiã *tex. in l. ſuſpectum, 8. D. de ſuſpect. tuto. & in §. fin. inſt. eo.* Alia notat *Paul. Montan. de tutor. & curato. cap. 36. de excuſat. tuto. regul. 2. n. 1. & ſeqq.* vbi multa in paupertatis adducit fauorem, illudque *Terentij.*

*Heu, heu, quamuis mihi mala paupertas eſt;*
*Hoc vnum tamen curaui, vt eſſet fides.*

Benè id demonſtrat, quod de *Ligdo* tradit *Ouidi. Metamorpho. lib. 9.*

*Progenuit tellus ignotũ nomine Ligdũ,*
*Ingenua de plebe virum, nec cenſus in illo*
*Nobilitate ſua maior, ſed vita fideſque*
*Inculpata fuit.*

Nec vilis dicetur pauper, ſi bonis præditus ſit moribus, & ingenuis natus parentibus, *l. Humilem, C. de inceſt. nupt. Farin. praxi. crimi. 4. p. q. 121. n. 67. Mari. Giurb. in conſuet. Senat. Meſan. cap. 3. gloſſ. 4. nu. 10. in fin. part. 1.*

30 Præterea hanc eandem aſſertionem † (pauperem ſcilicèt honeſtæ, probatæque vitæ ab officijs dignitatibuſque non eſſe arcendum, imò eis fore condecorandum) authoritate *Imperatoris Iuſtiniani in fine proœmij inſtitutionũ* probo; vbi ciuilis ſapientiæ profeſſores ad eam amplectendam ita hortatur. *Summa itaque ope, & alacri ſtudio has leges noſtras accipite, & vosmet ipſos ſic eruditos oſtendite: vt ſpes vos pulcherrima foueat, toto legitimo opere perfecto, poſſe etiam noſtram Rempublicam in partibus eius vobis credendis gubernari.* Huiuſmodi autem ſcientiæ ſectatores, de

31 diuitibus pauperes † frequenter fiunt, vt & docet experientia; & teſtatur *Imperator Federicus in auth. Habita. C. ne filius pro patre. Quis enim eorum non miſereatur* (inquit) *qui amore ſcientiæ exules, facti de diuitibus pauperes.* &c. Igitur pauperes ad magiſtratus Reipublicęque regimen eligendi ſunt, diuitibusque etiam præferẽdi. Aliter namque plura (nullo modo admittenda) ſequerentur abſurda. Vana inprimis Imperatorum fore promiſſa. Secũdò, in doctis, illiteratiſq; officia præſtãda, Rei publicæque cõcedẽdũ regimẽ: Tertiò debito præmio, & mercede laborãtẽ fraudari. Quæ nec dictu quidem digna ſunt. De quibus omnibus ſigillatim (vt apertius cõſtet) Nobis erit agendum.

Primum enim abſurdum facilè ex eo deprehenditur, quia cum promiſſa teneatur quilibet † adimplere, *cap. 1. de pactis*;

32 nimiſque graue ſit fidem fallere, vt inquit *Vlpian. in l. 1. D. de conſtit. pecun.* multò magis id Imperialem dedecet Maieſtatem.

33 tem. † Nihil enim ita in Principe refulget, ac micat, vt recta fides; *text. in l. Inter claras, 8. C. de ſumma Trinitat. & Fide Cath.* Nemoquè Regis verbo decipi debet; *text. in l. 1. C. de his, qui veniam ætat. impetrauer.* Conuenit notabile dictum *Bald. conſilio 279 lib. 3.* quòd Principi tanquam fonti iuſtitiæ debet eſſe conſtans, & perpetua voluntas, debetque habere vnum calamum, & vnam linguam, iuxta illud, *Quæ proceſſerunt de labijs meis non faciam irrita.* & illud, *Semel locutus eſt Deus, &c.* & Pſalm. 144. *Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis.* Debetque eſſe immobilis ſicut lapis angularis, & ſicut polus in cœlo, vt inquit *Curti. Iunior conſil. 170. in fin.* quem refert, & ſequitur *Roland. à Valle conſil. 13. num. 53. & ſequentib. vſque ad 58. incluſiuè, lib. 3. Petr. Surd. conſilio 419 num. 46. & ſeq.* multa alia ad propoſitum adducens *Philipp. Paſchal. de virib. patriæ poteſtat. part. 1. cap. 1. ex numero 43. cum ſequentib.* pleniſsimè *Andre. ab Exea in tract. de pactis, num. 452. verſiculo Quadrageſimo ſecundo, & num. ſeq.*

34 Grauiùſquè peccat † frangendo fidem, quàm inferior Princeps; *Bald. conſil. 324. lib. 1. & conſil. 24. lib. 2. & conſil. 343. libro 1. colum. 2. verſic. Ex iſta,* vbi quòd fidem fallere grauibus, graue eſt; grauioribus, grauius; grauiſsimis, & exemplaribus viris, grauiſsimum. Sequitur *Caccialup. in l. Omnes populi, num. 107. D. de iuſtit. & iure.*

Et mendacium in Principe abomina-

35 bile eſſe, † & ſtellionatus horribile, dicit *Roland. à Valle conſ. 1. num. 32. cum quatuor ſeqq. lib 2.* Vtque *Prouerbior. cap. 17.* dicitur: *Non decent ſtultum verba compoſita; nec Principem labium mentiens.*

Vnde communis eſt Doctorum ſententia, ad obſeruantiam contractuum, vel

36 pactorum omnino Principem † teneri. Pro qua eſt *text. in l. Donationes, quas Diuus, 26. C. de donatio. inter vir. & vxor. in l. Cum hæredes, 7. C. qui teſtam. facere poſſ. & in l. 1. §. fin. D. de offic. procurat. Cæſar. in l. Quod ſemel, . D. de decret. ab ordin. faciend. in cap. 1. de natur. feud. in vſib. feudor. & in cap. 1. de probatio.* quem ad hoc commendat *ibi Abb.* tradunt communiter *Doctores in l. 1. D. de pact. & in l. Digna vox. C. de legib. & in l. Princeps legibus, D eod. Hieronym. Cagno. in proœmio Digeſti veteris, num. 44. & in l. Imperium, num. 133. D. de iuriſd. omnium iudic.* plures referens *Franciſc. Viuius commun. opinion. 235. Roderic. Xuar. allegatione 10. num. 3. Iacob. Menoch. conſil. 27. num. 26. Ioann. Cephal. conſ. 58. num. 78. lib. 1. Arias Pinel. Anton. Auguſti. & alij,* quos refert, & ſequitur *Petr. Auguſt. Morla in emporio iuris, 1. part. tit. 3. D. de pactis in præmiſſis, num. 67 & ſeqq. Andre. ab Exea vbi ſuprà. Aymon Crauet. conſilio 241. num. 12. Roland. à Valle conſ 13. num. 45. lib. 3. Anton. Gabriel. commun. opini. lib. 3. tit. de iure quæſito nõ tollendo, concluſ. 5. num. 1. Philipp. Paſchal. dict. cap. 1. num. 49.* plenè *Cardinal. Tuſchus practic concluſ. lit. P. concl. 690.*

Nec de plenitudine poteſtatis pacto

37 valet Princeps † contrauenire, *Paul. Caſtrenſ. in d. l. Digna vox,* & alij adducti *per Roland. à Valle conſil. 1. num. 28. & ſeqq. lib. 2.*

Non ſolùmquè Principem ipſum, ſed etiam omnes eius in dignitate ſucceſſores

38 † ad pactorum, conuentionum, & contractuum obſeruationem quos ipſe fecit, tenere, eſt communis Doctorum traditio, vt obſeruat (ex plurimis ab eo relatis) *Philip. Paſchal. d. cap. 1 num. 50.* vbi pariter adducit *Ioann. And. de Georg. allegat. 25. num. 13. & ſeq.* notabiliter affirmantem, etiam conceſsiones factas per inuaſorem, & tyrannum ſub nomine dignitatis, legitimum ſucceſſorem eiuſdem dignitatis iure proprio, ad earum obſeruationem obligare. Eandem ſententiam (ſucceſſorẽ contra geſta præceſſoris, etiam cui iure hæreditario non ſuccedit, ſed per electionem, vt in Imperatore, vel Pontifice, venire nõ poſſe) latè comprobat *Roland. à Valle d. conſil. 1. num. 40. cum tribus ſequentibus, libro 2.*

Hinc (vt ex Bald. ibi adducto tradit idem ipſe *Roland ſup. num. 28*) ſolitus erat *Ariſtoteles Alexandro* Macedonum Regi maximo dicere: *O Alexander, obſerua fidem datam, & fœdera confirmata,* infœlicem aliter finem, vel euentum illi minans.

Fideique, ac pactorum obſeruantia nõ tantùm amicos, ſed ipſos adſtringit hoſtes.

39 † Quibus fidem ſeruandam, probat *text. in l. Non dubito, 7. D. de captiuis, & poſtliminio reuerſ. & in l. Poſtliminij ius, 5. D. eod. text. eſt in cap. Noli exiſtimare, §. Fides enim* (ibi: *Fides enim quando promittitur, etiam hoſti ſeruanda eſt.* & ibi notat *gl.*) *23. quæſt. 1. Petr. Sur. conſ. 392. n. 18.*

Plura

Plura adducit in confirmationem *Barthol. Cœpol. in tractat. de Imperatore militum deligendo. verſic. Pro Imperatore verò, num.* 22. & 23. Viderique poterit *Valer. Maxim.* (multa referens in hanc rem exempla) *libro 6. capit. 6. de fide publica*.

Quid igitur magis abſurdum, aut intolerabilius foret, quàm quod legalis ſciẽtiæ Profeſſores Imperiali deciperentur verbo? Dumque ſibi promiſſas dignitates, & honores expectãt; opeſcue à Iure oblatas † (vt eas in *proœmio Digeſtorum*, §. *Nos verò*, offert idem *Iuſtinianus* Imperator, ibi: *Ditiſſimi legum oratores efficiãtur*) inſectantur: in miſerrima egeſtate (in qua leges viuere non permittunt, *authen. de hæredib. & Falcid. §. fin. collat.* 1.) degant, ac permaneant. 40

Non minus patens ſecundum eſt abſurdum, & inconueniens. Cum enim (vt iam diximus) ciuilis ſapientiæ ſectatores fiant de diuitibus pauperes; niſi eis Magiſtratus, Reipublicæque concedatur regimen; indoctis, illiteratiſque præſtandum, conſequens eſt, contra Diuinarum, atque humanarum literarum conſtitutionem; † iuxta illud *Dauidis Pſal. 2. Et nũc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram.* & Sapient. cap. 6. *Audite ergo Reges terræ, & intelligite, diſcite Iudices finium terræ.* & Leuitic. cap. 16. *Iudices, & Magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per ſingulas tribus tuas, vt iudicent populum iuſto iudicio.* & Eccleſiaſt. cap. 10. *Diligite lumen ſapientiæ omnes, qui præeſtis populis.* & ibidem, *Iudex ſapiens iudicauit populum ſuum, & Principatus ſenſati ſtabilis erit.* Ciuili etiam iure, literatos, doctos, illiuſque Profeſſores, honoribus, Magiſtratibuſque decorandos; diſpoſitum iam vidimus. text. etiam de iure Regio *in l. 3. tit. 4. part. 3.* ibi: *E que ayan ſabiduria para judgar los pleytos derechamente.* & de nouiori Collectionis iure *in l. 1. tit. 4. libro 2.* ibi: *Y aſsi miſmo, que ſean perſonas ſabias:* & ibi: *Y doctos en las leyes, y derechos.* Multa ad huius ſententiæ confirmationem adducit (videndus omninò) *Hieronym. Gonçalez in regula 8. Cancellar. gloſſ. 4. ex num. 1. cum ſeqq.* præcipuè *ex num. 8.* 41

Vnde tam Domini temporales, quàm Eccleſiaſtici Prælati, doctos, peritoſque Iudices creare debent, † aliàs & mortaliter peccant; & ad damnorum per Iudices datorum reſtitutionem tenentur, vt (*ex D. Thoma in opuſculo ad Ducissam Brabantiæ, Sylueſtro in ſumma verbo Dominium, & verb. Dominus, quæſt. 4.* & alijs) tenet *Flores Diaz de Mena, variar. quæſt. lib. 1. quæſt. 8. §. 1 num. 1. & ſeqq.* Promouendoſque ad Rempublicam eſſe, qui per ſe † Rempublicam regere poſsint; nõ per Adſeſſores; dicere ſolebat *Alex. Seuer.* vt refert *Sipontanus in eiuſdem Alexandri vita*, adductus per *Dionyſ. Gothofred. in l. 1. C. de aſſeſſor. & domeſtic. lit. O. verbo Spe præmiorum.* 42 43

Et dum Romanæ Reipublicæ regimen apud literatos, doctoſque ſtetit, † & ipſa quoque perſtitit, floruit, mundique domina effecta eſt: Corruit cum hic peruerſus eſt ordo, illiteratique fuerunt electi: teſtante *Policrato lib. 4.* in hæc verba, *Romanos Imperatores, & Duces dum eorum Reſpublica viguit, non memini fuiſſe illiteratos: & neſcio quomodò contigit, ex quo in Principibus virtus literarum defecit; armatæ militiæ infirmata eſt manus, & ipſius Principatus eſt quaſi præciſa radix.* Tradit (eum referẽdo) *Barthol. Cœpol. dict. tract. de Imperatore militum deligendo, verſ. Scientia quoque.* 44

Accedit tertium, & finale abſurdum, vel inconueniens: Laborantes nempè debito fraudari præmio, † legumque decipi Profeſſores. Quod (præter nequitiã, & iniuſtitiam, quam in ſe continet) vniuerſi quoque contineret ruinam, & perditionem, ad primumque quaſi caos rediret ſine lege, normaque viuendi. Licèt enim ſcriptæ extarent leges; deficerent tamen earum Profeſſores; quibus deficientibus; de nihilo leges ipſæ ſeruirent. † *Quæ enim legum erit vtilitas, ſi in literis dumtaxat conſiſtant?* vt inquit *Iuſtinian. in conſtit.* 161. & *Pomponius lib. 1. Enchiridion. in l. 2. §. Poſt originem, D. de origine iuris. Parum eſt* (ait) *ius in ciuitate eſſe, niſi ſint, qui iura reddere poſsint.* Beccius lib. 1. de Republica. *Quamuis lex anima dicatur, & domina ciuitatis; proprium tamen efficiendi motum ipſa nullum habet, ſed potiùs inſtrumentum quoddam rerum communium benè gerendarum eſt, quo egregius aliquis artifex vtatur.* Vnde Menander, *Validum quid Lex eſt, ſi regentem habeat.* & Cicero lib. 3. de legibus. *Vt enim Magiſtratibus leges: ita populo præſunt Magiſtratus. Verèque dici poteſt, Magiſtra-* 45 46

*ſtratum legem eſſe loquentem, legem autem eſſe mutum Magiſtratum.* Conducit, quod cecinit Horatius *lib. 3. ode 24.*

*Quid triſtes querimoniæ,*
*Si non ſuppliciis culpa recidit?*
*Quid leges ſine moribus*
*Vanæ proficiunt?*

Quintilianique aſſertio *Oratoriar. inſtit. lib. 12. cap. 7. Nam & leges ipſæ nihil valent* (inquit) *niſi Actoris idonea voce munitæ.*

47 Quis autem præmij (quod ius eius Profeſſoribus policetur) dempta, † ſpe, illi incumberet, operamve naualem totque ſe libens exponeret laboribus, periculis, & incommodis, enumeratis ab *Imperatore Federico in d. auth. Habita. Quis noſtrum exercitationem ſuſcipit laborioſam, niſi vt aliquid ex ea commodi conſequatur?* (ait Cicero *de bono & mal. fine.*) Conueniunt latè deducta per *Iacob. Menoch. de præſump. lib. 6 præſumpt. fin. per tot.* quodque protulit *Ouidi. Faſt. lib. 6.*

*Dulcis erat merces de labor; tempusque ſecutum eſt,*
*Quod ſubitò gratæ frãgeret artis opes.*

Perbellè Claudian. panegyr. 2. in laudes Stiliconis.

*Non obruta virtus*
*Paupertate latet.*

Et ibi poſt pauca.

*Hinc priſcæ redeunt artes, fœlicibus inde*
*Ingenijs aperitur iter, deſpectaque Muſæ*
*Colla leuant, opibusque fluens, & pauper eodem*
*Nititur ad fructum ſtudio, cum cernat vterque,*
*Quod nec inops iaceat probitas, nec inertia ſurgat*
*Diuitijs.*

Quamuis enim ciuilis Sapientia ſanctiſsima
48 res ſit, † quam pretio numerario æſtimare non decet, ex *Vlpiani* ſententia *in l. 1. §. Proinde, D. de varijs, & extraordin. cognit.* veraque non ſimulata Philoſophia, eodem *Vlpiano* teſtante *in l. 1. §. 1. in fine, D. de iuſtit. & iure*: quæque ad ſui amorem homines ſua vi allicit, vt pulchrè *Cicero de inuentio. lib. 2. Nam eſt quiddam, quod ſua vi nos alliciat ad ſeſe, non emolumento captans aliquo, ſed trahens ſua dignitate; quod genus virtus, ſcientia, veritas eſt.* Seneca de beneficijs, lib. 4. *Eſt aliquid per ſe expetendum, cuius te ipſa dignitas ducit; id eſt, bonum honeſtum.* Et Ouidius de Ponto lib. 2. eleg. 3.

*Per ſeque petenda eſt*
*Externis virtus incomitata bonis.*

Claudian. quoque in panegyr. Manlij Theodoſi Conſ.

*Ipſa quidem virtus pretium ſibi, ſola què latè*
*Fortuna ſecura nitet, nec ſe ſcibus vllis*
*Erigitur, plauſuve petit clareſcere vulgi:*
*Diuitijs animoſa ſuis, immotaque cunctis*
*Caſibus, ex altâ mortalia deſpicit arce.*

Suique ipſius Virtus, Scientiaque ſit vberrima
49 merces, † vt ait *Silius Italus.*

*Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces.*

Quamuſque (vt de clement. lib. 1. inquit Seneca) *Rectè factorum verus fructus ſit feciſſe; nec vllum virtutum pretium dignum illis extra ipſas ſit.* & de vita beata. *Interrogas quid petam extra virtutem ipſam? Nil enim habet melius, ipſa pretium ſui eſt.*

50 Si tamen præmium deſit, † nec ipſa quidem amplectitur Virtus, vt cecinit eleganter Ouidius *proximè relato loco.*

*Non tamen immenſis multis de millibus vnum,*
*Virtutem præmium, qui putet eſſe ſui.*
*Ipſe decor recti, facti ſi præmia deſunt*
*Non mouet, & gratis pœnitet eſſe probum.*

Eandem firmans ſententiam *Iunius Iuuenal. ſatyra 10.*

*Quis enim virtutem amplectitur ipſam*
*Præmia ſi tollas?*

Vnde Senec. de benefic. lib. 4. cap. 1. ait *Inueniuntur, qui honeſta in mercedem colant, quibusque non placet virtus gratuita. Inclinaui cor meum* (inquit Palmiſta Pſalm. 118.) *ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionem.* & *Pſalm. 18.* (poſtquam multa in Domini legis laudem cecinit) addit. *Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendis illis retributio multa.* Quòd ſi *Moyſes* magnitudinem domus *Pharaonis*, proque eius nepote haberi contemſit; id, quã expectabat remuneratio effecit. *Fide Moyſes grandis factus, negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis*

*magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum, improperium Chriſti; aſpiciebat enim in remunerationem. Paul. Apoſtol. ad Hebræos* 11. *Concil.* quoque *Tridentin. ſeſſione 6. cap.* 11. *in fin. & canone* 31. Conuenit & huic loco, quod de *Iacob* legitur Geneſis cap. 28. *Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum; reuerſusque fuero proſperè ad domum patris mei; erit mihi Dominus in Deum.* Optimè hanc etiam ſententiam confirmant *Caſſiodori* verba libro 2. epiſtol. 16. *Nutriunt* (inquit) *præmiorum exempla virtutes. Non eſt quisquam, qui ad morum ſummam nitatur aſcendere, quando irremuneratum relinquitur, quod conſcientia teſte laudatur.* Virtutiſque vberrimum alimentum honorem eſſe, affirmauit *Valer. Maxim. lib. 2 de externis inſtitutis, cap. 4. Et vbi ſine præmio labor eſt* (inquit Seneca libro primo de tranquillit. titulo de ſtabilitate mundi) *torquet illos irritum deus.*

Quo factum eſt, vt ad ipſam virtutem amplectendam, legibus virtuti met-
51 ipſi præmia conſtituta, † & aſſignata ſint. *Cicero libro 3. de natura Deorum. Legè præmia poſita ſunt virtutibus.* Conſtatq; ex *l. Vt virtutum præmia, 4. C. de ſtatuis, & imaginib. l. 1. D. de iuſtit. & iure, & vtrobique gloſſa, Clementina cupientes in principio extra de pœniten. & remiſſionib.* Cecinitque *Claudian. d. panegyr. 2. in laudes Stiliconis.*

*Egregios inuitant præmia mores.*

Vt igitur ſuprà dictum ceſſaret inconueniens, remouerentur abſurda, nèvè ciuilis ſapientiæ deficerent Profeſſores, ſuumque robur leges haberent; meritò *Diui* conſtituerunt *Imperatores* huius ſcientiæ, ſtudijque ſectatores præmijs, honoribus, Ma-
52 giſtratibuſque decorandos † *Diocletianus, & Maximianus in l. 1. C. de Aſſeſſo. & domeſtic. Anaſtaſius in l. 4. C. de aduoc. diuerſor. iudicum, Federicus in d. authent. Habita, C. nè filius pro patre. Iuſtinian. in fin. d. proœmij inſtitutionum, & in d. proœmio Digeſtorum, §. Nos verò. & §. Et quod*
53 *iam, & §. Incipite. Quoniam debet in ſpe,† qui arat, arare, & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi*, vt ait *Apoſtolus* 1. *ad Corin. cap. 9. Tibulus lib. 2. eleg. 7.*

*Spes alit agricolas, ſpes ſulcis credit aratris*
*Semina, quæ magno fœnore reddat ager.*

Valer. Martial. lib. 1. Epigr. ad Lucillum.

*In ſteriles campos nolunt iuga ferre iuuenci,*
*Pingue ſolum laſſat, ſed iuuat ipſe labor.*

Ouid. de Ponto. lib. 1. elegia 6. ad Maximum.

*At puto fructus adeſt, iuſtiſſima cauſa laborum,*
*Et ſata cũ multo fœnore reddit ager.*

Horatius lib. 1. ſermonum ſatyra 1.

*Ille grauem duro terram, qui findit aratro,*
*Perfidus hic caupo; miles, nautæque per omne*
*Audaces mare, qui currunt, hac mente laborem*
*Seſe ferre, ſenes vt in otia tuta recedãt,*
*Aiunt.*

Et ſecundùm Ambroſium ſuper Pſal. 12. *Spes commodi furatur labores, & metum abſcondit periculi.* & Senecam de moribus, *Spes præmij ſolatium fit laboris.* & vt inquit Caſſiodor. lib. 4. epiſt. 12. *Graue nimis, vt fructu laboris ſui fraudetur induſtrius.* Fraudarentur autem pauperes, ſi ob paupertatem à muneribus, Reipublicæque honoribus arcerentur. Quod nullo modo dicendum, aut ferendum eſt.

Quinimò, ſi probatæ vitæ, morumque
54 pauperes ſint, diuitibus præferendos, † ex eo etiam probatur, quia ſecundùm *Apoſtolum ad Cor. 1. c. 3. Vnusquisq; propriã mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem.* Optimus ad propoſitum *text. in l. 2. C. de officio præfecti prætorio Aphricæ*, ib. *Et ſemper prouidemus vnũquẽq; ſecundũ labores ſuos ad meliores gradus, & ad maiores dignitates perducere. l. 2. C. de officio Magiſtr. offic. l. Contra publicã, 14. in fin. C. de re milit. li. 12. cap. De multa, 28. extra de præb. & dignit. vbi gl. verb. Literas, c. Vulteranæ, 25. & ibi glo. verb. Locum, cap. De redditibus, 28. 12. q. 2. cap. Ius militare, 10. diſt. 1. cap. Officia. 2. & ibi glo. pen. 59. diſtin. cap. Statuimus, 15. & ibi glo. verb. Voluimus eſſe potiores, de maiorit. & obedi.* elegans text. *in cap. vnico in princip. de reliq. & venerat. Sanct. liq. 6. Bald. in proœm. Digeſt. nu. 62. & in l. Certum, num. 11. C. famil. erciſc. Ioan. de Platea in l. Vnicuique. nu. 3. verſ. Item nota, C. de proxim. ſac. ſcrin. lib. 12.*

vbi

vbi etiam eſt text. latè *Barth. Cœpol. in tract.de Imperat. militum deligendo, numero* 1. *& ſeqq. Nicol. Boer.in tract.de officio Magiſtri Concilij.num.*145. *Petrus de Vbald.de Canon.Epiſcop.verſic. Quoad ſecundam quæſtionem,num.*27. *Guil. Rodoan. de ſpolio Eccleſ. quæſt.* 7. §. *Occurrit, num.* 4. *Horatius Lutius de priuileg. Scholaſtic.in præfation.num.*11. *Hieroym. Gonçalez*(plura in hanc ſententiam ex *numero* 8. cumulans) *in regula* 8. *Cancellar. gloſſ.*4.*num.*17.

Quæ autem in legalis ſcientiæ ſtudio, eiuſque adquiſitione, laborum pauperum cum diuitum laboribus comparatio?

Ex quibus omnibus non ſolùm ad honores admittendos pauperes, dignitatibuſque(ſi aliàs honeſti, ac probi ſint) condecorandos:ſed etiam diuitibus præferendos, conſtat.

Et ſi rem ab origine repetamus, & ante, & poſt vrbem Romanam conditam Legislatores, Magiſtratus, quique Reipu-
55 blicæ regimen tenebant, † pauperes, & egenos fuiſſe, inueniemus.

Ante vrbem conditam *Romulus, Remusque* exiguo dabant iura populo. *Ouidius lib.*3.*Faſtorum.*

*Omnibus agricolis, armentorumque miniſtris*
*Iliadæ fratres iura petita dabant.*

Pauperes tamen & ipſi erant, vt ex eodem *Ouidio* ſtatim adducendo apparet.

Poſt Roman verò conditam, ſic idem ipſe *Ouidius d.lib.*3.*Faſtorum.*

*Mœnia iamſtabant populis angusta futuris*
*Creditur, ſed turbæ tunc nimis ampla ſuæ:*
*Quæ fuerint noſtri ſi quæris Regia nati:*
*Aſpice de canna, ſtraminibusque domum.*
*In ſtipula placidi capiebat munera ſomni:*
*Et tamen ex illo venit in aſtra thoro,*
*Iamque loco maius nomen Romanus habebat,*
*Nec coniux illi, nec ſocer vllus erat.*
*Spernebat generos inopes vicinia diues.*

Idemque lib. 3. de arte amandi.

*Curia Conſilio, quæ nunc digniſſima tanto eſt,*
*De ſtipula, Tatio Regna tenente fuit.*
*Quæ nunc ſub Phœbo, Ducibusque palatia fulgent,*
*Quid niſi araturis paſcua bobus erant?*

Auctaque aliquantulum ciuitate, cum vſque tunc populus ſine certa lege, certòq; iure viueret: traditur ipſum *Romulum* populum in triginta partes diuiſiſſe, quas partes *Curias* appellauit, eo quòd tunc Reipublicæ curam per Conſilium earum partium expediebat. Et ita leges quaſdam, & ipſe Curiatas ad populum tulit, Regeſque ſequentes, leges tulerunt. Vt refert *Pomponius in l.*2. *in principio, D. de origine iur.* Eoque tempore illos oportet exſtitiſſe Senatores, & Magiſtratus, de quibus idem ipſe *Ouidius Faſtor.lib.*1.

*Paſcebatque ſuas ipſe Senator oues.*
Et ibi.
*Iura dabat populis poſito modo Prætor aratro.*

Claudianus quoque in panegyr.in 4. Conſulat.Honorij.

*Sordida Serranus flexit Dictator aratra;*
*Luſtratæ littore caſæ, faceſque ſaligni*
*Poſtibus affixi, collectæ Conſule meſſes,*
*Et ſulcata diu trabeato rura colono.*

Et in panegyrico in Conſulatu Manlij Theodori.

*Docuit toties à rupe profectus*
*Lictor, & in medijs Conſul quæſitus aratris.*

Et Iuuenal. ſatyra.11.

*Moris erat quondam feſtis ſeruare diebus,*
*Et natalitium cognatis ponere larem,*
*Accedente noua(ſi qua dabat hoſtia) carne*
*Cognatorum aliquis, ter Conſulis, atque*
*Caſtrorum imperijs, & Dictatoris honore*
*Functus, ad has epulas ſolito maturius ibat,*
*Erectum domito ferens de monte ligonem.*

Procedente deinde populo Romano, cum propter nimiam *Demarati Corinthi* filij (*Tarquini* ſcilicet ſuperuiam) Reges ab eo electi eſſent, Conſules duo in eorum locũ creati ſunt, teſtatur *Ouid.Faſtor.lib.*2.

*Tar-*

*Tarquinus cum prole fugit, capit annua Conſul*

*Iura, dies Regnis illa ſuprema fuit.*

Penes quos ſummum ius vti eſſet, lege rogatum eſt. Dicti ab eo, quod nimium Reipublicæ conſulerent. *Qui tamen nè per omnia Regiam poteſtatem ſibi vendicarent: Lege lata factum eſt, vt ab eis prouocatio eſſet, nè vè poſſent in caput ciuis Romani animaduertere iniuſſu populi. Solùm relictum eſt eis, vt coercere poſſent, & in vincula publica duci iuberent.* Verba ſunt *Pomponij in d.l.2.§. Exactis deinde Regibus, el 2.*

Conſulatus autem initium. *Publius Valerius Publicola,* cum *Iunio Bruto* auſpicatus eſt. Idemque poſtea tres Conſulatus acceptiſsimos populo Romano geſsit, & plurimorum, ac maximorum operum prætextu, titulum imaginum ſuarum amplificauit. Cum interim factorum illud culmen, patrimonio ne ad exequiarum quidem impenſam ſufficiente, deceſsit. Ideòque publica pecunia ductæ ſunt, vt memoriæ prodidit *Valer. Maxim. lib.4. de paupertate laudata, cap.1. Quid attinet* (addit ipſe Valerius) *vlteriori diſputatione tanti viri paupertatem ſcrutari? abunde enim patet, quid viuus poſſederit, cui mortuo lectus funebris, & rogus defuit.*

Populo deinde Romano aucto (re exigente) placuit maioris poteſtatis Magiſtratus conſtitui. Dictatores itaque conſtituti ſunt, á quibus nec prouocandi ius fuit, quibuſque etiam capitis animaduerſio data eſt; vt tradit ipſe idem *Pomponius in d.l.2.§. Populo deinde aucto.*

Huiuſmodi autem ſumma poteſtas *Lucio Quinctio Cincinato* (quatuor tantùm agri iugera poſsidenti) delata eſt, vt ex *Valerio Maximo d. lib. 4. cap.7.* conſtat. Conducit in hanc rem, quod cecinit *Horat. lib.2. carminum oda 15.*

*Non ita Romuli*
*Præſcriptum, & intonſi Catonis*
*Auſpicijs, veterumque norma,*
*Priuatus illis cenſus erat breuis,*
*Commune magnũ. Nulla decem pedis*
*Metata priuatis: opacam*
*Porticus excipiebat Arcton.*

Ecce qualiter ſummum Reipublicæ Romanæ Imperium apud pauperrimos, & inopes exſtiterit, ab eiſque decorem, & incrementum accepetit. Quos nunc referre ſatis ſit (vt alios quam plures, qui adduci poſſent omittamus, quique apud *Senecam* etiam videri poſſunt *de conſolatione ad Albinam Agrippam, Attilium Regulum* multos alios ad propoſitum pauperrimos Magiſtratus, inſigneſque Duces adducentem.)

Adeòque benè cum populo Romano ex pauperum Conſulum, Dictatorum, ac Magiſtratuum electione actum eſt; vt non ſolùm diuites á Reipublicæ dignitatibus, 56 &officijs repelleret,† ſed & mediocris rei familiaris fortuna crimen foret, vt de illis loquens *Ouid. lib.1. Faſtor.* ait.

*Et leuis argenti lamina crimen erat.*

Vnde quia *Cornelius Rufinus* (qui duobus Conſulatibus, & Dictatura ſpecioſiſsimè functus erat) decem pondo vaſa argentea comparaſſet; ab ordine Senatorio per *C. Fabricium* remotus eſt. vt ſcriptum reliquit *Valer. Maxim. lib.2. de cenſoria ſeueritate, cap.4.* Quo factum eſt, vt quandoque honorum adipiſcendorum cupidi, ad faciliorem illorum obtentionem, egentes, 57 ac pauperes ſe ſimularent, † iuxta illud. *Martial. lib. 11. Epigram. 17. in Neſtorem.*

*Tu tamen affectas Neſtor, dici, atque videri*
*Pauper, & in populo quæris habere locum, &c.*

Idem quod & ad beneficia Eccleſiaſtica obtinenda fieri aſſolet. De quibus tamen inquit *Bald. in cap. Cum adeò, num.1. de reſcript.* eos qui in impetrando beneficio fingunt ſe pauperes, cum non ſint: non niſi ventum reportare.

Et cum *Plinius* nepos ab *Imperatore Traiano* amico pauperi præturã expoſtularet; ad faciliorem impetrationem, illius paupertatem cum integritate commẽdat. Eius ſunt verba. *Admoneo ſimul, & impensè rogo, vt Accium Suram Prætura exornare digneris, cũ locus vacet, ad quam ſpem alioqui quietiſsimum hortatur & natalium ſplendor, & ſumma integritas in paupertate.*

Traditque *Iulius Capitolinus, Antonium Philoſophum* multis pauperibus, † 58 ſine crimine dignitates tribunitias, ædilitiaſque conceſsiſſe.

Idemq; de *Alexandro* † *Seuero, Ælius* 59 *Lampridius,* vt refert *Andreas Tiraquell. in l. Si vnquam, verbo Bona, num.6. col.2. prope med. verſic. AElius quoque Lampridius, C. de reuoc. donation.* & eo non citato *Paulus Montanus in tractatu de tutore, & curatore, cap.36. de excuſationibus tuto-*

*tutorum, reg. 2. n. 11.* vbi plura *numeris ſeqq.* in pauperum fauorem adducit.

60 Quod & apud *Athenienſes* † (è quorum viuendi norma, legibuſq; Romanũ Imperiũ ſumpſiſſe iura; teſtatur *Imperator Iuſtinianus in §. Conſtat autem, inſtit. de iure natur. gent. & ciuil.*) obtinuit. Licèt enim eorum Legiſlator *Solon*, Magiſtratus omnes ex nobilibus, & locupletibus conſtitui (vt iam diximus) decreuiſſet; ſæpè tamen *Limachum* in eorum Imperatorẽ crearũt. Qui adeò inſigni fuit paupertate; vt quoties Athenienſis populus eum in Imperatorẽ elegerit; aliquantulũ pecuniæ ad pallium, & crepidas comparandas ei erogare neceſſe haberet. Refert (ex *Ariſtot.*) *Andr. Tiraq. de nobilit. cap. 3. num. 20.* Et apud *Argados*, de quibus, eorumq; Rege *Euandro*, ita *Virgilius lib. 8. AEneidon.*

*Tùm res inopes Euandrus habebat.*

Et ibi.

*Vna omnes iuuenum primi, pauperquè Senatus*

*Euandrum ex humili tecto, &c.*

Si tamen adhuc dubitabilem tibi hanc ſententiam eſſe contingat, nec in eam prodita inclinare te exempla valeant, quia humana: non poterunt non id efficere diuina. Si enim ad exemplum electionum Dei

61 (cuius nos imitatores † eſſe admonet *Apoſtolus ad Epheſeos 5.*) aliæ fiant; rectæ quidem, & laudabiles erunt. Ipſe autem Deus Optimus Maximus Ioſeph ex

62 fœtido, † ſtrictiſsimoq; carcere pauperẽ, & egenum ad vniuerſi AEgypti regimen deduxit, *Geneſis cap. 40. & 41.* Dauid è gregis puluere in Regem Iſrael vnxit, *Pſal. 77 Et elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſubſtulit eum de gregibus ouium: de poſtfœtantes accepit eum.* Moyſen ex paupere, miſeroque ortu, & natiuitate in Principem, Rectoremque populi ſui, *Exodi cap. 2.* Chri-

63 ſtuſque Dominus (cuius omnis actio † noſtra debet eſſe inſtructio, *cap. Exemplum, 12. in ordine, 12. quæſt. 1.*) inter nos

64 degens, ad Apoſtolatum pauperes † aſſumpſit, Petrumque piſcatorem inopem, Caput Eccleſiæ conſtituit. Magiſtri deinde Petrum veſtigia ſequutum, legimus ſingu-

65 lis ciũitatibus, ſingulos Epiſcopos † deſtinaſſe. *cap. Porrò, 2. 66. diſt. cap. Vrbes, 1. cap. In illis, 2. 80. diſtinct.* Eoſque pauperes fuiſſe, *cap. De his, 7. 10. quæſt. 1. Alphonſus Aluarez in ſpeculo Romani Pontificat. cap. 30. in fin. Camill. Borrell. conſil. ſiue controu. 2. nu. 5. & 6.* Beatumq; Seuerum

66 † ex lanificio in Archiepiſcopum fuiſſe aſſumptũ; tradit *Bart. Cœpol. in d. tract. de Imperat. milit. dilig. verſ. Pro Imperatore, num. 45.* allegat *§. His omnibus, 71. diſtinct.* quem non inueni: debuitq; allegare *tex. in cap. Statuimus, 8. §. fin. 61. diſtin.*

Ex quibus omnibus vera redditur hęc ſententia, ex contrariorumque ſolutione clarior apparebit. Contra quam non ob-

67 ſtant *d. leges* † *Reſcripto, 6. l. Honor, 14. §. De honoribus*, & aliæ in principio adductæ. Quibus reſpondet *Ioann. Matienço in dialogo Relatorum* (hanc defendendo ſententiam) *4. par. cap. 8. num. 13.* de pauperibus, qui fide, boniſque moribus carent, quibuſque nihil ſatis eſt, intelligendas.

Aliam tamen (ni fallor) congruentiorem, veram, & à nemine in ſpecie vſque adhuc tactam, cum proxima iunctam,

68 aſſignari ſolutionem † poſſe exiſtimo. Dictarum nempè legum prohibitionem (nè pauperes ad honores prouehantur) intelligendam, quando pro tali honore, munereve gerendo, de proprio patrimonio neceſſariò expendendum ſit: ſecùs vbi patrimoniales non requiruntur ſumptus. Quandoque enim in officij expeditione expenſæ, vel ſumptus fiant, neceſſe eſt: quandoque non. vt in *d. l. Honor, 14. D. de muneribus & honoribus* oſtendit Conſultus. Cuius verba ſunt. *Honor municipalis eſt adminiſtratio Reipublicæ cum dignitatis gradu, ſiuè cum ſumptu, ſiuè ſine erogatione contingens.* & ibi not. *gloſſ. verbo Sumptu.* Eſt etiam *text. in leg. 1. §. 1. D. eod.* Melior *in l. Relegatorum. 7. in fin. D. de interdict. & relegat.* ibi: *Ergo etſi honoribus quis in pœnam fuerit prohibitus: poterit dici, niſi honores iſti habuerint mixtam muneris grauem impenſam, &c.*

Solùm ergo dictarum legum prohibitionem honores proprij patrimonij ſumptum annexum habẽtes reſpicere; ad quos conſultiùs eſſe diuites eligi; non etiam ad alios ſe extendere, firmandum eſt.

Neque intellectus hic, voluntarius eſt, aut diuinatorius, ſed qui apertè ex eiſdem contrarijs ſupra adductis colligitur legibus. In primis ex *dict. l. Honor, 14. §. De honoribus* (in hiſce terminis loquente) ibi: *Facultates quoque an ſufficere initiato muneri poſſint*: ex contextura *d. legis Reſcripto, 6.* ibi: *Vt non ſolùm publicis honoribus pares non ſint*: vbi *gloſſ. verb. Honoribus*, vertit, *Aliàs oneribus, D. eod. tit. de*

*muner.& honorib.* & *d. l. Adſubeunda*, 46. *C. de decurio. lib.* 10. ibi: *Nè tales forte nominentur, qui functiones publicas implere non poſsint.* necnon *& d. legis 6. tit.* 18. *par.* 2. ibi: *La tercera, que tengan y de omes cumplimiento. La quarta de vianda. La quinta de armas.* & inferiùs ibi: *Otroſi non debe ſer mucho eſcaſo.*

Quo quidem reſponſo non ſolùm prædictis cõtrarijs legibus; ſed & multis alijs authoritatibus iam relatis ſatisfit, præcipuèque *Iſaiæ d. cap.* 3. Rex enim, vel Prin-
69 ceps de proprijs expendere, † tam pro bellis gerendis, quàm pro ſubditorum paupertate ſubleuanda habet neceſſe. *tex. in cap. Militare*, 5. 23. *quæſt.* 1. *Barthol. Cæpola de Imperatore militũ deligendo, verſic. Diuitijs, num.* 1. *& ſeqq.* latè *Camill. Borrell. de Magiſtrat. edict. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 3. *& ſeqq. Iacob. de Ayello in tractat. de iure adhoæ, releuij, atque ſubſidij, num.* 4. qui inter tractatus Doctorum *tom.* 12. *folio* 170. habetur.

Et non ſolùm pro militum, vel Capitaneorum ſtipendijs, & ſalarijs; ſed etiam Magiſtratuum, & Iudicum; *Lucas de Penna in l. Annonas, C. de erogat. milit. anno. lib.* 12. *Roland. à Valle conſil.* 1. *num.* 55. *&* 56. *lib.* 2. & infrà latiùs.

Et in iſto caſu, de iſtiſque perſonis *Philoſophi* iam relata aſſertio, *Impoſsibile eſſe pauperem benè Principem agere, & communibus negotijs vacare*, poteſt haud obſcurè intelligi.

Quo legum, authoritatumq; pro contraria parte ſublato fundamento; nõ etiam obſtat aliud; *Pauperem* ſcilicet *omnibus ludibrio eſſe.* Maieſtas enim, & grauitas, quæ
70 in animo conſiſtit, † breuiſsimis paupertatis terminis, metiſque non includitur, vt videre eſt in *C. Mario* proſcripto in profundo vltimarum miſeriarum abiecto (ne *Q. Metellum*, *P. Rutilium* exulem, *M. Catonem Vticenſem* referam.) *Cum enim ad Caium Marium occidendum in priuata domo Minturnis clauſum ſeruus publicus natione Cimber* (*quam totam ipſe deleuerat*) *mitteretur*: *& ſenem, & inermem, & ſqualore obſitum* (*ſtrictum gladiũ tenens*) *aggredi non ſuſtinuit; ſed claritate viri obcæcatus* (*abiecto ferro*) *attonitus inde, ac tremens fugit. Minturnienſes autem Maieſtate illius capti, comprehenſam iam, & ſtrictũ dira fati neceſsitate, incolumen præſtiterunt.* Hæc *Valer. Maximus lib.* 2. *de Maieſtate, cap.* 6. apud quem alia huiuſcemodi videri poterunt. Et vt propiùs ad eos, qui iudicandi, regendiq; munere funguntur, accedamus, quorũ paupertas, reiq; familiaris tenuitas, ac penuria, nil quidem animi grauitati, magnitudinique detraxit; exemplum (è multis, quæ adduci poſſent) nobis ſit *Marcus Curius. Qui Samnitũ Legatis agreſti ſe in ſcamno aſsidẽtẽ foco, atq, igneo catillo cenantem, ſpectandũ præbuit. Nam cũ ad eum magni auri põdus publicè miſſum attuliſſent, benignis verbis inuitatus, vt eo vti vellet: vultum riſu ſoluit, protinusque: Superuacuæ* (*inquit*) *nè dicam ineptæ legionis miniſtri, narrate Samnitibus, Marcum Curium malle locupletibus imperare; quàm ipſum fieri locupletem.* vt tradit idem ipſe *Valerius Maximus lib.* 4. *de Abſtinentia*, *& Continentia, cap.* 5. Catonem quoque ſeniorem pellibus hœdinis pro ſtragulis fuiſſe vſum, tribuſque tantùm ſeruis Hiſpaniam rexiſſe, teſtatur idem *Valer.* ibidem *cap.* 11. *Seneca item de conſolat. ad Albinam*, ad propoſitum noſtrum paupertatẽ in Magiſtratibus animi grauitatem non minuere (eundem adducens *Curium, Hmerum, Platonem, atque Zenonem*) fir mat. *Claudianusque in panegyr. in* 4. *Conſulat. Honorij.*

*Diſcitur hinc quantum paupertas ſobria poſsit.*
*Pauper erat Curius Reges cum vinceret armis.*
*Pauper Fabricius Pyrrhi cum ſperneret aurum.*

Non enim animi magnitudo, grauitas, & Maieſtas externis indiget diuitijs: quę etiã abſque tribunalium faſtigio, ſineque apparitorum miniſterio ſtare poteſt: fortius verò vbi hæc adſunt, vt in Iudicibus, & Magiſtratibus, à quibus contemptionis debet abeſſe timor, licèt deſint diuitiæ, modò generoſus non deficiat ſpiritus. Scitè in hanc ſententiam *Plinius Iunior lib.* 8. *epiſtolar. Maximo* ſuo ſcribẽs, in hæc verba. *Nec timueris cõtemptũ, an cõtemnitur, qui imperiũ, qui faſces habet? niſi qui humilis, & ſordidus, & qui ſe priùs ipſe contemnit?* & Seneca d. lib. de Conſol. ad Albinã. *Nemo ab alio cõtẽnitur* (inquit) *niſi à ſe contẽptus eſt. Humilis, & proiectus animus ſit iſti contumeliæ opportunus.* Pulcherrimus ad propoſitũ *tex. in auth. de mand. Princip §. Patrocinia quoq;, coll.* 3. ibi: *Neq; ſit tibi cura cuiuslibet ſint hæc agentes domini. Sufficit enim per omnia tibi ad perfectam fortitudinem & Lex, & Imperij fauor.*

Huius

Huius quoque veritatis euidens præbet teſtimonium *Ca. Flauius* (libertino patre natus, Ædilis Curulis cum ingenti nobilitatis indignatione creatus.) Qui cum ad viſendum ægrum collegam ſuum veniret, neque à nobilibus (quorum frequentia cubiculum erat completum) ſedendi loco reciperetur; ſellam Curulem afferri iuſsit, & ea honoris pariter, atque contemptus ſui vindex conſedit, vt ſcriptum reliquit *Valer. Maxim.* (cuius ſæpè mentionem facere cogimur) *lib. 2. de frugalitate, & innocentia, cap. 2.*

Denique ſic imperandum, iuſq; reddendum *Conſultus* monet *in l. Obſeruandum, 19. infin. D. de offic. Præſid. vt authoritatem dignitati ingenio ſuo augeat*, tanquam diuitijs ad id opus non ſit; ſed probitate, ingenioque, quod magnos, reuerendoſque homines reddit, non diuitiæ, vt optimè cecinit *Ouidius libro 1. de Ponto, eleg. 7.*

*Si modò non cenſus, nec charum nomen auorum,*
*Sed probitas magnos, ingeniumque facit.*

*Pecunia* enim (vt inquit Seneca dict. loco de conſolat.) *nil ad animum pertinet.* & iterum ibi: *Animus eſt, qui diuites facit.* & epiſtolar. lib. 16. epiſtola 99. *Valentior omni fortuna animus eſt* (inquit.)

Non ſecunda ratio, vel fundamentum contrarium, *ex connexione, & viciſſitudine auaritiæ cum paupertate*, authoritate *Scipionis Æmiliani* confirmatum obſtat. Cui in primis ex ſolutione aſsignata primo argumento, legibuſque pro contraria parte adductis reſponderi poteſt. Ideò
71 nempè † forte *Æmiliani* ſententiam obtinuiſſe, quòd de proprio patrimonio expendere ad muneris implementum pauper, qui in *Hiſpaniam* contra *Viriatum* mitti contendebat, debuiſſet. Vel ratione morum, vitæque cum paupertate coniunctæ, non ſolius paupertatis, ſi vel de proprio patrimonio aliquid expendere neceſſe non foret, vel mores, vitaque inculpata eſſet. Cum toties à populo Romano ad eadem, vel maiora munera (vt ſat dictum remanet) pauperes fuerint electi; ſpecioſiſsimèque officio ſuo functi. Nec auaritiæ aduerſus pauperes cupiditatis, inhoneſtique lucri ita vrget præſumptio; tantaque coniunctio cum paupertate auaritiæ eſt, vel cupiditati, vt ſufficiens, potens vè cauſa arcendi pauperes ab harum dignitatum, munerumque impetratione, vel exercitio ſit. Quinimò tantùm ab hoc abeſt; vt ſæpè auaritia, cupiditaſque diuitiarum comes ſit, diuiteſque inſequatur, non pauperes, qui magis liberales, & minùs cupidi eſſe ſolent. Eodem enim
72 gradu quo quis diues eſt, † & auarus, & cupidus. Quod & docet experientia, plureſque authoritates demonſtrant. Initium præbeat *Valer. Mart. epigram. lib. 12. epig. 10. de Africano.*

*Habet Africanus millies, tamen captat.*

Perſi. ſatyr. 3.

*Quis modus argento?*

Ouid. Faſtor. lib. 1.

*Creuerunt & opes, & opum furioſa cupido,*
*Et cum poſsideant plurima, plura petunt.*
*Sic quibus intumuit ſuffuſa venter ab vnda,*
*Quò plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.*

Horat. lib. 3. carmin. oda 24.

*Scilicet improbæ*
*Creſcunt diuitiæ, tamen*
*Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei.*

Et lib. 2. oda 2.

*Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops,*
*Nec ſitim pellit niſi cauſa morbi*
*Fugerit venis, & aquoſus albo*
*Corpore langor.*

Et lib. 3. oda 16.

*Creſcentem ſequitur cura pecuniam,*
*Maiorumque fames.*

Claudian. in panegyr. 2. in laudes Stilichonis.

*At primum ſcelerum matrem, quæ ſemper habendo*
*Plus ſitiens patulis rimatur faucibus aurum,*
*Trudis auaritiam, cuius fœdiſsima nutrix*
*Ambitio, quæ veſtibulis, foribusque potentum*
*Excubat, & pretijs commercia poſcit honorum.*

Firmat etiam *D. Gregor. libro 15. moral.* in hæc verba, *Auaritia deſideratis rebus non extinguitur, ſed augetur. Diuitiæ namque poſſeſſorem ſuum eſurire cogunt.* & Senec. de morib. *Pecunia non ſatiat auaritiam; ſed irritat.* & de benefic. lib. 2. *Maiora cupimus* (inquit) *quo maiora ve-*

*nerunt, multòque incitatior eſt auaritia in magnarum opum congeſtu collocata. Vt flamæ infinitæ acrior vis eſt; quò ex maiore incendio emicuit: AEquè ambitio non patitur quemquam in ea menſura honorum conquieſcere; qua quidam eius fuit impudens votum.* & ibi: *Cupiditas porrigit, & fœlicitatem ſuam non intelligit.* & epiſtola 120. libro 21. *Neminem pecunia diuitem fecit, imò contrà, nulli non maiorem ſui cupiditatem incuſſit. Quæris quæſit huius rei cauſa? Plus incipit habere poſſe, qui plus habet.* Alter quoque Senec. in Hercule furente actu 1. ſic.

*Hic nullo fine beatus*
*Componit opes, gazis inhians,*
*Et congeſto pauper in auro eſt.*

73 Pauperes verò minùs cupidos, † auaroſque eſſe, oſtendit idem *Mart. libro* 5. *epigram.* 18. *ad Quintianum.*

*O Quintiane, liberalis eſt pauper.*

Salomoque in Prouerb. *Homo indigens miſericors eſt.*

Iuuenal. ſatyr. 14.

*Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit,*
*Et minus hanc optat, qui non habet.*

In huiuſque rei confirmationem adducit *Barthol. Cœpol. (in tract. de Imperat. milit. deligendo, verſic. Pro Imperatore verò) Cæcum de Aſculo lib. 4. cap. 13.* dicentem *Quanto è piu ricco Ihuom; tanto è piu auaro.* Firmatque etiam *Pat. Ferdinan. Rebell. de obligat. iuſtit. part. 2. libro 12. de contract. ludi. quæſt. 4. ſect. 1. num. 5. verſic. Aliud caput.*

Vtque de veritate opinionis, votique noſtri conſtet apertiùs, huicque dubitationi, vel obiectioni additus præcludatur; concedamus, & pauperes, & diuites auaros, † cupidoſque eſſe, iuxta *Ierem. cap. 6.* 74 *A minore quippè vſque ad maiorem, omnes auaritiæ ſtudent.* & cap. 8. *Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorum hæredibus, quia à minimo vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent.* & Iſaiæ cap. 56. *Omnes in viam ſuam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam ſuam, a ſummo vſque ad nouiſſimum.* In id ipſum *Horat.* (de auaritia loquens) *libro 2. ſermon. ſatyr. 3.*

*Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.*

Et lib. 1. ſatyr. 1.

*At magna pars hominum decepta cupidine falſa,*
*Nil ſatis eſt, inquit.*

Valer. Mart. lib. 12. dict. epigram. 10. ad African.

*Fortuna multis dat nimis, ſatis nulli.*

Deſiderium enim diuitiarum (ſecundùm *Ariſtot. Polit. lib.* 1.) vadit in infinitum, & *Topic.* 3. pauperes dicuntur omnes ſecundùm appetitum.

Conceſſo itaque, omnes diuitiarum cupiditate, auaritiaque teneri, eiuſque eſſe contagione infectos; faciliùs tamen 75 pauperum, quàm diuitum ſaturatur, † expleturque, iuxta illud *Martialis libro* 1. *epig.* 79. *de leone, & lepore.*

*Nec gaudet tenui ſanguine tanta ſatis.*
*Præda canum, lepus eſt, vaſtos non implet hiatus.*

Senecæque epiſtolar. libro 18. epiſt. 109. *Deſunt inopiæ multa, auaritiæ omnia.*

Ex quibus deducitur aptiores etiam ex hoc capite ad Magiſtratus † pau- 76 peres diuitibus eſſe, vel quia non cupidi, vel minùs ſaltem. Quique neque diuitiarum cupiditate, earumque augendarum deſiderio, amittendiue timore turpia com- 77 mittent. Quod ſecùs in diuitibus † eſt. Elegantèr in hanc rem Iuuenal. ſatyr. 14.

*Nil vetitum feciſſe volet, quem non pudet alto.*
*Per glaciem perone tegi, qui ſummouet Eurос*
*Pellibus inuerſis: peregrina, ignotaque nobis*
*Ad ſcelus, atque nefas, quodcumque eſt, purpura ducit.*

*Neque enim ſ' lum* (vt inquit *Cicero in prim. paradox.* de Iudicibus loquens, relatus à *Barthol. Cœpol. in dicto tractatu de Imperator. milit. delig. verſicul. Pro Imperatore verò, numero* 44. hanc eandem noſtram in præſenti firmans ſententiam) *ea, quæ habent libidine augendi cruciantur; ſed etiam amittendi metu.* Cuius potentiam optimè perpendit *Seneca in libro* 1. *de tranquillit. vitæ, cap. De mutatione animi. Itaque* (inquit) *cogitandum eſt, quantò leuior dolor ſit, non habere, quàm perdere.* & ibi: *Errasenim ſi putas animoſius detrimenta diuites ferre.* & ibi: *Tolerabiliùs autem eſt, vt dixi, faciliùsque non adquirere, quàm amittere.* & epiſtolar. libro primo, epiſtola 5. in fin. *Multa bona noſtra nobis nocent. Timoris enim tormentum memoria reducit, prouidentia anticipat.*

Di-

Diuitum metum benè depinxit *Iuni. Iuuenal. ſatyr.* 10.

*Pauca licèt portes argenti vaſcula puri*
*Nocte iter ingreſſus, gladium, contumque timebis,*
*Et motæ ad Lunam trepidabis arundinis vmbram,*
*Cantabit vacuus coram latrone viator.*

Et Ouid. de Nuce.

*Sic timet inſidias, qui ſe ſcit ferre viator*
*Cur timeat, tutum carpit inanis iter.*

Et Seneca in libro de Paupertate, *Nudum latro traſmittit, etiam in obſeſſa pauperi via pax eſt.*

Alter quoque Seneca in Hercule Oetœo actu 2.

*Cęſper Tyrio mollior oſtro*
*Solet impauidos ducere ſomnos?*
*Aurea rumpunt tecta quietem.*
*Vigileſque trahit purpura noctes.*
*O ſi pateant pectora ditum,*
*Quantos intus ſublimis agit*
*Fortuna metus! Brutia coro*
*Pulſante fretum mitior vnda eſt.*
*Pectora pauper ſecura gerit, &c.*

Potenſque eſt huiuſmodi metus, vt à recta via diuites declinare faciat, iuxta illud *Eccleſiaſt. cap.* 31. *Beatus dives, qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecunia, & theſauris. Quis eſt hic? & laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita ſua.*

Quarè rectiores pauperes, æquique
78 amantiores † exiſtere ſolere, benè & ſuprà dicta, & quod ſcripſit *Mart. lib.* 11. *epigram.* 6. *in laudem Neruæ Traiani* oſtendunt.

*Tanta tibi eſt recti reuerentia Cæſar, & æqui,*
*Quanta Numæ fuerat; ſed Numa pauper erat.*
*Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores.*

Firmat hoc idem *Seneca in lib. de Pauper. Abſtrahunt à recto diuitiæ* (inquit.) & epiſtol. lib. 3. epiſt. 20. *Multum eſt non corrumpi diuitiarum contubernio.* & de formula honeſtæ vitæ, tit. de remedijs fortuitorum. *Accepit ille grandem pecuniam, abſque dubio ſuperbiam accepit.* & epiſtol. lib. 14. epiſt. 95. *Nam quaſi iſta inter ſe contraria ſunt, bona fortuna, & mens bona.* & Tragicorum ſententias, carminaque referens, *Epiſt.* 115.

*Sine me vocari peſsimum, vt diues vocer.*

Quod & diuitiarum deſiderium, & amittendi efficit metus. Ideòq; in Prædicato-
79 ribus † ad nudam proferendam veritatem, vitiaq; exprobranda, multũ intereſſe, prodeſſeq; pauperrtatem (ſuprà dicta ratione) aduertit *Alfonſ. de Madrig. in tract. de Epiſcop. Paroch. & c. tract. de prædicator. cap. de Paupertate prædicatoris.* Id Ioannis Baptiſtæ authoritate firmãs, qui ſolus cum pauper eſſet, Herodẽ reprehendere, carpereq; eſt auſus; cum multi alij eſſent, quibus hoc etiam incumbebat munus, quos metus perpendi bona detinuit.

Ex quibus ſatis etiam authoritati *Auli*
80 *Gelij* † adductæ, *num.* 23. *Diuitias obſidis loco haberi, nilq; turpe diuites committere, ne eas perdant, audere*, reſponſum eſt. Tùm quia ex iam dictis contrariũ facilè licet colligere; tùm quia adeò in diuitibus potens eſt diuitiarum augendarum amor; vt in hominum notitiam non ventura ſcelera, iniuſta pacta, & conuentiones, quas ſecretò, & occultè celebrãt, facilè ſibi perſuadeant. Id quod etiam apertè demonſtrat, quod de *Marco Craſſo, & Quinto Hortenſio* (potẽtiſſimis populi Romani viris, Lumina Curiæ, foriq; Ornamenta) tradit *Valer. Max. de auaritia, lib. 9. cap.* 1. Quiq; ſcelus, quod vindicare debebant, inhoneſti lucri captura inuitati, authoritatibus ſuis texerũt. Cũ enim *L. Minutio* admodum locupleti quidam teſtamentũ falſum ſuppoſuiſſet, eiuſque confirmandi gratia prædictos *Marcũ Craſſum, & Q. Hortenſium* adijſſet; tabulis eum hæredem inſtituerunt.

Vnde regulariter meliores diuitibus
81 pauperes † eſſe; profitetur *Paul. Montan. de tutor. & curat. cap.* 36. *de excuſat. tutor. regul.* 2. *per tot.* Pluraque ad id ſcripſit *Andre. Tiraquell. in l. Si vnquam, verbo Bona, num.* 3. *C. de reuoc. donat.* Firmatur etiam ex Seneca declamat. libro 8. declamat. 1. *Magis Deos miſeri* (inquit) *quàm beati collunt.* Et in libro de Diuina prouidentia. *Quarè tamen* (ait) *Deus tam iniquus indiſtributione fati fuit; vt bonis viris paupertatem, vulnera, & acerba funera adſcriberet?* Ex Horatio quoque *libro* 2. *ſermon. ſatyr.* 2.

*Cur eget indignus quiſquam, te diuite? quare*
*Templa ruunt antiqua Deum?*

Ex rationeque ſtatim aſsignata à *Seneca dict. libro de Diuina prouidentia. Ipſe ignis aurum probat; miſeria fortes viros.* vbi multa alia ſimilia adducit. & *in libro de Proſperitate*, ait, *Hos itaque Deus, quos probat, quos amat, indurat, recognoſcit, exercet.* Similiaque referuntur verba *in cap. Non omnis, 2. & in cap. Non oſculatur, 3. in ordine, 5. quæſt. 6.* Sic etiam *Plinius in panegyrico ad Traian.* inquit. *Cum ſecunda fœliceis, aduerſa magnos probet.*

De diuitibus autem dicitur *Matthæi cap. 19. Amen dico vobis, quia diues difficilè intrabit in Regnum Cœlorum. Et iterum dico vobis, facilius eſt Camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in Regnum Cœlorum.* Et præter alia vitia, quæ diuitiæ gignunt, ex eiſque oriuntur (quæ ne fuſè vagemur, omittimus, aut obiter enarrabimus) non minorem obtinet luxuria locum. Diuitem enim
82 præſumi luxuriosè viuere, † tradit *Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 15. num. 32.* Adducoque text. optimum (à nemine quem viderim ad id ponderatum) *in l. fin. §. Filijs autem, verſic. Melius enim eſt, C. de bonis, quæ liber.* & *Ouid. de remed. Amor. lib. 2.*

*Gnoſida feciſſes inopem, ſapienter amaſſet.*
*Diuitijs alitur luxurioſus amor.*
*Cur nemo eſt Hecalem, nulla eſt, quæ cœperit Irum?*
*Nempè quod alter egens, altera pauper erat.*
*Non habet vnde ſuum paupertas paſcat amorem.*

Et de Arte Amandi, lib. 2

*Luxuriant animi rebus, plerumque ſecundis.*

Iuuenal. ſatyr. 6.

*Nunc patimur longæ pacis mala; ſæuior armis*
*Luxuria incubuit, victumque vlciſcitur orbem.*
*Nullum crimen abeſt, facinusque libidinis, ex quo*
*Paupertas Romana periit. Hinc fluxit ad Hiſtros,*
*Et Sybaris colles; hinc & Rhodos, & Miletos,*
*Atque coronatum, & petulans, madidumque Tarentum.*
*Prima peregrinos obſcœna pecunia mores*
*Intulit, & turpi fregerunt ſecula luxu*
*Diuitiæ moles.*

Claudianus quoque de raptu Proſerpin. libro 3.

*Haud equidem inuideo (nec enim liueſcere fas eſt,*
*Vel nocuiſſe Deos) ſed quod diſſuaſor honeſti*
*Luxus, & humanas obliuat copia mentes.*

*Quædam gentes beneficio egeſtatis non nouere luxuriam*, inquit Seneca de ira libro 3.

Multa diuitiarum mala congerit *D. Chryſoſtomus ſuper Geneſ. homil. 23. 33. & 49. & homil. 13. ſuper 2. epiſt. ad Corinth. & homil. 7. de pœnit. & homil. de auaritia.* Inter quæ in primis luxuriam aſſignat ibid. *Opes luxuriæ occaſio, malitiæ ſchola, turpis vitæ, & deſtuentis carſa, animi corruptela, via ad diuerſa ferens mala.* Plura congeſsit *Guil. Bened. in cap. Raynuntius, verb. Cuidam Petro tradiderunt, num. 25. verſic. Primò ſunt elati.* Irritamenta malorum eas vocauit *Ouidi. Metamorph. lib. 1.*

*Quasque recondiderat, ſtygijsque admouerat vmbris*
*Effodiuntur opes, irritamenta malorum.*

Dicitur que *Eccleſiaſt. 11. Si diues fueris, non eris immunis à delicto.* Vetuſque eſt prouerbium, *Diues, aut iniquus, aut hæres iniqui*: de quo teſtatur *Andr. Tiraquel. in d. l. Si vnquam, verb. Bona, num. 3.* Pulchrè in id *Seneca controuerſ. libro 3. controuerſ. 15. ſub verſ. Fauianus, Noli pecuniam concupiſcere. Quid tibi dicam? Hæc eſt, quæ auget diſcordiam. Vrbes, & terrarum orbes in bellum agitat. Humanum genus cognatum naturæ in fraudes, & ſcelera mutua inſtigat. Hæc eſt, quæ ſenes corrumpit.* & epiſtol. libro 13. epiſt. 88. *Hanc præcedentem cauſam diuitiæ habent, inflant animos, ſuperbiam parant, inuidiam contrahunt, & vſque eò mentem alienant, vt fama pecuniæ nos etiam nocitura delectet.* & de ira libro tertio. *Circa pecuniam plurimum* (inquit) *vociferationis eſt. Hæc fora defatigat, patres, liberoſq; cõmittit, venena miſcet, gladios tã percuſſoribus, quàm legionibus tradit. Hæc eſt ſanguine noſtro delibuta. Propter hanc vxorũ, maritorumq; noctes ſtrepunt litibus, & tribunalia Magiſtratuum*

*præ-*

*præmit turba, Reges ſæuiunt, rapiuntque, & ciuitates longo ſæculorum labore conſtructas euertunt.* Et nè in his longior fiat ſermo noſter (poſt multa alia diuitiarum mala, quæ congerit idem ipſe *in lib. de paupertate*, adductaque etiam *à Petr. Rebuff. in 1. tom. ad conſtit. Gallic. tit. de ſentent. prouiſ. art. 3. gloſſ. vlt. numero 1.* illaque carmina.

*Diuitijs vti, res eſt damnoſa ſaluti.*
*Paucos crede bonos, quos habet aris bonos*
*Mollities veſtis, coitus, gula, cura quietis*
*Poſſunt luxuriæ quatuor eſſe notæ)*

83 Diuitias à vitijs † denominari (ſi *Valeriano* ſolertiſsimo antiquitatum indagatori, his duobus carminibus teſtanti, credimus) ſcire ſufficiat.

*De vitijs, quòd diuitiæ congregentur, apertum eſt,*
*Nomen idem vitijs, diuitijsque datum.*

Firmat præfata Senecæ ſententia *in Hippolyto. actu 3.*

*Res humanas ordine nullo*
*Fortuna regit, ſpargitque manu.*
*Munera cæca, peiora fouens.*

Et ibi:

*Tradere turpi faſces populus*
*Gaudet; eoſdem colit, atque odit.*
*Triſtis Virtus peruerſa tulit*
*Præmia recti: caſtos ſequitur*
*Mala paupertas: vitioque potens*
*Regnat adulter.*

Supra dictiſque omnibus, & ſententiæ, quam ſequimur, ac defendimus (*paupereſ honoribus, publicisque officijs decorandos, diuitibusque etiam præferendos*) auxiliatur: Quia in Iudicibus non ea conſideranda paupertas eſt, quæ quaſi compellat, malumque aliquod perpetrare, turpevè quidquam committere cogat. Cum ſalarium Iudici ſecundùm officij, ipſiuſ-

84 que qualitatem conſtitui † leges iubeant. *Authen. de Prætorib. populi, cap. 3. verſic. Oportet ergo, collat. 2. nouell. 13.* ibi: *Etenim neque citra vſum conſolationis eos relinquimus, ſed vnicuique eorum tot ſolidos occaſione annonarum annis ſingulis dabimus; quatenùs hi ſufficientes his, nulli adquieſcant furto, aut venalitati. Authent. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. §. Cogitatio igitur, collat. 2. nouell. 8. authen. Iusiurand. quod præſtatur ab his, coll. 2. §. Iuro quoque, auth. de mandat. Princip. §. Feſtinabis, collat. 3. & §. Illud tamen, authen. de Iudicib. §. Hoc autem, verſic. Et neque, collat. 6. Notatur in cap. Cum ab omni, extra de vit. & honeſt. Cleric. Iaſon in l. Nequidquam, numero 2. D. de offic. Proconſul. Speculat. in titulo de ſalar. §. 1. numero 8. Angel. & Iaſ. in §. Tripli, inſtit. de actionib. Decius in l. Diem functo, numero 5.* (& ibi communiter Doctores) *D. de offic. Aſſeſſor. Diu. Thomas 2. 2. quæſtione 71. artic. 4. Petrus Nuñez de Auendaño de exequend. mandat. capite 2. numero 7. Camil. Borrell. de compromiſſo, §. 5. gloſſa 2. numero 1. & ſequentib. & de Magiſtr. edict. libro 1. capite 13. numero 23. Petrus Foller. ad conſtitut. Regni, conſtitutione Peruenit, num. 23. & conſtitutione Ad hoc volentes, num. 3.*

Idque etiam præter ſportulas ſibi debitas, vt *quæſtione 28. numero 3. & ſequentib.* dicemus. *Vnde Ælius Lampridius in Alexandro Seuero*, inquit. *Iudices cum promoueret, exemplo veterum (vt Cicero docet) & argento, & neceſſarijs inſtruebat, ita vt Præſides Prouinciarum acciperent argenti P. vicena, Phialas ſenas, mulos binos, equos binos, veſtes foreſes binas, domeſticas ſingulas, balnearias ſingulas, aureos centenos, coquos ſingulos, & ſi vxores non haberent ſingulas concubinas, quod ſine his eſſe non poſſent, redituri depoſita adminiſtratione, mulos, equos, muliones, & coquos; cætera ſibi habituri, ſi bene geſſiſſent, in quadruplum reddituri, ſi malè.* Refert *Camill. Borrell. de Magiſtrat. edict. dict. capite 13. numero 29.* hæc numero 30. adijciens. *Sed & Trebellius Pollio in Claudio epiſtolam refert, ex qua vſus ſimilis conſtat. Valerianus ad Zoſimionem Procuratorem Syriæ. Claudium Illiritianæ gentis virum, Tribunum Martiæ quintæ legionis fortiſſimæ dedimus virum deuotiſsimis, quibuſquè ac fortiſsimis veterum præferendum. Huic ſalarium de noſtro priuato ærario dedimus, annuos frumenti modios triamillia, hordei ſex millia, laridi libras duo millia, vini veteris ſextarios triamillia quingentos, ſalis modios viginti, ceræ pondo centum quinquaginta, fœni, paleæ, aceti, oleris, herbarum, quantum ſatis eſt, pellium tentoriarium decurias triginta, mulos annuos ſex, equos annuos tres, Camelas annuas decem, mulas annuas nouem, argenti in opere*

*annuo pondo quinquaginta, & in ſtrenis quinquaginta ſeptem, & trientes centum ſexaginta. Item ſicophocondas vndecim, item incaueos, & ſchyphos, & zuma pondo vndecim, tunicas ruſſas militares annuas, ſago clamydes annuas duas, fibulam auream cumacum Cypream vnam, Balteſum argenteum inauratum vnum vnciarum ſeptem, torquem libralem vnum, caſsidem inauratam vnam, ſcuta chryſographata duo, loricam vnam, quam refundat. Lanceas Herculianas duas, Alcides duas, falces duas, faces fœnarias quatuor, coquum, quem refundat, vnum, mulieres ſpecioſas ex captiuis duas, albam ſubſericam vnam, cum purpura ſubcubitana, ſubarmalem vnum, ſtructorem, quem refundat, vnum, cum purpura Maura, notarium, quem refundat vnum, latum-clauum, quem refundat, vnum, venatores, qui obſequantur, duos, carpentarium, vnum, curatorem Prætorij vnum, aquarium vnum, piſcatorem vnum, dulciarium vnum, ligni quotidiani pondo mille, ſi eſt copia, ſin minus quantum fuerit, & vbi fuerit, coctilium quotidiana batilla quatuor, balneatorem vnum, & ad balnea ligna, ſin minus lauetur in publico. Iam cætera, quæ propter minutias ſuas ſcribi nequeunt; pro moderatione præſtabis.* Aliam conſimilem epiſtolam tranſcribit idem ipſe *Camill. Borrel. eodem num.* 30. quam apud eum videre licet.

Turcarum præterea Imperatorem plu
85 rima Iudicibus † quotannis donare (poſt *Ioannem Antonium Menanium de moribus Turcarum*) ſcribit *Ferrandus Adduenſis, explicationum libro primo, capite nono.*

Sic & Bailli, ac Seneſcali in Gallia
86 ſua habent ſalaria, † & ſtipendia, de quibus *Franciſc. Marc. deciſ. Delphinat.* 794. *par.* 1. tradit idem ipſe *Camill. Borrell. d. cap.* 13. *num.* 31. & 32.

In noſtro etiam Hiſpaniæ Regno ta
87 xari Iudicibus ordinarijs congruum ſalarium iubet *Regia lex* 10. *titulo* 5. *libro* 3. *nouæ Reg. collectio*: ibi: *Y el Preſidente, y los del nueſtro Conſejo taſſen el ſalario a los Tenientes, y Alcaldes razonablemente, como bien viſto les fuere, y ſe informen de lo que les dan, y prouean como ſean conuenientemente pagados, porque aſsi entendemos que cumple a la buena gobernacion, y adminiſtracion de la juſticia, y deſcargo de nueſtra Real concien cia. Y que la taſſacion que hizieren de los ſalarios, la pongan en las cartas de Corregimiento que ſe dieren, como ſe ha acoſtumbrado hazer.* Idemq; & in ſuperioribus Iudicibus obſeruari, plusquàm notum eſt.

Quod & apud Eccleſiaſtica tribunalia non ſolùm obtinere: ſed etiam in foro
88 conſcientiæ debere Epiſcopum, † vel Prælatum Eccleſiaſticum Vicario, vel Iudici ſalarium conſtituere, & ſoluere, notant *Didac. de Segura in ſuo directorio iudicũ Eccleſiaſticor. cap.* 14. *nu.* 36. ita practicari dicens, *Ioann. Matienço in dialogo Relator. lib.* 3. *cap* 32. *num.* 9. *Flores Diaz de Mena variar. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 8. §. 1. *num.* 6.

Et hæc quidem ſalaria Iudicibus de-
89 bita de iure communi à Fiſco † (vt iam latè deduximus) ſoluebantur. notant etiam *Afflict.* & alij relati per *Petr. Nuñez de Auendañ. cap* 2. *num.* 2. *verſic. Et hæc iudicum ſalaria.*

Iure autem Regio, de bonis commu-
90 nibus, † hoc eſt, *de los propios*, huiuſmodi ſoluuntur ſalaria, ex *tex. in l.* 7. *tit.* 16. *lib.* 2 *Ordinam. l.* 5. *tit.* 5. *lib.* 3. *nouæ Reg. Collect.* Quodque moribus receptum dicit *Couar. practic. quæſt. cap.* 4. *num.* 5. *poſt med.* Si autem propria Ciuitas, vel populus nulla,
91 inſufficientia vè habeat: collecta † eis, qui aliàs contribuere in collectis ſolent, imponetur, dictis iuribus ſupra, aduertito; etiam *Auendan. loco proximè relato. verſic. Hodie autem, Ioan. Orozc. in l. fin. num.* 10. *D.*
92 *de offic. Aſſeſſor.* Fietque in capita, † (vt ex ſupra adductis) tradit *Alfonſ. de Azeued. in d. l.* 5. *tit.* 5. *li.* 3. *Reg. Collect. nu.* 1. *Flores Diaz de Mena dict. quæſt.* 8. §. 1. *num.* 14.

Et an etiam Iudici infirmo, † abſenti,
93 mortuo vè eius hæredibus debeatur? Et an in anni principio, vel fine ſoluendum ſit? diximus *quæſt.* 28.

Vnde cum in Iudice, cui ſalarium conſtituitur, & vilitatis, & ſuſpicionis ob magnam neceſsitatem, deficiat ratio; & argumenta quoque iam relata deficient. Illudque pariter de pauperibus, qui ab accuſando, à teſtimonio, & à tutela remouentur, ex dictis *á Nobis quæſt.* 1. *nu. m.* 29.
94 † Præterea quia pauper diligens, & probus, ob ſolam paupertatem non remouetur, *text. in* § *fin. inſtit. de ſuſpect. tutor. & ibid. Accurſ. verb. Remouendus non eſt, l. Suſpectum,* 8. *D. eodem, vbi etiam gloſſ. & in l.* 2. *C. de tut. & cur. qui non ſat. ded.* ſed ex defectu ſatisdationis, vt

notat

notat *Accurſ.dict.locis.* Id quod in iudicibus etiam cõtingit, qui ante ſatisdationem ad offi cia non admittuntur, vt dicemus *quæſt.*53.*n.*12. ¶ Patet ex tam longè deductis & reſponſio contrarijs, & firmam, veramquè hanc, quam defendimus ſententiam, eamquè tenuerunt † *Matienz. in dialog.Relat.*4.*par. cap.*8 *ex num.*9.*cum ſeqq.Bart.Cœpol.in d.tractat.de Imperat. militum delig. verſ. Pro Imperatore, nu.* 42.*Petr.Gregor.lib.*47 *ſyntagmat capit.* 10.*nu.*17. Cum quibus etiam (vbi ſaltem iudicibus ſalarium conſtituitur) tenet *Camil Borrel.de Magiſtratuum edict.d.lib. cap.*13.*num.*22. *& ſeq.* hancquè ſententiã veram, & apud politicos obtinere, teſtatur; *Homobonus in tractatu de humanæ vitæ ſtatibus,*2.*par.fol. mihi* 649. *Marta de iuriſdict.*1.*par.cap.*7 *num.*15.

Optimamquè ad regimen, Magiſtratuſquè gerendos paupertatis † à cupiditate alienæ qualitatem eſſe, aſſerit *S.Thom. libro* 4.*de regimine Princip.cap.*15.

Non tamen de pauperibus omnino vilibus, & abiectis, de quibus ſentire contrariæ partis aſſertores videntur, ſuprà dicta (vt iam aduertimus) intelligẽda ſunt. Eos namquè, † & Magiſtratibus ineptos eſſe diximus, & docet *Ariſtotel.* 2. *Politicor, cap.*9. Sunt enim (vt *idem ipſe ibidem lib.* 4 *cap.*11. teſtatur) occultè praui, & in rebus exiguis fraudatores, ideoquè Magiſtratum gerere neſcire, ſed ad parendum aptos eſſe. Bonus ad propoſitum *text. de iure Regio in l.*2 *tit.*9 *par.*2. De quibus loqui, non obſcurè demonſtrat *Conſultus in d.l.Reſcripto,*6.*de muner.& honor.* Inquè omnino exhauſtis pauperibus eius dictum, *Philoſophiquè* proximè relatam aſſertionem intelligit *Leander Galgan.de iure public.lib.*1 *tit.*3 *num.*16. & latiùs, ac apertius *lib.*2.*tit.*5.*num.*35. *& ſeq.*

Denique (ne per mendicata ſuffragia procedere videamur) pro noſtra ſententia eſt *text.* expreſſus de nouiori Collectionis Reg.iure *in l.*2. *tit.*5. *lib.*3. *nouæ Collect.* ibi: *Y que el Corregidor ſea tal, que cumpla a nueſtro ſeruicio, y a la execucion de la juſticia, prouey endo al oficio, mas que a la perſona: y que ſea perſona llana, y no poderoſa.*

Ergò mediocris conditionis homines † ad Reipublicæ regimen, Magiſtratuſq; aptiores eſſe, ita vt nec valde potentes, ac locupletes, nec omnino pauperes viles, egentes, & inopes ad eos aſſumantur, conſtat, traditquè (ex doctrina *Ariſtotelis d. lib.* 4.*Politic.* quam valde extollit) *Patritius in ſua Republica lib.*1.*tit.*4 *pag.*15 *ad fin.* ſic dicens: *Mediocres certè, qui neque abiecti ſunt, neque opulentia nobilitatis nimis exultant; longè modeſtiùs præſunt.* & per eadem fere verba, idẽ ipſe *ibi lib.*6. *tit.*5. *pag.*153. Ad idquè reſpexiſſe *d.l* 2. *nouæ Reg.Collect.* colligitur. Et expreſsiùs prouidit *d l.*2.*tit.*9 *par.*2. ibi: *Eſtos a tales nõ deuenſer muy pobres, nin muy viles, nin otroſi, muy nobles, ni muy poderoſos.* Tenẽt etiam *Ioan.Matienz.d.cap.*8. *numer.*19. *Iacob.Simanc.de primogen.lib.*4. *cap.* 6. *&* 7.*Petr. Cened. Collectan. iuris Cano.* 27.*num.*11.*par.*1.*Bobadilla d.lib.* 1. *cap.* 11. *in princip. & num.* 4. *&* 5. *Galganet.* vbi proximè.

Namquè diuitibus ſi Reſpublica excellentiam honorum tribuat, † afficiunt alios iniuria, vt teſtis eſt *Philoſoph.* 5. *Politic. cap.*1. in eoſquè ſuperuiũt iuxta illud *Horat. epod. oda* 4.

*Licèt ſuperbus ambules pecunia, &c.*

Eleganterquè *Senec. in Hippolyto.*

*Cur ſancta paruis habitat in tectis Venus?*
*Mediumque ſanos vulgus adfectus tenet,*
*Et ſe coercent modica? Contra diuites,*
*Regnoque fulti, pluraquè faſe petunt.*
*Quod non poteſt, vult poſſe qui nimium poteſt.*

Pro coronide denique hãc præclarè opinionem confirmantia *Imperatoris Macrini* elegantia verba (quæ in oratione ad exercitum in Imperij ſui ingreſſu, ac primordio habita protulit) libenter refero. *Neque eſt tamẽ* (ait) *quòd quiſquã indignũ Imperio cenſeat, aut fortunæ crimen putet eſſe, quòd ex Equeſtri ordine ad Imperium peruenerim. Nam quò obſecro nobilitas ipſa, niſi morum begnitas adſit, & humanitas? Siquidem fortunæ munera etiam parùm dignos exornant; animi virtus propriam cuique gloriam concilrat. Et claritas quidem generis, diuitiæquè atque id genus reliqua, & ſi beatorum propria putantur minimè ipſis (vt pote ab alijs tradita) laudantur. Lenitas autẽ, ac benignitas, & ſi ipſæ quoque admirationi ſunt; attamen habenti quoque, laudem accumulãt. Quid enim vobis profunt Commoda nobilitas? aut Antonini paterna ſucceſſio? Scilicèt eiuſmodi homines quaſi ipſis debitam hæ-*

*hæreditatem adepti, veluti proprio patrimonio per contumeliam abutuntur. Qui autem à vobis Imperium acceperunt (veluti in perpetuum obſtricti) etiam referre gratiam pro meritis enituntur. At hæc Patricia Principum nobilitas ſæpenumero inſuperbiam vertit, deſpectis omnibus, velut inferioribus.* Et alia pulchra ibi, prout *Herodian. de Imperatorum Romanorum præclaris geſtis, lib.* 5. refert.

Ex quibus ſatis iam abundequè patet, pauperes (dūmodo ſordidi, viles, & abiecti, maliſquè moribus imbuti non ſint, ſed honeſtæ probatæquè vitæ, virtute, ac literis præditi) ad Reipublicę honores, officia, & dignitates eligendos, ac diuitibus etiam præferendos fore. Et quid in Eccleſiaſticis electionibus; queſtione ſequenti (vt iā huic finem imponamus) adijciemus.

## VTRVM ADMITTI, ELIGi vè ad beneficia, & dignitates Eccleſiaſticas, aut etiam diuiti, vel minùs pauperi digniori præferri pauper debeat?

## *SVMMARIVM.*

1 Pauperes ad beneficia, vel dignitates Eccleſiaſticas admittendi non ſunt, & num. ſeqq. Contra num. 12. & ſeqq.

2 Beneficia Eccleſiaſtica dignioribus conferenda ſunt. Et idem in maioribus dignitatibus, ibid. in fin.

3 Epiſcopus eligens ad beneficium dignum, omiſſo digniore, mortaliter peccat, licèt de digno facta electio teneat. Ad reſtitutionem deinde digniori ipſi obnoxius eſt, num. 10.

4 Ad beneficia curata etiam in menſibus Apoſtolicis, ſiue per reſeruationem in Curia vacantia, dignior eligendus eſt.

5 Ampliatur etiam in beneficijs iuris patronatus Eccleſiaſtici, vel mixti, partim ſcilicèt laici, & partim Eccleſiaſtici.

6 Et etiam ſi pro duabus partibus iuſpatronatus laicorum, & pro vna tantū Eccleſiaſtici ſit.

7 Prouiſio per concurſum in quibus caſibus neceſſaria non ſit? remiſsiuè.

8 An dignior ad iuſpatronatus laicorum eligendus ſit? vel ſufficiat dignum præſentari, eique beneficium ſit conferendum?

9 Et quid ſi plures præſentati ſunt?

11 Hodie ex Pij V. Bulla dignior dicitur habere ius in beneficio, poteritquè ſi eo omiſſo, dignus tantum electus ſit, appellare, nouoquè à Superiore habito examine, declarabitur electio irrita.

14 Dictio *Alius, alia, aliud*, ſimilitudinem oſtendit, eandemque cum precedentibus naturam inducit.

15 Cauſa, quæ mouit Pontificem ad faciendum beneficiorum reſeruationem, fuit, vt puperibus clericis de beneficijs reſeruatis prouideret.

16 Ad beneficia obtinenda, ſimulari ſolet paupertas, remiſsiuè.

17 Ambienda non ſunt officia, tam ſecularia, quàm Eccleſiaſtica.

18 Clerico pauperi ambire licet beneficium pro conditione ſua ſufficiens.

19 Omnes gratiæ beneficiales ambitioſę ſunt.

20 Literę *In forma pauperum*, ambitioſæ non ſunt, ſed de iuſtitia dicuntur.

21 Conferri pauperi clerico beneficium, potiùs de iuſtitia, quàm de gratia eſt, cum illi ſit debitum.

22 Pauper non ſolùm ad Eccleſiaſtica beneficia admittendus eſt, ſed etiam diuitibus prę ferendus.

23 Pauper non beneficiatus in data cum beneficiato concurrens, eidem præfertur.

24 Pauperes expectātes, etiam officialibus, & familiaribus deſcriptis Papæ præferuntur.

25 Habens expectatiuā *In forma pauperum*, habenti eam *In forma communi*, præfertur.

26 Pauper idoneus concurrens ad beneficium cum diuite, vel minùs paupere magis idoneo, eidem præfertur. Fortiuſquè in beneficijs ſimplicibus, & iuriſpatronatus procedit, numero 32. & 33.

27 Idque non ſolùm propria, ſed etiam parentum, ſororum, vel fratrum operatur paupertas.

28 Beneficia Eccleſiaſtica dicuntur panis pauperum.

29 Bona Eccleſiarū, bona ſunt pauperū. Pauperes bonorum Eccleſiaſticorum dicuntur domini, ibid.

Fru-

30 Fructus beneficiorum vita, & ſanguis pauperum dicuntur.

31 Eccleſia dicitur mater pauperum.

34 Dignior qualiter quis, & ex quibus ad beneficia, dignitateſquè Eccleſiaſticas iudicari debeat?

35 Paupertatis qualitas, & circunſtantia multum ſimul cum idoneitate ad iudicandum quem magis dignum cõfert, remiſsiuè.

36 Clericus pauper præſentatus, magis idoneus, non ſolùm moribus, & virtutibus; ſed etiam literis, & ſcientia præſumitur.

37 Pauperes amantiores ſunt literarum, quàm diuites.
*Crates Thebanus* cum ad philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus (tanquam literarum ſtudio repugnans) abiecit, ibid.

38 Paupertas vna eſt ex clauibus, per quas ianuam intramus Sapientiæ, Magiſtraquè omnium artium, atquè repertrix, ibid.

39 Reſpondetur contrarijs.
Intellectus ad *text. in clement. In pleriſquè 5. de election. & ad Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18 de reformat.* ibid.

40 Diues in beneficij Eccleſiaſtici aſſecutione, ſi Eccleſia pauper ſit, diuitijſq; indigeat, pauperi præfertur.

41 Vel ſi pauper illiteratus ſit, magnũquè beneficium; aut Eccleſiæ Cathedralis Canonicatus.

42 Secùs ſi pauper literatus ſit, quia ad magnas debet dignitates extolli.

43 Cum pauperibus literatis, ſicut cum nobilibus ad beneficiorum pluralitatem diſpenſandum erit.

# QVÆSTIO VII.

COnuenit (poſtquam ſuperiori egimus quæſtione *vtrum pauperes ad honores, & officia ſecularia admitti debeãt*) quid & in Eccleſiaſticis dicendum ſit, diſcutere. Ex cuius diſputatione aliqua illi, & illius, huic accommodari poterunt. Argumenta in primis, quæ pauperes ad honores, ſecularia officia, & dignitates admittendos non eſſe, ſuadent. Inter quæ non minorem obtinet locum vilitatis ex paupertate prouenientis cauſa, ob eãquè ad dignitates Eccleſiaſticas admittẽdos pauperes non eſſe, † eſt *textus* expreſſus *in clem. In pleriſque 5. de elect.* Cuius verba ſunt: *In pleriſque Eccleſijs nedum (quod dolentes referimus) præſidio facultatum priuatis; ſed & clero carentibus, & populo Chriſtiano, multos frequenter, & religioſos præſertim improuida Superiorũ prouiſio ad Pontificatus aſſumit honorem; qui nec (vt expediret) prodeſſe, nec præeſſe (vt deceret) valentes, inſtabilitate vagationis, & mendicitatis opprobrio ſerenitatem Pontificalis obnubilant dignitatis, &c.*

Secundò hæc eadem ſententia firmatur ex eo, quia beneficia Eccleſiaſtica dignioribus, † idoneioribuſquè conferenda ſunt, *cap. Conſtitutis el 2. 46. in ordine de appellat. cap. Moyſes 6. cap. Licet 15. 8. quæſt. 1. cap. Metropolitano 19. 63. diſt. cap. 2. De offic. cuſtod. cap. vnic. vt Eccleſiaſt. benef. ſine diminut. confer. Concil. Trident. ſeſſ. 24 cap. 18. de reformat. D. Thom. 2. 2. quæſtio. 63. artic. 1. & 2. & quæſt. 185. artic. 3. & quodlibet. 4. artic. 15. & quodlibet 6. art. 9. & quodlibet. 8. art. 6. Syluſter in ſumma, verbo, Acceptio perſonarum, & verb. Electio, 1. quæſt. Dominic. Soto de iuſtit. & iure, lib. 3. quæſt. 6. art. 2. & lib. 10. quæſt. 2. art. 3. Mercad. in ſuma de contract. lib. 6. cap. 17. Emmanuel Rodrig. in ſumm. 1. tomo, cap. 106. & 108. Martin. Nauarr. in manuali, cap. 17. nu. 73. & de oratio Miſcellan. 38. cum ſeqq. vſque ad 42. D. Antonin. Adrian. Caietan. Arag. Bañez. Vega,* & plures alij, quos refert, & ſequitur *Nicol Garcia in tractat. de beneficijs, 7. part. cap. 16. num. 2 Didac. Couar. in reg. Peccatum, 2 par. §. 7. num. 4. & 5. Didac. Perez in l. 2. tit. 6. lib. 1. Ordinam. glo. 1. Ludouic. Molin. de Hiſpanor. primog. libro 2. cap. 5. à num. 5. & num. 69. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 4 quæſt. vltim. num. 35. 36. 39. & 40. Hieronym. Ceuallos communi. contra commun. quæſt. 659. numer. 1. Marc. Anton. Genuenſ. in praxi Archiep. Curiæ Neapol. cap. 65. numer. 8. latiſsimè Ioann. Gutierr. Canonic. quæſt. lib. 2. cap 11. per tot.* communem dicit *Ferdinand. Vazquez Mencha. controuer. illuſtr. lib. 1. cap. 43. num. 14. & ſeqq. Cardinal. Franciſc. Tolet. in ſumm. lib. 5. cap. 4. verſ. 4. & cap. 78. Stepp. Grat. diſcept. Forenſ. lib. 2 cap. 211. num. 20. Ioann. Hieronym. Epiſcop. Campanil. in ſuo aliuerſor. iuris Cano. rubric. 6. cap. 3. num. 32.* prope infinitos, tam Theologos, quã Iuriſtas re-

referens, & *rubrica 7. c. 6. nu.* 70. & 71. Idem in dignitatũ ſuperiorum electione, vt in maioribus Prælatis, Epiſcopis, vel Papa, ex *numero* 72. *cum ſequentibus* dicens; plenè etiã *Alexand. Raudenſ. deciſio.* 34. *in princip. & à num.* 78. & 179. & *deciſ.* 33. *à num.* 10.

Qui omnes peccare mortaliter Epiſ-
3 copum † etiam idoneum, vel dignum, idoneiore, vel digniore omiſſo eligentem, licèt de digno facta electio teneat, tradunt.

Quod quidem abſquè dubio in bene-
4 ficijs curam animarum † habentibus, etiã in menſibus Apoſtolicis, ſiue per reſeruationem in Curia vacantibus procedit, quia & in eis dignioris omnino electio facienda eſt, ex *Bulla Pij V.* & ita *Congregatio Concilij d. cap.* 18. *verbo, Eccleſia reſeruata*, declarauit.

Idemquè in beneficio iuriſpatrona-
5 tus Eccleſiaſtici, † vel mixti (partim ſcilicet laici, & partim Eccleſiaſtici) obſeruandum, notarunt *Hieronym. Gonçal. in regula* 8. *gloſ.* 6. *numero* 135. *Oliuer. Beltramin. in annotat. ad Alexand. Ludouic. deciſ.* 494. *nu.* 6. declarauitquè *Congregatio ſupra, verſ. Iuſpatronatus laicorũ.* Vbi etiam idem decreuit, & ſi pro duabus par-
6 tibus iuſpatronatus laicorum ſit, † & pro vna tantum Eccleſiaſtici, adhuc enim debet per concurſum fieri prouiſio, digniorquè beneficium cõferri. Tradit latè *Herculan. Mareſcot. variar. reſolution. lib.* 1. *capit.* 52. *numero* 2. *vſque ad* 8. *incluſiuè.* Sex inibi aſsignans fallentias, in quibus
7 prouiſio † per concurſum neceſſariè facienda non ſit: ad quæ videndus etiam *Stephanus Gratian. dict. capit.* 211. *ex num.* 9. *cum ſeqq.*

Quod & in beneficijs iuriſpatronatus
8 laicorum † procedere, voluerunt *Didac. Couarrub. in d. cap. Peccatum, 2. part. §.* 7. *numer.* 5. *Mandoſ. ad Lapum allegat.* 22. *Gratian. dict. numero* 9. & *ſequentibus, Gutier. dict. capit.* 11. *num.* 19. & *ſequentibus, Epiſcop. Campanil. dict. rubrica* 6. *capit.* 3. *num.* 32. *verſiculo, Patronus quoque.*

Licèt contrarium tenuerit *Lambert. de iurepatron. 1. par. lib. 2. quæſt.* 10. *art.* 3. *num.* 13. & 34. dicantquè probabile *Emmanuel Roarig in ſumm. tom. 1. cap.* 106. *num.* 8. *Petr. Ledeſm. in ſum. 2. par. tract.* 7. *cap.* 2. 7. *concluſ. difficult.* 9. & *Bañez*, quos refert *Nicol. Garc. d. cap.* 16. *nu.* 19. Hanc quoque tenens ſententiam, per *dict. cap.* 18. *Concil. Tridentini*, de digno, vel idoneo tantùm quoad patronum laicum agente: ad quod forſan non aduertiſſe *Ioan. Gutier.* loco ſuprà dicto, notat, difficultatibus, contrarijſquè reſpondens, *nu. ſeqq. vſque ad* 25. *incluſiuè.* Et ita cenſuit, declarauitquè *Congregatio in d. §. Quòdſi iuſpatronatus laicorum ſit, Alexand. Ludouic. deciſ.* 494. *numer.* 1. & *ibid. Oliuer. Beltrami in eius annotationib.* (alios referens) *num.* 3. vbi vnicus tantùm à patrono laico electus, vel præſentatus eſt; ſufficiet enim ſi idoneus ſit, licèt alij adſint digniores, nec concurſus fiat neceſſe eſt; ſe-
9 cùs ſi plures præſentati ſint, † tunc enim examen inter ipſos preſentatos fieri, idoneiorquè ab Epiſcopo inſtitui debet, vt *d. loco* declarauit *Congregatio*, & in verſic. *Eueniente vacatione, Alex. Ludouic. ſup. num.* 2. & *ibid. Oliu. Beltram. d. num.* 3. ſic ſæpiſsimè iudicatum per *Rotam* referens. Adeoquè prædicta obligatio (digniorem dignis omiſsis, eligendi, in caſibus huiuſmodi qualitatem exigentibus, iam ſuprà notatis) Epiſcopum arctat; vt non ſolùm aliter faciens mortaliter (vt diximus) pec-
10 cet; ſed & digniori ipſi ad reſtitutionem † teneri, adſeuerent *Sylueſter, verb. Inſtitutio*, 3. *q. verſ.* 2. *Bart. à Medin. in ſumm. lib.* 1. *cap.* 14. §. 32. *Ludouic. Lopez in inſtruct. conſcient.* 1. *tomo capit.* 125. & 127. *Petr. Ledeſm.* 2. *par. tractat.* 8. *capit.* 4. 1. *concluſ.* & *cap.* 8. *Emmanuel Rodrig.* 1. *tomo, cap.* 108. *numero* 6. *Paludan. Ricard. Caietan. Petr. Nauar. Salon. Aragon.* & *Bañez adducti per Nicola. Garciam dict. capit.* 16. *numero* 30. Qua de re late per ipſum ex *numero* 26. *vſque ad* 61. & *Ioan. Gutier d. capit.* 11. *ex numero* 47. & *ſequentibus.*

Hodie namque dignior ex *Pij V. Bul-*
11 *la* ius † in beneficio habere dicitur, vt per *Nicol. Garc. ſuprà numero ſin.* Poteritquè ſe omiſſo, dignoquè tantùm electo, appellare, ac nouo à Superiore præhabito examine, declarabitur electio irrita, ex *dicto capite* 18. *Concilij*; nominatimquè per Motum proprium eiuſdem *Pij V.* ſuper Collatione Eccleſiarum parochialium (qui eſt 33. in bullario, vbi dicti Concilij renouatur diſpoſitio) prouidetur. *Ioannes Gutierrez* iam relatus *numero* 42. *Gratian. dicto capit.* 211. *num.* 31. *Ioann. Hieronym. dict. rubrica* 7. *cap.* 6. *num.* 75.

Di-

Digniores autẽ ad beneficia, dignitateſq; Eccleſiaſticas diuites eſſe, ex d. clemẽt. *In pleriſque*, rationibuſquè ibi à Pontifice expreſsis, ſatis conſtat, & per conſequens, ad eas diuites promouendos, quorum authoritate Clericalis ſplendet ordo, ac pauperibus (quibus vileſcit, Cleroquè de decori ſunt) præferendos.

12 Contrariam tamen ſententiam, † & ex his, quæ in *d. præcedenti quæſtione* fuſè protulimus, veram eſſe conuincitur; & probat expreſſus *text. in d. cap. Conſtitutis* 46. *de appellationib.* In cuius textus ſpecie præſentatus quidam à maiori, ſanioreque Capituli parte ad Præpoſituram fuerat, cuius electionem confirmauit Epiſcopus, à qua eiuſquè confirmatione ab alijs præſentatus ad Apoſtolicam Sedem appellauit, electionem, confirmationemquè reuocari contendens, ea præcipuè cauſa, quòd electus inops, ac impotens eſſet. Quam friuolam, reijciendamquè Summus iudicauit Pontifex, ibi: *Decanus ad Sedem Apoſtolicam appellauit, contra te impotentiam dumtaxat allegans, proponendo te in partibus illis, quaſi penitus impotentem, in quibus Præpoſituræ poſſeſsiones exiſtunt.* & ibi: *Nos ergo, quia conſtitit euidenter illam appellationis cauſam, quæ fuit expreſſa, rationabilem non fuiſſe.* & ibi: *Decreuimus tuæ confirmationis effectum non debere per ea, quæ ſunt propoſita, impediri.*

13 Præterea, pauperes idoneos, † dignos, ac benemeritos ad Eccleſiaſtica beneficia eſſe, probatur, deprehenditurquè manifeſtè, ex *regula* 8. *Cãcellariæ de reſeruatione menſium Apoſtolicorum, & de alternatiua pro Epiſcopis reſidentibus.* Cuius initium eſt, *Item cupiens D.N. Papa pauperibus clericis, & alijs benemeritis perſonis prouidere, &c.* Ergo pauperes benemeriti ad Eccleſiaſtica beneficia ſunt, & ex *pauperum* expreſſa mentione; & dictione illa

14 *Alius*, † *alia*, *aliud*, quæ ſimilitudinem oſtendit, ac denotat, eandemquè cum præcedentibus naturã induit, *text. & ibi gloſ. & Scribent. in capit. Sedes* 15. *de reſcript. text.* (*iuncta gloſ. verb. Alia pœna*) *in l. Si fugitiui*, 2. *C. de ſeruis fugitiu. vbi notat Bald. num.* 6. *Salycet. num.* 3. *Decius num.* 33. *auth. Ex teſtamento, & ibi gloſ. verbo, Aliorum datorum, ibidemquè Salycet. numer.* 1. *C. de colla. l. fin. C. de his qui à non domin. manumiſsi ſunt, vbi Bald. num.* 1. plures referens *Ioan. Matienz. in l.* 3 *gloſ.* 2. *num.* 2. *tit.* 8. *lib.* 5 *nouæ Reg. Collect. Iacob. Puteus deciſ.* 22. *num.* 2. *lib.* 2. alios etiã adducens *Hieronym. Gonçalez in d. reg.* 8. *Cancellar. gloſ.* 3. *num.* 24. Multa ex hoc numeris ſequẽtibus inferens, ac deducens. *Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. lit. D. concluſ.* 245. & dicemus *q.* 9. *n.* 22.

Nec ſolùm pauperes idoneos, benemeritoſquè ad Eccleſiaſtica beneficia eſſe, ſed & rationem dictę conſtitutionis, & regulæ, fundamẽtalemquè cauſam, qua quilibet Papa ad illam faciendam mouetur,

15 conſtat eſſe, † vt pauperibus clericis de beneficijs reſeruatis prouidere poſsit, ipſius proœmio id monſtrante, & inibi notat *Hieronym. Gonçalez gloſ.* 2. *numer.* 6. allegans etiam *Achil. de Graſ. deciſ. vnic. ſuper eadem ipſa regula, num.* 2.

Quare ad beneficia obtinenda ſimulari,

16 † fingiquè paupertas ſolet, vt præcedenti notauimus quæſtione, *num.* 57.

Idquè & in hoc habet præcipuum paupertas, quòd licẽt officia tan ſecularia, quã

17 Eccleſiaſtica ambienda non ſint, † *vtraque lex vnic. D. & C. ad legem Iuliam de ambitu, l. Si quemquam*, 30. *verſ. Tantum de ambitu, C. de Epiſc. & cleric. cap. Sancimus*, 1. *quæſt.* 7. Clerico tamen pauperi beneficium pro conditione ſua ſufficiens,

18 congruumquè ambire licet, † vt notat *Hieronym. Gonçalez vbi ſuprà dict. gloſ.* 2. *num.* 10. & 11.

Eaquè ratione, quamuis omnes gratiæ

19 beneficiales ambitioſæ ſint, † *cap. Quamuis* 4. *poſt princip. cap. Si motu proprio* 23. *de præbend. lib.* 6. *Rota Roman. deciſ.* 8. *ante med. de conceſ. præbend. in nouis, & deciſ.* 10. *num.* 7. *de reſcript. in antiq. Guil. Caſſador. deciſ.* 8. *nu.* 4. *de conceſ. præbend.*

20 Literæ tamen *In forma pauperum* † ambitioſæ non dicuntur, ſed de iuſtitia, ex *c. Cùm ſecundum Apoſtolum* 16. *de præbend. & dignit.* tenet *Rota Roman. deciſ.* 10. *numer.* 11. *in antiquis.* Ideò cum filo canapis bullari aduertens; ita etiam *Hieron. Gonçalez d. gloſ.* 2. *num.* 10. & 11. Conferreque

21 pauperi clerico beneficium, † potiùs iuſtitia dicitur, quàm gratia, cum illi ſit debitum. Et propterea reſcripta *In forma pauperum*, iuſtitiæ dicuntur. *gloſ. verbo, Pauper, in cap. Si pauper* 30. *de præbend. in* 6. *per text. in clement. Literas, in princ. eod. tit. gloſ. verb. Gratiæ, in extrauag.* 1. §. *Nos amouere, de conceſ. præbend. Ioann. XXII. Rota Rom.* 55. *n.* 4. *de cõceſ. præb. in antiq. Guil. Caſſad. deciſ* 8. *n.* 9. *Staphil. de liter. grat.* §. *Nona forma pauperum, n.* 5. *Hie-*

5 *Hieronym. Gonçalez d. gloſ. 2. num.* .

Vnde non ſolùm pauperem ad Eccleſiaſtica beneficia admittendum eſſe: ſed
22 etiam diuitibus preferendum; † tenent *Anton. de Butr. poſt Hoſtienſ. in cap. Tuã, num. 7. ante finem, verſ. Pro prædicta dicit Hoſtienſ. de ætate, & qualit. Roch. de Curte de iurepatronat. verbo, Honorificum, quæſt. 15. num. 42. verſ. Secundo crederem, Lambertin. eodem de iurepatronat. tractat. lib. 2. part. 3. quæſt. 5. princip. art. 3. num. 1. 3. & 7.* refert, & ſequitur *Hieronym. Gonçalez d. regul. 8. gloſ. 2. num. 12.* vbi & per regulã 16 *Cancellariæ, de con-*
23 *currentibus in data*, pauperem † non beneficiatum concurrentem in data cum beneficiato, præferri, diſpoſitum aduertit.

Pauperes quoque expectantes, officia-
24 libus, † & familiaribus deſcriptis Papæ præferri; notat idem ipſe ibi ex *Stephilæo de literis gratiæ, capit. De prærogatiuis expectantium, num. 1. 22. & 24.*

Et ſi duo ſunt pauperes habẽtes expectatiuam, alter *In forma pauperum*, alter *In*
25 *forma communi*, † expectatiuam habens *In forma pauperum*, præferendum, docet *Ioan. Aloyſ. Riccius in 6. part. collectan. 2474. verſic. Quam ob rem*, allegans *Crecentium deciſ. 15. tit. de priuilegijs, & Puteum deciſ. 200.*

Paupertatiſquè qualitas efficit, vt pauper idoneus ad beneficiũ cum diuite magis idoneo, vel minùs paupere cõcurrens,
26 eidẽ præferatur, † *Petr. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 93. num. 17.* Cui aſſentit *Martin. Nauar. in tractat. de Oratione, Miſcellanea 43. num. 74.* quem refert, & ſequitur *Ioan. Hieronym Epiſcop. Campal. in ſuo diuerſorio iuris Cano. rubrica 6. capit. 3 num. 32. col. 3. verſiculo, Coarctatur præterea principalis reſolutio, quoties minùs dignus fulgeret aliqua pietatis, miſericordiæ, vel vtilitatis publicæ cauſa.* Ita expreſsè firmat *Perez de Lara in tractat. de Capellan. lib. 2. capit. 3. nu. 11.* ex doctrina *Lambertini, Rochi de Curt. & Gutier.*

Quinimò non ſolùm huiuſmodi fauorem operari, inducerequè ipſiusmet cleri-
27 ci paupertatem; ſed etiam parentum, † ſororum, vel fratrum; tenet *Alexand. Raudenſ. deciſ. Piſana 35. num. 240.* ſic limitans *Concil. Triuentini* diſpoſitionem, in hæc verba: *Ampliatur etiam ad fauorem fratris, quem reliquit ſuperſtitem defunctus egregiè benemeritus de Republica Chriſtiana, qui ſui beneficij redditibus parentes, fratres, vel ſorores pro ſua conditione pauperes, ad honeſtè viuendum, vel ad diſcendas bonas artes alebat. Nam eſſet laudabile conferre dictum beneficium dicto fratri, digno quidem ſed multo minùs alijs extraneis. Principaliter quidem, vt inſeruiat Deo, & minùs principaliter eo quòd probabiliter ſperatur id ipſum, quod frater faciebat, facturum. Sicque militat reſpectu huius pietatis, & miſericordiæ ratio maioris vtilitatis Eccleſiæ, ob quam regulariter collatio debet fieri digniori.* Idemquè ipſe notat *deciſ. 38. numer. 318.* allegans *Martin. Nauar.* (iam ſupra adductum) *tomo 2. Miſcellan. 43. de Oratione, num. 80.*

Quæ ex eo etiam firmatur ſententia,
28 quia beneficia Eccleſiaſtica † panis dicuntur pauperum, *Ludouic. Gomez in tract. de expectatiuis, numer. 75. ad fin.* Et bona
29 Eccleſiarum † ſunt bona pauperum, *cap. Indignè 21. in fin. & capit. Aurum 70. 12. quæſt. 2.* Pauperesquè bonorum Eccleſiaſticorum dicuntur domini, *cap. Quod autem 3. 23. quæſt. 7. gloſ. 1. in capit. Expedit, 12. quæſt. 1. gloſ. 1. in capit fin. 16. quæſtio. 1.*
30 Et beneficiorum fructus vita, † & ſanguis pauperum quoque dicuntur. *Philip. Prob. in additio. ad Ioan. Monach. in cap. Nemo, numer. 45. de electione, lib. 6.* Eo-
31 rumquè dicitur Eccleſia mater, † *cap. Super prudentia 1. ante fin. 14. quæſt. 2. Gregor. Lopez in rubric. tit. 18. part. 1.* Plura his ſimilia congerit *Hieronym. Gonçalez in dict. regul. 8. Cancellar. gloſ. 2. ex num. 1. cum ſeqq.*

Qua ratione, ſi pauperes idonei ſint, dignioribus, etiam in beneficij aſſequtione præferendos, dicendum venit.

Idque fortiùs in beneficijs ſimplicibus
32 † procedit, vt (ex *Hoſtienſ. Butrio, & Rocho de Curte*) aſſerit *Stephan. Gratia. diſceptat. Forenſ. libro 2. dict. capite 211. numero 23.*

33 Et in beneficijs iuriſpatronatus, † *Lambertin. de iurepatronat. d. lib. 2. p. 1. quæſt. 10. art. 3. num. 23. ante fin. verſiculo, Limitatur ſecundò*, quem, & alios (hanc ſequẽdo ſententiam) refert *Rotæ Roman. Diuerſor. part. 2. deciſ. 16. numer. 7. Camil. Borrel. in ſumma deciſionum, tit. 32. num. 360. Stephan. Gratian. vbi ſuprà num. 30. & ſequentib. Perez de Lara d. tractat. de Capellanijs, lib. 2. capit. 3. numer. 11. Cæſar de Graſ. titul. de iurepatronat. deciſ. 169. numer. 10. lib. 2.*

Ido-

34 Idoneitas enim, † vel dignitas, non ſolùm in maiori ſcientia, in diuitijs, illa, aut altera qualitate conſiſtit, ſed penſatis ommbus circunſtantijs, & qualitatibus, ex eis Epiſcopus magis idoneum, dignioremvè iudicabit, vt ex ferè omnibus ſuprà relatis colligere licet, traditquè latiſsimè *Gutier. d. lib. 2. Canoni. capit. 11. ex num. 61. cum ſequentib. Roland. à Valle conſ. 47 numer. 75 & 76. lib. 1. Ioan. Hieronym. Campanil. Epiſcop. in ſuo diuerſ. iuris Cano. rubr. 11. capit. 13. num. 433. & ſeq.*

A I quod multum cum idoneitate, *pau-*
35 *pertatis* circunſtantia, † & qualitas confert, ex proximè adductis, & quæſt. præcedenti, *num.* 29. & alijs, præcipuè ex *numero* 61. *uſque ad* 67. eſtque optim. *text. in cap. Venerabilis* 37. *de præbend.*

Imò clericus pauper præſentatus, præ-
36 ſumitur magis idoneus, † *Lambertin. d. lib. 2. part. 3. quæſt. 5. princi. art. 3. num. 6. Roland. à Valle d. conſ. 47. num. 82. Petr. Rebuf. in praxi, titul. de reſcript. in forma communi, & in forma pauperum, num. 12. Hieronym. Gonçalez d. gloſ. 2. numer. 24. Sebaſtian de Medic. in tractat. de caſibus fortuit. 2. par. quæſt. 4. num. 39.*

Non ſolùm moribus, ac virtute (qua fe-
37 rè ſemper diuites antecedunt, vt latè ſuprà præcedenti quæſtione, *num. 77. in fin. 78. 80. 81. 82. & 83.* oſtendimus.) Sed etiam litteris, † ac ſcientia, vt & demóſtrant proximè relati, facetèque ſimul, & eleganter oſtendit *Plinius epiſtolar. lib. 7. Falconi ſuo* ſcribens, ab eoquè, vt *Cornelio Minuatiano* Tribunatum conferret petens, eum inter alia, hoc capite commendans. *Amat* (inquit) *ſtudia, vt ſolent pauperes.* Non enim ſic cum diuitijs, ſicut cum paupertate conuenit ſcientia; Quod effecit, vt *Crates* ille Thebanus, homo quódam ditiſsimus, cum ad philoſophandum *Athenas* pergeret, magnum auri pondus (tanquam ſapientiæ, literariæquè diſciplinæ repugnans) abiecerit, vt tradit *D. Hieronym. in cap. Gloria Epiſcopi* 71. *verſiculo, Crates ille*, 12. *quæſt.* 2. De quo etiam mentionem faciens *Seneca* ait. *Si vis addiſcere, ſis pauper, vel ſimilis pauperi Cratis Thebani reſpiciens exemplum.*

38 Paupertas enim vna eſt ex clauibus, † per quas ianuam intramus Sapiẽtiæ vt inquit *Caccialup. in ſuo modo ſtudendi, document. 4. ad fin.* & confirmat *Auguſt. ſuper Pſalm. 76. Omnis philoſophiæ* (ait) *magiſtra nobis eſt Inopia. Non ita laudamus Ioſeph cum frumentum diſtribuebat: ſicut cum carcerem habitabat.* Et Diuus *Imperator Leo*, Magiſtram Neceſsitatẽ vocat, *in l. Omnes*, 31. §. *fin. in fin. C. de Epiſcop. & cleric.* & in propria cauſa teſtis fidelis eſt *Horatius epiſtolar. lib. 2. epiſtol. 2. ad Florum.*

*Paupertas impulit audax*
*Vt verſus facerem.*

Cui accedit *Claudiani* ſententia *de raptu Proſerp. lib. 3.*

*Sed quod diſſuaſor honeſti*
*Luxus, & humanas oblimat copia mentes,*
*Prouocet, vt ſegnes animos, rerumquè remotas*
*Ingenioſa vias paulatim exploret Egeſtas.*

Omniumquè artium repertricem (inter alias paupertatis laudes) dixit *Apuleius*, vt prodit *Lutius Domitius Lucan. facetiarũ, cap.* 17. Bene facit *text. in l. Societas*, 5. *D. proſocio*, ibi: *Cum plerumquè pauperior operas ſua ſuppleat, quantum ei per comparationem patrimonij deeſt.*

Satis igitur firma ex his remanere videtur, quam tenemus ſententia. Neque ob-
39 ſtat *text. in d. clement. In pleriſquè* 5. † *de election.* Quia *text. ibi*, nullo modo pauperes ad beneficia Eccleſiaſtica, dignitates, vel Epiſcopatum promouendos negat; ſed ſolùm electiones monachorum ad hõrificalem dignitatem eorum locorum, qui non ſolùm facultatum preſidio ſunt priuati; ſed & clero, & populo Chriſtiano carent, quibus nec prodeſſe, nec præeſſe decenter valent, improbat. Quo quidem caſu (ne & vagationi, mendicitatiſquè opprobrio locus detur) rectiſsimè id ſancitum eſt. In noſtro autem, diuerſiſsima conſtitutionis ratio, cum nec locus vagationi detur; imò omnimoda ſtabilitas, & reſidentia exigatur, *toto titulo de cleric. non reſident. lib. 3. & 6. Decretal. Concil. Trident ſeſſ. 6. capit. 1. de reform. & ſeſſ. 23. de reform. cap. 1. & ſeſſ. 24. de reform. cap.* 12. Nec contemptioni ex paupertate prouenienti. Cum per beneficiorum, dignitatumvè aſſequutionem vilitas, aut contemptio Clericalis Ordinis (ſi ex paupertate prouenit) ceſſet, cauſa ceſſante. Imò, & hac eadem ratione pauperes præferendi ſunt clerici, vt cum beneficio, vel dignitate abſit contemptio. Idquè ſiue maiorum, ſiue minorum ſint Ordinum, ac diuitibus præferendos, & etiam dignioribus (arbi-

trio

trio in his iuxta præfata Epiſcopo conceſſo) ſatis apertequè ex ſuperioribus conſtat, intellectuſquè ad *Concil. Tridenti. d. ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat.*

Planè caſu, quo Eccleſia pauper eſſet,
40 diuitijſquè indigeret, † præferendum diuitem; tenuerunt *Abb. in d cap. Conſtitutis el 2. de appellatio. Roch. de Curte de iurepatronat. verbo, Oneroſum, quæſt. 3. numero 6. Andreas Tiraquel. de nobilitat. cap. 20. numer. 17. Stephan. Gratian. diſceptat. Forenſ. d. capit. 211. numer 24. Petrus Roiz. Maur. deciſ. Lituanic 4. num. 250.* Quo etiam intelligi poterit *a. clemẽ. In pleriſquè*, qui tamen non facilè euenit: cum diuites, Eccleſias pauperes non appetant, ſed ditiores, ac pinguiores deſiderent. Nec per hoc pauperum conditio deterior effecta videri debet, cum ab incommodis pauperum Eccleſiarum liberentur, diuitum autem fruantur commodis, ad eaſquè diuitibus præferantur.

Alter etiam caſus in quo diues pauperi præferretur clerico, erit, ſi pauper, licèt
41 idoneus, illiteratus ſit, † nec multa ſcientia præditus, magnumquè ſit beneficium, aut Eccleſiæ Cathedralis Canonicatus; ex *gloſ. in capit. Statutum 11. §. 1. verb. Committantur, de reſcript. lib. 6. Staphil. de literis gratiæ, dict. §. Nona forma, num. 40. 41. & 42. Ludouic. Gomez de expectatiu. num. 76. & 102. ad med. verſiculo, Ridiculum, Hieronym. Gonçalez d gloſ. 2. n. mer. 37. & ſeqq.*

Licèt iecùs in paupere literato, quem
42 ad magnas debere extolli † dignitates teſtatur (cum *Petro Rebuf. de priuileg ſcholaſtico priuilegio 43.*) *Hieronym. Gonçal. vbiſupra gloſ. 4. num. 19. & 20.* adducens in id quod dicitur *Pſalm. 112. Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem, vt collocet eum cum Principibus, &c.*

Cum eiſquè, ſi neceſſe fuerit, ſicut cum
43 nobilibus † ad beneficiorum pluralitatem diſpenſandum erit, *Gonçalez d. gloſ. 4. numero 26. & 27.* Cum nobilibus comparentur, & eis etiam præponantur, vt diximus latè *quæſtion. 4. numero 33. & ſeqq.* Latiſsimè *Illephonſus Perez de Lara dict. tractat. de anniuerſar. & Capellanijs, lib. 2. cap. 3. nu. 1. & ſeqq. vſque ad num. 11.*

***

## VTRVM CLERICVS PAVper negotiator, vel mercaturam exercens, pœnas contra clericos mercatores à lure impoſitas incurrat?

## *SVMMARIVM.*

1 Mercaturæ exercitium multum nocens eſt, & apud multas nationes fuerunt exoſi mercatores.

2 Lucri cauſa negotiari, mercaturamvè exercere clerici prohibentur.

3 Clerici ſecularibus ſe immiſcentes negotijs, mercaturamquè exercentes, clericalia priuilegia amittunt. Et quæ? remiſsiuè.

4 Iudex ſecularis an clericum negotiatorem negotiationis ratione delinquentem punire poſsit?

5 Clerici negotiatores anathematis pœna feriuntur. Et an ipſo iure? ibid.

6 Et à clero pariter arcentur, à communione, officioquè deponuntur.

7 Et ſi moniti à mercatura non deſtiterint, beneficio, & Eccleſia (ſi eam habent) priuantur.

8 Debet tamen eſſe trina monitio, nec generalis ſufficit citatio, vt à talibus illicitis abſtineant clerici.

9 Limita, vt num. 9.

10 Et adquiſita ex tali negotiatione reſtituere, pauperibuſque erogare tenentur clerici.
Illicitam negotiationem exercens, in pauperes, vel alios pios vſus quidquid inde fuerit lucratus, erogare tenetur. ibid.

11 Adquiſita per clericum ex illicita negotiatione, vel contra Sacros Canones, Cameræ Apoſtolicæ hodie vigore P. j IIII. Bullæ applicantur.

12 Clericus lucri cauſa mercaturam exercens, mortaliter peccat.

13 Clericis nondum Sacris initiatis Ordinibus, non eſt interdicta negotiatio, ſi beneficium Eccleſiaſticum non habeant, aliter ſecùs.

14 Clericis etiam ſacris initiatis Ordinibus, ſi pauperes ſint, non prohibetur negotiatio.

Dum-

15 Dummodò diuinis non ſubtrahantur officijs.

16 Et dummodò abſque peccato, vel periurio, & cum pretio moderato negotientur.

17 Mercator, vel negotiator quis propriè dicatur? Et quando etiam extra caſum neceſsitatis excuſetur Clericus? & num.ſeqq.

## QVÆSTIO VIII.

1 MErcaturæ exercitiũ adeo nocens eſt, † adeoq; vitijs mercatores afficit, ſiue ita mercatores ipſi malis ſunt moribus imbuti, vt apud plures nationes aut mercatura in vſu non fuerit, legibuſq; ſit prohibita: aut ſaltẽ à mercatorũ cõmercio abſtinere, lege ſancitũ ſit. Vtrũ què comprobat *Guil.Rodoan.in tract. de ſpol.Eccleſ.quæſt.2.n.1.* Primum ex *Cicer.* dicente, *Officium mercatoris non eſt officium apti, non ſimplicis, non ingenui, non iuſti, non boni viri, ſed verſuti, obſcuri, aſtuti, fallacis, & callidi.* & ex *D.Auguſtino*, nullum mercatorem ſine fraude diteſcere aſſerente, diciturq; *Eccleſ.cap.26.in fin. Difficile exuitur negotians à negligentia, & non iuſtificabitur caupo à peccatis labiorum.* & *in cap.Qualitas, 2. de pœnit. diſt.5.* inquit *Leo* Papa *Quia difficile eſt inter ementis, venãentiſq; commercium, non inuenire peccatum.* Ideoq; mercator vix, aut nunquam poteſt Deo placere, teſte *D.Ioan.Chryſoſt.ſuper Matth.* & habetur *in cap.Ejiciens, 11.diſt.88.* text.elegans in *l.46.tit.6 p.1.* ibi: *Porque aduro puede ſer, que ome faga mercaduria que non acaeſca y pecado.*

Secundum probat *Rodoan.* vbi ſupr. ex *Carthaginenſium*, & *Græcorum* moribus, ac legibus. Illi enim mercatoribus diſtincta ſtatuerunt diuerſoria, nec ea illis cum alijs volebant eſſe cõmunia, nec aſpectus quidem eis ad ſecretiora vrbis loca concedebatur. Hi, nequaquam mercatores in vrbe recipiebant.

Quod cum omnes mercaturæ dedeceat exercitium; multo tamen longiùs Clericos, † à quo ſub multis eos arcent iuris pœnis, *tot.diſtinct.88.præcipuè cap.1.c.2. c.Perlatum, 4.c.Negotiatorem, 9.c.Fornicari, 10.d.c.Ejiciens, 11.c.1.& 2.ne Clerici, vel Monachi, c.fin.de vita, & honeſt. Cleric.c.Peruenit 21.q.3.cap.Cleri, 14.q.4.lex Regia, 46.& 49.tit.6.p.1.& ibid. Greg.Lop.Concil.Trid.ſſ.22.de reform. cap.1.* & (præter Ordinarios in dictis locis) notarunt latiſsimè *Guil. Rodoan.de ſpol.Eccleſiaſt.d.q.2.per tot.Bernar. Diaz in practic.crimin.Cano.verb. Negotiatores, c.55.nu.1.& ibid. Ignat.Lop. in eius addit.lit.A.Proſp.Farinat.fragm. crimi. par.1.lit.C.n.147.& 162.* infinitos prope referens *Carol. de Graſ. de effect. Cleric. effectu 6 nu.1.Ioan.Aloyſ.Ricci. in praxi fori Eccleſiaſt.in quæſtione. Qua pœna puniantur Clerici negotiatores? deciſ.375. num.1.2.3.& 4 Cardin.Dominic.Tuſch. practic.concluſ.lit.C.concluſ.318.per tot. Ioan.Mar.Nouar. in Collect.ſuper pragmat.Regni Neapol.Collect.130.num.4.* adducens quoque *Graf. in ſuis deciſ. aur. par.2.lib.3.cap.2.* Clericorum mercatorũ pœnas (multæ enim ſunt) recenſentem.

In primis namque Clericis ſecularibus ſe negotijs immiſcentes, mercaturâquè lucri cauſa exercentes Clericalia amittunt † priuilegia ex proximè relatis iuribus. Ita tenẽt *Guid.Pap.deciſ.198.n.1.& dec.138. Petr.Rebuf.ad conſtit.Gallic.tom.2.tit.de mercatorib. & negotiatorib. minutatim vendentib.artic.1.gloſ.13. Petr.Foller.in conſtit.Regni, Clerici, n.13.& in conſt.De perſonis, n.7. Ferdin.Vazquez Mencha.de ſucceſſ.creat.p.3.§.26. nu.78. Ioan.Bapt. Coſta de remed ſubſidiar.remed.73.* refert & ſequitur *Camil.Borrel.in ſumma deciſ. tit.7.de Cleric.& Sacerdotib.num.66.& 67.& tit.11.de vita, & honeſt.Cleric.nu. 57.& ſ.qq.Carol.de Graſ.ſupr.nu.6.* Vbi, quæ ſint iſta priuilegia Clericalia, quæ amittunt; *& eſt text.in d.l.49.tit.6.p.1.& ibi notat Greg.Lop.gloſ.3.verb.Non auràs franquezas; & in noua Reg.Collect.* elt *text.in l.7.tit.18.lib.9.* de qua ciuſque valore, latè *Ioan.Gutier.pract. quæſt. lib.7. de gabellis, q.93.per tot.* Predictam quoq; tenent ſententiã *Cardin.Dominic.Tuſch. d.lit.C.concluſ.381.n.3.P. Ferdi. Rebel. de oblig.iuſt.2.p.lib.9.q.18.ſect.2.num.5.*

Et ſi negotiationis ratione Clericus delinquat, à ſeculari Iudice puniri † poterit, ſecundum *Bart. Caſſanæ. in conſuet. Burg.rubr.1.§.1.in gloſ.Silnagraca, num. 90.& Ludouic. Mexiam in pragm. taxæ panis, concluſione 5. numero 29.* Licèt contrarium teneat *Ignatius Lopez in addition. ad Bernardum Diaz, dicto capite 55 litera A. verſiculo, Sitamen Clericus.*

Qui tamen (ſibi parum conſtans) contrariam (vbi ſaltem trina proceſsit monitio) viſus eſt poſtmodum tenere in *verſiculo, Notabis etiã*. Et an ad id trina requiratur, vel vnica ſufficiat monitio? vide per *Contard. Boſ. Iul. Clar.* & alios, quos citat *Proſper Farinat. in prima part. praxis criminalis, quæſtion. 8. numer. 92. & Gregorius Lopez in dicta l. 49. gloſ. 3.* Nolque infrà.

Clerici deinde negotiatores anathemate feriuntur; † *text. in capit. Secundum, 6. ne Clerici, vel Monachi, Guil. Rodoan. dict. quæſtio. 2. numer. 33. in fin. & numer. 66. etiam in fine, Farinat. dicta litera C. numer. 157. dict. l. 49. Partitæ, Carolus de Graſsis dict. effectu 6. numero 3.* intelligens id *numer. 4.* non de lata ſententia, ſed deferenda, ex *Molina. de contract. diſput. 342. num. 2.*

A Clero pariter, & à communione arcentur, † *Concil. Carthag. 6. capit. 17. text. in capit. Canonum ſtatutis, 3. 14. quæſtion. 4. Bernard. Diaz d. capit. 55. numero 1. Alexand. de Neuo conſ. 60. num. 3. in fin.* vbi quòd Clerici negotiatores deponendi ſunt. Sequitur *Guil. Rodoan. vbi ſuprà numer. 47. in fin. & 48. poſt medium, Farinat. d. litera C. numero 152. Carol. de Graſ. d. effectu, numer. 4. Molin. d. num. 2. Graſ. in deciſ. aure. part. 2. lib. 3. capit. 2. numer. 23.*

Et ſi moniti à mercatura, negotiationequè non deſtiterint, beneficio, & Eccleſia (ſi quam habent) ſpoliabuntur; † ſecundum *Innocent. in d. capit. fin. de vita, & honeſt. Cleric. ſequitur* (eum referẽdo) *Guil. Rodoan. d. quæſt. 2. num. 73. verſ. Et dicit Innocẽtius, Farinat.* ſępè dicta *litera C. num. 156.* allegatus.

Huiuſmodi autem monitio trina † eſſe debet; *text. in d. capit fin. de vita, & honeſt. Cleric & ibi gloſ. verbo, Tertiò à te moniti, clem. 1.* (ibi: *Nominati, & tertio moneant*) *eodem tit. d. l. 49. partitæ,* obſeruant *Farinat. ſuprà numer. 139. & ſequentib. & num. 143. & ſeqq. & in praxi crimin. quæſt. 8. numer. 93. Bernard. Diaz in pract. crimil. Canon. cap. 69. numer. 1. & ſeqq. Camil. Borrel. in ſum. deciſ. d. tit. 7. de Clericis, & Sacerdotibus, numer. 70. Petr. Cened. in Collect. iuris Canon. 37. num. 2. par. 1. Ioan. Gutierr. de gabel. dict. quæſt. 93. num. 7.*

Neque vnica etiam peremptoria, neque generalis, *vt omnes Clerici a talibus negotiationibus illicitis abſtineant*, ſufficiet monitio, ſed ſpecificam cõtra mercatores iſtos eſſe oportet, *gloſ. in d. clem. 1. de vita, & honeſt. Cleric. & notat Abb. in d. cap fin. eod. tit. n. tab. vltim.* Quod tamen (ex *Hoſt. in ſum. ne Cleric. vel Monach. §. Quæ ſunt permiſſa, ad fin. ver. Ego intelligo*) limitat *Greg. Lop. in d. l. 49. gloſ. 2.* Si Epiſcopus publicè denunciet in Synodo, † conſtitutionem vè Synodalem faciat. *Nequis in his vel illis, quæ Clericis ſunt prohibita, ſub clericalis priuilegij amiſsionis pœna ſe intromittat.* Quia tale editũ loco trinæ monitionis habetur. Ita etiam (alijs relatis) tenet *Stephan. Grat. diſcept. Forenſ. tom. 4. cap. 721. num. 31.*

An autem ad exactionẽ gabellæ à Clericis mercatoribus debitæ ex diſpoſitione *d. l. 7. tit. 18. lib. 9. nouæ Reg. Collect.* huiuſmodi requiratur trina monitio? vide *Gregor. Lop. in d. l. 49. tit. 6. par. 1 gloſ. 3. &* latiùs *Ioan. Gutierr. de gabel. d. quæſt. 93. num. 8. & ſeqq.*

Item ex tali negotiatione quæſita tenentur Clerici reſtituere, † & ſi dominus ignoretur, pauperibus erogare; ſecundum *Cardin. Zenet. & Imol. in d. clemen. 1. de vita, & honeſt. at. cleric.* quos refert, & ſequitur *Bernard. Diaz d. cap. 55. num. 2. Gregorius Lopez in d. l. 6. titul. 6. part. 1. gloſ. 3. verb. Con voluntad de ganar, Cardinal. Tuſch. d. litera C. concluſio. 381. numero 2. Guil. Rodoan. deſpol. quæſtion. 2. numero 87. & ſequentibus, Graſſis in deciſio. aure. dict. part. 2. lib. 3. capit. 2. numero 23.*

Idquè in quolibet ex illicita negotiatione lucrum ducente, regulare eſt. Quod in animæ foro (ſi dominus ignoretur) in pauperes, vel pios vſus forè conuertendum; tenuerunt *Hoſtienſ. Abb.* & alij *in capit. Quia plerique, de immunit. Eccleſ. Summ. Angelic. verb. Clericus, 7. circa fin.* vbi indubitanter aſſerit, reſtituere debere Clericum, id quod ex peccato mortali notorio percepit. *Proſper. Farinat. d. litera C. fragm crimin. par. 1. num. 159.*

Hodie autem quæcunque ex illicita negotiatione, ſiue aliàs turpiter, iniuſtè, & contra Sacros Canones per Clericũ quæſita, Cameræ Apoſtolicæ † ex conſtitutione *Pij Quarti in Bulla* 23. applicantur, cuius tenorem de verbo ad verbũ recenſet *Guil. Rodoan. deſpolio Eccleſiaſt. dicta quæſt. 2. num. 2.* De qua eiuſque intellectu latè agit idẽ ipſe ibi ex *nu. 81.* cũ pluribus

ſe-

ſequentib. *Proſper. Farinat. vbi ſupr. numer.* 161.

Ex quibus ſatis, aperteque conſtat Clericum lucri cauſa negotiantem mortaliter † peccare, & tradunt latè *Farinat. dicta litera C. numer.* 158. *Ignatius Salzedo in additio. ad Bernard. Diaz dict. capit.* 55. *litera A. verſiculo, Et ex pœna, Guil. Rodoan. vbi ſuprà, numer.* 66. *& ſequentibus, P. Ferdin. Rebel. de obligat. iuſtit. 2. par. lib.* 9 *quæſt.* 18. *ſection. 2. num.* 4. *Carolus de Graſsis dicto effectu* 6. *numero* 5.

Omnia verò ſuprà dicta in Clericis Sacris † initiatis Ordinibus, non in minoribus tantum conſtitutis, nec beneficium Eccleſiaſticum habentibus procedunt, ſuntque intelligenda. Hi namque eaſdem, quas ſeculares poterunt negotiationes exercere. Notant *Abbas in dicto capit. Secundum ſtatuta, & in capit. Sed nec ne Cleric. vel Monach. Felinus in capit. Dilectus, numero* 22. *de reſcript. Albert. Trotius de vero, & perfecto Clerico, libr. 2. capite* 52. *numero* 6. *Ignatius Lopez loco proximè relato, Ioann. à Medina in cod. de reſtitut. quæſtion.* 31. *verſiculo, Nota tamen, folio* 91. *colu.* 3. *Alban. conſ.* 52. *numero* 5. *& ſequenti, Ioann. Aloyſ. Ricci. in praxi fori Eccleſiaſt. deciſio.* 375. *numer.* 5. Secùs ſi beneficium Eccleſiaſticum habeant, vt notant omnes ſuprà relati, *& P. Ferdinand. Rebel. d. loco, num.* 6. & 7. Faciuntque dicta à Nobis *quæſtion. ſequenti, numero* 4. *& quæſtio.* 10. *num.* 3. & 4.

Adhuc tamen etiam Clericis in Sacris conſtitutis Ordinibus, ſi pauperes ſint, † nec aliunde commodè viuere, ſe ſuoſque cęteri alere poſsint; negotiatio, vel mercatura permittitur; *text.* eſt *in dict. cap.* 1. *ne Clerici, vel Monachi, & in d. cap. fin. de vita, & honeſtat. Clericor.* & vtrobique communiter ſcribentes, *capit. Quamquam,* 4. *de cenſib. in* 6. *clement. Præſenti, eod. tit. gloſ. in cap. In ſumma,* 14. *quæſt.* 3. *& in capit. Negotiatorem,* 88. *diſtin.* latè *Guil. Rodoan. dict. quæſt.* 2. *numer.* 16. 17. 41. 42. 45. 46. & 63. *Proſper. Farinat. d. part.* 1. *fragm. crimin. litera C. num.* 163. *& latius numer.* 169. *Albert. Troti. dicto capit.* 52. *num.* 5. *Ignatius Lopez ad Bernard. Diaz dict. cap.* 55. *litera A. verſiculo, Neceſſitatis tamen cauſa, Carol. de Graſ. dicto effectu* 6 *numero* 9. *& numero* 24. *& ſequentibus, vſque ad* 28. *Stephanus Gratianus diſceptation. Forenſ. capit* 57. *numero* 27. *text.* de iure Regio, *in l.* 45. *titulo* 6. *part.* 1. ibi: *Fueras ende ſi furſſe algun Clerigo muy menguado.*

Limitanda tamen, & intelligenda hæc ſententia erit, dummodò ob negotiationem à Diuinis † non ſubtrahantur, nec deſiſtant officijs, quibus debent incumbere, vt habetur 91. *diſtin. per totam, & in capit. Si Clericus victum, & in capit. Nunquam de conſecrat. diſtin.* 5. Notant *Ignatius Lopez vbi proximè, Rodoan. dicta quæſtion.* 2. *numer.* 9 *Molina dicta diſputat.* 342. *numero* 13. *Graſsis vbi ſuprà, numer.* 40. *Iſidor. Moſcon de maieſtate militantis Eccleſ. lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 2. *verb. Artificia autem.*

Secundò limitanda, & intelligenda eſt, dummodo abſque mendicacio, † periurio, & cum pretio moderato negotietur Clericus pauper; ſecundum *Montemar. in pract. Epiſcop. capit.* 77. *numero* 5. *&* 15. *ex Speculat. & Imola* ab eo relatis: refert & ſequitur *Farinat. d. litera C. num.* 171.

Aduertendum deinde (pro huius materiæ complemento) pœnas contra Clericos mercatores impoſitas, contra Clericum, qui rem aliquam, † vel ſemel tantum, vt venderet mercatus eſt, locum non habere. Non enim is propriè mercator, ſed qui plures exercet negotiationes dicitur; *text. in l.* 1. §. *Licet, & ibi gloſſa, verbo, Omne, D. de tribut. actii. & in proœmi. inſtit.* §. *Cumque hoc, text. in l. Semper,* 5. §. *Diuus Adrianus, cum lege ſequenti, D. de iure immunit. text. etiam in l.* 1. *titul.* 7. *par.* 7. *vbi Gregor. Lop. gloſ.* 1. *Bart. Bald. Felin. Rebuf. Pute. Abil.* & alij adducti per *Ignat. Lop. d. cap.* 55. *verſ. Et huius capitis pœnis, Ioan. Gutier. de gabel. d. q.* 93. *num.* 41. hanc communem dicens: licèt & in iſto caſu ſoluendam à Clericis contendat gabellam, *num. ſeq.* poſt *Ignat. Laſſart.* (vtranq; ſententiam firmātem) *de decima venditionis, cap.* 19. *num.* 87. *Ioan. Maria Nouar. in Collect. ſuper pragmat. Regni Neapol. Collect.* 130. *numer.* 5. faciuntque plura per eundem dicta ibidem *Collectan.* 132. *per tot. Carol. de Graſ. d. effectu* 6. *numer.* 19. & 20.

Notandum præterea, Clericum negotiatorem non dici, qui ex proprijs fundis fructus † vendit, vt tenent *Abb. Decius, Tiraquel. Craueta, Auendan. Rolandus,* & alij, quos refert, & ſequitur *Salze-*

*do vbi ſuprà, verſiculo Ex quibus ſequitur, Molin. Crauet. Marc. Brun.* & alij quos refert, & ſ-quitur *Graſ. vbi ſuprà, numero 33. Ioann. Gutierrez dict. loco numer. 24. & 26. & numer. 36 & ſequentibus, Nouarius d. Collect. 130. numero 6. P. Ferdin. Rebel. dicta quæſtion. 18 ſectio. 2. numero 9.*

Nec ſi ad ſui, ſuorumquè ſuſtentationem aliqua Clericus emat, quod ſibi
19 ſupererit (etiam cariùs, † iuſto tamen pretio tunc currente) vendere prohibetur, nec ob id negotiator dicetur. Ita tenent *Martin. Nauar. in Manual. Confeſſor. capit. 25. numero 110.* (eoquè relato) *Ignati. Lopez dicto loco, verſiculo, Ex quibus ſequitur, poſt medium.* Inferens ex hoc, nec pro eius rei venditione ad gabellam teneri, & ſic ſæpè conſuluiſſe *Ioann. Maria Nouari. dicta Collecta. 130. numero 4. Carol. de Graſ ſuprà numero 32. Molina dicta diſputation. 342. numer. 11. Petr. Cened. in Collectan. iuris Canon. 1. part. Collect. 7. num. 2. in fin.*

Idemquè erit, ſi rem etiam ſibi neceſſariam non reuẽdendi animo emptam, lucrivè faciendi cauſa, ſed neceſsitate aliqua
20 cogente, † vendat: *Guil. Rodoan. d. tract. de ſpolio. Eccleſiaſt. quæſtio. 2. numero 48. in fin. & 49.* latiſsimèque *Ioann. Gutier. de gabel. dicta quæſtion. 93. numero 17. & ſequentibus, Carol. de Graſ. vbi ſuprà numero 22. Marc. Brun. conſil. 18. numer. 293.*

## VTRVM CLERICVS pauper etiam coram Iudice ſeculari, & in ſecularibus cauſis Aduocati, vel Procuratoris officium exercere poſsit?

## *SVMMARIVM.*

1 Qua ratione à mercatura arcentur Clerici, eadem & Procuratoris, vel Aduocati officium exercere prohibentur.

2 Et an tam in foro Eccleſiaſtico, quàm ſeculari Clerici poſtulare prohibeantur?

3 Clerici in ſecularibus cauſis coram Iudice Eccleſiaſtico poſtulare non prohibentur.

4 Clericus in minoribus etiam Ordinibus conſtitutus in ſecularibus, & coram Iudice laico (ſi beneficium Eccleſiaſticum habeat) poſtulare prohibetur, ſecùs ſi non habeat.

5 Clericus pauper etiam in Sacris conſtitutus in vtroquè foro Eccleſiaſtico, vel ſeculari, & etiam in ſecularibus cauſis poſtulare non prohibetur, reprobata ſententia *gloſſæ in capit. 1. de poſtuland.* & numer. ſeqq. Limita vt numer. 6. & ſeqq.

6 Clericis pro miſerabilibus perſonis etiam coram Iudice ſeculari, proq; ſecularibus rebus poſtulare licet.

7 Charitas benè ordinata incipit à ſe ipſo, & plus amat ſe in vngue pedis, quàm alium in vertice capitis. Propter vnũquodquè tale, & illud magis, ibid.

8 Clerico pauperi ex operibus ruralibus victum quærere, corium emere, ſotulares facere, vendereque licet.

9 Monacho pro neceſsitate Monaſterij ſui leuanda, iubente Superiore, in cauſa ipſius Monaſterij, etiam coram Iudicibus laicis poſtulare licet.

10 Et etiamſi cauſa ipſius Monaſterij non ſit.

11 Clericus pauper ad Sacros Ordines abſque beneficij, vel patrimonij congrui titulo promotus, contra Epiſcopum, vt ſibi interim de alimentis neceſſarijs prouideat agere, poteſt: non tamẽ ad id neceſſario adſtringitur, nec alijs licitis modis victum quærere prohibetur.

12 Pauper dum non habet quod offerat, non ſolùm audiri contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur.

13 Conſtitutio ne Clerici abſquè congrui beneficij, vel patrimonij ſaltem, titulo ad Sacros Ordines promouerentur, ne in Clericalis Ordines dedecus mendicarent, fuit facta.

14 Aduocatorum officium laudabile eſt, nobilitat, & ab eo arcentur infames.

15 Officium Procuratoris in Curia Romana, vel Principis, honorabile eſt, & ab eo infames arcentur.

16 Procuratores etiam extra Curiam, viles, vel infames non ſunt.

Epiſ-

17 Epiſcopus non debet admittere reſignationem eius, qui præter beneficium, quod reſignare intendit, vnde congruè viuere poſsit non habet: & ſi admittat, ad illius Clerici alimenta tenetur, reſignatione firma manente.

18 Epiſcopus poterit Doctorem, vel literatum abſque titulo beneficij, vel patrimonij ad Sacros Ordines promouere.

19 Abſque beneficij, vel congrui patrimonij titulo ad Sacros Ordines promoueri non poteſt muſicus, Magiſter Grammaticæ, pictor, vel alterius licitæ profeſſionis, licèt ex eis poſsit viuere, ſi aliunde non habet.

20 Intellectus ad *declarationem Congregationis Cardinalium ad capit. 2 ſeſſ. 21. de reformat. Sacri Concil. Tridentin.* & num. ſeqq.

21 Legislator ſi aliter voluiſſet, expreſsiſſet.

22 Dictio *Alter, altera, alterum*, vel *Alius, alia, aliud*, eſt repetitiua ſimilium, eiuſdemquè naturæ, & qualitatis.

23 Si ſtatutum punit delinquentem pœna corporali amputationis pedis, ſiue altera, arbitrio Iudicis; de amputatione membri debet intelligi.

24 Et idem ſi per ſtatutum pœna pecuniaria, ſeu alia arbitrio Iudicis imponatur. Quia tale arbitrium pœnam pecuniariam excedere non poteſt.

25 Clericus an non ſolùm ſponte à litigantibus pro patrocinio oblata accipere poteſt, ſed etiam condignum ab eis exigere ſalarium?
Intellectus *ad text. in capit. vnic.* 15. *quæſt.* 2. ibid.

26 Clericus pauper in cauſa criminali pœnam ſanguinis inferente poſtulare nequit.

27 Et an in cauſa criminali pœnam ſanguinis inferente, reum poſsit defendere?

28 Clerico pauperi, ita demum pro alijs poſtulare conceditur, dummodo ob id à Diuinis non ſubtrahatur officijs.

# QVÆSTIO IX.

EAdem ratione, qua Clerici negotiationibus, cómercijs, & mercaturis abſtinere iubentur (ne ſcilicèt ſecularibus negotijs ſe implicent, vt enim inquit *Apoſtolus ad Timoth. epiſt. 2. capit. 2. Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit.*) & Procuratoris, † Aduocativè officium exercere, tam iure Canonico, quàm Ciuili, & Regio prohibentur. 1

De iure Canonico eſt *text. in capit.* 1. *& cap. fin. de poſtuland.* & vtrobique communiter per Scribentes, *capit. Sacerdotibus, 2. in ordine, ne Clerici, vel Monachi, vbi Innocent. Abb. & alij, capit. Credo, 21. quæſtion. 3. Speculat. in titulo de Aduocat. numero 5. & in titulo de procuratore, §. 1. verſiculo, Item quòd eſt Epiſcopus, Bernard. Diaz. in pract. criminal. Cano. capit. 57. verbo, Miniſtri laicorum, num. 1. & ſequentibus, Angel. de Clauaſ. in ſumma, §. Aduocatus, numer. 9. Syluеſter eodem verbo, Aduocatus. nu. 2. verſicul. Tertiòſiſit Clericus, Guido Papa dec. ſio. 221. numer. 5. Capellan. Tholoſan. deciſ. 124. Proſper Farinat. fragment. criminal. 1. part. litera C. numer. 186. tomo 6. Camil. Borrel. in ſumma deciſion. titul. 7. de Clericis, & Sacerdotibus, numer. 86. & titul. 66. de procuratoribus, & defenſorib. numero 69. Petr. Rebuf. 1. tomo ad conſtit. Gal. titul. de ſentent. prouiſion. articul. 3. gloſ. vltima, numero 32.* plurimos referens *Carol. de Graſ. de effect. clericat. effect. 11. numero 1. Franciſc. Viuius deciſion. 151 numero 4. & 5. Ioann. Maria Nouar. in Collectan. ſuper pragmat. Regni Neapol. Collectan. 1, 8. num. 1.*

In huiuſquè rei confirmationem extat etiam *Xiphilini* Patriarchæ Conſtantinopolitani ſtatutum, cuius tenorem adducit *Enimundus Bonfidius, Iuris Orientalis, lib. 2. de conſtitutionibus Xiphilini, 3.* eiuſque etiam meminit *Petr. Greg. Syntagm. iuris lib. 49. cap. 6. num. 24. Ioann. Paul. Lancellot. inſtitut. Cano. lib. 3. tit. de procuratore, §. Poſtulandum, Marc. Anto. Cucch. inſtitut. Canonic. lib. 3. titul. 10. numero 24. cum ſequentibus, Camil. Borrel.* (conſtitutionem prædictam ad literam referens) *d. tit. 7. num. 87.* ideo in ea deſcribenda hìc non immoramur.

De iure ciuili eſt *text. in l. Placet*, 17. *& in l. Repetita, propeſinem*, 41. *C. de Epiſc. & cler. auth. De ſanctiſſim. Epiſcop. §. Sed neque fieri 6. coll. 9. l. Nō deſtinguimus* 32. *§. Sacerdotio, D. de arbitr.*

De iure Regio *in l.* 48. *tit.* 6. *par.* 1. *vbi Greg. Lop & in l.* 2. *tit.* 6 *par.* 3. *in l.* 6. *tit.* 19 *lib.* 2. *Ordina. l.* 12. *tit.* 3. *lib.* 1. *& l.* 23. *tit.* 15. *d. lib.* 2. *Ordina.* & de nouiori, in *l.* 10. *tit.* 3. *lib.* 1. *nouæ Reg. Collect. & in l.* 15. *tit.* 16. *lib.* 2.

Quorum iurium argumento *Azeued. in d. l.* 10. *tit.* 3. *lib.* 1. *nu.* 1. prohibitionem
2 hanc tam coram Iudice Eccleſiaſtico, † quàm ſeculari, locum habere voluit, cum vtroque modo Clericus ſe immiſceat negotijs, dictorumquè Iurium exceptiones regulam in contrarium firment.

Cuius tamen ſententia, ex ipſorum Iurium conſtitutione improbatur, conuinciturquè, ac ſolùm prædictam prohibitionem in negotijs ſecularibus, coramquè ſeculari Iudice tractandis, intelligendam, colligitur manifeſtè, ex *text.* præcipuè capitali *in d. cap.* 1. *de poſtuland.* Cuius ſunt verba: *Clerici in Subdiaconatu, & ſuprà, & in Ordinibus quoque minoribus, ſi ſtipendijs Eccleſiaſticis ſuſtententur, coram ſeculari Iudice Aduocati in negotijs ſecularibus fieri non præſumant.* Ergò a cõtrario ſenſu, coram Eccleſiaſtico Iudice poſtulare cleri non prohibentur.

Nec in ſecularibus negotijs coram Iu-
3 dice Eccleſiaſtico † agitandis; ita firmat *Abb.* ibidem *num.* 3. *&* 4. communem dicens, & *in cap. fin. num.* 5. *eodem titul.* vbi etiam *Cardinal. in* 2. *quæſt. Bart. Cœpola in conſ. ciuil.* 21. *n.* 7. ſic Romanam Curiam obſeruare dicens *Proſper Farinat. fragm. crimi. d. lit. C. num.* 196. *Guill. l. Rodoa. de ſpol. Eccleſiaſt. quæſtio.* 2. *num.* 22. *verſic. Et dicit Abb.* Cuius *text.* deciſioni nil de nouo dicta iura addere, aut detrahere videntur Regia. Vidiquè non ſemel in Sacris conſtitutos Clericos coram ſecularibus Iudicibus ſuper Eccleſiaſticis rebus poſtulare, cauſaſquè defendere. Cum in caſibus à Iure permiſsis eodem Regio iure libera Clericis in Sacris cõſtitutis Ordinibus poſtulandi concedatur facultas, per *text. in l.* 23. *titulo* 15. *lib.* 2. *Ordinam.* Et hic permiſſus caſus ſit, ex *dict. capit.* 1. *de poſtulando*, à contrario ſenſu, ibi, *Coram ſeculari Iudice Aduocati in negotijs ſecularibus fieri non præſumant.* Per quem in cauſis ſolùm ſecularibus, coramquè ſecularibus Iudicibus poſtulare Clericos in Sacris conſtitutos prohiberi, apparet.

In minoribus etiam, ſi Eccleſiaſticum
4 beneficium † habeant, ſecùs ſi non habeant, notant *Bernard. Diaz dict. capit.* 57. *num.* 1. *verſiculo, Quod intellige, Guil. Rodoan. dict. quæſtion.* 2. *numer.* 24. *&* 25. *Farinat. dict. lit. C. numer.* 193. aduertimuſquè *præcedenti quæſt. num.* 13.

Paupertatis tamen fauore Clericis etiam in Sacris conſtitutis, qui nullum, aut
5 incongruum beneficium habent, † aut quo viuere poſsint ſufficienti patrimonio carent; in vtroque indiſtinctè foro, pro qualibetquè cauſa poſtulare in ciuilibus conceditur; probat *text.* à contrario ſenſu, *in dict. capit.* 1. *de poſtul.* ibi, *Si ſtipendijs Eccleſiaſticis ſuſtententur*; tenentquè ibid. *Abb. num.* 4. *Henric. Bohic. numero* 3. *Cardinal.* 4. *in fin. Imol.* 7. *Butri.* 15. *Anan.* 7. *Sylueſter in ſumma, verbo, Aduocatus, numer.* 2. *quæſtio.* 4. *verſicul. Pan. tamen dicit*, & (his non relatis) *Farinat. dict. litera C. numero* 202. *Guil. Rodoan. dict. quæſtion.* 2 *numero* 22. *in fin. Martin. Nauarrus de ſpolio cleric. §.* 7. *numer.* 5. *verſiculo, Eademque ratione, Hieronym. Gonçalez in regul.* 8. *Cancellariæ, gloſ.* 3. *numer.* 28. *& ſequentib. Stephan. Gratian. diſceptatio. Forenſ. lib.* 1. *capit.* 57. *ex numero* 22. *ad numer.* 30. *incluſiuè. Alphon. Villagut, in praxi Canon. lib.* 9. *tit. de Aduocat. concluſ.* 6 *poſt med. vſque ad finem, Ioann. Baptiſt. Marcheſa. de commiſsionib. de commiſsione auocat. cauſar.* 2. *part. §.* 2. *numero* 23. *Ioann. Malder. de virtut. Theolog. & iuſtit. tractatu* 6. *capit.* 3. *dubio* 8. *verſiculo, Secus dicendum, Carol. de Graſ.* (neminem ex his præter *Henric. Bohic* allegans) *de effectib. cleric. effectu* 21. *nu.* 6. *& ſeqq.*

Cui reſolutioni non obſtat ſententia *gloſſæ in dicto capit.* 1. contrarium volentis (pauperem nempè Clericum huiuſmodi aduocationis officium in ſecularibus cauſis, coramquè ſeculari Iudice exercere non poſſe, ſed contra Epiſcopum, qui eum ordinauit, vt de neceſſarijs ei prouideat agere debere) contra quam tenent omnes proximè relati, faciuntquè plura fundamenta. Primò, idem ipſe *text. in dict. capit.* 1. à contrario ſenſu, vt iam perpendimus.

Secundò, ex alio eius capite, quo Clericis etiã corã Iudice ſeculari, & in ſecularibus
6 cauſis pro pauperibus, † miſerabilibuſq; per-

perſonis poſtulare conceſſum eſt, ibi: *Aut pro miſerabilibus perſonis*, notantquè *Lelius Zanch. Lanfranc. Balb. Petr. Gregor. Capell. Tholoſ.* & multi alij, quos referr, & ſequitur *Camil. Borrel. in ſum. deciſio. titulo 66. de procurat. & defenſorib. numero 70. Guil. Rodoan. dict. quæſtio. 2. numero 20. Ioann. Maria Nouar. ſuper pragmat. Regni Neapol. Collect. 196. numero 14. & 15. Carol. de Graſſ ſuprà, effectu 11. numero 17. & effectu 21. numer. 19. Simon. Maiol. de irregularit. libro 2. capit. 5. numero 14. in fin. Paul. Fuſc. in ſingul. litera C. numero 1. Iacob. Benius in tractatu de priuileg. Iuriſconſultor. par. 3. priuil. 71. num. 4.*

Abſurdum autem eſſet, vt alienæ inopiæ, miſeriæq; leuandæ cauſa Clericis coram iudicibus ſecularibus, proque ſecularibus rebus poſtulare liceret; pro ipſorūmet verò neceſsitate, vtquè propriæ miſeriæ, & egeſtati ſubuenire poſsint, denegaretur poſtulandi facultas, contra benè ordinatæ Charitatis regulas, quæ à ſe ipſo incipit, † iuxta iura valgaria in *capit. 3. de ſupplenda negligentia Prælatorum, & in l. Præſes, 6. D. de ſeruitut.* Quæque (vt inquit *Baldus conſil. 312.* incipit, *Viſis actis, numero 3. ante medium, libro quarto*) plus amat ſe in vngue pedis, quàm alium in vertice capitis. *Aymon Craueta conſilio 6. numer. 25. & conſil. 8. numer. 17.* plura alia in huius rei confirmationem adducens *Hieronym. Gonçalez in dict. regula 8. gloſ. 2. numer. 31. & 32.* Conuenitquè vulgare *Ariſtotel. Poſterior. libro 1.* axioma, *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis*: ad quod eſt etiam *text. in l. De acceſsionibus, 14. §. Itaque, D. de diuerſ. & temporal. præſcript. authentic. Multo magis, vbi Baldus, C. de ſacroſanctis Eccleſ. gloſ. in clement. vnic. in principio, verbo, Profecto, de reliq. & veneratio. Sanctor.* cum adductis *à Nobis in axiom. & loc. communib. iur. lit. P. n. 224.*

Tertiò, quia Clerico pauperi ex operibus ruralibus † victum quærere licet, *text. in cap. 1. de celebrat. Miſſar. c. Clericus, 21. quæſt. 1. cap. Clerici, 91. diſtin.* Corumquè emere, ac inde ſotulares facere, & vendere, *gloſ. in cap. Canonum, 14. quæſt. 4.* latè *Guiliel. Rodoan. de ſpol. Eccleſ. dicta quæſt. 2. nu. 7. 8. & 23. verſ. Et licitè emit, Ioan. Gut. de gabel. q. 93. nu. 49. Carol. de Graſſ de effect. cleric. effect. 6. n. 28.* & latiùs plurimos referens, *n. 36.* Aptiùs igitur, & digniùs ex aduocationis exercitio ſibi victum quærere licebit.

Quartò, quia Monacho pro ſui Monaſterij neceſsitate in cauſa Monaſterij, iubente Superiore, etiam coram Iudicibus laicis † poſtulare conceditur, *cap. 2. de poſtul. cap. Monachi, 16. q. 1. gloſ. in d. c. 1. de poſtul. verb. Stipendijs, Rodoa. d. q. 2. n. 27. Carol. de Graſſ ſup. effect. 11. n. 7 & effect. 21. n. 42. Proſp. Farin. d. lit. C. fragm. crim. 1. p. nu. 190. Martin. Nauar. in c. Nō dicatis, 12. q. 1. n. 99. Ignat. Lop. de Salzed. in addit. ad Bernar. Diaz in praxi crimi. Cano. c. 63. gloſ. 1. limit. 2. Sylueſt. in ſumm. d. verb. Aduocatus, num. 2. quæſt. 6. Stephan. Grat. diſcept. Forenſ. d. cap. 57. num. 35.*

Imò non ſolùm in ipſius pauperis Monaſterij cauſa, ſed etiam in alijs, † vt ex lucro Monaſterio, eiuſquè neceſsitatibus ſubueniat, poſtulare conceſſum eſt; ſecundum *Nauar. Rodoa. & Ignat. Lop.* proximè relatos, quos ſequitur *Hieron. Gonçal. d. reg. 8 gloſ. 2. nu. 33. & 34.* allegans etiam *Alphonſ. Villagut, in praxi. Cano. li. 6. tit. de aduoca. cōcl. 5.* Ergo pro ſemetipſo, &c.

Quintò, quia licèt Clericus pauper abſquè beneficij, vel congrui patrimonij titulo ad Sacros Ordines promotus contra Epiſcopum † agere poſsit, vt dum de beneficio non prouidet, de alimētis prouideat; iuxta *text. in cap. 2. & 4. c. Cum ſecundum 16. c. Tuis 23. de præb. & digni. Cōc. Trid. ſeſſ. 21. c. 2. de ref. Bullamquè Pij V.* editam Ponticatus ſui anno 5. Idibus Octobris: Non tamen neceſsario dicta iura Clericos abquè titulo ordinatos adſtringunt, vt cōtra Epiſcopum agant, nec alijs licitis modis victum quærere prohibent, *d. cap. 1. de celeb. Miſſar. d. c. Clericus victū, 91. diſt.* & alijs ſuprà. Ideoquè ex aduocationis exercitio neceſsaria ſibi poterunt parare. Ita ſentit *Hoſtienſ.* (cuius probat ſententiā *Abb.*) *in d. cap. 1. de poſtuland. num. 4.* argumento *d. capit. Clericus victum, capit. Conſilium 2. §. vltimo, de obſeruat. ieiunij, & l. 2. C. de patribus, qui filios ſuos diſtraxer.*

Item quia, vel propter Epiſcopi impotentiam alimenta conſequi forſitan nō valerent (cum propter paupertatem eius, qui aliàs alere debet, ceſſet alendi obligatio, vt latiùs *quæſt. 39. nu. 72.* ad notamus) Vel propter nimiam Epiſcopi potentiam, aut nulla, aut cum maxima incommoditate, detrimentoquè alimenta obtinebunt. Pauper enim dum non habet, quod offerat

12 in iudicio, † non ſolùm audiri contemnitur; ſed etiam contra veritatem opprimitur; teſte *D. Iſidoro lib. 3. de ſummo bono, cap. 58.* legiturquè translatiuè *in cap. Pauper 72. 11. quæſt. 3.* Ex quibus hanc firmat ſententiã contra prædictam *gloſſam Abb. in d. cap. 1. numer. 4.* quem ſequuntur *Guiliel. Rodoan. deſpoli. Eccleſiaſ. d. quæſt 2. numer. 23. & Stephan. Gratian. diſceptation. Forenſ. d. cap. 57. num. 29.*

Sextò, dictam prohibitionẽ (ne clerici abſquè titulo beneficij, vel congrui ſaltem patrimonij ordinẽtur) ne in Clericalis Or-
13 dinis dedecus † mendicarent, ſordidum vè quæſtũ exercerent, fuiſſe factã, colligitur ex dictis iuribus hanc facientibus prohibitionem, & firmat *Abb. in d. cap. 2. nu. 1. de præbend. & dignitat.* demonſtratquè apertè *S. Concil. Tridentin. d. cap. 2 ſeſſ. 21. de reformat.* Cuius eſt initium. *Cum non deceat eos, qui diuino miniſterio adſcripti ſunt, cum Ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere, &c.*

Quæ ratio in Aduocato ceſſat, cuius of-
14 ficium † laudabile eſt, *l. Laudabile, 4. C. de Aduoc. diuerſo. iudicum.* Hominẽquè nobilitat, *l. Sancimus, 6. & l. Aduocati, 14. C. de Aduoca. diuerſ. iudicior.* & diximus pleniùs *quæſt. 4. num. 33. & ſeqq.* Abeoq; arcentur infames, *cap. Infames 1. & 2. 3. quæſtio. 7.* Plura in hanc rem tradit *Bart. Caſſan. in catalog. gloriæ mundi, par. 7. capit. 28. vſque ad cap. 32. Petr. Barboſ. ad l. Cum Prætor, 22. § fin. num. 127. & Carol. de Graſ. d. effect. 21. num. 8. & ſeqq.*

Idemquè & in procuratoribus Curiæ
15 ſaltem Romanæ, † quorum officium dicitur honorabile, nec infamis eſſe poteſt, vt obſeruant *Bald in l. Sed & milites, 10 §. Sed & ignominia, D. de excuſat. tut. Ang. in § fin. inſtit. de except. Mandoſ. in reg. 4. Cancel. quæſt. 8. col. pen. num. 7.* ſequitur (eos referendo) *Stephan. Gratian. d. cap. 57. num. 38. & num ſeq.*

Et in procuratoribus in Curia Regis, vel Principis, dicunt idem *Bald. in d. § Sed & ignominia,* & alij proximè relati, notat què *Didac. Cou. pract. quæſt. cap. 19. num. 7.* vbi ſi nul *& nu. ſeq.* aduertit, nec alios
16 † extra illos procuratores viles, vel infames eſſe, nec ob id à procurationis officio, vel exercicio clericos arceri, ſed ne ſe negotijs implicent.

Septimum, & finale fundamentum (ab alijs in propoſito non tactum, ex quo non ſolùm poterit defendi, clericum pauperẽ ex aduocationis officio etiam in foro ſeculari neceſſaria ad victum quærere, omiſſa contra Epiſcopum actione poſſe; ſed nec illam aduerſus eum mouere) eſt, quia licèt (vt quinto dicebamus fundamento) contra Epiſcopum ad ſacros Ordines abſquè beneficij, vel cõgrui patrimonij titulo aliquem promouentem, pro neceſſarijs alimentis detur promoto actio, ne in Clericalis Ordinis dedecus mendicare cogatur, eaque ratione nec admittere debeat Epi-
17 ſcopus reſignationem † beneficij eius, qui præter beneficium, vnde congruè viuere poſsit, nõ habet; quòd ſi admittat (reſignatione firma manẽte) ad illius teneatur cõgrua alimenta, vt ex *Bulla Pij V. 6. Idibus Auguſti, 1565.* & ex altera *Bulla Kalend. April. 1568.* edita, probat *Fari. in declar. Concil. Trid ſeſſ. 21. cap. 2. de reſ. in verb. Id verò beneficium reſignare, & ver. Et aliter facta reſignatio:* vbi formam prebet Conciliũ qualiter ſit facienda reſignatio, quęq; ad eã debeat informatio, probatiovè præcedere, aliter reſignationẽ factã annullãs.

18 In paupere tamen Doctore, † graduato, & literato deficiunt ſuprà dicta, ac fallunt. Adhuc enim *Sacri Concil. Trident.* diſpoſitione ſtante *d. ſeſſ. 21. cap. 2. de refor.* poterit Epiſcopus Doctorem, vel literatũ abſquè beneficij, vel patrimonij titulo ad ſacros Ordines promouere, Canonum, Iuriumq; præſertim Profeſſorem, quem nec in anxietate mori, nec in paupertate viuere permittunt Iura; *text. in auth. de hæred. & Falc. § fin. in fin. coll. 1.* & diximus *quæſt. 6 n. 40. & 52.* Et ita in ſpecie tenet, conſuluiſſeq; teſtatur *Hier. Gonçal. in d. reg. 8. Cancel. gloſ. 4. n. 36.* & ante eum *Emman. Rodrig.* (quẽ allegat) *in ſumm. 2. p. c. 15. de Ordine, n. 15.* poſt alios ab ipſo adductos, vbi ita graues Doctores Vniuerſitatũ Salmanticę, & Cõplutenſis hac de re conſultos reſpondiſſe teſtatur: cuius ſunt etiã voti *Henriq. in ſum. lib. 10. c. 17. § 4. in cõm. lit. G. Vega in ſum. p. 1. c. 57. caſu 1. Garc. de benef. 2. p. c. 5. n. 129.* Ex quo enim literatę perſonæ veriſimiliter congrua non deficiet ſuſtentatio, proq; patrimonio ſciẽtia ſit, *Sacri Conc. Trid.* intentioni, ac mẽti fit ſatis. Ita (poſt iam relatos) obſeruat *Steph. Grat. diſcep. for. d. c. 57. n. 30.* Quorũ opinioni nec *Concilij* mens, nec contradicere videtur verba. Ea enim quæ maiorem continent difficultatem, illamquè põderoſiùs grauant (ibi, *Statuit ſancta Synodus, ne quis deinceps clericus ſecularis, quãuis*

*uis aliàs ſit idoneus moribus, ſcientia, & ætate, ad ſacros Ordines promoueatur, niſi priùs legitimè cõſtet, eũ beneficiũ Eccleſiaſticũ, quod ſibi ad victũ honeſtè ſufficiat, pacificè poſsidere*) magis ſcientiã ad Ordines ſacros recipiendos, quàm ad victum decẽter quærendum, parandumque reſpicere videtur. Non enim ſicut qui moribus, ætate, ſcientiaq; ad Ordines tantùm recipiendos idoneus eſt, abſque beneficio promoueri ad Sacros non debet: ſic nec ſcientia inſigni (iuris præſertim) ad victum decentem, beneficiumque obtinendum apta pollens promouebitur. Cum tam diſpar inter vtroſque ſit ratio. In *Toletana* que diœceſi ad literaturæ titulum (quem ſufficientiæ vocant) non paucos vidi, audiuique promotos, & promouentur in dies.

Cui licèt reſolutioni *Congregationis Cardinalium in declarationibus ſacri Cõcilij Trident. ad d. cap. 2. verb. Pro neceſsitate, vel commoditate, verſic. Quòd ſi tantũ habeat*, determinatio videatur obſtare; quę etſi tantũ quis habeat, percipere vè ex induſtria, vel honeſto labore poſsit (vt puta ſi ſit muſicus, † Magiſter Grammaticæ, 19 pictor, vel alterius licitæ profeſsionis) ex qua congruè, decenterque viuere valeat: ad ſacros Ordines promoueri non ideò poſſe, cenſeat:

Verè tamen non obſtat, nec *Congregationis* declaratio noſtrum caſum com- 20 prehẽdit. † Non enim in Doctore, Licentiato, vel literato in Iure, aut Theologia, ſed in muſico, Magiſtro Grammaticæ, vel pictore loquitur. Quarum artiũ, vel ſciẽtiarum nulla cum Theologia, vel Iuriſprudentia (etiam quoad propoſitum noſtrũ) comparatio eſt. Quamuis enim ſupradictæ artes licitæ ſint; haud dubiè tamen conſtat, non ſic Clericos ad victum quærendum, ſicut Theologiam, aut Iuriſprudentiam decere, quarum qualibet honoratiùs, aptiùs, & congruentiùs vitæ comparantur neceſſaria. Vnde cum prohibitio *Concilij* eò tẽdat, ne propter Clericorum indigentiam oriatur Clero contemptus; prædictarumq; artium exercitium ad victum quærendum aliquantulum Clericos dedeceat, neque ex eo grauiter, decenter, atque honorificè vitæ neceſſaria ſecundùm Clericalem ſtatum percipiantur; quod vtique ex Theologia, Iuriſque prudentia fit: hinc euenit, muſicos, Magiſtros Grammaticæ, vel pictores abſque beneficij, vel ſufficientis patrimonij titulo ad ſacros Ordines promouendos non eſſe, rectè cenſuiſſe Cardinalium Congregationem. Ideòque eos in prohibitione expreſsit; Theologiæ verò, vel Iuriſprudentiæ Profeſſores omiſit. Si enim & hos voluiſſet in prohibitione includere, 21 † vt alios expreſsiſſet, iuxta *text. in l. §. Sin autem ad deficientis, C. de cadue. tollend.* optimus ad propoſitum text. (quem ab alijs in id adductum non reperio, cuiuſque verba ob id referre cogor) in *l. Curiales, fin. C. de prædijs decurion. ſine decret. non alien. lib.* 10. Eius verba ſunt. *Curiales vendere quidem res immobiles, vel mãcipia ruſtica prohibemus ſine interpoſitione decreti. Donationes verò, vel permutationes, vel quoslibet alios etiam ſine decreto permittimus celebrare contractus; quoniam & ſacræ Conſtitutiones, quæ ſuper hoc á retrò Principibus latæ ſunt, in plurimis ſuis partibus de pretio non redhibendo locutæ ſunt; vt ex hoc apertiſsimè detur intelligi, ſolùm venditionis decurionibus ſine decreto interdictum fuiſſe contractum. tex. in cap. Ad Audientiam, 12. in fin. extr. de decim. cap. Inter corporalia poſt med. verſ. Vnde ſi circa, de tranſlat. Epiſc. glo. in cap. Ad Audientiam, el 1. verb. Obuentiones in fin. de Eccleſiaſt. ædific. gloſſ. fin. circa med. in cap. fin. nè Clerici, vel Monachi.* Ita arguit (multis alijs etiam relatis, qui hoc argumentandi modo fuerint vſi) *Decius cõſilio* 442. *num.* 9. & propè infiniti, quos refert, & ſequitur *Andreas Tiraq. in leg. Si vnquam in verb. Libertis, num.* 3. *C. de reuoc. donat. Socin. Iun. conſ.* 100. *n.* 11. *circa fin. lib.* 1. *& conſ* 33. *num.* 28. *lib.* 3. *Riminald. Iunior conſ.* 58. *num.* 55. *lib.* 1. *& conſil.* 504. *numero* 48. *lib.* 5. *& conſ.* 590. *num.* 21. *& 22. eod. lib. Petr. Paul. Pariſ. conſil.* 31. *numero* 7. *lib.* 2. *Aymon Crauet. conſ.* 288. *num.* 3. *Barthol. Cœpol. conſ. ciuil.* 25. *num.* 15. *in fin. Franc. Becci. conſilio* 21. *num.* 27. *lib.* 1. *& conſil.* 101. *nu.* 42. *& conſ* 105. *num.* 33. *eod. lib. Proſper Fari. quæſt.* 29. *num.* 22. *prope med. Nicolaus Intrigliol. conſil.* 3. *n.* 48. *& conſil.* 13. *n.* 96. *lib.* 1. *Aluar. Valaſc. in praxi partit. q.* 13. *n.* 91. Et ſic in pulchra declamatione 383. concludit *M. Fab. Quintilian.* ibi: *Et lex vbi perire vult hominem, apertè ſignificat: Deſertor occidatur.*

Prouidè igitur, ac data opera Theologiæ, Iurisvè peritos prærerijt; cæteros autem expreſsit *Congregatio*; cum in eis prohibitionis ratio, quæ in muſicis, pictoribus, ſimilibuſque alijs adeſt, deficiat.

Nec

Nec ideo cenſeri debent in dicta prohibitione incluſi ex verbo in declaratione adiecto, *Vel alterius licitæ profeſsionis*, ex quo nullâ vim prædicta patitur reſolutio.
22 Dictio enim illa *Alterius* † ad alia diuerſæ, vel diſsimilis naturæ non extenditur; cum ſimilium ſit repetitiua, eiuſdemq; naturæ, & qualitatis, *text. & ibi gloſ. in l. Si fugitiui 3. C. de ſeruis fugit.* vbi not. communiter Doctores, *tex. in auth. Ex teſtamento C. de collatio. Ludouic. Roman. conſ. 92. num. 2. & in l. Damni. §. Is qui vicinus, n. 2. D. de damno infect. Curt Iuni. conſ. 38. n. 1. Bertachin. in reperto. iuris, verb. Alius, Andr. Tiraque. in legis connubial. gloſ. 5. n. 48. ad fin. Iacob. Menoc. retinen. poſſeſſ. rem. 9. n. 256. & de arbitrar. lib. 1. q. 80. n. 122. & caſu 66. n. 3. & conſ. 183. n 19. & conſ. 200. n. 2. & cõſ. 308. n. 12 & 13. Bertaz. de clauſ. inſtrum. clauſ. 4. gloſ. 18. & clauſ. 27. gloſ. 12. & gloſ. 19 num. 1. Brunor. à Sole in locis cõmunib. verb. Dictio, num. 3. Petr. Surd. conſil. 21. num. 13. & conſil. 77. num. 25. & conſil. 151. num. 15. & conſil. 282. nu. 7. & conſ. 303. nu. 33. & de alimen. tit 9. quæſt. 2. num. 6. & deciſ. 265. num. 24. & deciſ. 274. numero 4. Flamin. Pariſ. de benefic. reſig. lib. 2. quæſt. 15. num. 21. Rota Rom. ex collectis à Farin. nouiter nouiſsim. deciſ. 391. n. 5. to. 1. part. 1. & in praxi crimi. quæſt. 17. num. 51. Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 20. nu. 2. cum ſeqq.* multos alios referens *Auguſtin Barboſ. in remiſsionib. Doctor. de dictionib. dicti. 1. num 1. & 2.* Quibus etiam adde *Marc. Anton. Nattam conſ. 298. num. 4. deciſ. Pedemont. 167. nu. 7. Ioann. Cephal. conſ. 53. num. 66. Tibe. Decian. conſil. 54. num. 30. verſic. Natura, lib. 2. Ludouic. Cenſ. de cenſib. 1. part. capite 3. quæſt. 1. artic. 2 numero 11. & 12. Anton. Gomez in l. 29. Taur. num 2. Aluar. Valaſ. in praxi. partit. quæſt. 13. numero 82.*

Vnde cum tam euidens ſit interdictarum artium Profeſſores diſcrimen, tantaque diſsimilitudo, nullo modo dictæ clauſulæ virtute prohibitio illa ad Theologos, Iuriſtas vè poterit extendi, adaptarivè, cum eadem natura requiratur, & ſimilitudo. Quo fit, vt ſi ſtatutum punit delinquentem pœna corporali amputa-
23 tionis pedis, *ſiue altera*, † *aut alia*, de ſimili pœna corporali, non pecuniaria, vel capitali, quia diſsimiles ſunt, ſed amputationis membri intelligi debet. Ita (ex *Barthol. Cœpol. Bald.* & alijs) tradit *Proſper Farina. d. quæſt. 17. & num. 15.*

Idemque ſi per ſtatutum pœna pecu-
24 niaria, *ſeu alia*, † arbitrio Iudicis imponatur, quia tale arbitrium pœnam pecuniariam excedere non poteſt. *Felinus in cap. Sedes, 15. numero 6. verſic. Et dici pulchre, de reſcript. Iul. Clar. in pract. quæſtione 83. verſic. Præterea ſi ſtatutum, Proſper Farina. ſuprà numero 5. Iacob. Menochius de arbitrar. libro 2. caſu 80. numero 121. & libro 1. caſu 59. num. 3. Stephan. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 163. nu. 17 cum ſequentib. & deciſione 5. nu. 8.*

Ex his omnibus veram eſſe conſtat, quam aduerſus *gloſſam in d. cap. 1. de poſtuland.* ſententiam defendimus, poſſeque Clericum pauperem Eccleſiaſticum beneficium non habentem pro alijs etiam in foro ſeculari, & ſuper ſecularibus cauſis poſtulare, ſibique ex hoc exercicio neceſſaria comparare.

Nec ſolùm ſponte oblata à litigantibus accipere Clericus poteſt; ſed etiam con-
25 dignum exigere † ſalarium, non obſtante conſtitutione *text. in cap. vnico, 15. quæſt. 2.* cuius ſunt verba. *Obſeruandum quoque decreuimus, ne quis Sacerdotum, vel Clericorum, more ſecularium Iudicum, pro impenſis patrocinijs munera audeat accipere, niſi forte in Eccleſijs gratuito oblata, quæ non fauore muneris videantur accepta, ſed collatione deuotionis illata. Quòd ſi quis iſta probatur accipere, veluti exactor fœnoris, aut vſurarum poſſeſſor, ſecundùm ſtatuta Patrum ſe nouerit degradandum.* Quem *textum*, alij in cauſis ſpiritualibus, alij in Monachis, & Religioſis loqui intelligunt, vt notat *Abb. in d. cap. 1. de poſtuland. numero 6.*

Poteſtque etiam Clericis diuitibus, non pauperibus Eccleſiaſticum beneficiũ non habentibus adaptari.

In vtriſque verò contra dictum *textum* obtinuit generalis cõſuetudo, vt Clerici, quibus poſtulare conceditur (præterquam à miſerabilibus) exigere poſsint debitum pro patrocinio ſalarium: per quam dicti *cap.* conſtitutioni derogatum eſt: vt (poſt *gloſſ. ibidem verbo Pro impenſis*) tenet *Hoſt. & Abb. in d. cap. 1. de poſtul. numero 6. Sylueſt. in ſumma verbo Aduocatus, num. 2. quæſt. 4. prope fin. Guilliel. Rodoan. d. quæſt. 2. num. 21. & 22. Stephan. Gratia. diſcep. forenſ. cap. 57. num. 36. Leli. Zanc. in tract. de priuileg. Eccleſ. priuileg.*

*uileg.53.num.27.& ſeq.Carol.de Gra.d. effectu 21.num.41.*

Limitanda tamen principalis concluſio(quod Clericus pauper in Sacris conſtitutus beneficium non habens Eccleſiaſticum,etiam in cauſis profanis,& coram Iudice ſeculari poſtulare poſsit) intelligendaque in cauſis ciuilibus, † non verò in criminalibus, in quibus ſaltem pœna ſanguinis imponenda venit, á quibus Clericus omnino abſtinere debet, *cap. Sententiam,9. ne Cleric. vel Monach. cap.His á quibus,30. 23.quæſt.vlt.cap.Aliquantos,2. 51. diſtinct.gloſſ. in d. cap.1. verb.Stipendijs de poſtul. vbi Abb. num.4. prope fin. Syluſt. d.verb. Aduocatus,num.2.quæſt.5 Angel.de Clauaſ. in ſumma, §.Aduocatus, num.1.in fin.num.7.Paul. Lancellot.inſt. Canonic.lib.3 tit.de Procuratorib. §.Poſtulandi, Simon Maiolus de irregul. lib.2. cap.9. num.3. Proſper Farina.fragment. crimin.lit.C.num 189. part.1.tom.6. Carol.de Graſſ.vbi ſuprà num.39. & 40.Camill.Borrell.in ſumma deciſ. d. tit.7 de Cleric.& Sacerdot.num.89. & tit.11. de vita,& honeſt. Clericor. nu.39.*

Quæ ſublimitari poſſe videtur limitatio,ſi Clericus reum criminaliter accuſ-
27 ſatum defendat, † per *text. in cap. Nouimus, 27.de verbor ſignific. & in cap.Reos ſanguinis,7. 23. quæſt.5.* Quia tamen, vel propter defendentis imperitiam, aduerſarij vè cauillationes poſſet reus condemnari; vel etiam propter malitiam, & aſtutiam ipſius rei poſſet idem ipſe reus iniuſtè abſolui, actorque ad tallionis pœnam condemnari;tutius eſſe, etiam à rei defenſione Clericum abſtinere, admonet *gloſſ. in d.cap. Aliquantos,51.diſtinct.Panor.in d.cap.1.num.5.de poſtulan.Syluest.d.verb. Aduocatus, num. 2.quæſt.5. Lelius Zanc. de priuileg.Eccleſ priuileg.53.numero 26. Graſſ.vbi ſupra,num.36. & ſeqq. Nauar. conſil.2. num.3. & 4. in tit. de poſtul.1. tom. Petr. Cened. collect. iur. Canoc.39. num.2.part.1.*

Limita etiam & intellige prædictam
28 principalem concluſionem, † dummodo talis officij exercitium,à Diuinis non ſubtrahatur, vt in præcedenti limitauimus *quæſt. num.15.*

## VTRVM CLERICVS pauper tabellionis,vel notariatus officium coram Iudice Eccleſiaſtico, vel etiam ſeculari (quin ob id pœnam incurrat)exercere valeat?

## *SVMMARIVM.*

1 Tabellionatus officium Clericis interdictum eſt.
2 Tam in foro ſeculari, quàm Eccleſiaſtico.
3 Et tam in Clericis Sacrorum Ordinũ, quàm minorum, ſi beneficium Eccleſiaſticum habeant, ſecus ſi nõ habeãt: tunc enim non ſolùm coram Eccleſiaſtico,ſed etiam ſeculari Iudice tabellionis officium exercere hi poterunt,& num.4.
5 Clericus pauper congruum Eccleſiaſticum beneficium non habens, etiam in ſacris conſtitutus, tabellionatus officiũ in foro Eccleſiaſtico exercere poterit, tã in Curia Romana, quàm extra exiſtens, contra Couarr.
6 Et an etiam in officio ſeculari poſsit eſſe tabellio?
7 Clericis an præciſe tabellionatus officium,an cauſatiuè per beneficij ſubtractionem prohibeatur?
8 Concilium Prouinciale Compoſtelanæ prouinciæ, quid circa rem hãc ſtatuerit?

## QVÆSTIO X.

SVperioribus ſimilis ſubſequitur quæſtio. *Vtrùm Clericus pauper tabellionis, vel notarij liberè exercere poſsit officium?* Quam apertè decidere videtur *text. in cap. Sicut, 8. nè Clerici, vel Monachi,* cuius ſunt verba. *Sicut te accepimus referente, &c Fraternit.tuæ mandamus,quatenùs Clericis in Sacris Ordinibus conſtitutis tabellionatus officium per beneficiorum ſubtractionem (appellatione poſtpoſita) interdicas.* Ex quo euidenter conſtat; tabellionatus officium Clericis in Sacris exi-

1 exiſtentibus interdici.† Et ibi notant communiter *Doctores*, *Ludouic. Roman. conſilio* 409. *num.*8. latè *Barthol. Caſſanæ. in conſuet. Burg. tit. de Iuſtices, rubric.* 1. §. 6. *numero* 30. *cum tribus ſeqq. Bonacoſ. in communib. opinio. crimin. part.* 2. *verb. Clericus impunè, verſ. Sed communis eſt opinio, Montemaran. in practic. Epiſcop. cap.*77 *num.*16. *Proſper Farin.* (alios referens) *Fragm. crimina. part.*1. *lit. C. numero* 212 *tom.*6. *Bernard. Diaz in pract. crimi. Cano. cap.*58. *per tot. Marc. Anton. Cucch. inſtit. canon. Maior. lib.* 3. *tit.*37. *num.* 10. *Couar. practic. quæſt. cap.* 19. *n.* 8. *Franciſ. Marc. deciſ.*194. *num.*1. & *ſeqq. part.* 2. *Camill. Borrell. in ſumm. deciſ. tit.* 11. *de vit. & honeſt. Cler. num.*37. *Iacob. de Graff. in deciſ. aure. part.* 2. *lib.* 3. *cap.*2. *num.*17. *Carol. de Graſſ. de effect. Clericat. effectu* 8. *numero* 1. *Ioann. Roxas in ſingular. Fidei* 133. *n.*1. *Maſtrill. deciſ.* 159. *n.*1. *par.*2. *Hieron. Ceual. practic. commu. contra comm. quæſt.*404. *num.* 3. Pro uideturq; expreſsè de iure Regio per *tex. in l.*45. *tit.* 6. *part.* 1. *verſic. E otroſi defendio ſanta Egleſia, que ningun Clerigo fueſſe eſcriuano de ningun Conſejo.* & *in l.* 12. *tit.* 3. *lib.*1. & *in l.*15. *tit.*18. *lib.*2. *Ordinam.* & *in l.*10. *tit.*3. *libro* 1. *nouæ Reg. Collect.* & ibi per *Scribentes.*

Huiuſmodique prohibitio, tam in foro ſeculari, quàm Eccleſiaſtico † procedit, in neutroque poterit Clericus tabellionatus, vel notariatus officium publicè ob dictorum iurium generalem prohibitionem exercere. Ita notat *gloſſ. in d. cap. Sicut,* & *ibidem Abb. num.*6. *Ioan. Andr. num.*9. *Anton. de Butrio. num.*8. *verſic. Si tenetur opinio, Albert. Trotius in tractat. de vero,* & *perfect. Cler. lib.* 2. *cap.*54. *numero* 9. *Didac. Couarr. d. cap.*19. *num.*8. *poſt princip.* & *verſic. Secunda concluſio,* & multi alij adducti per *Farina. d. lit. C. num.*225.

Nec ſolùm in Clericis Sacris initiatis Ordinibus; ſed etiam in minoribus † 3 tantùm conſtitutis, congruum Eccleſiaſticum beneficium habentibus ſuperior ſententia locum habebit: vt (ex *Hoſtienſ. Ant.* & *Abb. in d. cap. Sicut*) tenet, communemque dicit *Couarr. d. cap.*19. *num.*8. *verſic. Quaſi ea ſit receptior ſententia,* & *verſic. Tertia concluſio, quæ communis eſt. Bernard. Diaz. in d. cap.*58. *num.*2. communem etiam teſtatur *Farina. vbi ſupra, numero* 234. *Didac. Perez in d. l.*12. *titul.*3. *lib.*1. *Ordina. gloſſ. vnic. verſ. Quod proced. Alphonſ. de Azcued. in d. l.*10. *tit.*3. *lib.*1. *nouæ Reg. Collect. num.*3. *verſ. Sed contrarium eſt dicendum, Greg. Lopez in d. l.*45. *tit.*6. *part.*1. *gloſſ.*8. *verb. Eſcriuano, Iacob. de Graff. d. num.* 17. *Carl. de Graſsis d. effectu* 8. *num.*10. *Ioan. Bapt. Marcheſ. de commiſ. part.*1. *cap.*16. *num.*19.

Secùs ſi beneficium Eccleſiaſticum non habeat; quia non ſolùm in Eccleſiaſticis cauſis, & coram Iudice Eccleſiaſtico tabellionis poterit publicè officio fungi; 4 ſed etiam apud ſecularia † tribunalia, & in ſecularibus cauſis, ex his, quæ notauimus *quæſt.*8. *num.*13. & *quæſt. ſeq. numero* 4. & in ſpecie *Couarr. d. num.*8. *verſ. Quarta concluſio,* & *Farinac.* (plures referens) *d. lit. C. num.*232. *Carol. de Graff. ſuprà num.*9. *Iſidor. Moſc. de Maieſt. Eccleſ. milit. lib.*1. *part.*2. *verſ. Nec officium. Alber. Galeot. in margar. iur. capite* 20. *numero* 12.

Paupertatis verò fauore Clericus in Sacris etiam conſtitutus, beneficium Ec- 5 cleſiaſticum, † ex quo viuere valeat, non habens, tabellionis officium in foro Eccleſiaſtico exercere poterit, ſecundum *Hoſtienſ. in d. cap. Sicut, num.*1. *verſ. Secunda ratio,* & *verſ. Alioquinſi agerent,* & *verſic. Vnde forſan,* & *num.*8. *verſ. Ex hoc etiam patet, Ioann. Andr. numero* 4. & 7. *Butri. num.*5. *Henr. Bohic. numero* 1. *poſt med. verſ. Ex quo etiam patet, Anchar. numero* 9. *in fin. Abb. num.*6. *in fin.* & *numero* 7. *etiam in fin.* & *num.*8. *Iaſo. in l.*1. §. *Huius ſtudij, num.*8. *verſ. Septimò limita, D. de Iuſtit.* & *iur. Franc. Marc. d. deciſ.*194. *num.*5. & 6. *part.*2. *Guilliel. Rodoan. de ſpoli. Eccleſiaſt. quæſt.*2. *num.* 30. *Montemar. in pract. Epiſcopali, cap.*77. *num.* 17. *Proſper Farin. d. lit. C. fragm. crimin. num.*221. & 222. *Bernard. Diaz in pract. cum Canon. d. cap.*58. *num.*1. *in fin. Gregor. Lopez in d. l.*45. *tit.* 6. *part.*1. *gloſſ.*9. *verb. Tirandole el beneficio. Didac. Couar. d. cap.*19. *num.* 8. *verſ. Nam Clericus in ſacris.* Licèt *idem ipſe ibi,* & *in verſ. Secunda concluſio,* velit hanc intelligere ſententiam procedere in Clericis in Sacris conſtitutis in Curia Romana prædictum officium exercentibus, non verò extra. Cuius contrarium tenẽt omnes proximè relati, aſſerentes tam in Curia Romana, quàm extra, ſi Clericus in Sacris Ordinibus conſtitutus congruum beneficium non habeat, procedere. Hancq; receptio-

rem

rem profeſſus eſt, *idem ipſe Couarr. eod. loco d. num. 8. verſ. Quaſi ea ſit receptior ſententia* : eam etiam receptiorem dicit *Farinac. vbi ſupra, num. 227. Carol. de Graſ. d. effectu 8. num. 18. Sfort. Odd. conſilio 44. num. 19.*

Cuius præcipuum fundamentum eſt *text. in d. cap. Sicut, 8. nè Clerici, vel Monachi*, in illis verbis, *Per beneficiorum ſubtractionem, appellatione poſtpoſita, interdicas.* Ex quibus huiuſmodi prohibitionem directò contra Clericos beneficium habentes, non contra eos, qui beneficium non habent tendere, conſtat. Faciuntque ſimul latè duabus præcedentibus dictæ quæſtionibus, quibus prohibitionem mercaturam exercendi, poſtulandivè etiam in ſecularibus, Clericos beneficiatos tantùm comprehendere, non etiam pauperes, ac beneficio Eccleſiaſtico carentes, oſtendimus. Facit etiam *text. in d. l. 45. titulo 6. part. 1. verſ. E otroſi*, ibi: *Puedele apremiar ſu Prelado tollendole el Beneficio que ouiere faſta que lo dexe.* Ex qua deducit ibi *Gregor. Lopez verbo Tollendole el Beneficio*, Clericum etiam in Sacris conſtitutum
6 ſi beneficium Eccleſiaſticum non habeat † tabellionis etiam in ſeculari iudicio officio fungi poſſe : ſicque tenere *Hoſtien. & Abb. in d. cap. Sicut*, licèt hodie caſus hic non admitteretur in practica, ex ſuperioribus *Ordinamenti, nouæque Reg. Collect.* iuribus, & ex *lege 3. tit. 1. lib. 1. nouæ Reg. Collect.* De iure verò Communi pro ſuperiori ſententia auxiliatur quoque dictum *Ioann. Andr.* quem refert *Abb. in d. cap. Sicut, num. 8.* hoc nempè officium non
7 præciſè † Clericis prohiberi; ſed cauſatiuè, ſcilicet per ſubtractionem beneficij. De cuius veritate, vide ibi per *Abb.*

Tandem per *Concilium Prouinciale Compoſtelanæ Prouinciæ, celebratum Salmanticæ anno 1565. in actione 3. de-*
8 *creto 25. in fine*, ſtatutum extat, † vt à quolibet tribunali Eccleſiaſtico eius Prouinciæ, vbi plures adſunt notarij, vnum notariatus officium poſsit Clerico in Sacris conſtituto conferri. De cuius vſu in Eccleſiaſtico tribunali *Placentiæ*, teſtatur *Azeued. in d. l. 10. tit. 3. lib. 1. nouæ Reg. Collect. num. 3. in fin.* vbi creatum ad id fuiſſe Clericum Sacrorum Ordinum, beneficium tamen non habentem aſſerit.

***

## VTRVM PARENTVM paupertas impediat filio Religionis ingreſſum, ſiuè ad eam voto adſtrictus ſit, ſiuè non? Et an poſt profeſsionem filium egredi compellat? Et quid in parentibus circa filios, vel fratribus circa fratres, vel ſorores pauperes?

## *SVMMARIVM.*

1 Diſtinctio, ſiuè quæſtionis diuiſio.

2 Non licet filijs voto non adſtrictis Religionem ingredi, eorum parentibus in magna neceſsitate exiſtentibus, ſi aut poſsint eis ſubuenire: aut probabilis ſit ſpes fore, vt ſi in ſeculo manerent, poſſent, nec eſt alius, qui ſubueniat. Et quid ſi Religionis voto adſtricti ſint? ibid. numero 14. Et quid ſi ſolemniter filius profeſſus eſt? ibid. num. 15. & ſeqq. Et quæ neceſsitas requiratur? ibid. num. 21. & ſeqq.

3 Filius omni iure parentibus ſubuenire præcipitur, & num ſeq.

Grauiſsimam contumeliam infert filius patri, qui cũ eius neceſsitati ſubuenire poſſit, illum in neceſsitate eſſe patitur, ibi.

4 Necare dicitur, qui alimenta denegat.

5 Ingredi Religionem nõ eſt de præcepto, ſed de conſilio.

Præcepta propter conſilia, aut neceſſaria, propter voluntaria, omittenda non ſunt, ibidem.

6 Religionis ingreſſus non liberat ingredientem à debitis ante ingreſſum contractis, & in eius perſona remanet obligatio, & contra ipſum poterit proponi actio, ſententiaque ferri.

7 Et ſi ingreſſus Religionem vnde ſoluat non habet, ſi artem decentem ſciat, debet eam in Monaſterio, vt creditoribus ſatisfaciat, de Superioris licentia, vel abſque, ea, ſi illam nolit concedere, exercere.

Et an ad id habito etiam, ſi neceſſe ſit, depoſito teneatur? ibidem remiſsiue.

8 Debitor, qui non eſt ſoluendo, ingredi

Reli-

Religionē nō poteſt, ſi intra paucos annos in ſeculo manens, ſit probabilis ſpes fore, vt poſsit creditoribus ſatisfacere.

9 Profeſsio debitorum an valeat, tam de iure communi, quàm ex Motu proprio Sixti V. & Clementis VIII?

10 Seruus abſque Domini conſenſu Religionem ingredi, aut in ea permanere non poteſt.

11 Obligatio filij circa patrem fortior, & potentior eſt, quàm ſerui circa Dominum, cum cauſa, vel obligatio naturalis, accidentali, vel ciuili potentior ſit.

12 Filij deſerentes parentes etiam ratione Diuini cultus, anathematizantur.

13 Filij parentes deſerentes mortaliter peccant.

16 Poſterior obligatio priori non præiudicat.

Res cum ſuo onere in poſſeſſorem tranſit, ibid.

17 Filius, qui abſque Superioris licentia aliquandiu caſtra ob parētum affectionem deſeruit, emenſionis crimine excuſatur.

18 Profeſsio facta à filio exiſtentibus parentibus in neceſsitate, de qua *num.* 22. & ſeqq. valida eſt, licèt filius profeſsionem celebrans mortaliter peccet.

19 Filius in caſu neceſsitatis, de qua ſupra, non ſolùm cum habitu, ſed etiam eo (ſi neceſſe fuerit dimiſſo) parentibus ſubuenire debet. Neceſsitate tamen ceſſante, ſtatim ad Monaſterium tenetur redire, & num. 20. & num. 28.

22 Quæ neceſsitas, vel indigentia parentum requiratur, vt filius obligationis voto non adſtrictus Religionem ingredi prohibeatur? aut ante profeſsionē egredi debeat? Et quæ in Religionis voto adſtricto? & num. 25.

23 Et an requiratur in actu? ſiuè quòd probabiliter ſperetur fore, vt in eam poſteà incidant parentes?

24 Paupertas grauis modo dicto *num.* 22. ſuperueniens parentibus tempore nouitiatus, ad egrediendum Religionē, ſi aliter parentibus non poſsit conſulere, filium obligat.

25 Filius Religionis voto adſtrictus exiſtentibus parentibus in graui neceſsitate, de qua ſupra num. præcedentibus, ſiuè votum præceſſerit paupertatem, ſiuè paupertas votum, Religionem ingredi non debet. Et ſi ſemper durat indigentia, ſemper in ſeculo manebit.

27 Filius Religionem ſolemniter profeſsus egredi eam tenetur, vt parentum extremæ ſubueniat egeſtati, & etiam abſque Prælati licentia, ſi eam non concedat, & habitu etiam (ſi neceſſe ſit) dimiſſo, dummodò cum primùm neceſsitati ſubuenerit reuertatur. Ad quod etiam extranei obligat extrema neceſsitas, ſi non ſit alius, qui ſubueniat, & num. 28.

29 Et quid ſi parentes non ſint in extrema inopia? ſed in graui, modo iam dicto? & num. 30. 31. & 32.

33 Suprà dicta locum habent non ſolùm in parentum primi gradus neceſsitate, ſed & vlterioris, vt in auis, proauis, &c. ſi non ſint filij, qui ſubueniant.

34 Parentes filijs in egeſtate relictis, Religionem ingredi non debent, iuxta dicta in filijs, quibus æquiparantur, imò & fortior in parentibus eſt ratio.

35 Et non ſolùm pro primi gradus deſcendentium neceſsitate, ſed etiam vlterioris iuxta dicta ſuprà num. 33.

36 Frater ob grauem ſororis paupertatē Religionis ingreſſum differre non debet, etiamſi Religionis voto adſtrictus non ſit, nec Religionem egredi tenetur.

37 Limita, vt numero 37. & 38.

## QVÆSTIO XI.

QVoniam multi hac de re (quorum propria materia eſt) egerunt Theologi, non ſic latè, vt liceret, in ea diuagabimur. Quod vt aptè fiat, materiamque dilucidè, & clarè comprehendamus, appendiciſque loco ſit, aliqui erunt diſtinguendi caſus. Quoad primam igitur, & ſecundam principalem quæſtionis partem, quæ filiorum, parentumque obligationem reſpicit (eiſdem enim iudicantur regulis) hi erunt aſſignandi.

1 Primus, quando filius etiam voto † non emiſſo Religionem vult ingredi.

Secundus, quando voto emiſſo.

Tertius, quando non ſolùm votum; ſed etiam profeſsionem emiſit.

Quartus, quę neceſsitas, vel paupertas ſufficiens ſit? caſu quo ingreſsū Religionis, vel impedire poſsit, vel ad egreſſum compellere.

Quæ dicta in filijs, & in parentibus quo-

quoque locum habent, vt infrà dicemus: ideoque in eis adijcimus. Vltimò denique loco de fratribus, & ſororibus.

Igitur quoad primum caſum (argumentis contrarijs, vt breuiter procedamus omiſsis) non licere filijs ingredi Religionem exiſtentibus eorũ parentibus in magna paupertate, † vel neceſsitate, ſi aut poſſint eis ſubuenire, aut probabilis ſit ſpes fore, vt ſi in ſeculo maneant, poſsint, nec ſit alius, qui ſubueniat, dicendum eſt. Tenuerunt que *D. Thom. quodlibet. 3. art. 16. & quodlibet. 10. art. 9. & 2. 2. quæſt. vlt. art. 6. & quæſt. 101. art. 4. ad 1. & ibi Caiet. ad fin. Angel. in ſumm. verb. Religioſus, num 1. Sylueſt. verb. Religio, 2. quæſt. 7. Gerſon 2. part. tract. de grauato ære alieno, an poſsit ingredi Religionem, alphabet. 39. lit. Y. Martin. Nauar. in ſumm. capit. 14. num. 14. Emmanuel. Sà, verb. Religio, num 2. Azor lib. 12. inſtit. moral. cap. 1. quæſt. 8. Franciſ. Toled. lib. 5. ſummæ, capite 1. num. 5. Emmanuel Rodrig. 2. tom. ſummæ, cap. 6. num. 4. Henric. in cap. Peruenit, el 2. num. 3. de iureiur. D. Anton. Gandab. Ioann. de Neapol. Roſella, Tabiena. Armill. Caſtro Ianſen. Corduba*, & alij, quos refert, & ſequitur *P. Thomas Sanchez in ſumma ſuper præcep. Decalog. lib. 4. cap. 20. num. 3.* vbi hanc veriſsimam dicit ſententiam: tenet etiam *P. Leonard. Leſsius de iuſtit. & iure, lib. 2 cap. 41. dub. 3 num. 34.*

Et probatur, primò, quia filius iure Diuino, Naturæ, & Poſitiuo parentibus
3 ſubuenire † præcipitur. Diuino, *quarto Decalogi præcepto. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Exod. 20. & Matthæi 5.* Grauiſsimamque contumeliam, atque iniuriam parentibus infert filius, qui cum eorum neceſsitati ſubuenire poſsit, eos in neceſsitate iacere patitur. Vtrumque firmat *text. in cap. Cæterum, 20. 86. diſtinct.* cuius ſunt verba. *Cæterum Dei traditio eſt, vt prius paſcas parentes. Nam ſi iuxta Diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur: quanto magis fames, quæ morte grauior eſt.* Necare que dicitur, qui
4 alimenta † denegat. vulgar. *text. in l. Necare, 4. D. de liber. agnoſc. cap. Qui abſtulerit, 12. quæſt. 2. cap. Non ſatis, 86. diſt.* Id quod etiã in prouerbijs ſuis protulit *Seneca: Qui ſuccurrere perituro poteſt, cum non ſuccurrit, occidit* (inquit).

Iure etiam Naturæ, vt teſtatur *Vlpian. in l. Si quis à liberis, 5. §. Parens* (ibi *Parens quamuis ali à filio ratione naturali debeat*) *D. de liber. agnoſc.*

Poſitiuo, ex *l. Si filius, 3. C. de patr. poteſt. l. 1. & 2. C. de alend. liber. l. fin. §. Ipſum autem, C. de bon. quæ liber. d. l. Si quis à liberis in princip. cap. Inter cætera, 22. quæſt. 4. Petr. Surd.* (plures referens) *de alimen. tit. 1. quæſt. 17. num. 1.* Nullo igitur iure parentes in neceſsitate, ac paupertate deſerere, Religionemque ingredi, licet filio.

Secundò etiam probatur, quia ingredi
5 Religionem, non eſt de præcepto. † *Matthæi 19. Si vis perfectus eſſe, &c.* Parentibus autem ſubuenire, de præcepto eſt, ex proximè dictis: omittere autem præcepta propter conſilia, neceſſariaque propter voluntaria, permiſsum non eſt, imò iniuſtũ, & nefas, vt de ſe patet.

Tertiò, quia filium parentibus in neceſsitate exiſtentibus ſubuentionis debitorem eſſe, conſtat ex prædictis: ideòque nec ante ſolutionem liberari poſſe, nec actum gerere per quem patri præiudicet, vel ab obligatione (etiam per Religionis ingreſſum) eximatur. Namque Religionis ingreſſus à debitis ante ingreſſum contra-
6 ctis ingredientem non liberat: † Interimque ſemper in eius perſona remanet obligatio: vt tenet *Abb. in cap. Cum I. & A. 22 num. 27. de ſentent. & re iudic. & in cap. 1. de obligat. ad ratio. vel non, num. 8. & ibid. Innoc.* Contra ipſumque poterit proponi actio, ferrique ſententia; vt *ipſi* tenent *ibi.*

Quòd ſi vnde ſoluat non habeat, artem tamen decentem ſciat; eam debet in
7 Monaſterio exercere, † vt creditoribus ſatisfaciat, ſecundum *Innocen. vbi ſupra*. Etiamque abſque Prælati licentia, ſi eam concedere nolit, ex ſententia *Molin. Angles Florib. Nauarr.* & aliorum, quos refert *P. Sanchez d. lib. 4. cap. 19. num. 14. verſ. Alijs placet, & verſ. Addunt*; vbi & an ad id teneatur habitu etiam (ſi neceſſe ſit) de poſito? *num. 15. & 16.* Videndumque etiam *P. Ferdinand. Rebell. de obligat. iuſt. lib. 2. quæſt. 17. ſect. 4. num. 27. verſ. Vtrum tamen fas ſit*, & *num. 28. & 29.* Vbi an & ad Indos poſsit etiam abſque Superioris conſenſu proficiſci?

Et quòd debitor, qui ſoluendo non
8 eſt, Religionem ingredi non poſsit, † ſi intra paucos annos in ſeculo manens, probabilis ſit ſpes fore, vt poſsit creditoribus ſatisfacere; tenet etiam *P. Leonar. Leſsius de iuſtit.*

*iuſtit. & iure d. lib. 2. cap. 41. dub. 3. nu. 32.* quia æquitas non patitur, vt cum damno aliorum ingrediatur: plurimos huius ſententiæ referens *Sanchez d. loco, numero 6.* per quem latiſsimè *per tot. cap.* Aduertens pariter, *num. 2. 19. & 21.* de iure communi debitorũ profeſsionem valuiſſe, † poſtmodum verò per *Motum proprium Sixti V.* editum anno 1587. inhabiles ad profeſsionem factos fuiſſe, licèt per alium *Clementis VIII.* edictum anno 1602. quoad hoc, vt profeſsio valeat, fuerit moderatus. 9

Ex quibus fit, vt neque ſeruus abſque Domini conſenſu Religionem ingredi, † aut in ea, ſi ingreſſus fuerit, permanere poſſit; *text. in cap. Si quis, 3. 17. queſt. 2. cap. 1. c. 2. cap. Si quis obligatus, 7. cap. De rebus, 8. 54. diſt. cap. 1. c. 2. cap. Conſuluit, 5. de ſeruis non ordinand. Dominic. Soto in 4. ſentent diſt. 35. art. 1. ad fin. Didac. Couar. pract. cap. 15. numero 1 colum. 3. Leonard. Leſsius d. loco, num. 31.* 10

Debitum autem, & obligatio filij erga patrem fortior, & potentior eſt ſerui erga dominum obligatione. † Cum illa, iure (vt diximus) Naturæ; hæc, iure gentiũ ſit, *tex. in §. Ius autem gentium, inſtit. de iure nat. gent. & ciuil.* Illa, ſecũdum Naturam (qua etiam irrationabilia erga genitores mouẽtur animalia.) Hæc, contra ipſam Naturã, ex hominum diſpoſitione, *d. §. Ius autem gentium.* Illa, naturalis: accidentalis hæc. Obligatioquè, vel cauſa naturalis accidentali, vel ciuili potentior ſit, iuxta *l. Qui habent, D. de tutel. l. Filio quem pater. de lib. & poſth. l. fin. C. de his, qui ven. ætat. impet. cap. Præſenti, §. Idem, de præben. in 6.* Sed propter obligationem erga dominum, Religionem ingredi, aut in ea domino inuito permanere non poteſt ſeruus; ergo à fortiori nec filius, qui parentum ſubuentioni tot titulis deuinctus eſt. 11

Hanc deniq; ſententiam *Gangrenſe Concilium* approbauit *ſeſſ. 16.* habeturquè in *cap. Si quis filij, 1. diſt.* vbi anathematizãtur † filij etiam Diuini cultus ratione parẽtes deſerentes. Vnde conſtat, filium parentibus in neceſsitate relictis Religionem ingrediẽtem (iuxta prędicta) mortaliter † (cũ ob id anathematizentur) peccare, vt docẽt *Martin. Nauar. Franciſ. Tolet. Emman. Rod. & Tho. Sanch. n. 1. adducti,* tanquam grauiſsimi præcepti tranſgreſſores. 12 13

Hæc quoad primũ caſum. Quoad ſecundum verò, quando Religionis votum filius emiſsit, † idem quoque dicendũ erit, voto ſcilicet non obſtante, ingredi non debere parentum exiſtente neceſsitate, nec votũ obligare. Ita docent *D. Anton. Ioan. de Neapol. Sylueſt. Tabien. Caſtro Paſarel. & Emman. eod. loco*, quo *dicto n. 1. ſup.* eos retulimus, prout eos etiã refert, & cũ quibus tenet *Tho. Sanc. d. cap. 20. n. 8.* ex rationibus ſupra adductis, quæ in vtroq; pariter militant caſu, & alijs ab eiſdem traditis. 14

In tertio quoq; (vbi nempè filius Religionem ingreſſus eſt, in eaque ſolemniter profeſſus) † adhuc parẽtum egeſtatẽ operari, vt egredi teneatur, ſi aliter eis conſultum eſſe non poſsit, quia ingredi prohibebatur, obligatione parentibus ſubueniẽdi iam cõtracta; tenet *Ioan. Maior. in 4. diſt. 38. q. 2. Martin. Nauar. in ſumm. cap. 14. nu. 14. & in comm. 3. de regul. num. 45. P. Leonard. Leſsius de iuſtit. & iur. d. q. 41. dub. 3. n. 34. verſ. Si filius.* 15

Poſterior enim obligatio priori non præiudicat, † vt *in cap. Veniens, 16. & in cap. Intellecto. 33. de iureiuran.* Cum ergo omni iure filius patri obligatus ſit, nec votũ, nec profeſsio filij patri poterit præiudicium afferre, vel generare, tranſibitq; cum ſuo onere filius in Prælati poteſtatẽ, cum ad poſſeſſorẽ res cum ſuo onere tranſeat, *cap. Ex literis, 5. de pignor.* cum ſimilibus, de quibus *Nos in axiomat. & locis commun. iur. lit. R. nu. 76.* Benè facit pro ſuprà dicta ſententia *text.* de iure ciuili *in l. Qui cum vno. 4. §. fin. D. de re milit.* vbi 16

emenſionis crimine excuſatur filius, † qui ob parentum affectionem aliquãdiu abſq; Superioris licentia caſtra deſeruit: per quẽ ad caſum noſtrum infert *Rainer. de Forliuio*, tenetq; per eum (vt parentibus ſubueniat, licere filio Religionem deſerere, cũ *Forliuio*) *Nellus de Sãcto Geminiano tract. at. de Bannitis, 1 par. 2. tempor. num. 48. in fin. Hippol. de Marſil. ſingular. 149. n. 3 Petr. Dueñas reg. 66. limi. 10 circa fin. Aſcan. Clem. in tract. de patria poteſt, effectu 17. nu. 4. Petr. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 69. num. 2. & Ioan. Bapt. Pontan. eod. tract. de aliment. cap. 9. num. 7.* 17

Profeſsio autem in hoc caſu facta valida eſt, † licèt filius ſic profeſsionem celebrans, mortaliter peccet, vt docent *Martin. Nauar. lib. 3. conſilior. tit. de regul. in 1. editione, conſil. 26. num. vnico, & lib. 2. conſ. 3. numero vnico, Emmanuel Rodrig. 1. tom. Summæ, cap. 6. num. 4. & tom. 3. de regular. q. 13. art. 5. dict. 4.* quos refert, & 18

ſequi-

ſequitur *Thomas Sanchez d. lib. 4. cap. 20. num. 10.* obiectionibus, quæ poſſent opponi ſatisfaciens.

Nec ſolùm in prædicto caſu, ſi neceſſe fuerit exire Religionem cum habitu
19 poterit filius; ſed etiam ſine eo, † vt infrà dicemus. Tenetur tamen ceſſante parentum neceſsitate ad Monaſterium ſtatim
20 redire. Ita † *Martin. Nauarr. dict. lib. 3. conſil. tit. de regular. 1. editione, conſilio 26. numero vnico, & dicto conſilio 3. numero etiam vnic. dict. libro 2. Corrad. in ſuis caſuum reſponſis, quæſt. 61. Thom. Sanchez d. cap. 20. num. 14.*

Reſtat nunc de quarto, Quæ ſcilicet paupertas, vel neceſsitas vt ſuprà di-
21 cta procedant, requiratur? † An extrema deſideretur, vel magna, aut grauis ſufficiat? Et an paupertatem præceſsiſſe neceſſe ſit votum, Religionis ingreſſum, vel profeſsionem? ſatisvè ſit poſt hæc ſuperueniſſe? Qua etiam in re aliqui diſtinguendi ſunt caſus.

Aut enim in primo ſupra aſsignato, (quando nempè Religionem abſque voti obligatione vult ingredi filius) loquimur: Aut in ſecundo, quando voti tenetur obligatione: Aut in tertio cum profeſſus fuit.

Primo caſu, non requiri parentum extremam indigẽtiam † ad impediẽdum filio
22 Religionis ingreſſum, colligitur ex *Diu. Thom. 2. 2. quæſt. vlt. art. 6. corpore, & Turrecremat. in cap. 1. diſtin. 30. art 1. num. 3.* (prout eos refert *Thom. Sanchez* infrà citandus) dicentes hanc neceſsitatem contingere, quando commodè parentibus aliter ſubueniri, quàm per filiorum obſequiũ non poteſt: Secùs quando eo non multum indigent. Quibus adhæret *Caiet. 2. 2. q. 101. articulo 4. ad fin.* vbi ait, hanc eam eſſe neceſsitatem, quæ filios ad operas ſuas parẽtibus exhibendas obligat, neque ad hoc extremam deſiderari, ſed ſatis eſſe neceſsitatem magnam latitudinem habentem: Sufficere itaque neceſsitatem, vel paupertatem decentiæ ſtatus, ſcilicet ſi parentes ad faciendum ea, quæ in notabilem decentiæ ſtatus iacturam cederent, cogerentur; vt artem mechanicam exercere, mendicare, alijs famulari cum notabili proprij ſtatus diminutione: ſecùs quando parentes poſſent vitam tranſigere, etſi non ita commodè, abundanter, & honorifice; tenentq; *Ioann. de Neapol. Diu. Antonin. Angel. Sylueſt. Cordub Paſarell.* locis ſuprà in princip. *quæſtionis* relatis, eiſque addu-

ctis *Sanchez* ſæpè repetito *libro 4. ſummæ ſuper præcept. Decalog. cap. 20. numero 4.* vbi hanc neceſsitatem tunc accidere dicit, quando reverà arbitrio prudentis reputatur non leuis, ſed magna, iuxta proximè dicta. Eandem etiam ſequi videtur ſententiam *Leonardus Leſsius* (de graui neceſsitate ſimpliciter loquens) *de iuſtit. & iure dicto libro 2. quæſtione 41. dubitat. 3. numero 34.* Ita etiam è noſtris (ſufficere ſcilicet in iſto caſu parentum paupertatem, quæ ad magnam exiſtimationis, & ſtatus iacturam cogeret, vt quia nobilis alijs ſeruire adſtringeretur, vel mendicare) dicit *Petrus Surdus de aliment. titulo 8. dicto priuilegio 68. numero 4.* ex ſententia *D. Thomæ quodlibeto 3. quæſtione 5. & Angel. de Clauaſ. in ſumma verbo Religioſus, quæſtione 11.*

Idque (ſecundum *Thom. Sanchez vbi ſuprà numero 5.*) procedet, ſiue actu parentes huiuſmodi patiantur neceſsitatem
23 † tempore Religionis ingreſſus, ſiuè probabiliter ſperetur fore, vt in eam poſtea deueniant, contra *Emmanuel Rodriguez 2. tom. ſummæ, capite 6. numero 4.* cui ſatisfacit.

Ac ideò id locum habere, ſi nouitia-
24 tus tempore durante, † dicta grauis ſuperueniat parentum egeſtas, atque ita docere *Ioann. de Neapol. D. Ant. Tabien. Palac. Emmanuel. Sà, & Nauarr.* aſſerit idem ipſe *ibi numero 7.* Quia cum licitè egredi valeat, & perſeuerantia ſolius conſilij ſit; ſubueniendi parentibus præceptum anteferendum eſt. Imò idem quoque erit dicendum in ſecundo caſu, quando ſcilicet filius votum Religionis emiſit;
25 † voto enim non obſtante, ingredi non tenetur, donec parentum neceſsitas ceſſet. Idque ſiue votum præceſſerit paupertatem; ſiue paupertas votum. Vt (ex *Ioan. de Neapol. D. Ant. Sylueſt. Cordub.* & alijs) tradit *Sanchez vbi ſuprà num. 8.* Addens ex eiſdem fieri inde, quòd ſi ſemper durat ea indigentia, ſemper in ſeculo manere debebit, ibique rationem reddit.

In tertio verò caſu, quando filius ſo-
26 lemniter profeſſus eſt, † duo ſunt diſtinguendi. An ſcilicet egeſtas ſit ſumma parentum; vel non ita maxima, vel extrema; ſed grauis modo in præcedentibus caſibus dicto.

In primo dubium non eſt, Religionem egredi, † etiam Superiore renitente, & cõ-

tradicente, vt extremæ parentum egeſtati ſubueniat filium profeſſum teneri. Cum in tali neceſsitate, & ad ſubueniẽdum extraneo, etiã renitente Prælato, ſi non ſit alius, qui ſubueniat Monachus clauſtrũ egredi teneatur. Ita docent *Caiet. Maior. Adrian. Abulenſ. Metin. Tabien. Armill. Nauar. Ledeſm. Paſarell. alter Metin. Angles Florib. Ludouic. Lopez, & Corrad.* quos refert, & ſequitur *Sanch. d. c.* 20. *n.* 14. Teneriq;
28 etiã, ſi ad id opus ſit, habitũ dimittere, † Cũ *Cordub. in ſumm. q.* 4. *ar.* 2. *opin.* 4. *punc.* 2 *verſ. Y no es el miſmo*: Redire tamen profeſſum cum primùm neceſsitati ſubuenerit, vt & ſuprà diximus *num.* 20.

In ſecundò autem (grauis ſcilicet modo iam dicto non extremæ inopiæ,) An filius profeſſus Religionẽ exire teneatur, ſi aliter parentibus ſubuenire non poſsit; † tres
29 ſunt Doctorum ſententiæ. Prima eſt, teneri egredi, etiam inuito Prælato. Secunda non teneri abſq; Superioris licentia. Tertia diſtinguens, an egeſtas præceſſerit profeſsionem, quia tunc tenebitur egredi: ſecùs ſi profeſsio egeſtatem.

30 Primam † ſuſtinẽt *Anchona de poteſtat. Papæ, quæſt.* 5. *art.* 1. *Guandabo quodlib.* 6. *quæſt.* 19. *Ianſen. in concordant. Euangel. cap.* 60. in ea verba, *Vos autem dicitis. Viguerius lib. conſtit. c.* 5. §. 7. *in princip. Cordub. in regula D. Franciſc. cap.* 2. *q.* 6. *art.* 2. *poſt.* 4. *opinion. Palac.* 4. *diſt.* 38. *diſp.* 1. *in ſolut. ad* 3.

31 Secundam, † *Alex. Alenſ.* 3. *par. quæſ.* 33. *memb.* 4. *art.* 1. *in fin. D. Thom. quodlib.* 3. *artic.* 26. *& quodlibet.* 10. *artic* 9. *&* 2. 2. *quæſt.* 101. *art* 4. *ad* 4. *Turrecrem. in cap.* 1. 3. *quæſt.* 1. *art.* 2 *num.* 6. *Henric. in cap. peruenit, el* 2. *numero* 3. *de iureiurand. Lyra Supplement. Gabriel. D. Antonin. Abulen. Armilla, Tabiena, Cord. Emman. Rodrig. Emman. Sá*, & alij, quos refert, & ſequitur (hanc tanquam veriorem approbans ſentẽtiam) *Tho. Sanchez d. cap.* 20. *num.* 17.

32 Tertiam, † *Sylueſt. verb. Religio*, 6. *quæſtione* 9. *Martin. Nauar. in ſumma, cap.* 14. *num.* 14. *& comment.* 3. *de regul. num.* 48. *Anton. Cucus lib.* 3. *inſtit. moral. tit.* 1. *numero* 126. *Cardin. Franciſ. Tolet. lib.* 5. *ſummæ, cap.* 1. *nu.* 6. *Ludouic. Lopez* 1. *par. inſtructory, cap.* 54. *Emmanuel. Rodrig.* 2. *tom. ſummæ, cap.* 6. *num.* 4. relati à *Sanch. vbi ſup. num.* 16. Quam etiam ſequitur ſententiam *P. Leonard. Leſsius de iuſtit. & iure, d. libro* 2. *cap.* 41. *dubio* 3. *num.* 34. *verſ. Si filius.*

Nec ſolùm prædicta pro parentibus pri
33 mi gradus; ſed etiam vlteriorum, † procedere intelligenda ſunt, ſi filijs, vel deſcendentibus, qui eis ſubuenire valeant, carent; vt aut Religionem ingredi non debeant: aut eam cogantur deſerere, iuxta ſuprà tradita. Ita *Tho. Sanchez d. cap.* 20. *num.* 28.

Eadem autem omnia in filijs quoad parentes, eorumque egeſtatis leuandæ cauſa
34 dicta; & in parentibus † pro filiorum ſubuentione locum habent. Cum eadẽ, ac maior etiam filios ſubueniendi, in parentibus ſit ratio: vt latè proſequitur *Tho. Sanchez ſuprà relato loco, num.* 34. *vſque ad* 40. & *Leonard. Leſsius d. dub.* 3. *num.* 34.

Nec pro inopia tantùm filiorum primi gradus leuanda, iam dictis regulis adſtringuntur primi gradus parentes (vt illis in neceſsitate exiſtentibus, Religionem non ingrediantur; vel vt eis ſubueniant, Religionem, ſi opus ſit deſerant) ſed etiam
35 vlterioris gradus, † vti auus, proauus, &c. ſi parentes deſcendentes non habeant, qui eis poſsint ſubuenire; quia parentum loco & ipſi ſunt: vt notat *Sanchez vbi ſupra, num.* 37.

Quod attinet ad vltimã quæſtionis partem (An ſcilicet propter ſororis, vel fratris pauperiem, vel egeſtatem prohibeatur frater ingredi Religionẽ, vel teneatur egredi, ſi aliter eis ſubuenire non poteſt, nec ſit
36 alius, qui ſubueniat?) † vt breuiter procedamus, dicendum eſt. Ob grauem ſororis, vel fratris, modo ſæpè dicto, neceſsitatem (de grauiſsima enim, & extrema, dubitatio non eſt, cum quilibet etiam extraneus illi, deſerendo etiam Religionem, vt ſupra *numero* 27. & 28. notauimus, ſubuenire teneatur) nec ingredi Religionẽ prohiberi fratrem, nec ingreſſum differre debere; aut egredi adſtringi. Ita docet *Leonard. Leſsius dict. cap.* 41. *dub.* 3. *num.* 34. Etiamſi voto Religionis adſtrictus non ſit. Quia ſororibus, ſicut parentibus priuando ſe tanto bono ſuccurrere non tenetur. Firmat etiam *Sanchez dicto capite* 20. *numero* 30. Qui tamen *numero* 31. iuſtam exiſtimat cauſam differendi ingreſſum (& ſi votum Religionis adſit) quando tem-
37 pus non eſt præfixum † voto implendo, licèt impudicitiæ periculum non ſubſit. Quod ad alios conſanguineos non extendendum arbitratur, quorum ſubſidio tanta non eſt obligatio.

Si verò magna ſororum eſſet paupertas, cuius ratione earum pudicitiæ periculum

lum

38 lum eſſet, † exiſtimat idem ipſe *ibi numero* 32. quòd etiamſi voto fratri tempus præfixum ſit, illudquè accedat ; poterit ingreſſũ ex prędicta cauſa differre. In alijs verò fœminis conſanguineis eidem periculo expoſitis, aut fratribus, qui ſibi facilius poſſunt prouidere, firmare non audet.

## VTRVM ET QVANdo propter paupertatem fieri poſsit, vel debeat beneficiorum, aut dignitatum vnio? Et an ob eam, tàm ex diſpenſatione, quàm ſine illa plura quis beneficia valeat obtinere?

## *SVMMARIVM.*

1 Beneficiorum vnio odioſa eſt, ac iuri communi repugnans.
2 Quælibet Eccleſia ſuum debet habere Rectorem.
3 Eccleſia pauper, tenuiſq; redditus poterit alteri Eccleſiæ etiam curatæ vniri. Ampliatur num. 5.
Quid in dignitatibus? Et qualiter hodie ex Sacro Concilio Tridentino dignitatum vnio facienda ſit? num. 7.
4 Vnionis neceſsitas, vel cauſa probanda eſt, nec ſufficit cauſæ, vel neceſsitatis nunciatio, aliàs nulla eſt vnio.
6 Prælatus Religionis poterit duo Monialium Monaſteria, ſi Moniales in altero Monaſterio non poſſunt decenter, & ſine penuria viuere, vnire, Monaſterioquè euacuato Capellanum deſeruire facere.
8 Epiſcopus qualiter, & quæ Seminario puerorum poſsit vnire?
9 Vnio beneficiorum Seminario etiam erigendo, fraude ceſſante, fieri poteſt.
10 Epiſcopus reprehenditur, ſi pauperũ Eccleſiarũ, neceſsitateq; exiſtẽte, vniones non faciat.
11 Vnionis probatio plenè facienda eſt.
12 Nec ſolo verbo, aut facto vnio fieri poteſt, & ſi fiat irritatur. Fructus ex Eccleſia vnita verbo, aut facto ſolùm, tanquam malè percepti reſtituuntur, ibid.
13 Beneficiorum vnio quanto tempore, & quomodò ex temporis diuturnitate probari poſsit?
14 Probari debet modus per quem fuit facta vnio, quia ex vniendi varijs modis, varij reſultant effectus.
15 Vnio beneficiorum non ſolùm pauperum Eccleſiarum reſpectu ; ſed etiam ipſius Clerici obtinentis, eiuſque attenta conditione fieri poteſt.
16 Limita in eo, qui à principio pauperem Eccleſiam acceptauit, & numero 17.
18 Rectori, vel Vicario congrua debetur portio.
19 Qui altari ſeruit, de altari viuere debet.
20 Congrua talis eſſe debet, vt ex ea Rector, vel Vicarius commodè, eius conditione attenta, ſuſtentetur, & numero 22.
21 Incerta non ſunt in congruam computanda.
23 Rector, ſeu Vicarius, cui ſemel aſsignata fuit congrua, quam acceptauit, ea, vel beneficio, quod recepit, debet eſſe contentus.
24 Secùs ſi à principio ſufficiens eſſet, ſuperueniretque paupertas.
25 Congrua erit augenda, beneficiumquè poterit vniri etiam poſt beneficij, vel congruæ acceptationem, ſi adeò tenue ſit beneficium, vel congrua, vt ſui, Eccleſiæquè onera ſuſtinere non valeat.
26 Eccleſia propter eius pinguedinem, & populi multitudinem, ſicut ob paupertatem vniri, poterit diſmembrari.
27 Et qua ſolemnitate diſmembratio facienda ſit? remiſsiuè.
28 Et an ad id citari debeat is apud quem eſt Eccleſiæ regimen, & ad quem Eccleſiæ fructus pertinent, de illiuſque conſenſu debeat fieri diſmembratio? remiſsiuè.
29 Paupertas, iuſta eſt cauſa concedendi diſpenſationem ad beneficiorum pluralitatem. & num. 33.
30 Plura beneficia retinere prohibitum eſt, & vtroque priuatur, qui duo ſimul incompatibilia retinere intendit.

Et qui latè de hac egerint materia? ibidem.

31 Diſpenſatio ad pluralitatem beneficiorum obtenta, magis dicitur per exquiſitos modos, & ſubreptitiè impetrata; quàm legitimè adepta.

32 Pontifex propter importunitatem ſupplicantium ſæpè præoccupatus, vel circunuentus, non concedenda concedit.

34 Plura beneficia (ſi primum ad ſufficiẽtem vitæ ſuſtentationem non ſufficiat) etiam citra diſpenſationem poteſt quis obtinere. Et quæ? & num. 36.

35 Tertium beneficium, ſi primum, & ſecundum ad congruam ſuſtentationem non ſufficiant, abſque Apoſtolica diſpẽſatione retineri non poteſt.

37 Paupertas ob quam licitè quis plura poſsit obtinere beneficia, qualiter ſit conſideranda? Et quæ ſufficiat, etiam abſque diſpenſatione? Licèt tutius ſit eam obtinere.

38 Eccleſia pauper, quæ dicatur, vt vnio fieri poſsit, vel quis pauper, vt plura beneficia habere poſsit, Iudicis arbitrio relinquitur

# QVÆSTIO XII.

1 BEneficiorum vnio odioſa, † ac iuri communi repugnans eſt. *Cardin. Zabarel. conſilio 96. num. 2. Calderin. conſilio 275. verſic. Item vnio eſt ſtricti iuris (aliàs, 13.) de reb. Eccleſ. non alienand. Petr. Andr. Gambar. de authorit. Legat. de latere, libro 5. cap. De poteſtat. Legati in vniendo, num. 28. Cardin. Iacob. Puteus deciſ. 209. nu. 5. lib. 2. Anton. Faber in Codice Fabriano lib. 1. ti. 2. definitione 74. Camill. Borrell. in ſumma, deciſ. tit. 28. de præbend. num. 58. Tiberi. Decian. conſ. 51. num. 8. & num. 46. lib. 3. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. lit. V. concluſ. 229. num. 5. Aymon Crauet. conſ. 258. nu. 10. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 614. num. 5. lib. 4. Borgnin. Caualcan. deciſ. Fauizian. 4. num. 8. part. 2. Rota Roman. Diuerſor. deciſ. 557. num. 5. part. 1.*

Quælibet enim Eccleſia ſuum debet
2 habere Rectorem, † *cap. Quia nonnulli, 3. cap. Conquerente, 6. & toto tit. de Cleric. non reſident. capit. Præcipimus, 53. 16. quæſt. 1. capit. Sanctorum Canonum, 70. diſtin. Aymon Crauet. conſil. 258. num. 10. Stephan. Gratian. diſcep. forenſ. d. cap. 614 num. 16. Gregor. Lopez in l. 3. tit. 16. p. 1. glo. 5. colum. 2. ante finem.*

Ideòque neque propter paupertatem faciendam beneficiorum, dignitatumvè vnionem, dicendum videbatur.

Contrarium tamen abſque controuerſia verum eſt. Eccleſia enim pauper, te-
3 nuiſque redditus † alteri Eccleſiæ non curatæ, vel curatæ per Epiſcopum poterit vniri. *text. in cap. Vnio, 3. ad finem, 10. quæſt. 3. text. in cap. Eam te, 4. in fin.* (ibi: *Niſi ita fuerint tenues in ſubſtantia, quòd proprios Sacerdotes non poſſint conuenienter alere*) *de ætate, & qualit.* vbi etiam not. *gloſſ. verb. Tenues, text. in cap. Poſtquam, 49. 16. quæſt. 1. & in cap. Itanos, 25. quæſt. 2.* (quæ duo capita in Epiſcopatibus, qui paupertatis cauſa ab Apoſtolica Sede vniri poſſunt, ſolentque, loquuntur) *text. & ibi gloſſa verbo Neceſsitas in cap. Exp ſuiſti, 23. de præbend. & dignit. text. vbi etiam gloſſ. verb. Tenues, in cap. 1 de reb. Eccleſ. non alienand. lib. 6. clem. 1. §. Ad hæc, de ſtat. Monachor. gloſſ. in cap. Clericus, verb. Neceſsitatem, 21. quæſt. 1. gloſſ. in cap. Cum noſtris, 6. verb. Iuſta cauſa, vbi etiam not. Abb. num. 15. de conceſ. præbend. Felin. conſilio 2. numero 33. Oldrald. conſil. 260. in princip. & conſilio 261. & conſil. 262. & conſ. 296. numero 2. Guido Pap. conſil. 134. (incip. Circa proceſſum) num. 2. Cardinal. Tuſch. practic. concluſ. litera V. concluſ. 231. numero 1. & ſequentib.* Vbi talem neceſsitatem, vnioniſque cauſam probandam, † nec
4 eius ſufficere nunciationem, aliterque nullas vnionem vires habere firmat, & *concluſ. 132. num. 1. & concluſione 243. numero 1. & concluſ. 244. num. 1. Petrus de Peruſio in tractat. de vnione Eccleſiarum, cap. 3. num. 1. verſic. Tertia cauſa eſt, & verſicul. Quarta cauſa eſt, Ioann. Baptiſt. Caccial. in tractat. de vnionib. artic. 5. num. 1. verſ. Tertia cauſa eſt paupertas, Mandoſ. regul. 12. de vnionib. quæſt. 5. num. 3. ad fin.* Et de iure Regio eſt *text. in leg. 13. tit. 5. part. 1.* ibi: *E puede fazer de dos Egleſias vna, veyendo que es meneſter, porque ſon pobres*: vbi etiam notat *Gregor. Lopez gloſſa 7. verbo Vna, in princip.*

Idquè hodie ex *Sacri Concilij Tridentini* diſpoſitione laxiores recepit habenas. Quo expreſsè facultas conceſſa eſt Epiſcopis

ſcopis, vt ex prædicta paupertatis cauſa, etiam Eccleſias generaliter, ſiue ſpecialiter reſeruatas, aut qualitercumque affectas † poſsint vnire; *text. eſt in cap. 5. de reformat. ſeſsione 21.* poteſtatem ad hoc tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatis Epiſcopis concedens; eius ſunt verba. *Vt etiam Eccleſiarum ſtatus vbi ſacra Deo officia miniſtrantur, ex dignitate conſeruetur: poſsint Epiſcopi, etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegati, iuxta formam iuris (ſine tamen præiudicio obtinentium) facere vniones perpetuas, quaruncumque Eccleſiarum Parochialium, & baptiſmalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis, propter earum paupertatem, & in cæteris caſibus à iure permiſsis, etiamſi dictæ Eccleſiæ, vel beneficia eſſent generaliter, vel ſpecialiter reſeruata, aut qualitercumque affecta. Quæ vniones etiam non poſsint reuocari, nec quoquomodò infringi vigore cuiuſcumque prouiſionis, etiam ex cauſa reſignationis, aut derogationis, aut ſuſpenſionis.*

Quæ & in Religionum Prælatis, quo-
6 ad Monaſteria eis ſubiecta † ampliatur ſententia. Poterit enim talis Prælatus duo Monialium vnire Monaſteria, ſi Moniales in altero Monaſterio non poſſunt decenter, & ſine penuria viuere. Ita *Federicus de Senis conſil. 29. numero 1. in fin. verſic. Plus dico*: vbi & quòd poteſt educere Monialés ex vno Monaſterio, & in aliud eas inducere; Monaſterioquè euacuato Capellanum deſeruire facere: refert, & ſequitur *Cardinal. Dominicus Tuſch pract. concluſ. litera V. conclu. 238. num. 1.* Ad quod etiam videndus *tex.* de iure Regio in *l. 4 tit. 12 par. 1.*

7 Vniones verò dignitatum, † vel beneficiorum curatorum cum dignitatibus, vel Eccleſia Cathedrali, niſi conſulto Pontifice Summo, facere Epiſcopus prohibetur, ex eodem *Sacro Concilio Tridentino ſeſsione 24. cap. 13. de reformat.* Conceditur tamē ei paupertatis ratione Eccleſiæ Cathedrali, vel Canonicatibus cum Capituli conſenſu beneficia ſimplicia, non tamen regularia vnire poſſe, vel ad minorem numerum (ſi per talium beneficiorum vniones Eccleſiæ paupertati prouideri nequeat) præbendas reducere, in eadem *ſeſsione 24. cap. 15. de reformat.*

Pro pauperibus etiam pueris edocen-
8 dis, eorumque Collegio, † vel Seminario, eius fabrica, puerorum alimonia, ipſorum præceptorum, miniſtrorumque mercede, licet Epiſcopo, conſilio duorum de Capitulo, quorum alter ab ipſo Epiſcopo, alter à Capitulo electus ſit; duorumque etiam de Clero ciuitatis; quorū alterius electio ſimiliter ad Epiſcopum; alterius ad Clerum pertineat: ex fructibus menſæ Epiſcopalis, & Capituli, & quaruncumq; dignitatum, perſonatuum, officiorum, præbendarum, portionum, abbatiarum, & prioratuum, cuiuſcumq; Ordinis, etiā regularis, cuiuſuis qualitatis, vel conditionis fuerint, & beneficiorum quoruncumque, etiam regularium, & etiamſi iuris patronatus cuiuſcumq; fuerint, etiamſi exempta, etiamſi nullius diœceſis, vel alijs Eccleſijs, Monaſterijs, & Hoſpitalibus, & alijs quibuſuis locis pijs partem aliquam, vel portionem detrahere, eamque, necnon beneficia aliquot ſimplicia cuiuſcumque qualitatis, & dignitatis fuerint, & etiam reſeruata, vel affecta (ſine tamen obtinentium præiudicio) Seminario incorporare, & vnire: vt latè (ordinem, formamque præfiniens) ſtatuit *Concil. Tridentin. ſeſſ. 23. cap. 18. de reformat.*

Quòd non ſolùm in Seminario iam erecto, vel conſtructo; ſed etiam in erigen-
9 do, † vel conſtruendo in futurum (fraude tamen ceſſante) locum habet. Ita (poſt multa hinc inde) concludit *Hieronymus Gonçalez in regul. 8. Cancellariæ, gloſſ. 5. §. 7. numero 76. & ſeqq.* ſequitur *Stephan. Gratian.* (ſic intelligendus, fraude ſcilicet ceſſante) *diſcept. forenſ. cap. 145. num. 21. & cap. 278. num. 41. & cap. 358. num. 5.* Licèt contrarium dicat *Farinac. deciſ. Rotæ Roman. nouit. nouiſsim. 361. num. 3. & ſeq. par. 2.* Et poſt hæc, ita (cum *Hieronym. Gonçalez, & Gratiano ſupra*) tenentem reperi *Oliuerium Beltraminum in annotationib. ad S. D. N. Gregor. XV. deciſ. 258 num. 10. lit. C.*

Ampliatur ſuprà dicta principalis reſolutio (ob reddituum tenuitatem, paupertatemq; poſſe Epiſcopum beneficiorum vniones facere) vt non ſolùm poſsit, ſed
10 etiam eas facere debeat, † reprehenditurq; ſi non faciat, vt (per tex. *in cap. fin. de Eccleſ. ædific.*) tenet *Ioan. Baptiſt. Caccialup. in tract. de vnionib. d. art. 5. n. 3. Mandoſ. d. reg. 12 de vnionib. q. 6. nu. 4. Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 2. quæſt. 26. num. 20. in fine. Stephan. Gratia. diſcept. forenſ. tom. 4. d. cap. 614. num. 2.*

Vnde in ſuprà dicto paupertatis caſu, non odioſas, imò fauorabiles vniones videri: cũ id Eccleſiaſticæ expediat dignitati, vt vnde viuere decenter Clerici poſsint, habeant: vtque Sacramenta commodè, aptèque miniſtrari valeant, firmandum videtur, ex traditis q; *à Nobis in axiomat. & locis communib. iur. lit. O. num. 13. 14. & 15.*

Et ſi aliquod in præſenti verſaretur odiũ, non tam vniones ipſas; quàm vnionum reſpiceret probationem. Non enim indicijs
11 præſumptionibus, vel coniecturis, † ſed plenè, & perfectè per inſtrumentum, ſeu literas vnionis, ſcripturas authenticas, ſeu priuilegia Apoſtolica, vel præſcriptionem immemorabilem probandæ ſunt: vt tenet *Aymon Craueta conſ. 258. num. 10. & 11.* cum alijs adductis per *Nicol. Gartiam de beneficijs par. 12. cap. 2. §. 3. num. 226.* Cum
12 per hæc perficiatur vnio, nec ſolo verbo, † aut facto vniri beneficia poſsint. Et ſi ita fiant vniones, paſsim irritantur, fructuſquè interim tanquam malè percepti reſtituuntur. Vt accidiſſe teſtatur *Nicol. Garcia ſupra*, Benauenti, vbi quædam beneficia erant vnita Seminario, ſolo verbo, & facto, & per *Nuncium Apoſtolicum* fuit reuocationis talium vnionum, cum condemnatione reſtitutionis fructuum ſententia lata. De cuius etiam caſus contingentia teſtatur *Zerol. in praxi, part. 1. verb. vnio. §. 8.* quos refert, & ſequitur *Stephan. Gratian. d. cap. 614. num. 6. & 7.* Vbi etiam *numero*
13 *ſeqq.* quanto tempore, † & quomodò ex temporis diuturnitate poſsit probari vnio, ex *Nicolao Gartia, Aymon, Oſaſco, Puteo, Caputaq.* & alijs multis. De qua etiam materia *Ioann. Bapt. Caccial. in d. tract. de vnionib. art. 7.* & latiſsimè, per 25. numeros *Cardinal. Dominic. Tuſch. dict. lit. V. concluſ. 241. Ex quibus cauſis vnio probetur?*

Fiatque etiam oportet probatio, modi
14 † per quem ſit facta vnio: vt ſi per viam æqualitatis, acceſsionis, ſubiectionis, vel alijs modis, per quos fieri vniones poſsunt. Cum varij ex his vniendi modis reſultent effectus: de quibus per *gloſſa & Scribent. in cap. Et temporis, verb. Vnire, 16. quæſt. 1. & in cap. 1. verb. Vniẽdo, Ne ſede vacant. aliquid innouet. Ioan. Baptiſt. Caccialup. in dict. tractat. de vnionib. artic. 2. Petrus de Peruſio, de vnion. Eccleſiar. cap. 1. per totum. Ildephonſus Oxeda de beneficior. incompatibilit. part. 2. cap. 3. numero 2. Mandoſ. de reſignat gratiæ, titulo de vnionib. Hieronymus Gonçalez ad regulam 8. Cancellar. gloſſa 5. §. 7. à num. 26. cum ſeqq. Nicol. Gartia de benefic. c. 2. in princ. nu. 7. cum ſeqq. Cardin. Dominic. Tuſch. practica. concluſ. litera V. concluſ. 230. per totam, Stephan, Gratia. dict. cap. 614. numero 15. & 16.* Deque vniendi modis eſt etiam de iure Regio *textus in l. 4. tit. 12. part. 1. vbi Greg. Lopez.*

Non ſolùm autem beneficiorum vnio ratione paupertatis ipſarum Eccleſiarum, vel Eccleſiæ vniendæ; ſed etiam ipſius
15 Clerici, † cuius conditione, & qualitate attenta, viuere decenter ex vnius illarum Eccleſiarum fructibus non poſſet, licèt alius poſſet, permittitur. Ad quam faciendam ſufficientem hanc eſſe rationem, ex ſupra relatis iuribus, *num. 3.* colligitur, ex text. præcipuè in *d. cap. Eam te, 4. in fin. de ætat. & qualit.* in illis verbis, *d. num. 3.* tranſcriptis, *Quod proprios Sacerdotes non poſsint conuenienter alere.* & ex *Concil. Tridentin. ſeſsione 24. capite 13. de reformat.* ibi: *In Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, vbi frequentes, adeòquè tenues ſunt præbendæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & perſonarum qualitate non ſufficiant: liceat Epiſcopis cum conſenſu Capituli, aliquot ſimplicia beneficia, non tamen regularia, ijs vnire, &c.* Vltra prouidens, ſi huiuſmodi ex quibus vniones Dignitatibus, vel Canonicatibus fieri poſsint, beneficia non adſint, ſecundum ea, quæ ſupra *numero 7.* diximus. Et ita expreſſè firmat *gloſſ. verbo Neceſsitatem, in dict. cap. Clericus, 21, quæſtione 1.* vbi latè, quæ ad id dicatur Eccleſia pauper, vt vnio fieri debeat? Cõcludens tandem, ad id qualitatem perſonæ, Eccleſiæque ſitum conſiderandum. Quia aliquid vni, quod non alij ſufficit, vt *cap. Non cogantur, 41. diſtinct.* tradidimusque latè ſuprà *quæſtione 4. à num. 11. cum ſequentib.* propinquque ad præſentis ſpeciei terminos accedendo, *numero 50. cum duobus ſeqq.* Et quia minus manenti extra vias communes, quàm in vijs ſufficit.

Limitat tamen *gloſ.* prædicta hanc eãdem ſententiam, in eo, qui cum à princi-
16 pio ſciuiſſet, † pauperem Eccleſiã acceptauit: Sibi enim id debet imputare, argum. *l. Imperator, 72. (aliàs 70. ſecundum Dionyſ. Gothofredi* impreſsionem) *in §. Si centum, verſic. Enimverò, D. de legat. 2.* cuius

*gloſſ.*

*gloſſæ* ſententiam (ſingulariſsimam dicēs) ſequitur, firmatq; *Mar. Ant. Genuenſ. in pract. Eccleſ. quæſt.* 203.

17 Nō enim ſubueniēdum eſt eis, quibus culpa poteſt imputari † cur ſibi non proſpexerint, *l. Qui bona fide*, 13. §. *De illo*, *D. de dāno infect. l.* 3. § *fin. D. de aqua pluuia arcen.* Cōcinit *Ouid. in epiſ. Oenoni Paridi.*

*Leniter ex merito quidquid patiere, ferendum eſt.*

Et Amor. lib. 1. elegia 14.

*Facta manu, culpaque tua diſpendia ſentis.*

Quo fit, vt licèt Eccleſiæ Rectori, vel
18 Vicario congrua debeatur † portio, *cap. Nulli Epiſcoporum*, 12. *q.* 1. *c.* 2 *de ſupplen. neglig. Prælat. cap. De Monachis*, 12. *cap. Extirpandæ*, 30. §. *Qui verò, de præben. & dignit. Petr. Rebuff. in tract. de congr. q.* 4. *in princip. Card. Franc. Mantic. dec.* 250. *num.* 1. *& deciſ.* 269. *nu.* 3. *Cæſar de Graſſ. deciſ.* 6. *num.* 7. *de præben. Rot. Roman. Diuerſor. deciſ.* 16. *n.* 1. *part.* 1. *& in nouiſsimis apud Farin. deciſ.* 120. *n.* 3. *par.* 1. *& deciſ.* 449. *nu.* 5. *part.* 2. *& apud Sanctiſſ. D. N. Greg. XV.* (tunc Rotæ Auditorem) *deciſ.* 429. *num.* 1. *& ibidem Oliuer. Beltramin. in eius annotationib. lit. A.*

Cum qui altari ſeruit, de altari viuere
19 † debeat iuxta *Pauli* traditionem *ad Corinth.* 1. *cap.* 9. *cap. Cum ſecundum*, 16. *de præbend. & dignit. cap. Ex his*, 12. *quæſ.* 1. *Ioan. á Capiſtrano de authorit. Papæ. p.* 2. *partis ſecundæ principalis*, *num.* 82. cum adductis à *Nobis in axiomatibus, & locis communibus iuris lit. A. num.* 231.

Taliſque debeat eſſe congrua, vt ex
20 ea decenter, † & commodè ſuſtentari Clericus poſsit, *gloſſa in cap. vnico, verbo Abſque penuria, de ſtatu regular. libro* 6. *Petrus Refuffus dict. tract. de congrua, quæſt.* 8. *numero* 78. *Cardinal. Franciſc. Mantic. dict. deciſ.* 269. *num.* 4.

Ac ideò nec incerta ſint in congruam
21 imputanda, † *Petrus Rebuff. vbi ſupra, quæſt.* 11. *num.* 83. *&* 86. *Mantic.* (alios referens) *d. deciſ.* 269. *nu.* 6. *Rota Roman. part.* 2. *Diuerſor. deciſ.* 5. *num.* 3. *& nouiter nouiſsim.* 1. *par. deciſ.* 449. *nu.* 6. *Oliuer. Beltramin. loco ſupra relato.*

In congruæque aſsignatione, perſonæ
22 veniat inſpicienda conditio † vt ſi ſit nobilis, literatus, vel in aliqua dignitate conſtitutus, iuxta *gloſſæ* traditionem *in cap. Conquerente*, 6. *verb. Sufficientia, de Cleric. non reſident. Rota Roman. nouiter nouiſsim. d. deciſ.* 449. *n.* 7. *par.* 2. & diximus ſupra.

Si tamen à principio congrua fuit aſ-
23 ſignata, illa debet Rector, aut Vicarius eſſe contentus, † nec erit augenda, cum ſibi debeat (vt proximè in beneficio diximus) quòd inſufficientem receperit imputare. Ita *Petr. Rebuff. d. tract. de congrua, q.* 12. *num.* 92. *Cardin. Mantic. deciſ.* 22. *nu.* 1. *& deciſ* 250. *num.* 4 *& deciſ.* 255. *nu.* 2 *Rota Roman nouiter nouiſſ. deciſ.* 449. *nu.* 5. *& apud S. D. N. Greg. XV. d. deciſ.* 429. *nu.* 3. vbi etiam *Oliuer. Beltramin. in eius annotat. lit. A.*

Si verò à principio ſufficiēs cōgrua fuiſ-
ſet aſsignata, vel ſufficiēs beneficiū quis fuiſ
ſet adeptꝰ, ſuperueniret q; ex parochianorū
24 deficiētia, † vel alia cauſa beneficij paupertas, inſufficiensq; redderetur cōgrua ob caſus varietates, vel careſtiā (non quidē mōmētaneā) aliavè ſimili ratione Clericus viuere decenter nō valeret: beneficiū poſſet alteri vniri, foretque augenda congrua, ex *gloſſa in d. cap. Clericus, verb. Neceſsitatem.* Quia tunc non eſt, quod Clerico poſsit imputari.

Sublimitāda tamen adhuc ſuprà tradita
erit reſolutio (ſemel ſcilicèt aſsignatā congruā, acceptatāq; beneficiūvè inſufficiēs,
25 nec poſtmodum *augendā congruā*; *nec beneficiū fore vniēdū*) niſi adeò tenuis † eſſet cōgrua, beneficiūvè inſufficiēs, vt Rector, aut Vicarius nequeat ſe ſuſtentare, Eccleſiæq; onera ſuſtinere. Cum tūc non ſolùm habeatur Rectoris perſonæ ratio, dequè eius tantùm agatur præiudicio: ſed etiam Eccleſiæ, Ordiniſq; Clericalis; ne cū illius dedecore mēdicare cogatur, aut minus decēter viuere: ac ideò nec ratio illa, *quòd ſibi debeat imputare*, locū habet. Ita declarauit *Rot. Rom. nouit. nouiſſ. deciſ.* 420. *n.* 4. *p.* 1. *& d. deciſ.* 449. *n.* 5. *notatq*; *Oliuer. Beltramin. in annot. ad Alexan. Ludouic.* (tunc Rotæ Rom. Auditorē, poſtea S. D. N. Gregor. XV.) *ad d. deciſ.* 429. *lit. A.* ſic eam deciſionem limitans, & intelligens cum *Farinac. ſupra d. deciſ.* 420.

Sicut autem propter Eccleſiæ paupertatē fieri poteſt beneficiorū vnio: ſic propter Eccleſiæ pinguedinē, ac diuitias, Cleriq; augmentū poteſt Eccleſiæ fieri diſmē
26 bratio, † *tex. in cap. Ad Audientiam*, 3. *de Eccleſ. ædific.* & notat *Abb. in cap. Ex parte*, 1. *notabil. de reſcrip. cap. Vacante*, 26. *in fin. de præbend. & dignit.* & ita *in vna Toletan. beneficij, die Mercurij* 2. *Decemb.* 1579. *apud Cardin. Seraphin. deciſ* 428.

fuit concluſum, *Nicolaus Gartia de beneficijs, part. 12. cap. 3. numero 3. & ſequen.* latè *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. literà E. concluſ. 272. per totam.* Eſtque *lex Regia, 12. titulo 5. part. 1. verſic. En el lugar donde no ay mas de vna Egleſia puedan fazer dos, entendiendo que lo han meneſter.* & ibi notat *Gregor. Lopez gloſſa 6. Dos.* Ita etiam diſponit *S. Concilium Tridentin. ſeſsione 2. capite quarto de reform.*

Qua autem ſolemnitate diſmembra-
27 tio faciendà ſit, † apud *Cardinal. Seraphin. deciſ. 1062. numero 2. Rota Roman. nouiſsim. deciſione 288. nu. 1 & ſeq. par. 2. & deciſ. 119. num. 11. & 12. & deciſ. 239. num. 1. part. 1.* vide.

Et an ille apud quem eſt Eccleſiæ re-
28 gimen, † & ad quem fructus illius pertinent, citari debeat? de eiuſque conſenſu facienda diſmembratio ſit? vide *Rotam Roman. nouit nouiſsim dict. deciſione 288. num. 4. part. 2. & deciſ. 455. num. 6. ead. 2. part. Seraphin. dict. deciſ. 1062. num. 2.* De quibus omnibus conſulendus *Oliuerius Beltramin. in annotat. ad Alexand. Ludouic. deciſ. 504. num. 8. & 9.*

Nunc ad ſecundam quæſtionis par-
tem. In qua breuiter dicendum. Quòd ſi-
29 cut paupertas iuſtam vniendi beneficia cauſam præbet: ſic & diſpenſandi, † vt quis plura poſsit obtinere. Licèt enim plura quis prohibeatur retinere benefi-
30 cia, † & ſi duplici incompatibili beneficio frui velit, ac vtrumque retinere, vtroque priuetur: iuxta *text. in cap. De multa, 28. de præbend. & dignit. cap. Literas, 9. de conceſſ. præbend. cap. Sanctorum vbi gloſſa 70. diſtinct. cap. Gratia, 7. & ibid. gloſſa, verbo Non poteſt, de reſcript. in 5. Extrauagan. Execrabilis Ioann. 22. de præbend. Extatque ſacri Concilij Tridentini diſpoſitio ſeſſ. 7. capite 4. de reform. & ſeſsione 24. capite 17.* De iure Regio *text. in l. 3. tit. 16. part. 1. verſic. Otroſi, el que ouieſſe beneficio en vna Egleſia.* & plenè per Scribentes in dictis locis, & per *Abbat. in cap. Extirpandæ, 30. §. Qui verò, de præbend. Ioann. de Lignan. in tractat. de benefic. pluralit. per totum. Thom. Campeg. eod. tract. per totam. Nicola. Gimonte eodem tractat. à numero 1. & ſequentibus. Bernard. Diaz in praxi criminal. Canon. capite 58. verb. Beneficia plura poſsident, per totum, & ibi per eius Additionat. Ignat. de Salcedo*, plurimos hac de materia agentes referens *Didacus Perez in leg. 5. tit. 6. lib. 2. Ordinam. gloſſa vnica. Ildephonſ Oxeda de incompat. benefic. 1. part. capite 13. numero 12. cum ſequentib. & capitibus ſequentib.* vbi latiſsimè de beneficijs etiam ſimplicibus, vel in commendam, & alijs ſimilibus, de quibus etiam hodie eſt *textus in dicto capite 17. de reformat. dicta ſeſsione 24. Diu. Antonin. in ſumma, 3. parte, titulo 15. capite 1. per totum, & præcipuè §. 6. Lambert. in tract. de iure patron. libro 2. part. 1. quæſtione 7. articulo 15. Albert. Trotius de perfecto Clerico, libro 2. cap. 45. & 46. Hieronym. Gonçalez in regul. 8. Chancellar. gloſſ. 15. á num. 15. vſque ad 43. Carolus de Graſſis in tractat. de effectib. Clericat. in procem. num. 137.*

Ad pluraq; beneficia obtenta diſpen-
ſatio, licèt magis per exquiſitos modos, &
31 per ſubreptionem, † quàm legitimè obtenta dicatur; *d. extrauagan. Execrabilis Ioann. 22. de præbend. Carol. de Graſſis vbi ſuprà d. num. 137.*

Cum propter importunitatem ſup-
plicantium ſæpè præoccupatus, vel cir-
cunuentus Pontifex, multa aliàs non con-
32 cedenda † concedat. *l. 1. C. de pet. bonor. libro 10. cap. Cum in iuuentute, 12. de purgat. Canon. cap. 2. de conceſ. præbend. cap. Si quando, 5. & ibi. Abb. num. 1. de reſcript. Felin. in cap. Cum olim, num. 5. de re iudic. Guilliel. Caſſador. deciſ. 39. num. 5. Martin. Nauar. in tractat. de oration. cap. 22. Miſcellan. 16. num. 65.* refert, & ſequitur *Hieronym. Gonçal. dict. gloſſ. 15. num. 34.*

Paupertas tamen impetrantis, qui vn-
de decenter, & congruè viuere poſsit non
habet, iuſta ad beneficia plura obtinenda
33 diſpenſationis cauſa † eſt, ex *tex. in cap. Et ſi illa, 23. 1. q. 7.* notant omnes in *d. cap. De multa, 28. de præben. & dignit. gl. in d. cap. Clericus, verb. Neceſsitatem. 21. quæſt. 1. Ildephon. Oxeda d. tract. de incompat. benefic. 2. par. cap. 12. num. 55.*

Imò nec in hoc caſu diſpenſationem
34 requiri, † poſſeque Epiſcopum paupertatis ratione plura alicui beneficia conferre, ipſumq; ea poſſe retinere; deducitur ex *l. Regia, 3. tit. 16. par. 1.* à cõtrario ſenſu, ibi: *Otroſi, el q̃ ouieſſe beneficio en vna Egleſia, q̃ le ouieſſen dado por titulo, ſi le ſuſſe dado a tal beneficio, que pueda viuir en el, nõ debe auer otro en otra Egleſia teniendo aquel.*

&

& ibi *Gregor. Lopez* poſt *Abbat.* ab ipſo adductum, *gloſ.5.col.2.prope med.Hieron. Gonçalez d.gloſ.15.numer.39.text.etiam in d.cap.17.de reformat.ſeſſ.24* ibi: *Quod quidem ſi ad vitam eius, cui confertur honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat; licèt nihilominus aliud ſimplex ſufficiens (dummodò vtrumque perſonalem reſidentiã non requirat) eidem conferri*: vbi id expreſsiùs firmauit *Cardinalium Congregatio*, poſſe Epiſcopum habenti vnum ſimplex beneficium ad eius ſuſtentationem non ſufficiens, aliud citra diſpenſationem Apoſtolicam conferre.

Licèt autem Epiſcopus ſecundum beneficium, ſi primum ſit inſufficiens, poſsit conferre; ſi tamen nec duo ſufficerent, abſ-
35 què diſpenſatione Apoſtolica tertium † conferre non poſſe, declarauit eadem *Congregatio ibidem, in verbo. Liceat nihilominus ad aliud ſimplex ſufficiens, verſiculo, Epiſcopus poteſt.*

Dubitatumquè circa hæc fuit in *Congregatione*, an obtinentes dignitates in Cathedrali Eccleſia, quorum præbendæ ſunt admodum tenues, nec ad quotidianas diſtributiones (etiamſi perſonaliter diuinis laudibus cum alijs in choro inſeruiant) admittuntur; poſſent vacante parochiali in-
36 tra ciuitatem, eius curam habere, † ſeruata in reliquis forma *Concilij*, ſi digni, & idonei per concurſum examinati reperiãtur? Et cẽſuit *Congregatio* poſſe, expectãdum tamen donec parochialis aliqua huiuſmodi vacet, tuncquè debere Epiſcopũ S.D.N. conſulere, & veros dignitatis, parochialiſquè redditus exprimere. Habetur in *declarat. ad cap.4.de reformat.ſeſſ.7. in §. Incompatibilia beneficia, verſiculo, An obtinentes.*

Taliſquè paupertas ob quam beneficiorum pluralitas conceditur; perſonæ cõ-
37 ditione attenta † conſideranda eſt. Ita *Illephonſ. Hoxeda d.2.par.cap.12.num.55. Hieronym. Gonçalez d.num 139.* vbi quod quantum cuique opus ſit, ex perſonæ qualitate, & locorum diuerſitate, vnuſquiſq; ſibi iudex erit: addens ad id eſſe conſiderandas latè traditas diſtinctiones per *Guiliel. Rodoan. in tractat. de ſpol. Eccleſiaſt. quæſt.9.§. Quod dicendum, ex num.12. cum ſequentib. Mart. Nauar. in tractat. de oration. capit.22.num.73.* & pleniùs per *Ludouicum Mol. de iuſtit. & iur. 1. parte, diſputatio. 145. per totam.* Licèt conſultiùs ſit expreſſam à Sede Apoſtolica ſuper pluralitate diſpenſationem obtinere, vt ipſe notat, ibid. *num.40.*

Et quæ in præſenti ad Eccleſiarũ vnionem faciendam, pluralitatemquè beneficiorum concedendam, ſufficiens ſit paupertas, Iudicis arbitrio relinquendũm; tenet (poſt *Petr. Rebuf. in praxi benef. titul. de vnionib. num.36.*) *Dionyſ. Gothofred. in ſua praxi, lib.1.tit.5. de ſtat. homin. cap. Quis diues, quis pauper, quis inops dicatur; verſiculo, Sic dicas.*

## VTRVM CONIVNCTVS pro coniuncto paupere abſquè mandato in beneficialibus admittatur?

## *SVMMARIVM.*

1 In profanis abſquè mandato pro coniuncto admittitur coniunctus.
2 Præſtare debet cautionem de rato coniunctus, ne iudicium reddatur illuſoriu m.
3 Et an huiuſmodi exceptio debeat ante litem conteſtatam opponi? valeantque abſque huiuſmodi cautione iudicium, & acta.
In beneficialibus cõiunctus pro coniũcto abſq; mandato non admittitur, n.4.
Limita, num.9.
5 Mandatum generale ad omnes lites, & cauſas, an beneficiales comprehendat?
6 Cauſæ beneficiales ſpirituales ſunt.
7 Spiritualia eſtimationem non recipiunt.
8 In ſpiritualibus carnalis proximitas non attenditur.

# QVÆSTIO XIII.

REgulare in profanis eſt, coniunctum, etiam abſque mandato, pro coniuncto vſque ad
1 quartũ gradum admitti; † *tex.* eſt in *l. Sed & hæ perſonæ, 35. D. de procur. text. in c. Nonnulli, 28.§. Süt & alij, in fin.* & ibi per Scribentes, extra *de reſcrit. & in capit. 1. de procurat.* de iure Reg. *text. in l. 10. tit. 5. part. 3. Petr. Barboſ. in l. Cum Prætor, 12. numer. 46. D. de iu-*

*iudic. & in l. Si longius*, 18. §. *Si filiusfa-milias, numer.* 4. & 11. *D. eod.* latè (plures huic regulę ampliationes aſsignans) *Car-dinal. Dominic. Tuſch. practic. concluſ. li-tera C. concluſ.* 735. *per tot.* (vt infinitos alios hac de re omittamus agentes.)

2 Præſtare tamen cautionem de rato † debet coniunctus, ne iudicium reddatur illuſorium, cum poſsit abſens ratum non habere, quod illius nomine geſtum eſt; *text. in l.* 1. *C. quib. res iudic. non noc.* tradit (ex *Bart. Paul. Iaſ.* & alijs) *Petr. Barb. in d.* §. *Si filiusfam. numer.* 4. *Card. Tuſch. ſuprà numer.* 15. Vbi an hæc exceptio cau-tionis de rato, mandativè defectus, ante li-3 tem conteſtatam † opponi debeat? adduc-it *Alexand. conſ.* 47. *numer.* 2. *lib.* 7. & *conſ.* 176. *incip. Viſis narratis, infin. eod. lib.* qui cauendū de rato concludit, ſi op-ponatur, procedere què iudicium, & acta ſi ante litem conteſtatam non fuerit op-poſitum.

In beneficialibus autem coniunctum 4 pro coniuncto abſque mandato † non admitti; teſtatur *Rota Romana in nouis, titul. de procurat. deciſ.* 6. & *deciſ.* 35. *nu-mer.* 1. *eod. tit. Franciſc. Viui. deciſ.* 249. *num.* 5. *Camil. Borrel. in ſumma deciſ. tit.* 22. *de beneficiorum gratia, num.* 55. *Cardi-nal. Tuſch. ſuprà num.* 33.

Quinimò magna dubitatio eſt, An mā-datum generale ad omnes lites & cauſas, 5 beneficiales † etiam comprehendat? vel ſpeciale ad eas mādatum requiratur? Qua de re latè *Rota Romana d. deciſ.* 6. *num.* 3. & latiùs *deciſ.* 27. *d. tit. de procurat. in no-uis, per tot.*

Ratio autem quare in beneficialibus (etiam cum cautione de rato) coniunctus 6 non admittatur, eſt. † Quia beneficiales cauſæ ſpirituales ſunt; *text. in capit. Si an-num* 3. *in princip.* (ibi: *In beneficialibus, & alijs cauſis ſpiritualibus*) *de iudic. in* 6. & notant, ſupponuntque omnes ſuprà re-lati.

Ideoquè æſtimationem, vel intereſſe non recipiunt, † vt in ijſdem terminis, 7 docet *Rota Romana d. deciſ.* 35. *titul. de procurat. nu.* 1. vbi eius *Addi.* in id ipſum allegat *gloſ. in prag. ſanct. in titul. de elect. in verbo, Vtiliorem, & Innocent. in capit. Quærelam, extr. de elect. Petr. Surd. con-ſil.* 364. *num.* 9.

Neque in huiuſmodi ſpiritualibus, car-nalis proximitas, ſiue cōiunctio attēditur, 8 † quidquamvè operatur; *text. in d. cap. Si annum, in fin. verſiculo. In huiuſmodi quoq; litibus.* Notat in terminis *Rota Ro-mana d. deciſion.* 6. *numer.* 1. *tit. de procu-rat. in nouis.*

Paupertatis tamen fauore abſque man-dato poteſt quis pro coniuncto Procura-9 tor etiā in beneficialibus † exiſtere. Gra-tiam enim *in forma pauperum*, ad coniun-ctæ perſonæ inſtantiam, abſque aliquo mandato purificari per executorem poſſe: Eſt *deciſio Rotæ Romanæ in nouis, titul. de conceſ. præbend. deciſ.* 9. *Camil. Borrel. in ſumm. deciſ. d. titul.* 22. *numer.* 93. *Ioann. Aloyſ. Ricci. in Collect. deciſ.* 6. *par. Colle-ctanea* 2474. *verſiculo. Et acceptatio*, ibi: *Gratia in forma pauperum, &c.*

## VTRVM SPONSALIA de futuro propter ſuperueniē-tem alterius ex ſponſis paupertatem diſſol-uantur?

## *SVM MARIVM.*

1 Paupertas ſuperueniens ſponſalia non dirimit. Contra numer. 2. & ſequen-tibus.
Adhibetur inter has duas ſententias di-ſtinctio, num. 8. & ſeqq.

3 Promiſsio etiam iurata intelligi debet *rebus ſic ſtantibus.*

4 Sponſalia per ſuperuenientiam grauis morbi, vel deformitatis, tam corporis, quàm animi diſſoluuntur, & nume-ro 6.
Vel ſi tempore ſponſaliorum aderat, ignorabatur tamen ab ſponſorum alte-ro, ibid. d. num. 6.

5 Paupertas quolibet morbo, & morte ipſa grauior eſt.

7 Propter paupertatem diminutionem exiſtimationis, & honoris quis pati-tur.

12 Mulier nubens de dote mentionem non faciens, an omnia ſua bona in dotē dediſſe cenſeatur? & num. 18.

14 Intellectus ad *text. in l. Neceſſario*, 8. *D. de peric. & commod. rei vendit.* Et *ad l. Lutius*, 11. *D. de euictio. & numero* 16. & 17.
Reprobatur *Baldi & Alexand. de Ne-uo* ſententia, ibid. d. num. 14.

Spon-

15 Sponſalia propter ſuperuenientem paupertatem, ſi certa dotis quantitas fuit promiſſa, eaque ſoluatur, non diſſoluuntur.

17 Promiſsio dotis expreſſa, ſiue tacita, eſt veluti conditio, ſub qua ſponſalia celebrantur, qua deficiente, ſponſalia non obligant.

19 Paupertas ſuperueniens ſponſalia etiam iurata dirimit.

20 Et tam ſi ſuperueniat ſponſo, quàm ſponſæ.

21 Sponſalia ex eo quòd ſponſorum altero in eodem ſtatu manente; alteri ingentiſsima diuitiarum copia accreuit, non dirimuntur.

22 Compenſatio an ſit admittenda inter ſpōſos ad paupertatem pariter poſt ſponſalia deuenientes, ob idquè nequeant ſponſalia dirimi?

23 Et quid in alijs euentibus, quando vterque ſimiliter deliquit?

24 Intellectus ad *text.in capit. De illis, 5.deſponſalib.& matrim.*

25 Paupertas ſuperueniens, ſponſalia non dirimit, ſi alter ex ſponſis ita ſpondentem adamaret, vt etiam paupertatis caſu præuiſo, vel cogitato, matrimonium contraheret.
Et idem in alio ſuperuenienti caſu, vel defectu, ob quem aliàs ſponſalia dirimi poſſent, ibid.

26 Ad cuius rei probationem tam in interiori, quàm exteriori foro ſpondentis iuramento ſtabitur, & num.28.

27 Quæ in animo conſiſtunt, partis iuramento probantur.

# QVÆSTIO XIIII.

SI Accidat ſponſalia de futuro contrahi, interimque antequā matrimonium celebretur, ſpō ſa pauper facta ſit, an reſilire ſponſo liceat? frequens eſt dubitatio, ſæpè in praxi, foroquè occurrens, vt teſtatur *Marc.Anton.Genuenſ.in practicab.Eccleſ.quæſt.*775. Qui ea ſe breuiſſimè expedit; cum tamen valde dubia ſit, multaquè pro vtraque parte vrgeant argumenta, & opiniones.

Prima fuit *gloſſæ in cap. Quemadmodū, 25.de iureiurand. verbo, Oculos*, ſimpliciter aſſerentis, † paupertatem ſuperueniē-
1 tem ſponſalia non dirimire: quem ſequuntur *Bald.ibid.num.8.& Alexand.de Neuo.num.*16. non ob id ſolùm ſponſalia dirimi poſſe contendentes. Cum per ſponſam, quæ ſponſaliorum tempore diues erat, ſufficienteſquè ad dotis ſolutionem facultates habebat, non ſteterit. Hancquè ſententiam firmat *Bald. ex text. in l. Neceſſario, 8. D. de pericul. & commodo rei vendit.* & ex *l.Lutius*, 11. *D de euict.* Quibus caſum ſuperuenientem non impedire quominùs contractus valeat, & teneat, ad illiuſquè obſeruationem, ac preij ſolutionem agi poſſe, probatur. Eandem quoque ſequuntur, tenentque *Cardina. Franc. Mantic.de tacit. & ambig. conuention. lib.*2.*tit.*17.*numer.*14. *Iacobus Menoch. conſil.*386. *numer.* 9. cum quibus tranſit *Marc.Anton. Genuenſ.vbi ſupr.tricenario.*26 *d.quæſtion.*775. *Petr. Surd. conſil.* 364.*num.*9.

2 Contrarium † (ſuperuenientem ſcilicet paupertatem ſponſalia de futuro diſſoluere poſſe) ſuadent, firmantque plura argumenta, rationes & iura.

Primò, quia promiſsio, *rebus ſic ſtantibus* † intelligi debet; *text.in l.Cum quis,* 3 38.*in princ.& in l.Stichum*, 95. §. *Vſumfructū, D.de ſolut.* Cōprobat pulcherrimè *Seneca de benefi.li.*4.*c.*39. vbi poſt multa. *Omnia eſſe debent, quæ fuerunt cum promitterem, vt promittentis fidem teneam*, inquit: cum alijs à *Nobis* adductis *in axiomat.& locis commun.iur. lit.D.nu.* 105. *& lit.P.num.*219.

Imò, & ſi appoſitum ſit iuramentum promiſsioni, huiuſmodi conditio adiecta cenſetur; *text.in d.capit.Quemadmodum, 25.de iureiurando, & ibi gl. ſ.verbo, Conditio, & verbo, Oculos.*

Ergo cum rei ſtatus per ſuperuenientem ſponſæ paupertatem mutatus ſit, reſilire ſponſo licebit, iuſtaquè ſponſaliorum diſſolutioni cauſa erit. *Quid miraris* (inquit vbi proximè Seneca) *cum conditio promittētis mutata ſit, mutatum eſſe conſilium?*

Secundò, quia ſponſalia propter ſuper-
4 uentiam alicuius ex morbis, † de quibus in *d.cap. Quemadmodum*, aut grauiorum, diſſoluuntur, vt ibidem prouidet *text.& in capit.fin. de coniug. leproſor.* vbi etiam *gloſ.Didac.Couar.in epitom.de ſponſal.*1. *par.cap.*5.*num.* 6. *P. Ferdinand. Rebello de obligation.iuſtitiæ, p.*2. *lib.*4. *quæſt.* 8. *ſection.*8.*num.*57.

Sed

5 Sed paupertas quolibet morbo, † imò & morte ipſa eſt grauior. Dicitur enim *Eccleſiaſt. cap.* 40. *Melius eſt mori, quàm indigere.* Firmatquè Imperator *in l. Quiſquis*, 5. §. *Filij verò, in fin. C. ad leg. Iul. Maieſt.* & dicemus latiùs *quæſt.* 51.

6 Tertiò quia ſi animi, vel exiſtimationis notabilis deformitas † ſponſorum alteri ſuperueniat (vt ſi furti, vel alterius criminis turpis damnatus ſit) ſponſalia poterunt ob id diſſolui; vt docent *Anton. Cucus lib.* 5. *inſtitut. maior. tit.* 10. *num.* 63. & *Thomas Sanch. de matrimon. lib.* 1. *diſput.* 57. *num.* 2. *circa fin.* Cum enim propter exter nam ſuperuenientem deformitatem ſponſalia (vt diximus) diſſoluantur: à fortiori propter internam, morum, exiſtimationis, & famæ. Quanto enim animus corpore excellentior eſt: tanto magis morum, exiſtimationis, & famæ macula, vel deformitas, externæ, corporisvè præponderat deformitati, vt in terminis notant *Cucus*, & *Sanchez*; tenet etiam *P. Ferdinãd. Rebello d.* 2. *par. lib.* 4. *quæſt.* 8. *ſect.* 2. *numer.* 11. Vbi, quòd non ſolùm propter furtum, homicidium, ſimilevè delictum ſuperueniẽs, ſponſalia poſſunt diſſolui: ſed etiam ſi iam tempore ſponſaliorum tale delictum adeſſet, per quod dedecus, grauem moleſtiã, vel damnum ſponſus incurreret, ſi ſponſaliorum tempore delictum commiſſum ignoraret.

Propter paupertatem verò, diminutionem exiſtimationis, & honoris quis patitur, † iuxta *text. in l.* 2. §. *Quid enim, C. quando, & quib. quart. pars debeat.* Ita vt neque in teſtem pauper, neque ad tutelã, neque ad honores ſine magna admittatur controuerſia, propter ſuſpitionem, vilipẽdium, exiſtimationiſque ex ea prouenientem diminutionem; vt latè ſupr. *quæſt.* 6. *num.* 3. *& ſeq.* præcipuè *num.* 6. 7. & 15. oſtendimus. 7

Quare hanc contrarietatem voluerunt multi diſtinctionis fœdere componere, duos deſtinguendo caſus. Alterum, quando ſponſalia cum dotis promiſsione † contracta ſunt: Alterum, quando ſimpliciter, nec dotis aliqua habita mentione. Vt primo, ſuperueniens paupertas ſponſalia dirimat: non ſecundo. 8

9 Primi caſus ſententiam † probat *text. in capit. De illis*, 3. *de condit. appoſit.* & poſt alios *Didac Couarr. de ſponſa. 1. par. cap.* 5. *num.* 4. *Gregor. Lopez in l.* 7. *tit.* 1. *par.* 4. *verbo, Excuſacion, Ioann. Brunell. in tract. de ſponſalib concluſ.* 8 *num.* 6. *Iacob. Menoch de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 5. *caſu* 455. *num.* 6. & *d. conſ.* 386. *num.* 3. *Cardinal. Mantic. de tacit & ambig. conuent. d. lib.* 3 *tit.* 17. *num.* 14. *Ioann. Gutierrez* (communem dicens) *de matrimonio, q.* 33. *num.* 3. Ex Theologis *Dominic. Soto in* 4. *diſtin.* 27. *quæſt.* 2. *art.* 5. *caſu* 6. *Barthol. à Ledeſma de matrimon. dubio* 13. *caſu* 10. *Petr. à Ledeſma eodem de matrimon. tractat. q.* 43. *artic.* 3. *cauſa* 9. *Emmanuel Rodriguez in ſumm. in ſecunda editione, cap.* 245. *num.* 5. *P. Thom. Sanchez de matrimon. lib.* 1. *diſputat.* 59. *num.* 2. *P. Ferdinand. Rebello de obligat. iuſtitiæ, d.* 2. *part. lib.* 4. *quæſt.* 8. *ſectio.* 8 *num.* 69.

Secundam diſtinctionis partem (quæ ſponſalia non dirimi † propter ſponſæ ſuperuenientem paupertatem habet, vbi abſque dotis cõſtitutione, vel promiſsione contracta fuerunt) ſuſtinet *gloſſa* ſuprà in principio adducta *in d. capit. Quemadmodum.* Quæ licèt indiſtinctè loquatur; in hoc tamen caſu intelligendam dicunt *Ioan. Andr. Anton. Imol. Hoſtienſ.* & alij ibidem, per *text. in d. capit. De illis*, 3. *de condit. appoſit.* iuxta communem eius intellectum, & *l. Si ita ſtipulatus fuero.* 97. §. *Si tibi nupſero, in fin. D. de verbor. obligation. Couar. d. capit.* 5. *numer.* 4. *Petr. Gregor. Syntagm. iuris, part.* 2. *lib.* 8. *capit.* 9. *num.* 9. *Ioan. Matienzo in rubric. titul.* 1. *lib.* 5. *nouæ Reg. Collect. gloſ* 1. *numer.* 47. *Iacob. Menoch. d. conſ.* 386. *num.* 3. *vol.* 4. *Ludouic. Lopez in* 2 *par. ſui inſtructorij in materia de matrimonio, capit.* 38. *Emmanuel Rodriguez vbi ſuprà numer.* 3. *Thom. Sanchez d. diſput.* 59. *num.* 3. *Ioan. Gutier. d. cap.* 33. *num.* 3. 10

Fundamentum eorum, qui hanc tuentur ſententiam, duplex eſt. Primum, quòd ſibi imputet † ſponſus, qui potuit prouidere de dote cauendo, & non prouidit. Faciunt dicta ſuprà *quæſtion.* 12. *num.* 16. 17. & 23. 11

Secundum, quia mulier nubens de dote mentionem non faciens, bona ſua omnia in dotem dare † non præſumitur, vt (poſt alios) tenet *Couar. d. capit.* 4. *numer.* 5. *Roland. à Valle de lucro dotis, quæſtion.* 73. *per totam, præcipuè num.* 3. *Joſeph. Maſcard. de probat. concluſ.* 577. *num.* 2. *Petr. Barboſ. in rubric. D ſolut. matrim. . par. num.* 32. *Thom. Sanch. d. diſput.* 59. *nu.* 3. *Gutier. vbi ſuprà num.* 4. *Petr. Surd. conſ.* 94. *num.* 3. licèt malè pro hac parte alle- 12

get

get *gloſſam in l. Mulier bona*, 78. *D. de ritu nup.* Qua de re inferiùs dicendum, latè *Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 6. num. 61. & ſeqq.* vbi plenè de materia, per *tot. cap.*

Adhuc tamen huiuſmodi diſtinctio opinionum varietatem non ſedat, neque ſuperioribus adductis argumentis, ſuperuenientem ſponſæ paupertatem ſponſalia dirimere poſſe probātibus, ſatisfacit. Ideoque etiam vbi nulla dotis facta mentione ſponſalia fuerunt contracta, paupertate ſu-
13 peruenīente dirimi; † tenuerunt *Abb. in in d. cap. Quemadmodum, num. 10. Ioann. Brunel. in tract. de ſponſalib. d. concl. 8. num. 6. Angel. in ſumma verb. Sponſalia, num. 33. Sylueſt. eod. verb. quæſt. 10. caſu 9. Martin. Nauar. in manual. Latino, cap. 22. num. 27. Anton. Cucus lib. 5. inſtit. maior. tit. 10. num. 71. Henriq. de matrim. lib. 11. cap. 14. num. 6.* Cui opinioni tanquam veriori adhæret *P. Thom. Sanch. d diſput. 59. nu. 4.* verioremquè etiam cenſet *Ioan. Gutier. d. cap. 33. nu. 4.* Quorum ſequitur ſententiam *Ferdinand. Rebel. de obligat. iuſtitiæ, d. 2. p. lib. 4. quæſt. 8 ſect. 8. nu. 69.* quam longe veriorem, tenendamquè omnino (ex rationibus, & argumentis ſuprà relatis, infraquè deducēdis) iudico: tenentquè ſimpliciter *Ioan. Aloyſ. Ricci. Collectan. 1570. verſ. Excuſantur ſextò, Ioan. Petr. Fontanel. de pact. nupt. 2. part. clauſ. 12. gloſ. vnic. num. 7.*

Quibus non obſtant argumenta contra-
14 ria. Et in primis *Baldi*, † *& Alex. de Neuo* obiectio, tenentium, etiam vbi de dote conuentum fuit, paupertatem ſuperueniētem ſponſalia non poſſe dirimere: aduerſus quos eſt communis Doctorum ſententia, vt ſuprà notauimus. Neque eorum opinioni auxiliatur *d. l. Neceſſario*, 8. *de pericul. & commod. rei vendit.* Imò (ſi benè perpendatur) contra eam retorquetur. Poſtquam enim ibi *Paulus Iureconſultus* conſtituit, poſt perfectam venditionem periculum ad emptorem pertinere; de cōtractu ſub conditione celebrato hæc adijcit. *Quod ſi ſub conditione res venierit, ſiquidem defecerit conditio, nulla eſt emptio, ſicut nec ſtipulatio.* Ergo ſiuè in ſponſalibus ſub dotis expreſſa conditione celebratis loquamur, ſiuè etiam de dote non expreſſè cauendo (quia tacitè illa ineſt conditio, *Si dos ſoluta fuerit, ſi res in eodem ſtatu manſerit*) conditione deficiente, corruet actus, poteruntq; per paupertatē ſuperue-

nientem (iuxta eiuſdem *text.* diſpoſitionem) ſponſalia dirimi. Idquè ipſum ex infrà dicendis, & ex ſolutione ad *d. legē Lutius*, clariùs apparebit, eademquè hæc cō-firmabitur ſolutio. Et prædictam ſententiam (ineſſe, vel intelligi conditionem, *Si dos ſoluatur*, etiam nulla facta de dote mētione) firmant ex pluribus *Thom. Sanch. ſupr. diſput. 60. num. 2. & Ioan. Gutier. de iuram. confirmat. 1. par. cap. 37. numer. 3. prope fin. verſ. Imò quod magis.* Faciūtquè multa eleganter congeſta per *Guil. Bene. dict. in repet. cap. Rainuntius, verb. Dotem quam ei dederat, num. 13. & 14. de teſtam.*

Planè ſi in ſponſalitorū contractu certa dotis quantitas fuiſſet promiſſa, eaquè
15 ſolui poſſet, † licèt magnam ſponſa bonorum poſt ſponſalia iacturam feciſſet, cogendus ſponſus foret matrimonium contrahere, cum obligationem ſuam ſponſa adimpleat. Ita notat *P. Ferdinand. Rebel.* (in hoc tantum caſu intelligendum, recipiendumque dicens *Couar. de ſponſal. lib. d. 1. par. cap. 5. num. 4.*) *in d. tract. de obligat. iuſtit. d. ſect. 8. num. 69.*

Nec etiam ſuprà dictis obſtat *text. in d. l. Lutius*, 11. *D. de euict.* (quā pro ſuæ ſententiæ confirmatione adducit *Bald.*) Quia
16 reſpondetur, † in illius *text.* ſpecie, iam contractum perfectum eſſe, ex omnibuſq; ſuis partibus abſolutum: ideoquè periculum ad emptorem pertinere; proquè pretio venditorem agere poſſe: neque id caſum impedire, regulare eſt. At nos in caſu non ſic perfecto, & abſoluto, ſed qui p'urimum conditionis habet, loquimur. Pro-
17 miſsio enim dotis, eſt veluti conditio † ſub qua ſponſalia celebrantur, qua deficiēte (etiam citra fœminæ culpam) ſponſalia non obligabunt, iuxta *text. in d. capit. De illis, 3. de condit. appoſit.* notant *Sanch. d. diſput. 59. numer. 2.* & omnes fere iam relati.

Idque etiam dicendum, ſi tacita tantùm dotis intercedat promiſsio, quando nempè de dote actum non eſt. Cui (ſecundum veriorem, magiſquè communem reſolutionem) mulier nubens, nulla de dote mē-
18 tione facta, omnia bona ſua † in dotem videatur dare. Quam tenēt *gloſ. in d. l. Mulier bona, 78. D. de ritu nupt. Bart. in l. Si conſtante, num. 78. D. ſolut. matrimon. Bald. in l. Nulla, numer. 2. in fin. C. de iure dot. & in l. vltim. numer. 9. C. de ſentent. quæ ſine cert quant. profer.* refert, & ſequitur *Cardin. Franciſ. Mantic. de tacit. & ambig.*

*ambig.conuent.lib.*12.*tit.*21. *numer.*27. *Thom.Sanch.d.diſput.*59.*num.*4. *Ioann. Gutier.d.cap.*33.*num.*4. *Anton. Gom. in l.*50.*Tauri,num.*17.*Ferdin.Rebello ſupr. d.num.*69.quod etiam colligi dicit ex iure Regio Luſitaniæ,*lib.*4.*Ordinam.tit.*7. *& in noua Collect. ex eod.lib.titul.*46. *ad initium*, idque contra *Couar.* & alios firmat. Conuenit *Ouid.Faſtor.lib.*6.

*Et caput,& Regnum factum eſt dotale parentis.*

Ex quibus omnibus ſuprà dictam tenendam ſententiam omnino videtur. Eaque retenta,ampliatur,vt procedat, locũque habeat,etiamſi in ſponſalibus appoſitum ſit iuramentum, † vt tenent *Anton.* 19 *Cucus inſtitut.maior.lib.*5.*tit.*10.*numer.* 71.*Thom.Sanch.d.diſput.*59.*numer.*5.*& diſput.*60.*nu.*2.*Ioan.Gutier. repetito cap.* 33.*numer.*4. *& de iurament. confirmat.* 1.*parte dict.capit.*37.*numer.*3.*verſ. Imò quod magis eſt.*

Ampliatur ſecundò, vt tam in ſponſo, 20 quàm in ſponſa † procedat. Namque ſi ſponſus ſponſaliorum tempore ditiſsimus eſſet, interimque notabiliter pauper efficiatur, ei nubere ſponſa non tenebitur: cum eadem in vtroque ſit ratio, defectus ſcilicet in tali caſu conſenſus, propter notabilem illam mutationem, quæ ſi à principio adeſſet, actum impediret, vt firmant *Cuc.Sanchez,& Gutierrez*, locis proximè relatis.

Diuerſum tamen eſſet, ſi altero ſponſorum in eodem ſtatu manente, alteri ingen- 21 tiſsima diuitiarum copia accreſceret. † Non enim ob id diſſoluerentur ſponſalia, cum melior, non deterior ſuperuenerit conditio. Notat *Sanchez* ſuprà *d. diſput.* 59.*num.*7.*& Gutier. dicto capite* 33. *numero* 4.*verſiculo,Nihilominus,in fin.*

Quid autem ſi tam ſponſus,quàm ſpon- 22 ſa pauperiores † ſint effecti? admittenda ne compenſatio erit? firmaque ſponſalia manebunt? Et licèt affirmatiuam probabilem dicat *Ferdinand.Rebello d.ſectio.* 8. *num.*69.*in fine*: Probaliorem tamen negatiuam,ex natura rei, aſſerit ibidem, *num.* 70. Quia per vtriuſque non præuiſam paupertatem, multò difficilius futuri matrimonij redditur onus; maximè ſi à principio, preſcius numquam ſic contraxiſſet. In alijs verò euentibus admitten- 23 dam compenſationem forè; † vt ſi vterque in hæreſim labatur, iterumquè reſipiſcat, vel ſi alter alteri parem intulerit iniuriam, quæ ſufficiens eſſet ſecundum ſe ad ſponſaliorum diſſolutionem: niſi fortè in poſterum altero rem tẽte,timeantur odia, vel ex vtriuſque iniuria matrimonium notabiliter oneroſius reddatur. Reſpondetque *ad textum in dicto capite* 24 *De illis*,5. † *de ſponſalib. & matrimon. numero* 71. Ideo ibi ſponſæ (cuius ſponſus in longinquas ſe partes contulerat) contrahendi cum alio liberam conceſſam facultatem fuiſſe; quia aderat incontinentiæ timor ob ſponſi abſentiam,quæ in alijs caſibus non ſubeſt.

Limitatur etiam ſuprà dicta principalis concluſio, ſi ſponſus ita ſponſaliorum 25 tempore adamaſſet ſponſam, † vt etiam ſi tunc pauper eſſet, cum ea matrimonium contraheret. Tunc enim per ſuperuenientem paupertatem ſponſalia non dirimi; ſuadent argumenta ſuprà adducta, & notat *Gutierrez dicto capite* 33. *numero* 4. *verſiculo*, *Et retenta.* Idemque erit dicẽdum alio quoque defectu interueniente, ſi nihilominus eo præuiſo, quilibet ſponſorum matrimonium contraheret, cum citra ſpondentis intentionem non ſit euentus, ex iam dictis, ſentitque expreſsè *P.Ferdinand.Rebel.dicta* 2.*part.libro* 4.*quæſtione* 8.*ſectione* 8.*numero* 57.

Ad huiuſmodi autem rei probationem (cum ab animo pendeat, hominumque effugiat notitiam) ſpondentis iuramento 26 † tam in foro conſcientiæ, quàm iudiciali ſtabitur. Quæ enim in animo conſiſtunt, neque in actum prodeunt exter- 27 num, partis iuramento probari; † communis, & indubitata eſt ſententia, probaturque expreſsè per *text.in capit. Cùm in tua*, 6. §.*fin. qui matrimon. accuſar. poſſ. text. in capit. Paſtoralis*, 4. *in fin. de exception.text.in capit.Si verò*,3. *in ordine, deſtent. excommunic.& ibid. not.gloſ. verbo, Propria manu, capit. Intellectum*, 33.*quæſtion.*2.*capit.Si verum*,31.*quæſt.*2. *gloſ.in capit. Significaſti*,16. *verbo.Si ita eſt,de homic. volunt.vel caſua.& in capit. Præſentium*,31. *verbo, Iuramento, de teſtibus;text. in l.Non omnes*,5.§. *A barbaris, D.de re militar.l.Furti*,6.§.*Qui iuſſu, D.de his qui notat.infamia, Bart.in l.Inter omnes*,§.*Rectè*,*numer.*2. *D. de furtis, gloſ. ordin. in capite Præſumitur, de regulis iuris in* 6. *Iaſon in* §.*Sed iſtæ,nu.*88. *& ſeq.inſtit.de actionib.* latè *Didac. Couar.lib.*2.*cap.*20.*numer.*1.*Andr. Gail.*

(com-

(communem dicens) *practic. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 48. num. 24. & obſeruat. 105. num. 7. & obſeruat. 106. numer. 5. Ioſeph. Maſcard. de probat. concluſ. 45. num. 48. & concluſ. 94. numer. 5. Proſper Farinat. lib. 1. prax. crimin. quæſt. 4. num. 21. verſ. Si verò quis, & in fragm. litera I. numero 235.*

28 Et in terminis noſtris, † prædictam ſententiam tenet *Martin. Nauar. in ſumma Latina, cap. 18. numer. 7. & Hiſpana, numer. 5.* quem ſequuntur *P. Thom. Sanchez de matrim. lib. 1. diſput. 62. num. 6. & Gutier. d. cap. 33. num. 9.* Temperans id quoad forum exterius, vt ibi per eum videre eſt. Hęc licèt ſpecialem paupertatis fauorem non inducant: quia omnino materiæ conuenientia, ſcituquè ſunt digniſſima: hìc inſerere neceſſarium duximus.

## VTRVM PATER NAturalis filiam naturalem pauperem dotare teneatur?

## *SVMMARIVM.*

1 Paternum officium eſt filias dotare.

2 Pater filias etiam diuites dotare tenetur, ad idquè officio Iudicis compelli poteſt.

3 Et etiam nuptas.

4 Et ſi inconſulto, & inuito patre etiã ante vigeſimum quintum ætatis annũ, nullaquè dote promiſſa filia nubat.

5 Pater dotem incongruam, qua filia nupſit, augere, eamquè congruè dotare tenetur.

Et quid ſi congruè ab alio dotata ſit? numer. 6. & 7.

6 Pater filiam dotare, etiamſi alter ad eius dotem adſtrictus ſit, tenetur.

8 Pater naturalis tantùm, an filiam naturalem dotare teneatur? & numer. ſequentib.

9 Dos & alimenta à pari procedunt.

11 Iuris Canonici diſpoſitione cum ratione tollendi peccati agitur, in vtroq; foro ſtandum eſt.

12 Pater tenetur dotare filiam ſpuriam, illegitimam, vel baſtardam.

Intellige ſi filia pauper ſit, nec aliunde dotem habere poſsit, & n. 16. 17. & 33.

13 Ad idque etiam patris tenebuntur hæredes, & num. 14.

15 Onus dotandi, cum bonis ex quibus dos conſtituenda eſt, tranſit.

18 Clericus filias ſpurias etiam ex beneficij redditibus (alijs bonis deficientibus) dotare tenetur.

19 Pater naturalis etiam pro Religionis ingreſſu, naturalem tantùm filiam dotare tenetur, & num. ſeqq. Intellige, vt num. 22.

Obligatus aliquàm dotare, non ſolùm pro matrimonio carnali, ſed etiam ſpirituali dotem conſtituere tenetur. ibid.

20 Dotare filium ſi velit ad Sacros Ordines aſcendere, adſtringitur pater, remiſsiuè.

21 Vaſſalli ſubuenire Domino pro filia ſpiritualiter nubente, ſicut pro ea, quę carnaliter nubit, tenentur. remiſsiuè.

23 Filiæ naturali, minor quàm legitimę & naturali conſtituenda dos eſt.

24 Dos filiæ naturalis, quantitatem alimentorum, quæ ei debentur, excedere non debet.

25 Et ſi alimentorum quantitatem excedat, pro exceſſu reuocabitur.

26 Et quid ſi dote ad alimenta commẽſurata, virum condignum non inueniat pater, an eam augere debeat?

27 Cuius generis, vel qualitatis debeant eſſe alimenta, quæ naturalibus præſtanda ſunt? remiſsiuè.

28 Hodie ad quam vſque ſummam poſſit filiarum dos, vel alimenta aſcendere, legitimis, & naturalibus exiſtentibus liberis?

29 Intellectus ad *textum in l. Vxorem, 39. §. Pater naturalis, D. de legatis 3.* & num. ſeqq.

30 Pater legitimus, & naturalis dotando filiam, de proprijs ipſiuſmet bonis, etiamſi filia propria bona habeat, dotaſſe videtur.

31 Etiamquè ſi de ipſiuſmet bonis, filiæquè pariter ſe illam dotare pater dicat, quia in ſubſidium filię bona intelliguntur adiecta.

32 Pater naturalis dotando filiam naturalem, cuius bona habet, non de proprijs bonis dotare, ſed animo compenſandi facere præſumitur, & num. 29.

33 Nec tenetur filiam naturalem quæ aliundè ex proprijs bonis, vel artificio decenti ſe dotare poteſt, dotare, ſecùs in

legi-

legitima,& naturali. Et quæ ſit differentiæ ratio?

## QVÆSTIO XV.

1 Vam ſcitiſsimum eſt,paternũ officium,munuſquè filias dotare † eſſe, & probat *l.fin.C. de dot.promiſsion.l. Qui liberos*, 19.*D.de ritu nupt.l.*8. *titul.* 11. *part.* 4. *vbi Gregor. Lopez gloſ.* 2. *verbo*, *El padre,gloſ.in l.Cum poſt*,70. §. *Gener,verbo,Placuit,D.de iure dot.*

2 Idque etiamſi filia diues ſit,ex dictis iuribus. † *Bald.in d.l.fin. num.*4.*C. de dot. promiſ.Corraſ.in d.l.Qui liberos*, *nu.* 90. communem dicens *Ripa num.* 55. *&* 70. *Crot.num.*73.*Pontan. numer.* 46. *Socin. Iun.num.*162 *Petr.Barboſ.in l.*1. 4. *part. num.*16.*D.ſolut.matrimon.Alexand.conſilio* 7.*num.*10.*lib.*2. *& conſ.*169. *num.*4. *lib.*7. *& in l.Mulier*, §. *Cum proponeretur,num.*16.*D.ad Trebel.& in d.l.*1.*num.* 12.*D.ſolut.matrimon. Carol. Ruyn. conſ.* 140.*num* 4.*lib.*4.*Didac. Couar. in cap.* 3. §.6.*num.*8.*extra, de teſtam. Gaſpar Baeça de dote,cap.*2.*numer.*26.*& cap.* 5.*num.* 5.*& capit.*11.*num.*144. *Corduba de Lara in l.Si quis á liberis*,§.*Sed ſi filius*, *num.* 4. *D.de liber agnoſcend.Ludouic. Molina de Hiſpano.primogen.lib.*2. *cap.*15. *num.*7. *&* 8.*Spino de teſtam.gloſ.*11.*á numer.* 12. communem dicit *Anton. Gamma deciſ.* 376.*num.*1. *Cardina. Franciſc. Mantic. de tacit.& ambig.conuent.lib.*12.*tit.* 16. *num.*15. *Borgnin. Caualcan. deciſ. Fauiſan.*20.*num.*18.*& deciſ*26.*num.*24.*par.* 3 *Hieronym.Ceual.commun .contra commun.quæſt.*5.*in princ.Aſcan.Clem. de patria poteſtat cap.*6.*effectu* 11.*numer.*144. *Petr.Surd.de aliment.tit.*7.*quæſt.* 6.*num.* 4.*&* 11.*& quæſt.*1.*num.*9. *tit.*2. *Stephan. Grat.diſcept.Forenſ.lib.*2.*cap.*259. *nu.* 5. infinitos alios referens *Marius Giurba in conſuetud.Senat.Meſanenſ. cap.* 3.*gloſ.*3. *num.*2.*par.* 1.*Ioſeph.Ludouic. deciſ.Peruſin.*21.*numer.*25. *Ioann. Cephal.conſ.*308. *num.*20 *lib.*3.*& conſ.*485.*num.*16.*lib.* 4. *& conſ.*501.*num.*12.*eod.lib.Cardina.Domini.Tuſch practic.concluſ.litera D. concluſ.*780.*num.*7.11. *&* 50. *Andreas Gail lib.*2.*obſeruat.*95.*num* 14.vbi communem dicit,*Nicolaus Intrigliol. conſ.* 20. *nu.*28. 29.*&* 31.*lib.*1. magis communem, & ab omnibus receptã dicẽs,*P.Ferdin.Rebel. de obligatio.iuſtit.*2.*par. lib.*5.*de cõtractu dotali,quæſt.*4. *num.*1. Ad quod officio Iudicis poſſe compelli patrem, notant omnes ſuprà adducti.

3 Filiamquè ideo etiam nuptam dotare † teneri,docet *gloſſa in l.Obligamur*, 51. §. *Lege obligamur, D. de action. & obligat. Iaſ.in auth.Præterea,num.*8. *C. vnde vir, & vxor.* vbi dictam *gloſſam* communiter receptam dicit,*Cornel.Beninc. de paupertat.ſpeciali.*3.*in contract.num.*2.communem etiam teſtatur *Anton. Gamma d. deciſ.*376.& magis communem *Petrus Barboſ.in d.l.*1.*par.*4.*num.*26. *Gaſpar Baeça de dot.cap.*5.*num.*4.*Franciſc.Viuius communopinio.lib.*2.*opinio.*587. *Cæſar Barzius deciſ.*29.*numer.*2.*&* 8.*Petr.Surd. de aliment.tit.*1.*quæſt.*6 *& conſ.*255.*nu.*16. *Aſcan.Clem. de patria poteſtat. effect.* 11. *num.*13.*Ioan.Bapt. Coſta de ration. ratæ, quæſt.*208.*num.*1.*Cardina.Franciſ Mantic.de tacit.& ambig.lib.*12.*tit.*17.*num.* 12.*Marius Giurba* (alios adducens) *dict. gloſ.*3.*num.*6. Vbi idem quoque quamuis

4 inconſulto, † vel inuito patre nupſerit, & ante 25.annum,nullaque dote promiſſa (ex *Surdo,Barzio,Baeça,Coſta, Sanchez, Mantica,*& alijs)dicit; Noſquè latiùs dicemus:plenè etiam (hanc firmans ſententiam)*Guiliel.Benedict.in repet. cap. Raynuntius,verbo,Dotem, quem ei dederat, á num.*30.*cum ſeqq.*

5 Ampliatur præterea etſi filia nupta, ſit incõgruè dotata, † quia eã cõgruè dotare,dotẽquè augere tenetur pater.Ita (per *gloſ.in d.* §. *Lege,cum Bald. & Paulo Caſtrenſ.*ibi relatis)tenet (hanc opinionem, veluti æquiorem amplectens)*Guil. Benedict.*vbi ſuprà *num.* 42. Caſum aſsignans, in filia quæ parua dote à parente aſsignata matrimonium cum marito, qui eius erat amore captus,neque de dote curauit,contraxit; quia pro ſua,mariti, patrimonijquè conditione dotem augere debet pater; tenet etiam *Gregor. Lopez in d.l.* 8. *tit.* 11. *part.*4.*gloſ.*2.*verbo,El padre. ante finem.*

Ampliatur deinde ab huiuſmodi obligatione non liberari patrem, etiamſi alter

6 filiam dotare teneatur, † vt ſi ab aliquo deflorata ſit,poſtquam pœnitentiam egerit: *Aretin.conſ.*17.*num.*13. *&* 15. *Franciſc.Burſat.conſ.*215.*num.*3.*Octaui.Oſaſc. deciſ.Pedamont.*107.*num.*10.

Vel etiamſi ab extraneo,vel eius marito fuiſſet dotata:*Neuizan.conſ.*45.*num.* 34. *Simon de Prætis conſ.*138. *num.* 106. *Rimi-*

*minald. Iunior conſilio* 15. *numero* 15. *libro* 1. *& conſilio* 143. *numero* 2. *lib.* 2. *& conſilio* 514. *numero* 1. *libro* 5. *& conſilio* 600. *nu.* 6. *eodem lib. Iacob. Menoch. conſ.* 183. *numero* 14. *libro* 2. *Ioann. Cephal. conſ.* 308. *numero* 19. *& 22. libro* 3. *& conſilio* 334. *numero* 25. *eodem lib. & conſilio* 486 *numer.* 11. *lib.* 4. *& conſilio* 467. *numero* 19. *& conſ.* 578. *num.* 18. *Nicola. Intrigliol. conſ.* 20. *num.* 30. *lib.* 1.

Contrarium licèt ſentiat (cum *Baldo Nouello*, quem ibi refert) *Gregorius Lopez dict. gloſ. verbo, El padre, anteſin.* in
7 filia nupta, & dotata congruenter, † vbi quòd ſi filia dotetur ab alio ſi adhuc maritata non eſt, teneatur eam dotare, ſecùs ſi maritata, & congruenter dotata.

Hæc autem in filia naturali & legitima, in naturali
8 † autem ſolùm, ſpuria, & baſtarda, quid dicendum, videre reſtat. Et non teneri patrem naturalem tantùm, filiam naturalem, vel illegitimam dotare, videbatur firmandum; ex *text. in l. Vxorem*, 39. §. *Pater naturalis, D. de legat.* 3. per quem ita tradunt *Bald. in l. fin. numero* 8. *C. de dot. promiſ. & in authentic. Res quæ, numero* 7. *C. commun. de legat. Bart. in l.* 1. *numero* 11. *D. ſoluto matrimon. vbi Alexand. numero* 17. *Aretin. Imol. Roman.* & alij, *Bart. in l. Si quis à liberis*, §. *Vtrum, numero* 3. *D. de liber. agnoſcend. Decius in l. Si certis annis numero* 9. *C. de pact. Laurent. Syluan. conſ.* 2. *numero* 16. *Nicolaus Boer. deciſ.* 127. *num* 11. *Andr. Tiraquel. in l. Si vnquam, verbo, Suſceperit liberos, numero* 61. *&* 119. *C. de reuoc. donat. & de primogeni. quæſtione* 62. *numero* 11. *Iaſon in* §. *Fuerat, numero* 120. *inſtit. de action. Ioannes Campegius de dot.* 1. *part. quæſtione* 1. *Palaci. Rube. in repet. capit. Per veſtras*, 3. *notab.* §. 32. *numero* 4. *de donatio. inter vir. & vxorem, Anton. a Padilla in dict. authentic. Res quæ, à numero* 63. *C. commun. de legatis, Petrus Surd. de alimentis, titulo* 1. *quæſt.* 9. *numero* 7. *Petrus Barboſa in l.* 1. 4. *par. numero* 4. *verſiculo, His ita, D. ſoluto matrimonio, Hieronym. Ceuallos quæſt. commun. contra commun.* 565. *in principio, Gregor. Lopez in dicta l.* 8. *titulo* 11. *parte* 4. *gloſſa* 2. *verbo, El padre, poſt principio, ſub verſiculo, Item procedit*, ibi: *Sunt enim aliqui caſus, &c.*

Contraria tamen ſententia probatur, ex *authentic. Licet patri, C. de natural. liber.* ex qua naturalibus debentur alimẽta, & per conſequens dos, cum à pari procedant, † vt voluit *gloſ. in l. Obæs*, 2. *C. de*
9 *præd. & alijs reb. minor.* quam ad hoc notant plures relati per *Nicol. Euerard. in* 11
*locis legal. loco ab alimentis ad dotem*, vbi etiam maiorem in dote, quàm in alimentis dicit ineſſe rationem, ex *Cyn. Panorm. Bald.* & alijs, *Nicol. Intrigriol. d. conſ.* 20. *num* 3. *Andr. Gail. practic. obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 95. *num.* 15.

Et per iſtam æquiparationem, hanc tenuerunt ſententiam *Bald. Nouel. de dot. part.* 6. *priuileg.* 16. *Ioannes Campegius eodem tractat. de dot. part.* 1. *quæſtio.* 17. *Ioan. Lup. in repet. capit. Per veſtras*, 3. *notab.* §. 9. *num.* 1. *&* §. 32. *num.* 4. *&* 22. *de donat. inter vir. & vxor. Didac. Couar. in epit. de ſponſal. ib. part.* 2. *capit.* 8. §. 6. *numero* 11. *Andreas Tiraquel. de iure primog. quæſtio.* 62. *numero* 12. communem dicit *Ripa in l.* 1. *numero* 65. *D. ſoluto matrimon. Caccial. in authentic. Si qua illuſtris, numero* 71. *C. ad S. C. Orfician. Corraſ. in dicta l. Qui liberos, numer.* 114. *D. de ritu nupt. Decius in cap. In præſentia, numero* 29. *& ibid. Beroi. numer.* 213. *extra de probat.* pluribus hanc ſententiam firmat rationibus *Petr. Surd. de aliment. titul.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 6. *& ſeq. & quæſt.* 10. *num.* 5. *& ſequentib. Nicol. Boer. deciſion.* 127. *numer.* 6. *& ſeqq. Anton. Capit. deciſ.* 164. *numer.* 2. *Marius Giurba in conſuet. Senat. Meſſan. d. cap.* 3. *gloſ.* 3. *numero* 12. *part.* 1. *Vincent. de Franch. deciſ.* 283. *num.* 11. *&* 25. *P. Ferdin. Rebello de obligatio. iuſtit. part.* 2. *lib.* 5. *quæſt.* 8. *ſect.* 1. *num.* 3. *Lara in d. l. Si quis à liberis*, §. *Idem reſpondit, num.* 23. *D. de liber. agnoſc. Petr. Sanz Morquech. de diuiſione bonor. lib.* 2. *capit.* 17. *num.* 27. *Tell. Fernand. in l.* 10. *Tauri, num.* 11. *Petr. Barboſ. in l.* 1. 4. *part. num.* 49. *D. ſolut. matrim. Hieronym. Ceuallos commun. contra comm. d. quæſtion.* 565. *ex num.* 2. *cum ſeqq.*

10 Idque de iure Canonico † fortiùs procedit, ex diſpoſitione *textus in capit. Cùm haberet*, 5. *de eo qui duxit in matrimon. quam pol. per adult. & ibidem gloſſa fin.* notant *Bart. Alexandr. Dec.* & alij, quos refert, & ſequitur *Cornel. Beninc. de paupertat. ſpec.* 3. *in contract. numero* 6. vbi communem dicit. Idque hodie de iure Regio videtur approbatum per *text. in l.* 5. *titulo* 19. *part.* 4. vbi notat *Gregor. Lopez gloſ.* 5. *verbo, Queſuben, in princip.*

In hoc etenim caſu, iuris Canonici diſpoſitioni ( cum ratione tollendi peccati diſponat) in vtroque foro, tam Eccleſiaſtico, quàm ſeculari † ſtandum erit, etiam vbi contraria adeſſet (quæ non adeſt) diſpoſitio, ſed conformis, vt ex iam dictis colligitur, ex proximèque dicendis, & reſpõſione ad *text. in d. §. Pater naturalis*, conſtabit. 11

Suprà dictam etiam ſententiam in filia ſpuria, † illegitima, aut baſtarda, firmant *Couarrubias in d. §. 6. numero 11. Roland. à Valle conſ. 58. numero 1 & ſequentibus, præcipuè numer. 3. 5. 6 & 7. lib. 3. Anton. Gamma d. deciſ 149. numero 7. Franciſc. Burſat. conſilio 33. numero 21. Petr. Surd. de aliment. tit. 1 quæſt 10. num. 9. & q. 12. num. 1. & quæſt 13. num. 2. & 3. & conſil. 310. num. 2. & conſ. 393. num. 31. Ludouic. Molin. de Hiſpan. primog. d. lib. 2. cap. 15. num. 45. & 49. Marius Giurba* (multos referens) *d. c. 3. gloſ. 3. n. 13. Guil. Bened. in repet. cap. Raynuntius, verb. Dotem, quam ei dederat, num. 43. de teſtam. Ioann. Matienz. in l. 8. gloſ. 1. numer. 36. tit. 8. nouæ Reg. Collect. Petr. Barboſ. in d l. 1. 4. part. num. 42. D. ſolut. matrim.* magis communem dicit *Philipp. Paſchal. de virib. patr. poteſtat. 2. par. cap. 3. num. 36. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumptio. 189. num. 25. Andreas Gail. pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 88. numer. 4. & ſeqq.* Vbi hanc communem Doctorum opinionem, & in vtroque foro ſeruandam aſſerit; Noſquè etiam diximus *quæſtione 4. numero 64. & ſeq.* 12

Ad idquè etiam patris tenebuntur hæredes, ad eoſquè huiuſmodi tranſit dotandi obligatio. Sicut enim filiam legitimam, & naturalem dotare patris tenentur hæredes (tradente † *Decio conſilio 35. ex numero 6.* cum hæres recuſare non poſsit onus, quod nec is cuius hæreditatem ſuſcepit, recuſare potuit, vt in *l. Poſtulante, 44. D. ad Senat. Conſult. Trebellian.* Iureconſultus *Marcellus* inquit, docentquè *Cardinal. Franciſc. Mantica de tacitis & ambiguis conuentionibus, libro 12. titulo 16. numero 36. Petrus Surdus conſilio 265. numero 18. Tiberius Decianus conſilio 70. numero 13. libro 4. Vincentius de Franchis deciſione 178. numero 7. & 18.* alios referens *Marius Giurba in conſuetudinib. Senatus Meſſanenſis, dicto capit. 3. gloſ 3. numero 27. Petrus Barboſa in dicta l. 1. 4. parte, num. 6. Ferdinand. Rebello de obligatio. iuſtitiæ, part. 2. libro 5. quæſtione 4. de contractu dotali, numero 7. & 13. Ioannes Gutierrez practicar. quæſtion. 125. numero 2. libro 2. Cardinal. Dominic. Tuſchus litera D. concluſione 780. numero 3. 34. 63. & 66.*) 13

Sic & circa naturales, & ſpurias filias † idem quoque dicendum eſt, cum eas parentes teneantur dotare; & per conſequens eorum hæredes, ex ratione *dictæ legis, Poſtulante.* Et quia dotandi onus cum bonis tranſit, † ex quibus conſtituenda dos eſt, vt (cum *Bart. Paulo Caſtrenſi, Franciſco Ripa, Matthæo de Afflictis, Alex. Gaſpare Baeça, Petro Barboſ. Marco Antonio Peregrino, Franciſco Viuio, Vincentio de Franchis*, & multis alijs) tradunt *Mari. Giurb. loco ſuprà relato, & Gutier. d. quæſt. 125. num. 2. verſ. Prætereà onus dotandi.* 14 15

Prædicta tamen procedere intelligenda ſunt, ſi filia naturalis pauper † ſit, neq; dotem poſsit alitũde habere, vt omnes iam relati notant: ſecùs ſi filia naturalis pauper non ſit, aliundeq; alimenta, vel dotem percipere, vel habere poſsit. Tunc enim ſiue ex proprijs bonis, ſiue ex artificio alimenta, vel dotem valet percipere; ab alimentorum, vel dotis conſtitutione liberi parentes exiſtunt; ex *text. in l. Si quis a liberis, 5. §. Sed ſi filius, D. de liber agnoſc. Anton. Abb.* & communiter Scribentes *in d. cap. Cùm haberet, Bart. in l fin. num. 7. D. de his quib. vt indign. Iaſ. in §. Fuerat, num. 104. inſtit. de actio. Dec. conſ. 576. num. 3. Laurent. Calcan. conſ. 62. num. 14. Didac. Couar. de ſponſal. d. 2. par. cap 8. §. 6. nu. 9. Ludouic. Molin. d. lib. 2. cap. 15. num. 46. Guilliel. Benedict. in cap. Raynũtius, verbo, Dotem, quam ei dederat, nu. 42. & 45. Bald. in l. fin. nu. 6 C. de dot. promiſ. Bart. Roman. Imol. & Alex. in d. l. 1. D. ſoluto matr.* vbi communem dicit *Ripa num. 65. Bolognet. num. 113. Crot. num. 75. Cardin. Tuſch. d. concluſ. 780. num. 137. & 138. & 158. Federic. de Solis in tract. de dote, art. 2. num. 8. Aſcan. Clem. de effect. patr. poteſt. effectu 11. nu. 5. Mari. Giurb. d. gloſ. 3. cap. 3. num. 16. & 17. Didac. Spino de teſtam. gloſ. 11. num. 46 & gloſ. 16. nu. 119. Petr. Surdus de alimentis, titulo 7. quæſt. 6. nu. 3. Petrus Barboſa dicta l. 1. 4. parte, numero 62. Rolandus à Valle conſilio 54. numero 53. lib. 2. Hieronym. Ceuallos commun. contra commun. d. quæſt. 565. nu. 3.* 16

dice-

dicemuſquè infrà in reſponſione ad *d. §. Pater naturalis*, diximuſq; etiã *q. 4. n. 143.*

Sublimitanda tamen eſt proxima limitatio, & intelligenda ſi filia naturalis officium, ex quo alimenta, vel dotem percipere poteſt, decenter † & abſque dedecore
17 exercere valeat, non aliter. Qua de re latè Nos *d. quæſt. 4. §. 3. num. 141.* & pluribus relatis, tradit *Ludouic. Molina d. cap. 15. num. 47.* Et magis ſpecificè in terminis noſtris in filia naturali, & illegitima loquendo, docet *Guil. Bened. d. verb. Dotem quam ei dederat, numer. 45. verſ. Et illud, quod dictum eſt.*

Ampliatur autem ſuprà dicta concluſio (quæ patrem filiam illegitimam pauperem dotare adſtringit) etiam in nata ex damnabili coitu, † vt in filia presbyteri,
18 quam etiam ex beneficij redditibus (patrimonialibus deficientibus bonis ex *d. capit. Cùm haberet*) alere, vel dotare debere presbyterum; tenent *D. Thom. 2. 2. quæſt. 185. art. 5. in reſp. ad ſecund. Ioan. Lup. in repet. cap. Per veſtras, §. 23. num. 13. de donat. inter vir. & vxor. Petr. Dueñ. regul. 366. num. 1. Petr. Nuñez de Auendan. reſponſo 19. num. 5. Cordub. de Lara in d. l. Si quis à liberis, §. Idem reſcripſit, nu. 25. & 26. Franciſc. Burſat. conſ. 255. nu. 16. Ioann. Baptiſt. Coſta de remed ſubſidia. remed. 66. Marius Giurba d. cap. 3. gloſ. 3. num. 19. Martin. Nauar. de ſpoli. Clericor. §. vltim. numer. 11. P. Ferdinand. Rebello de obligat. iuſtitiæ, d. 2 par. lib. 5. q. 4. num. 22. Didac. Spin. de teſtament. 14. parte, gloſſæ rubricæ, num. 9 ex gloſ. per text. ibi in cap. Omnino, 31. diſt. Cald. Pereyr. de iure emphyt. 3. par. de poteſtate eligend. cap. 13. num. 11. Guillel. Benedict. in repet. d. cap. Raynuntius, verb. Dotem, quam ei dederat, num. 43. Petr. Anton. Petra de fideicommiſ. quæſt. 8. num. 462. Petr. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 92. numer. 5.* Diximuſquè etiam *d. quæſt. 4. num. 52. & 68.* Et de fratre Clerico dicemus *quæſt. ſeq.*

Ampliari etiam ſuprà dicta principalis concluſio poterit, non ſolùm ſi filia naturalis nubere velit, carnalequè † matri-
19 monium contrahere, ſed etiam ſpirituale, ſi Religionem velit ingredi. Namquè aliquam dotare obligatus, non ſolùm ei, quæ carnaliter, ſed quæ ſpiritualiter, per Religionis ingreſſum nubit, dotem aſsignare tenetur, vt docèt *Bart. in l. 1. §. Si parens, D. ſi quis à par. fuer. manum. Bald. in l fin. num. 7. C. de dot. promiſ. Felin. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 79. verſ. Cæterum, quia contra, extr. de conſtit. Matth. de Afflict. deciſ. 349. Alexand. conſ. 139. num. 6. & 7. lib. 2. Guillel. Benedict. loco ſuprà relato, numer. 7. Iacob. Menoch. de præſumptionib. lib. 4. præſumpt. 189. numero 91. Nicol. Boer. deciſione 126. numero 12. Petr. de Auendañ. reſponſo 17. numero 4. Petr. Barboſ. in d. l. 1. 4. par. num. 27. D ſolut. matrimon. Andreas Gail. practicar. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 95. num. 1. Petr. Anton. Petra de fideicommiſſis, quæſtione 8. num. 354. Cardin. Domin. Tuſch. practicar. concluſ. litera D. d. concluſ. 780. numer. 22. & 48. & concluſ. 730. d. litera D. Thom. Sanchez de matrimon. libro 4. diſput. 26. numero 7. Marius Giurba dicto cap. 3. gloſ. 3. num. 24.* Vbi etiam ex plurimis idem in filio dicit, † ſi ad ſacros velit aſcendere Ordines. Et in filia domini,
20 † ſi Religionem profiteri velit, vt vaſſalli teneantur ad id domino ſubuenire, vt in matrimonio carnali tenentur, *num. 25.* De quo latiùs Nobis agendum, *quæſt. 38.*

In noſtro tamen caſu id procedere arbitror, dummodo maior ſumma, vel dos
21 ad Religionis ingreſſum, † quàm ad matrimonium carnale non requiratur, habita conſideratione, quòd naturali, & illegitimæ minor eſt conſtituenda dos, †
22 quàm legitimæ, & naturali; vt notant *Abbas conſilio 115. numero 1. libro 2. Lup. de illegitim. comment. 2. §. 1. numero 46. Petr. Surd. de aliment. titulo 1. quæſtione 10. numero 15. Martin. Coller. eodem tractat. de aliment. libro 1. capite 3. numero 70. Tellus Fernand. in l. 10. Tauri, num. 2. 11. & 12. Ferdinand Rebello dicta quæſt. 4. numero 27. Andreas Gail libro 2. obſeruatio. 88. numero 8. Petr. Barboſa dicta l. 1. 4. part. numero 56. verſiculo, Quare ad veram reſolutionem, & num. 69. circa fin. verſ. Pro qua concordia.*

Cuius dotis quantitatem ad menſuram debitorum alimentorum filiæ naturali
24 taxant, † deberiquè dicunt *Bart. in authentica, Ex complexu, numero 4. C. de inceſt. nupt. Riminaldus Iunior conſilio 475. numero 21. & 22. Petrus Dueñas regula 366. numero 3. Didacus Couarrubias de ſponſalib. dicta 2 parte, capite 8. §. 6. numero 11. Petrus Barboſa, ſuprà numero 69. Didacus Spino de teſtamentis, gloſſa 11. numero 46. & gloſ. 16. numero 119. Cordub. de Lara in dicta l. Si quis à liberis, §. Idem reſcripſit, num. 31. Anto. Capic. deciſ.*

181.*num*.1.*Anton.Gabriel lib.6.communium opin.tit.de aliment. concluſ.*1.*num.* 14.*Marc. Anton. Pereg. de fideicommiſ. tit.*18.*num.*69.*&* *conſ.*81.*num.*5.*lib.* 5. *Petr. Anton. Petra eod. tractat. de fideicommiſ.quæſt.*8.*num.*463.*&* 464.*Rolandus à Valle conſ.*74.*numer.* 40.*lib.*1.*&* *conſ.*85.*numer.*6.*lib.*3.*Martin.Coller.de aliment.dicto capite* 3.*numero* 57.*Cardinal.Tuſchus dicta concluſ.*780. *num.* 105. plurimos alios referens *Giurba dict. gloſ.* 3.*num.*14.*Hercul.Mareſcot. variar. reſolut.lib.*2.*cap.*83.*num.*34.*&* 35.

Quòd ſi dos alimenta excedat, pro exceſſu reuocari, † plurimis adductis, tradit 25
*Gail.d.obſeruat.*88.*numero* 8 *Capiti.dict. deciſ.*181.*numer.*1.*Ludouic.Molin d.cap.* 15 *numer.*50.*Ioan.Matienzo in l.* 8.*tit.* 8.*lib.*5.*nouæ Reg.Collect. num.*33 *gloſ.*1. *Hieronym. Gabriel conſ.*25.*numer.* 4.*&* *numer.*15.*Roland. a Valle d. conſ.*85.*numer.*6.*&* 9. *Petrus Barboſ.ſuprà d. num.* 69.*P.Ferdinand.Rebello de obligat. iuſtitiæ,d.quæſt.*4.*num.*28. addens, quòd ſi pater condignum virum ea dote (commenſurata ſcilicet ad alimenta) non inueniat, 26
dotem † tenebitur augere, quantam patres ſi nihis conditionis, filiabus naturalibus in ea patria dare ſolent. Videndaquè latiùs circa hæc tradita per *Petr. Barboſ. d. num.*69.

Et cuius generis, vel qualitatis debeant 27
eſſe alimenta, † quibus dos commenſuranda eſt, an pro neceſsitate viuendi tantùm? an conditione qualitatequè perſonarum, & patrimonij attenta? vide pleniſsimè (præter alios) *Petr.Barboſ.ſuprà num* 6. *verſ. His ita explicatis*, *&* *ſeqq.* & Nos etiam latè *quæſt.*4.*num.*65.66.*&* 67.

Hodie autem, ad quam vſque ſummam poſsit naturalium filiarum (legitimis ſtantibus) dos aſcendere, † vel alimenta; diſponit *text.in l.*10.*Tauri,&* *l.*7 *&* 8. *tit.* 6.*lib.*5 *nouæ Reg.Collect.* Quæ de quinta ſolùm bonorum parte legitimis, & naturalibus liberis ſtantibus, parentibus pro filiorum naturalium alimentis, vel alio modo diſponere permittunt, inque maiori vetant quantitate. Et ita notant in ſpecie noſtra *Didac.Couar.d.cap.*8.*§.*6. *numero* 8. *Didac.Perez in l.*22.*tit.*3.*lib.*1.*Ordinam. Ludouic.Molin.d.cap.*15. *numer.* 50. *Didac.Spino vbi ſuprà gloſ.*10.*num.*46.*Hieronym.Ceuall.commun. contra commun. d.quæſt.* 565. *num.* . & diximus *d. quæſt.* 4.*num.*66. Intra eam tamen quantitatem, (& ſi magna ſit) poterit naturalis filia dotè pro cõditione perſonarũ, & patrimonij (iuxta *text.in l.Si filiæ*, 41.*in fin.D.de leg.* 3.) petere.

Quibus non obſtat de iure ciuili *text.in d.l.vxorẽ*, 39.*§.Pater naturalis*, *D.de leg.* 29
3. Cui dupliciter reſponderi poteſt. † Primò dictum §. non id ad quòd pro contraria parte adducitur, probare (patrem ſcilicet filiam naturalem dotare non teneri) Non enim hac de re agit ibi *Conſultus*, ſed an dos data à patre filiæ naturali, de bonis ipſius patris data cenſeatur? an de bonis filiæ, ex fideicommiſſo ſibi à marito relicto (cuius erat debitor pater) videatur conſtituta? Quo caſu, licèt donationem nõ præſumi, dicat *Scæbola*: non tamen ideo filiam naturalem dotandi excludit obligationem.

Idquè præcipuum (inter alia) filia legitima & naturalis habet, quia in eius dotis 30
conſtitutione mera patris liberalitas † præſumitur, neque animo compenſandi, aut de bonis filiæ dotem videtur promiſiſſe, licèt bona filia habeat; *text.* eſt *in l.fin. C.de dot.promiſ.* Adeo vt ſi expreſsè de proprijs bonis, & bonis ipſius filiæ, ſe dotare profiteatur pater; bona filiæ in ſubſidiũ † (quatenus patris bona non ſufficiãt) 31
cenſeãtur adiecta; ex *d.l fin.* quam ſic communiter intelligunt Doctores, vt (pluribus relatis) tradit *Iacob. Menoch. de præſumpt.lib.*3.*præſumpt.*15.*num.*22. *&* *ſeq. Ioſeph.Moſcard. de probat. concluſ.*1155. *num.*5.*&* *ſeq.Cardin.Franciſc. Mantic. de tac.&* *ambig.conuention.lib.*12.*tit.*19. *a num* 8.*cum ſeqq.* vbi pleniſsimè, plures adducens ampliationes, *Anton. Gomez in l.*50.*Tauri,num.*21. *Nicol.Intrigliol. cõſ.* 20.*num.*22.*&* *ſeqq lib.*1. *Philip. Paſchal.* (cõmunem adſeuerans) *de virib. patr. poteſtat.*2.*par.cap.*6.*per tot.* præcipuè *num.* 3. vt antiquiores omittam.

In patre tamen naturali non ea liberalitas præſumitur, † vt nec compenſatio, ſi 32
filiæ bona pater habeat, admittatur. Quam differentiam agnoſcunt omnes; teſte *Soci. in l.*1.*n.*41.*D.ſolut.matr.*& ibid.*Pet.Barboſ.num.*49.*verſ.Retenta hac opinione.*

Vndè non ſequitur neceſsariò, Pater naturalis dãdo dotem pro filia, ſi bona ipſius filiæ habeat, videtur animo compenſandi donare; ergo eam non tenetur dotare, vt aduertit *Petr.Surd.de alim.tit.*1.*q.*9.*n.*8. *verſ.Reſponderi etiam poteſt.* Quia tenetur filiam dotare naturalem, quãdo ipſa ſe do-

dotare nō poteſt, neque ad id bona habet, ſecùs ſi habeat, vt monſtrauimus ſuprà.

Ex quo ſecundus etiam ad *dict.* §. *Pater naturalis*, deſcendit intellectus. Filiam ibi
33 pauperem non eſſe, † proque dote fideicommiſſum habere, eoque caſu exſtinctū obligationis naturalis vinculum filiam naturalem dotandi, eſſe. Licèt enim pater legitimus, & naturalis etiam filiam diuitem, & quę bona pro dote habet, dotare teneatur (vt plenè ſuprà oſtendimus) ſecùs pater naturalis, cuius naturalis filia bona habet, vel aliunde ſe dotare poteſt. Differentiæ ratio eſt, quia pater legitimus, & naturalis vtroque iure, naturali, & ciuili filiam dotare tenetur, *d. l. Qui liberos*, 19. *D. de ritu nupt.* cum alijs, naturalis verò, ex præcepto iuris naturalis tantùm, quod non niſi quando filia aliter ſe dotare non valet, obligat, *d. l. Si quis à liberis*, §. *Sed ſi filius*, *D. de liber. agnoſcend.* Sic tenent, & declarant *d.* §. *Pater naturalis*, *Bald. in l. Neque mater*, *num.* 1. *C. de iure dot. Bald. Nouell. Campeg. Couar. Ioann. Lup.* & alij ſuprà adducti *num.* 9. *Petr. Surd. de aliment. d. tit.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 8. vbi ita paſſim à Doctoribus *d.* §. intelligi, dicit, *Bolognet. in l.* 1. *num.* 114. & 119. *D. ſolut. matrimon.* & ibidem *Petr. Barboſ.* 4 *par. num.* 54. *verſ. Vltimo loco*, & *num.* 55. *Cardina. Paleot. de nothis*, & *ſpur. cap.* 49. *nu.* 5. *Fortunius Garcia de vltim. fine iur. numer.* 143. *Guil. Benedict. in repet. cap. Raynuntius*, *verbo*, *Dotem*, *quam ei dederat*, *num.* 45. *extr. de teſtam. Hieronym. Ceuall. d. quæſtion.* 565. *commun. contra commun. num.* 2. & *ſeqq. Roland. a Valle* (commmuni Doctorum calculo receptam hanc ſententiam dicēs) *conſ.* 54. *num.* 52. & *ſeqq. lib.* 2.

## VTRVM FILIAM SEMEL dotatam, quæ dotem amiſit, pauperquè eſt, iterum dotare, alerevè, cui iam alimenta dederat teneatur pater? Et quid in fratre circa ſororem, vel fratrem?

*SVMMARIVM.*

1 Obligatus ad aliquid dandum, vel faciendum, ſemel dando, vel faciēdo, obligationi ſatisfacit. Intellige, vt n. 13.

2 Frater per pactum, vel ſtatutum ſororem dotare obligatus, poſt primam dotem aliam conſtituere (niſi aliter expreſſè actum ſit) non tenetur, & num. 3. Et quid ſi per legem adſtrictus ſit? numer. 14. & 15.

4 Patrem ſemel filiam dotaſſe ſufficit. Contrà num. 5. & ſeqq. quando abſquè dolo, vel culpa dotem amiſit.

6 Et quæ filiæ culpa in dotis conſumptione, vel perditione ad patris exonerationem ſufficiens ſit. Intellectus ad *text. in auth. Quod locū C. de collatio.* ibid.

7 Filius, qui aſsignatam ſibi à patre legitimam diſsipauit, profuditquè, aliam non conſequitur.

8 Habebit tamen moderata à patre alimenta, vt vnde viuere poſsit habeat.

9 Si verò abſque culpa aſsignatam amiſit legitimam, aliam relinquere tenetur filio pater. Non tamen aliam in vita illi aſsignare.

10 Dos ſuccedit loco alimentorum, eorumque regulis iudicatur.

11 Pater filiam, quæ dotem amiſit, ſiue in patris poteſtate exiſtentem, ſiue non, iterum dotare tenetur.

12 Pater viuēte adhuc primo filiæ marito, iteratā dotē filiæ cōſtituere nō tenetur.

16 Frater Clericus ex iuris diſpoſitione ſororem pauperem ex beneficij redditibus (proprijs bonis deficientibus) dotare, alereque tenetur, & ſic iterum dotare, & nu. ſeq. Limita, vt nu. 20. in fin.

17 Et non ſolùm tanquam pauperem dotare tenetur ſororem Clericus, ſed tanquam ſororem, eiuſque conditione attenta. Et qualiter id faciendum, vt Clericus ſecurus ſit? Diſpoſitio *legis Cum plures*, 13. §. *fin. D. de adminiſt. tut.* etiam fratres Clericos comprehendit. ibid.

18 Pater Clericus iterum dotare filiam de redditibus beneficij in aliorū bonorū defectu, prima dote amiſſa, tenetur.

19 Dotare, vel alere poſt primam dotē, vel alimēta tenetur, qui alere, vel dotare, ex iuris diſpoſitione adſtrictus eſt, ſi nec dolus, aut culpa dotandi, vel alendi adſit, & num. 20.

20 Soror diues ſororem inopem, vel fratrē dotare, alereq; ex legali diſpoſitione tenetur, etiāque vt ſorori inopi dotē conſtituat, matrimonio conſtante, rem dotalem poterit alienare. Ideoq; & iterū dotare, vel alere, dote abſq; dolo, vel culpa conſumpta, ibi. & n. ſeqq.

21 Fratris nomine etiam ſoror continetur.

23 Aſcendentes alere, vel redotare deſcendentes inopes ſunt adſtricti.

24 Filius an & quando matrem pauperem viduam teneatur dotare? remiſsiuè.

## QVÆSTIO XVI.

AB Obligatione iterum dotandi, alimentavè conſtituendi, poſt primam vicem, liberari patrem, plura iura ſuadent, Cum dotandi, vel alendi obligationi, qua pater tenetur, per dotis, alimentorumvè præſtationem ſatisfactum iam ſit. Obligatus enim ad aliquid dandum, vel faciendum, ſatisfacit obligationi, ſemel dando, † vel faciendo; nec caſus ſuperueniens obligationem reuiuiſcere facit; probatur ex *textu in l. Boues*, 89. §. *Hoc ſermone, D. de verborum ſignification. in l. Apud Auſidium*, 20. *D. de option. legat. in l. Serui electione*, 5. *D. de legatis 1. in l. Is à quo*, 3. §. *vltimo, D. vt in poſſeſſ. legat. in l. Dotis promiſsio*, 69. *verſiculo, Quod enim*, vbi etiam *gloſſa verbo, Vulgatum, & in l. Stipulatio de dote*, 64. *de iure dotium, in l. Fideicommiſſa*, 11. §. *Si cui ita, D. de legat. 3. in l. Diuortio*, 8. §. *Quod in anno, D. ſoluto matrimonio, in l. Si is qui Stichum*, 66. *D. de procurat. in l. Si ſocius profilia*, 82. *D. proſocio*. Quem *Fulgoſi.* ibi ponderat, & reputat ſingularem, *num.* 5. ad hoc, vt ſi inter plures fratres pactum ſit, vt dos filiabus ex bonis communibus ſolueretur; vt ſemel tantùm dotentur, † (niſi aliud expreſsè actũ fuerit) intelligatur. Ad quod illum etiã expendit *Lucas de Penna*, & alij, quos refert, & ſequitur *Andreas Tiraquel. in dicta l. Boues, numero* 10. *Ludouic. Roman. in authentica, Quod locum, numero* 10. *C. de collat. Ludouic. Molina de Hiſpanor. primogen. libro* 2. *capite* 16. *numero* 26. *Bartholo. Caſſanæus in conſuetud. Burgund. rubrica* 1. §. 4. *verbo, Mariage de vne fille, numero* 1. 2. & 3. *Nicola. Boeri. deciſione* 131. *numero* 7. *Marc. Anton. Bellon. deciſione Rotæ Genuenſis* 63. *numero* 4. & 5. vbi latè. Et plura circa hanc materiam tradit *Cardinal. Tuſch. practicar. concluſ. litera C. concluſ.* 598. *per tot.*

Idemque per dictam legem, in ſtatuto † firmat *Bald. in l. final. prima lectura, numero* 10. *C. de dot. promiſ.* vbi ſtante ſtatuto, vt frater teneatur dotare ſororem, ſi eam ſemel dotauit; & caſu dotem amiſerit, non teneri fratrem amplius dotare, firmat; ſequitur, & commendat *Iaſon. Felin. Catellian. Cotta*, & alij relati à *Tiraquel. ſuprà numero* 11. & *limit.* 9. *num.* 14. & à *Molina*, & *Marco Anton. Bellon.* iam dict. locis, *Petrus Barboſa infrà referendus, numero* 140. *Vincent. Carot.* (idem in pacto dedotando dicens) *ſingul.* 6. plenè *Surd. conſilio* 18. *numero* 10. & *conſilio* 448. *numer.* 33. *Sebaſt. de Medic. de regulis iuris, regul.* 4. *numero* 27. *poſteriorum, verbo, Dos data.*

Et in terminis (ſufficere ſcilicet ſemel patrem filiæ dotem dediſſe, † neque iterum eam dotare adſtringi; per *d. l. Socius profilia*, 82. & per *text. in l. Paterfiliæ*, 71. *D. de euiction.*) tenet *Camillus in l.* 1. *numero* 116. *D. ſoluto matrimonio* (prout eum refert, cum eo, quoad hoc ſimpliciter tranſiens) *Petr. Barboſ. ibidem in dicta l.* 1. 4. *part. numero* 53. *verſiculo, Quartò ergo loco. ſolut. matrim. Petr. Surd. de alim. titul.* 7. *quæſt.* 5. *num.* 5.

Quæ opinio multis etiam firmatur ſimilibus adductis per *Ioann. Aloyſ. Ricci. deciſ.* 126. *Curiæ Archiep. Neap.* & *Ioan. Mar. Nouar.* conſilio ibi ad literam relato, vbi ad ſaturitatem vſque.

Contraria tamen ſententia veriſsima, atque ab omnibus recepta eſt, adſtringi patrem filiã, quæ primam dotem † caſu amiſit, iterum dotare; ex *text. in l. Etiam*, 19. §. 1. *D. ſolut. matrim.* & *in auth. Quod locum, C. de collat.* tenetque *Bart. in l. Si cũ dotem*, §. 1. *num* 2. vbi profitetur communem, *Alexand. nu.* 6. *Bald. in d. auth. Quod locum, num.* 4. communem dicit *Corraſ. in l. Qui liberos, num.* 94. *D. de ritu nupt. Palac. Rub. in repet. capit. Per veſtras*, §. 24. *num.* 6. *extra de donat. inter vir.* & *vxor. Ioan. Campeg. dedot.* 1. *par. quæſt.* 26. *Bald. Nouell. in eod. tract. de dot.* 6. *par. priuil.* 5 *num.* 2. *Nicol. Boer. d. deciſ.* 131. *numer.* 5. *Guil. Benedict. in repet. cap. Raynuntius, verb. Dotem quam ei dederat, num.* 19. *de teſtament. Andr. Tiraquel. in d. l. Boues*, §. *Hoc ſermone, limitat.* 9. *num.* 4. *Ludouic. Molin. d. cap.* 16. *num.* 22. & 23. *Petr. Barboſ. in dicta l.* 1. 4. *par. num.* 139. *verſiculo, Limita quarto, Cardinal. Dominic. Tuſchus practicar. concluſ. litera D. concluſ.* 780. *nu.* 23. & *concl.* 781. *Did. Spin. de teſta-*

*teſtament. gloſ.* 18. *numero* 89. *Iacob. Menochius de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 182. *num.* 57. *Marius Giurba deciſione* 5. *nume.* 39. *Pater Ferdinandus Rebello de obligation. iuſtitiæ,* 2. *part. lib.* 5. *quæſtione* 4. *de contractu dotali, numero* 19. *Marc. Anton. Peregrinus de fideicommiſsis articulo* 42. *numero* 88. *Ludouic. Molin. de iuſtit. & iure, tractatu* 2. *diſputation.* 616. *numero* 14. *Scobar de ratiocin. tom.* 2. *c.* 18. *num.* 7.

Qui omnes an filia caſu, culpavè dotem amiſerit diſtinguunt: vt primo caſu, redotare filiam teneatur pater: nō verò in ſecundo. Et hanc poſteriorem partem (præter iam relatos, dictam facientes diſtinctionem) tenent (per *text. in authentica, Quod locum,* ibi, *Siue filiæ poſsit imputari*) *Paulus Caſtrenſis ibidem numero* 4. *Iaſon numero* 7. *Bart. in dicta l. Si ſocius pro filia,* 81. (*per text. ibi*) *num.* 2. *Paul.* 6. *Alexand.* 6. *Socin.* 15. communem teſtatur *Ioannes Campegius de dote,* 1. *parte, quæſtione* 15. *Octauian. Oſaſc. deciſ. Pedemontan.* 124. *numero* 5. vbi etiam de communi, *Anton. Cordub. in l. Si quis á liberis, §. Idem iudex, numero* 22. *D. de liberis agnoſcend. Iacob. Menochius de præſumptionib. lib.* 4. *præſumptio.* 192. *numero* 11. *Petrus Anton. Petra de fideicommiſsis, quæſtione* 8. *numero* 457. *Giurba dicta deciſione* 5. *num.* 10. *Petrus Surd. de aliment. dicto titulo* 7. *quæſtione* 5. *numero* 5. 6. & 7. contempta *gloſſæ* ſententia in *l.* 2. *verbo, Dos, D. ſoluto matrimonio,* quæ dote à filia amiſſa, vel quomodocumque conſumpta, teneri patrem eam iterum dotare aſſeruit.

Qua in re non ſic vt expediebat clarè loquuntur Scribentes, neque quænam culpa ſufficiens ſit ad liberandum patrem à ſecunda, vlteriorivè dotis conſtitutione exprimunt. Plerique enim indiſtinctè
6 prædicant, filiam quæ dolo, † vel culpa dotem amiſit, à patre redotandam non eſſe. Alij latam, vel leuem etiam culpam ab iterata dotis conſtitutione poſt primam patrem excuſare, neceſſariam ſolùm conſumptionem, caſum, vel leuiſsimam excipientes culpam, vt filia iterum dotari debeat.

Mouentur ex deciſ. *text. in d. authentica, Quod locum, C. de collatio.* in illis verbis: *Siue mulieri poſsit imputari.* Qui tamen textus prædictam non videtur probare ſententiam. Non enim circa dotis conſtitutionem diſponit; ſed an dos à filia recepta cum fratribus conferri debeat, ad idque à marito etiam matrimonio conſtante exigi? Statuitque integram computandam, conferendamque dotem, etiamſi collationis tempore à marito dotem percipere ob illius inopiam nequeat, ſi cum ad eam maritus vergeret, poſſet ab illo dotem repetere, nec repetijt, quia habet quod ſibi poſsit mulier imputare. Ex quo ad iterandam dotem patrem non teneri, non ſequitur. Neque collationis, computationiſque faciendi obligatio id probat: quaſi redotandi ceſſet obligatio paterna, cum conferre amiſſam iubeatur filia dotem, quæ eam à marito ad inopiam vergente nō repetijt. Quia collatio quoad fratrem, non patrem fit, cuius potētior obligatio eſt.

Vel etiam poterit *text.* hic dato mulieris dolo, vel lata culpa, etiam ad caſum ordinata intelligi; quia cum maritum ad inopiam vergere videret, poſſetque dotem exigere, ne cum fratribus conferret, vtque ſecundam conſequeretur, dotem non exegit.

Quare dolum, vel latam culpam tantùm patrem ab iterata dotis conſtitutione excuſare; tenuit ibidem *Cynus*, vt teſtatur *Ioannes Campegius dicta quæſtione* 15. *numero* 2. licet ipſe contrariam teneat, dicatque communem, quamlibet culpam, præter leuiſsimam, ab huiuſmodi obligatione patrem excuſare, & ſecundum *Cyni* ſententiam (relato *Bald. in authent. Contra rogatus, numero* 8. *C. ad S. C. Trebel.* qui tamen nōn in dote, ſed in filij peculio prodigaliter conſumpto, de quo infrà Nobis agendum, loquitur) tenet *Octauian. Oſaſc. dict. deciſ.* 124. *num.* 6. Quorum opinionem procedere firmari poterit, non ſolùm ſi dos dolo, vel lata culpa conſumpta ſit, ſed culpam ad caſum ordinatam requiri; ex *text. in d. l. Etiam,* 19. *§.* 1. *D. ſolut. matrim.* vbi Iureconſult. *Pomponius* ſtatuit, maritum non amittere beneficium *ne conueniatur vltra quam facere poſsit,* cum ab eo dos exigitur, eò quod dotem in ipſiuſmet rerum conſumptione cōmiſiſſe, ei obijciatur; niſi pariter eo dolo verſatum fuiſſe, ne ſolidum ſolueret, oſtendatur. Rationem reddit Conſultus, *Quia in rerum ipſius adminiſtratione, non erat culpa ab eo exigenda.* Ex cuius reſponſo idem in caſu noſtro dici poterit, non eſſe à filia culpam in rerum dotalium conſumptione exigendam.

Cum bona dotalia propria mulieris ſint, non parentum, aut alterius; *text* eſt *in d. l. Pater*, 7 1. *D. de euict.* ibi: *Non enim ſicut mulieris dos eſt; ita patris dici poteſt.* vbi etiam *gloſ. verbo, Matrimonio, text. in l. Filium*, 4 *D. de collat. bonor. in l.* 1. § *fin. & in l. fin. D. de collat. dot. vbi etiam gloſ. in d. l.* 1. *verbo, Eius, text. in l. Pater filiam*, 14. (*& ibid. not. gloſ. fin. in princip.*) *D. ad leg. Falcid. text. in l.* 3. § *. Ergo etiam, D. de minor.* text. optimus in *l. In rebus*, 30. *in princip. C. de iure dot. Aymon Crauet. conſilio* 39. *numero* 4 *Petrus Surd. conſ.* 196. *numero* 27. *Rolandus á Valle conſilio* 86. *numero* 38. *lib.* 2. *Marius Giurba* (alios referens) *in conſuet. Senat. Meſſan. capit.* 1. *gloſ.* 2. *numero* 100. *Hercul. Mareſcot. variarum reſolution. lib.* 2. *reſolution.* 69. *numero* 2. *Cæſar Barzius deciſione* 130. *numero* 50. Qui omnes textum adducunt ſolum in *d. l.* 3. *de minoribus.*

Et hoc argumento, hanc reperio tenuiſſe ſententiam in filio peculium ſibi à patre aſsignatum dilapidante, *Baldum in dicta authentica, Contra rogatus, numero* 8. Quia de re Nobis ſtatim erit agendum.

Ex quibus Cyni, ſequaciumque ſententiæ adhærendum puto, dolum vel latam culpam in filia requirenti, vt à dotis iterata conſtitutione pater liberatus exiſtat. Eoquè caſu Doctores indiſtinctè dicentes, non teneri patrem iterum dotare filiam, quæ culpa dotem conſumpſit, de lata culpa, quæ dolo æquiparatur, intelligi poterunt. Quinimò & culpam ad caſum præordinatam requiri; faciunt deducta à Nobis *quæſt.* 53.

Deſiderarique latam culpam, vel dolum filiæ in dotis conſumptione, vt pater à redotãdi onere liberetur, ex eo etiam deducitur: Quia licèt pater qui filio in vita legitimam aſsignauit, ſi eã dilapidauerit filius, lata culpa, dolovè conſumpſerit, aliam non teneatur illi aſsignare; † vt teſtãtur 7 *Socin. conſil.* 75. *numer.* 7. *lib.* 1. *Paul. de Montepic. in l. In quartam, numer.* 287. *D. ad leg. Falcid. Oſaſc. d. deciſ.* 124. *num.* 5. *& 6. Iacob. Menoch.* (de lata culpa nominatim loquens) *de arbitrar. d. caſu* 182. *num.* 55. *& ſeq. Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiſ. artic.* 36. *num.* 141. *Mart. Coller. de aliment. lib.* 1. *capit.* 2. *numer.* 27. *Marius Giurba d. deciſ.* 5. *num.* 10. *&* 11. *Petr. Surd. d. tit.* 7. *quæſt.* 5. *numer.* 1. 2. 3. 4. (etiam in dolo, vel lata culpa loquens) *Hercul. Mareſc. variar. reſolutio. lib.* 2. *capit.* 69. *num.* 22. *Proſper. Farinac. deciſ.* 457. *num.* 1. *verſ. Non obſtat.*

Tenetur tamen moderata filio pauperi, vt vndè viuere poſsit habeat; alimenta † 8 concedere; *text in l. Imperator*, 50. *ad fin. D. ad S. C. Trebel.* docentq; *Bald. in l.* 1. §. *Ius naturale, numer.* 7. *D. de iuſtit. & iure, & in l. Scimus, in princip. C. de inoffic. teſtament. Iaſ. in d. auth. Quod locum, num.* 8. *Hippolyt. de Marſi ſingul.* 104. *Vincent. Herculan. in l.* 2. §. 1. *num.* 19. *D. ſolut. matrim. Gaſpar Baeza de non melior. ratione dot. filiab. cap.* 16 *num.* 20. *& ſeqq. Ludouic. Molina d. lib.* 2. *cap.* 16. *numer.* 24. plures referens *Lara in d. l. Si quis à liberis*, §. *Idem iudex, num.* 10. *Petr. Surd. d. quæſt.* 5. *num.* 8. *Oſaſc. ſuprà numer.* 10. *& ſeq. Marc. Anton. Peregrin. de fideicomm. d. art.* 36. *num.* 145. *verſ. Sed contra, Petr. Barboſ proximè referendus Ioann. Baptiſta Pontan. de aliment. cap.* 2. *numer.* 6. *&* 7. plurimos (ſuo more) adducens *Giurba deciſ.* 6. *num.* 3.

Et ſi abſque culpa legitimam aſsignatam filius amiſerit, † aliam conſequi de- 9 bere, tenent *Socin. in l. Marcellus*, §. *Res quæ, num.* 3. *D. ad S. C. Trebel. Petr. Barboſ.* (alios referens) *in l.* 1. 4. *par. num.* 141. *D. ſolut. matrim. Ferdin. Vazquez Mencha. controuerſ. illuſtr. cap.* 25. *numer.* 14. *Scobar de ratiocin. d.* 2. *tom. cap.* 18. *nu.* 8. Non tamen à patre viuente, ſecundum *Didacum Spino de teſtamentis, dicta gloſ.* 18. *numero* 90. *& Marium Giurba d. deciſ.* 5. *num.* 39.

Vndè ſicut pater filio qui ſibi aſsignatam legitimam profudit, ac lata culpa, dolovè conſumpſit, congrua ſaltem alimenta tenetur præſtare: ita & dotem filiæ, quavis culpa, vel etiam dolo amiſſam, ſi ad caſum non fuerit præordinata, ex alimentorum, dotiſquè æquiparatione, & quia dos in locum alimentorum ſuccedit, 10 † eorumquè metitur regulis, per *textum in l. Filiæ ſuæ*, 28. §. *Titia, D. de conditio. & demonſtrationib.* obſeruant *Ioannes Campegius de ſtat quæſtione* 6. *numer.* 46. *Cynus, Baldus, & Salycetus in l. Sancimus, C. de nupt. Angelus de Gambellionibus, de teſtamentis, gloſſa* 4. *numero* 4. *Marcus Antonius Marſilius in tractatu de redditibus Eccleſiaſt. capite* 32. *numero* 4. (& nemine relato) *Petrus Surdus de alimentis, titulo* 1. *quæſtione* 10. *numero* 19.

Quod

Quod in legitima ſemel conſtituta deperdita, locum non habebit, quia ad alimentorum non procedit, daturvè menſuram.

Quibus ſic conſtitutis, ampliatur principalis concluſio (quæ habet, Patrem filiam pauperem, quæ dotem amiſit, iterum dotare teneri) vt tam in filia in poteſtate
11 conſtituta, quàm emancipata † procedat. Sicq; hodie in hiſce Hiſpaniarum Regnis, etiamſi per matrimonium à patris poteſtate filia eximatur; vt reſoluunt *Ripa in l.2. §.Quòd ſi in patris, numero* 15. *& 16. D. ſolut. matrim. Nicol. Boer. d. deciſione* 131. *num.*6. latè comprobans *Gaſpar Baeça de dot. d. cap.*16. *num.*30. *cum ſeqq. Ludouic Molin. d. cap.*16. *num.*25. *Petr. Barboſ. in dicta leg.*1. 4. *parte, numero* 139. *verſiculo Limita quarto, D. ſoluto matrimonio.*

Limitanda tamen, & intelligenda, vt
12 poſt primi matrimonij diſſolutionem, † ſi ſecundum velit filia contrahere; procedat: ſecùs primo matrimonio durante; quia licèt abſque culpa, vel caſu dos amiſſa ſit; non tenetur pater primo durante matrimonio nouam conſtituere dotem; vt (per *text. in d. l. Pater filiæ.*71. *D. de euict.*) notat *Pat. Ferdin. Rebello de obligat. iuſt. d.* 2. *par. lib.*5. *quæſt.*4. *num.*21. *Petr. Barboſ. vbi ſupra, num.*141. *propefin. Ruyn. conſilio* 121. *num.*8. *lib.* 5. *Guil. Benedict. in repet. dict. capit. Raynuntius, verb. Dotem quam ei dederat, numero* 19. apud quem diſſentientium hac in re opinionũ concordiam vide.

Supereſt vt argumentis legibuſque contrarijs, quas in principio adduximus, quibuſque obligatum ad aliquid dandum, vel faciendum, ſemel dando, vel faciendo, ſuæ ſatisfeciſſe obligationi probatur; reſpondeamus. Ex quarum legum iuriumq; intellectu, reſponſum quoque ad vltimam quęſtionis partem: An ſcilicet idem in fratre circa ſororem, vel fratrem dicendum ſit, quod in parentibus circa filios, elicietur.

Solutio igitur ad contraria (præcipuè ad *textum in l. Stipulatio de dote* 64. *& l. Dotis promiſsio*, 69. *verſic. Quod enim, D. de iure dot.* & in *l. Si ſocius pro filia*, 82. *D. proſocio*) quæ magis obſtant, loquunturque in terminis promiſsionis, & conſtitutionis dotis, ſufficereque dicunt primum obligationis implementum, neque obligationem aliquo poſtea caſu reuiuiſcere, niſi expreſſum ad id pactum ſit adiectum) vnico aſsignatur verbo: Ea ſcilicet
13 iura non in parentibus, ſed in extraneis, † non in adſtrictis ad dotandum per naturam, aut legem, ſed per conuentionem, aut pactum loqui. Hi namq; cum ſemel obligationis, promiſsique adimpleuerint vinculum, liberati omnino ab obligatione remanent; ſecus illi, qui naturæ, legiſq; obligatione tenentur, totienſquè re uiſcit obligatio; quotiens neceſsitas ſuperuenit, eo modo, quo ſupra oſtendimus. Quam diſtinctionem, iuriumque compoſitionem tradit *Alexand. in d. l. ſi cum dotem. §.* 1. *num.*7. *D. ſolut. matrimon. & ibid. Bald. Angel. & Immol.* adducti cum alijs per *Andream Tiraquel. in d. l. Boues, §. hoc ſermone, limitat.*9. *num.*4. *Ludouic. Molina, d. lib.*2. *cap.*16. *numer.*25. *verſic. ſi verò.* approbitamque dicit ſententiam *Petrus Surdus de aliment. d. tit.*7. *quæſt.*5. *num.*5. *Petrus Barboſ. d.*4. *part. num.*140. *Giurba* (qui poſt hæc ſcripta ad meas peruenit manus) *conſ. crimin.*99. *num.*18. & latiùs (plurimos referens) *num.*23.

Vnde deducitur, & infertur, fratrem diuitem dote ſemel abſque ſororis dolo latave culpa amiſſa, ſororem iterum do-
14 tare, † fratremque inopem cui alimenta dederat, alere teneri: cùm non hominis diſpoſitione, ſed legis adſtringatur neceſsitate, ex *l. cum plures* 13. *§. cum tutor, D. de adminiſt. tuto. ex text. in l.*1. *§. Sed nonnullos* (vbi etiam notat *gloſſa verbo Præſtiterit*) *D. de tute. & ratio diſtrah. & in l. ſi quis à liberis* 5. *§. idem reſcripſit verbo Iuſte, D. de liberis agnoſcend. Ripa in l.*1. *num.*83. *Socin. Iunior num.*99. *Bolognet. num.* 128. *Iaſo num.*29. *D. ſolut. matrim. Ludouic. Molina de Hiſpano primogen. lib.*2. *cap.* 15. *num.*60 *Lara in d. l. ſi quis a liberis, §. idem reſcripſit, num.*92. *Ioan. Gartia in tractat. de expenſis, cap.*3. *num.*34. *Ioſeph. Maſcard. de probationib. concluſ* 813. *numero* 5. *Iacob. Menoch. conſil.*81. *num.*2. *libro* 1. *Petr. Barboſ. in dict. l.*1. 4. *part. num.*124. *verſic. Octauo, & vltimo, D. ſolut. matrim. Nicol. Intrigliol.* (de communi aſſeuerans) *conſil.*20. *num.*37. *libro* 1. *& deciſ.* 4. *numero* 19. latè *Petrus Surdus de aliment. tit.*1. *q.*25. *per tot.* infinitos propè referens *Marius Giurba in conſuet. Senat. Meſanenſ. cap.*3. *gloſſ* 3. *num.*60. *part.*1. & diximus *quæſt.* 4. *§.*3. *numero* 156. *& ſequentibus.*

Hanc ideò iteratã nempè dotem inopi ſorori

ſorori, alimentavè fratri pauperi præſtare teneri fratrem: ſententiam veriorem (contra *Bald.* & ſequaces ſuprà in principio relatos) iudicauit *Alex. in d. l. Si cum dotem, §. 1. num. 7. & 8.* eandem dicens in fratre, quam in patre rationem; quem ſequuti fuerunt *Iaſ. in l. Duobus, §. Si ei qui, numero 15. D. de iureiurand. & in dict. l. Diuortio, §. Quod in anno, numero 13. D. ſolut. matrim. & in §. Fuerat, numero 136. inſtit. de actionib. Bartholom. Cæpol. in dict. l. Boues, §. Hoc ſermone, numero 5. & ibid. Andr. Tiraq. limit. 9. numero 14. in fin.* licèt plures pro contraria adducat. Eandem quoque ſententiam tenet (contrariam nulla lege, ſeu efficaci ratione probari poſſe aſſerens) *Ludouic. Molina de Hiſpanor. primogen. d. libro 2. cap. 16. numero 26. verſic. Sed contrariam opinionem, & verſic. In hac autem opinionum varietate:* vbi in alimentis, & in dote amiſſa pariter loquitur. Prædicta enim ratio vtrumque ſimul, pariterque debet comprehendere caſum, cum ad vtrumque ex legis diſpoſitione teneatur frater.

Quarè cautè legendus *Petrus Barboſa in d. l. 1. part. 4. num. 141. D. ſolut. matrim.* dicens, quòd ſi aliquid dedit frater alimentorum nomine fratri, & ille diſſipauit, ampliùs alimenta ei præſtare non tenetur: allegat *Salycet. in l. 2. in fin. C. de alend. liber.* (quem debuit allegare in *l. 1.*) *& Larã in d. l. ſi quis à liberis. §. Idem reſcripſit, num. 101.* Intelligi namque debet, 15 ſi dolo, † & culpa diſſipauit; non ſi caſu, vel ex animi leuitate, vel iudicij imbecillitate perdidit. Imò ex eodem *Lara ibidem in d. §. Idem reſcripſit* tradit *Petrus Surdus de aliment. tit. 7 quæſt. 15. numero 11.* tum demum non teneri fratrem alimenta fratri præſtare, ſi eo animo bona dilapidauit, vt à fratre alimenta conſequeretur.

Quæ ſententia retenta, ex ſuprà dicta 16 ratione in fratre quoque Clerico † procedere ampliatur, qui de fructibus beneficij, (ſi alia non habeat) ſorores pauperes dotare tenetur, ex *tex. in cap. Peruenit, 3. de arbitr.* vbi id notat *Abb. num. 1. verſ. Et credo, quòd bona conſcientia. Alexan. in l. 1. num. 24. D. ſolut. matrim.* vbi etiam *Iaſon. num. 29. & 30 & Ripa num. 33. Capella Tholoſſan. deciſ. 290. num. 9. Nicol. Boer. deciſ. 129. num. 8. Ioann. Campeg. in tract. de dote 1. part. quæſt. 23. Sylueſt. in ſumma, verbo Clericus, el 4. numero 11. quæſt. 15. Petrus Surdus de aliment. tit. 1. quæſt. 25. num. 13. & titulo 8. priuileg. 92. num. 5. Andr. Tiraquell. de iure primogen. quæſt. 62. numero 2. Martin. Nauar. de reddit. Eccleſ. quæſt. 2. monitione 26. numero 2. Petrus Barboſa in d. l. 1. 4. parte, num. 132. & 133. D. ſolut. matrim. Ioan. Gartia de expenſis, cap. 3. num. 36. Guillel. Benedict. in cap. Raymuntius, verbo Dotem, quam ei dederat, nu. 72. P. Ferdinand. Rebello de obligationib. iuſtit. 2. parte, libro 5. quæſtione 4. numero 22. Cardinal. Franciſ. Mantic. de tacit. & ambig. conuentio. libro 12. tit. 16. num. 31. & 32.* vbi idem pariter in ſorore vterina altero tantũ latere coniuncta dicit, *deciſ. Rotæ Rom. in nouiſſim. congeſtis à Proſpero Farinac. 2. part. deciſ. 241. num. 1. ad fin. & apud Alexand. Ludouiſ. (poſteà S. D. N. Greg. XV.) deciſ. 401. num. 2. Didac. Spino de teſtam. gloſſ. 10. num. 41. Stephan. Gratian. diſcep. foren. cap. 65. num. 14. Ioan. Bapt. Coſt. de remed. ſubſidia. remed. 66. num. 2.* latiſsimè *M. Anton. Marſil. de Eccleſiaſt. redditib. quæſt. 32. numero 5. & ſequentibus.*

Nec ſolùm tanquam pauperem dotare tenetur frater Clericus ſororem, ſed vt ſororem, † ac proinde in dotis conſtitutio- 17 ne qualitates expreſſæ in *l. Si filiæ, 41. D. de legat. 3. & in l. Cum poſt, 70. §. Gener, D. de iure dot.* conſiderandæ erunt, vt reſoluit *Ioann. Bologne. in l. 1. num. 130. D. ſolut. matrim.* & alij relati per *Laram in d. §. Idem reſcripſit, num. 96.* Dummodò nõ fiat ad pompã, *Additio ad Capell. Tholoſſan. deciſ. 289. ad fin. Petr. Nuñez de Auendaño reſponſo 19. num. 14.* veriorem ſententiam dicit *Petr. Barboſ. d. 4. parte, num. 133. P. Ferdin. Rebello vbi ſup.* Qui tamen vt frater ſecurus ſit, attendere debere addit, vt per eam largitionem conſanguinei non diteſcant, ſiue augeantur, ſed tantùm, quantum ſatis eſt, ne egeant, tribuatur eiſdem. Quod iuxta ſuprà traditam doctrinam, attenta ſororis, & mariti conditione intelligendum erit.

Vnde cum huiuſmodi obligatio legalis ſit, etiam dote conſtituta amiſſa, iterum à fratre Clerico erit dotanda. Cum enim dixerimus ideò fratrem teneri iteratam conſtituere ſorori dotem, poſt primam abſque dolo, vel culpa amiſſam; quia eam ex iuris diſpoſitione dotare debet, ex *textu in d. l. Cum plures, 13. §. fin. D. de adminiſt. tutor.* idem & in fratre Clerico dicendum eſt. Diſpoſitio enim, ac regula

d. leg.

*d.leg.Cum plures*, etiam fratres Clericos comprehendit, vt (ex *tex.in cap.1. extra de nouì oper. nuncia.*) notat *Petrus Barb. ibiſupra, num.*122.

18 Idemque in patre † Clerico, in quo eadem, & maior etiam eſt ratio, ex dictis pariter quæſt. precedenti, numero 18. Denique ampliari ſuprà dicta poterit reſolutio, vbicumque ex legali diſpoſitione, dotandi, vel alendi ſubſit obliga-
19 tio, † ſi iteratam dotem, vel alimenta prætendens, à dolo, culpaque conſumptorum, aut perditorum bonorum (iuxta ſuprà tra-
20 dita) ſit immunis, vt in ſororet diuite quoad ſororem, vel fratrem inopem, quæ ſororem dotare, patremque alere tenetur, ex diſpoſitione *d.l.Cum plures*, 13.§.*fin.* Fratris enim nomine, ſoror quoque contine-
21 tur, † *tex. in l.Tres fratres*, 36. *D.de pactis, text. in l.Lutius*, 78. §. *Mæuia, & ibi not. gloſſ. verb. Sororem, D.ad S.C. Trebell. Alexand. & Paul. in l. Humanitatis, C.de impuber. & alijs ſubſti. Bald. Pariſi.* & alij, quos refert, & ſequitur *Marius Giurba d.glo.3. cap.3. num.* 59. Tenentque ſuprà dictam ſententiam *Paul. Caſtren.conſilio* 435. *num.*4. *libro* 1. *Petr. Barboſ. in dict. l.*1. 4 *parte numero* 133. *verſiculo Amplia quintò, Ioann. Baptiſt. Coſta dict.remed.*66. *numero* 6. *Pat. Ferdinan. Rebello d. quæſtione* 4. *numero* 18. Nos etiam *quæſtione* 4. §. 3. *numero* 160. diximus. Adeò vt conſtante matrimonio, vt inopi ſorori dotem ſoror diues conſtituat, dotalem poſſit rem alienare, vt ex *Palac. Rube. Bae. Antonio Gomez, Petro Barboſ.* & alijs infrà *quæſt.* 22. *nu.* 38. tradimus.

Quarè & iterũ ſororẽ, vel fratrẽ dota-
22 re, aut alere, ſi pauperes ſint, teneri ſororẽ, † oſtẽdunt, quæ de fratribus circa ſorores tradidimus, propter legalem obligationẽ. Quæ & in alijs perſonis, & caſibus, ſi ad-
23 ſit, vt in auo, † ac proauo, cum parentes deſcendentibus carent, vt diximus *quæſt* 4. *num.* 64. in cæteris denique hac obligatione adſtrictis idem operabitur. Intelligendo tamen, & limitando hæc omnia, vt ſuprà *num.*12.

An verò, & quando matrem pauperem viduam teneatur dotare filius? † vide
24 *Guill.Bened.in repet.cap.Raynuntius, verb. Dotem quam ei dederat, num.*70. *de teſtament.*

## VTRVM FILIA PAVperis, etiam maior vigintiquinque annis, quæ in corpus ſuum peccauit, vel matrimonium ſine patris conſenſu contraxit, dote, vel legitima priuari poſſit?

## *SVMMARIVM.*

1 Filia minor vigintiquinque annis ſine patris conſenſu nubens, vel in corpus ſuum peccans, de iure ciuili, & Regio antiquo hæreditate, dotevè priuari poterat.

2 Et quid ſi digno nupſit?

3 Et quid de iure nouiori Authenticor. vel Partitarum?

4 An quod filia turpem elegerit vitam, vt exhæredari à patre poſsit, requiratur? Nec in corpus ſuum peccaſſe ſufficiat?

5 Luxurioſè viuere, vel turpem vitam elegiſſe, quæ dicatur, vt exhæredari ob id à patre poſsit? & num. ſeq.

7 Filia quæ peccauit in corpus ſuum, luxuique dedita, ſi reſipiſcat, & pœniteat, an poſt pœnitentiam exhæredari, dotevè, aut alimentis priuari poſsit? & num. ſeqq. vſque ad num.12.

8 Filia minor vigintiquinque annis, quæ in corpus ſuum peccauit, ſi poſtmodum etiam cum indigno matrimonium contrahat, an exhæredationis pœnam euitet? dotemque conſequatur? nu.9.

10 Indigno nubere, & turpem vitam agere, æquiparantur in iure.

11 Pœnitentia an deleat delictum? exhæredationiſque pœnam extinguat?

12 Filius indignam vxorem parentibus inuitis ducens, exhæredari poteſt.

13 Et quid ſi dignam inſcijs, vel inuitis parentibus ducat?

14 De iure Canonico exhæredari, dotevè priuari filia ſine patris conſenſu nubens non poteſt. Contrà num.18.

15 Etiamſi filia ſine patris conſenſu nubens, dotem non promiſerit.

16 Et etiamſi indigno nupſerit.

17 Minuenda tamen in hoc caſu attenta viri indignitate dos erit.

19 Indignus quis in hac materia dicatur? & num.20.21.22.& 23.

24 Filij vel filiæ hodie clandeſtinas contrahentes nuptias inſcijs parentibus, ſiue cum digno, ſiue cum indigno, exhæredationis pœnam patiuntur.

25 Filia maior vigintiquinque annis abſq; patris cõſenſu nubẽs digno, vel indigno, cum dotis promiſsione, vel ſine ea, in corpus vè ſuum peccans, dote, vel hæreditate priuari non poteſt.

26 Nec etiamſi poſt prædictam ætatem publicè filia meretricetur.

28 Vel etiam clandeſtinè, abſque parentũ conſenſu matrimonium contrahat. Deiure cõſuetudinario ciuitatis Neapolis, ſi filia decimum ſextum ætatis annũ excedat, eo quòd ſine patris conſenſu nupſit, vel in corpus ſuum peccauit, exhæredari non poteſt, num.27. Vel ſi vigeſimum ſecundum annũ ætatis excedat, ex alia conſuetudine, ibi. Et quid de iure Regio Fori? ibidem.

29 Filia maior vigintiquinque annis, quæ in corpus ſuum peccauit, ſine parentis vè conſenſu matrimonium contraxit, exhæredari, dotevè priuari à parente ſuę paupertatis, impotentiæque prætextu non poteſt. Contrà num.30.& ſeqq. Poſt vigeſimum quintũ ætatis annũ vix poſſunt filiæ continere, ibid.d.num.29. Mulieres ad hoc natura progenuit, vt partus ederent, prę̃cipuumque fœminarum munus eſt concipere, ibid.

31 Verbum *Differre*, liberam ſupponit voluntatem,& potentiam.

32 *Differre*, vel *Negligere*, nõ dicitur, qui non poteſt facere. Nec differre, qui non negligit, nec negligere, qui non poteſt.

33 Negligentiæ pœnas pati non debet, qui negligens non eſt.

34 Negligens appellandus non eſt, qui faciendi potentia caret.

35 *Differre* dicitur, qui poteſt non differre.

36 *Silere* ille propriè dicitur, qui poteſt loqui.

37 Statutum Poteſtatis iuriſdictionẽ declinanti pœnam imponens, in Eccleſiaſtico (qui etiamſi velit nõ poteſt coram ſeculari litigare) locum non habet.

38 Impeditus non dicitur *Differre*.

39 Paupertatis impedimentum à mora excuſat, impeditque moram committi.

40 Afflicto non eſt danda afflictio.

41 Pater, qui fecit quidquid potuit pro maritanda filia, nec negligens fuit, nec tamen valuit eam matrimonio collocare infrà vigintiquinque annorum ætatem, ſi abſque patris conſenſu nubat indigno, vel in corpus ſuum peccet, poterit eam dote, hæreditateque priuare.

42 Et an vt in prædicto caſu filiam exhæredare poſsit, diligẽtiam teneatur probare? ſeque feciſſe, quod potuerit, idque proteſtari? vel de paupertate conſtare ſufficiat? & num.ſeqq.

43 Impeditus tenetur facere quidquid potuerit, vt impedimentum ceſſet.

44 Debetque probari diligentia.

45 Nec ſufficit probare impedimentum, niſi probetur, quòd quis feciſſet illud ad quod adſtrictus erat, niſi adeſſet impedimentum, eritque de hoc neceſſaria proteſtatio.

46 Matrimonia abſque dote contrahi non ſolent,& num.49.

47 Non deſideratur actus, ex quo nullus (etiamſi fiat) reſultat effectus.

48 Diligentia fruſtratoria adhibenda non eſt.

49 Sine dote nulli, aut pauci vxores ducere volunt.

50 Facere non tenetur quis, quod factum non proſit, profuturumvè, ſit dubium.

51 Paupertas à proteſtatione excuſat.

52 Pater in dubio de maritãda filia agere, ſolicitumq; eſſe, præſumitur.

53 Filia quæ vigeſimum quintum ætatis annum attigit, licèt non impleuerit, ſi abſq; patris conſenſu nubat, vel in corpus ſuum peccet, an dote, vel hæreditate priuari poſsit? remiſsiuè.

## QVÆSTIO XVII.

FRequentiſsimè verſatur hæc in foro quæſtio (teſte *Ludouico Molina de Hiſpanor. primog. lib.2.cap.16. num.5.*) Vtrùm filia in corpus ſuum peccans, vel abſq; patris conſenſu nubens, dote, hæreditatevè priuari poſsit? Cum ſæpè ex voluntate propria parentum neglecta, nubant filiæ, in corpusq; ſuum peccent. Cuius rei cognitio (vt ad inſtitutum noſtrum accedamus, ad quæſtioniſque præcipuæ deciſionem) neceſſaria eſt. De qua multi ex profeſſo egerunt, quorum recitabimus ſententias, ordineque dilucido diſponemus

Diſtin-

Diſtinguendum igitur: quòd aut de filia minore vigintiquinque annis, aut de maiori loquimur. Item aut de iure ciuili, vel Regio; aut de iure Canonico. De contrahente publicè, ſecundumque Eccleſiæ præcepta; aut clandeſtinè.

In filia minore vigintiquinque annis, quæ in corpus ſuum peccauit, vel abſquè licentia, & voluntate patris matrimonium contraxit, tam iuris Canonici, quàm Ciuilis, & Regij variant Interpretes. Alij ex vtroque iure differentiam conſtituentes; alij negantes, alij ex dignitate, vel indignitate contrahentium pœnæ locum eſſe, vel non eſſe contendẽtes. Quælibetq; ſic iuribus, & authoritatibus fulcitur; vt impoſsibile penè ſit, quæ earum verior, aut communior ſit, ſecernere.

Igitur de iure Ciuili locum exhæredationi, † dotis vè priuationi in prædicto caſu 1
eſſe; probat *text. in l. Filiam, 19. & in authen. Sedſi poſt, C. de inofficieſ. teſtam. auth. vt cum de appellat. cognoſc. §. Aliud quoque capitulum, verſ. Si alicui ex prædictis, coll. 8. l. 2. & l. 5. tit. 1. de los caſamientos, libro 3. Fori leg. l. 5. titulo 7. parte 6. verſic. E otroſi, quando el padre quiſieſſe caſar ſu fija, & l. 10. titulo 1. verſic. Pero ſi aquel, partit. 4.* Tenentque *Iaſ. in §. Fuerat, numero 121. inſtit. de actionib. Ioann. Campeg. in tractat. de dote priuileg. 13. numero 3. Ioann. Lup. in repet. cap. Per veſtras de donat. inter vir. & vxor. §. 3. verſic. Sed ſi filia contraheret ſine patris mandato, vel conſenſu, numero 1. & per §§. ſequentes vſque ad §. 10. Petr. de Rabenaſingular. 198. Ferdinan. Vazquez Menchac. de ſucceſſ. creat. libro 1. §. 10. numero 623. Emmanu. à Coſta in l. Gallus, §. Et quid ſi tantum, numero 192. D. de liber. & poſthum. Gaſpar Anton. Theſaur. quæſt. forenſ. libro 1. quæſt. 70. numero 1. 2. & 3. Andr. Fachin. controuerſ. libro 3. cap. 44. verſic. Affirmat enim Caſtrenſis, Carpan. ad ſtatut. Mediolan. ſtatut. 2. num. 161. & 162. part. 1. Franciſc. Burſat. conſil. 215. numero 7. & 10. Federic. de Solis de dote articulo 2. numero 8. Cardinal. Thuſc. practic. concluſ. litera D. concluſ. 780. numero 156. Marius Giurba in conſuetud. Senat. Meſanenſ. cap. 3. gloſſ. 3. numero 34. part. 1. Aſcan. Clemens de virib. patr. poteſtat. cap. 6. effectu 11. num. 17. Petrus Surd. de aliment. tit. 7. quæſtione 4. numero 1. & ſeqq. Didacus Perez in l. 1. titulo 1. libro 5. Ordinam. ſuper verbo Encubiertamente, verſic. Clandeſtinum matrimonium, pag. mihi 39. Didac. Spino de teſtam. gloſſ. 20. num. 66. Tho. Sanchez de matrimon. to. 1. libro 4. diſput. 24. numero 14. Hieronym. Ceuallos commun. contra commun. quæſt. 5 num. 1. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 5. num. 45.*

Alij ex eodem iure diſtinguunt, quòd 2
aut filia nubit digno, † vel indigno; vt primo caſu, dote, vel hæreditate priuari nequeat: ſecundo poſsit. Quorum fundamentum eſt *text. in l. 3. §. Si emancipatus, D. de bonor. poſſ. ff. contra tab.* ibi: *Nam ſi tam ignominioſam duxerit vxorem filius, vt dedecori ſit tam ipſi, quàm patri, mulierem talem habere: dicemus ex ea natum ad honorum poſſeſsionem aui admitti, cum poſsit auus iure ſuo vti, eumquè exhæredare.* text. etiam in *d. auth. Sedſi poſt*, à contrario ſenſu, & in *d. auth. Vt cum de appellatio. cognoſci. §. Aliud quoque, verſis. Cauſas.* In qua fuerunt ſententia (poſt *glo. 1. in cap. fin. 32. quæſt. 2.*) *Bald. Goffred. Anthar. Ioann. Lup.* & alij relati à *Sanchez d. diſputat. 24. num. 2.* plurimos etiam adducens; & magis communem dicens *Petr. Surd. de aliment. titulo 1. quæſtione 6. numero 5. & 17. Andr. Fachinæ. controuerſ. d. cap 44 verſ. Cæterum diuerſam, Philipp. Paſcha. de virib. patriæ poteſtat. part. 2. cap. 5. num. 5. & ſeqq.* communem dicens *Ferdinand. Rebello de obligatio, iuſtit. 2 p. libro 2. quæſtione 14. ſect. 2. num. 16. & 19. Gregor. Lopez in d. l. 10. tit. 1. part. 4. glo. 4. Petr. Barboſ. in d. l. 1. 4 part. num. 33. & 34. D. ſolut. matrimon. Gartia Maſtrill. deciſ. 63. numero 1. & ſeq. vſque ad 10.* Pro qua eſt etiam ſententia *text. in d. l. 2. titulo 1. libro 3. Fori legum.*

Imò ex nouiori Authenticorum iure 3
tria ſimul concurrere † debere, vt filia, quæ inſcijs, vel inuitis parentibus contraxit, dote, vel hæreditate priuari poſsit, voluerunt alij. Primum, filiam matrimonio collocare, dotemque pro patrimonij viribus, eorumque conditione aſsignare velle parentes. Secundum, illi matrimonio repugnare filiam, ſimulque vitam turpem eligere. Tertium, minorem vigintiquinque annis eſſe. Quod ex *text. in d. auth. Vt cum de appellat. cognoſc. §. Aliud quoque capitulum in fin.* colligunt, ibi: *Si alicui ex prædictis parentibus volentibus filiæ ſuæ, vel nepti maritum dare, & dotem ſecundum vires ſubſtantiæ ſuæ pro ea præſtare; illa non conſenſerit, ſed luxurioſam degere vitam*

vitam elegerit. *Si verò vſque ad viginti-quinque annorum ætatem, &c.* Cui concordat de iure Regio *tex. in d. l. 5. titulo 7. part. 6. d. verſ. E otroſi, quando el padre*. Nec ſufficere inuitis parentibus filiam nubere, vt exhæredari poſsit, niſi ſimul vitam turpem † eligat, tenuit *gloſſa in cap. Quintauallis, verb. Exhæredare, extra de iureiurand. Hoſtien. in c. 1. de deſponſa. impuber. poſt princip. vbi Ioann. Andr. num. 8. Anton. 4. Cardina. 2. Abb. 5. Alexan. de Neuo 9. Iaſo in d. auth. Sed ſi poſt in fin. Emmanu. à Coſta in dict. l. Gallus, §. Et quid ſi tantum, numero 177. Iulius Clar. libro 3. recept. ſenten. §. Teſtamentum, numero 41. verſic. Quid ſi filia, Sylueſter in ſumma verb. Hæreditas, 2. quæſt. 7. Dominic. Soto in 4. diſtin. 29. quæſt. 1. artic. 4. ad 4. Ludouic. Molina de iuſt. & iure tract. 2. diſput. 176. num. 13. Ioann. Lup. Bertrand. Tabiena*, & alij, quos adducit *Tho. Sanchez d. libro 4. diſput. 24. num. 3.* latè *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 213. num. 31. & ſeqq. & numero 45. & ſeqq.* vbi non ſufficere filiam indigno nubere; ſed vt turpiter, & obſcœnè viuat, requirit: eamque veriorem dicit, ex prædictiſque iuribus ea tria requiri, colligit etiam *Sanchez d. loco num. 4.*

3 Et in hoc caſu luxurioſè viuere, † turpemvè vitam eligiſſe intelligunt eam, non quæ ſemel, aut bis in corpus ſuum peccauit, ſed quæ ſæpiùs. Vt enim mulier luxurioſè viuere dicatur, meretricē fieri, neceſſe eſt, ex ſententia *Didac. Couarr. in cap. Raynuntius in princip. numero 15. & ibid. Guilliel. Benedict. verbo Dotem, quam ei deberat, num. 36. & 37. de teſtam.* & plurium aliorum, quos refert, & ſequitur *Stephan. Gratian. d. cap. 204. num. 31. & ſeqq.* & probat in ſpecie relatam aſſertionem *text. in d. §. Aliud quoque capitulum*, in iam deſcriptis verbis, tenentquè *Ludouicus Molina de iuſtit. & iure 1. tomo tract. 2. d. diſput. 176. numero 13. Stephan. Gratian. vbi ſuprà, & num. 50. & ſeqq. Thom. Sanchez d. diſput. 24. nu. 6.* Quinimò *d. l. 5. tit. 7. part. 6* non ſolùm
6 vt filia meretricetur; ſed vt in lupanari † publicè ſui corporis quæſtum faciat, vt ob id exheredari poſsit, requirit, ibi, *E deſpues deſto fizieſſe vida de mala muger en puteria.* Quę tamen iuxta ſuprà traditam doctrinam, & *tex. in d. §. Aliud quoque capitulum* (ex quo ſumpta eſt) & *d. l. Si filiam, 19. C. de inoffic. teſtam.* (quę in filia, quę turpem vitam elegit meretricando, licèt non in lupanari loquuntur) reſtringendà, ac limitãda eſt. Sic eã limitãt, & intelligũt *Gregor. Lopez ibidem, Molina, & Sanchez* dictis locis ſupra, *Stephan. Gratian. dicto cap. 204. num. 41.* Quæquè dicatur meretrix (præter iam relatos) videre licet per propè infinitos, quos adducit *Petr. Cened. in collect. 140. num. 1. part. 2.*

Ex quibus deducitur, quòd ſi filia ab huiuſmodi crimine abſtineat, pœniteatque,
7 † nec in luxurioſa vita perſeueret, poſt pœnitentiam exhærēdari non poterit, alimētis, dotevè priuari, eliciturque etiam ex *text. in l. Imperialis, 23. C. de nupt. & ex cap. Ferrum, 50. diſt.* tenentquè *Speculat. in tit. qui filij ſint legitimi, num. 16. Alex. in l. 1. numero 33. D. ſolut. matrim. & ibi Ripa, numero 71. Ioann. Bolognet. numero 95. Petr. de Rabena. dict. ſingul. 198. Ioann. Campeg. de dote, priuileg. 13. numero 3. Riminald. Iun. conſil. 57. à num. 30. Aymon Crauet. conſil. 721. num. 5. Gaſpar Baeça de non melior. ratione dot. filiab. cap. 18. num. 11. Gregor. Lopez in dict. l. 5. gloſſa 7. verbo Desheredar, Octauian. Oſaſ. deciſ. 124. numero 14. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. lit. D. dict. concluſ. 780. numero 157. Franciſc. Burſat. conſilio 215. num. 9. Didac. Segura in l. Vnum ex familia, §. Sed ſi fundum, num. 73. D. de leg. 3.* latè *Petr. Surd. de alimen. d. tit. 7. quæſt. 4. num. 24. & ſeqq. Marius Guirba d. cap. 3. gloſſa 3. num. 38.* communem dicit *Cordub. de Lara in l. Si quis à liberis, §. Idem Iudex, num. 60. D. de liber. agnoſc. Gaſpar Anton. Theſaur. quæſt. ſorenſ. lib. 1. aucta quæſt. 70. num. 2. Cardin. Franciſc. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. libro 12. titulo 16. numero 13. & 14. Stephan. Gratia. dict. cap. 204. numero 48.* vbi vnum (ſi verum eſſet) notabile addit. Quòd ſi filia minor vigintiquinque annis peccauerit in corpus ſuum, poſtmodumque matrimo-
8 nium etiam cum indigno contrahat, † ſibi dos debebitur, quaſi matrimonium ſequutum retrotrahatur, omnemque maculam abſtergat. Cui tamen ſententiæ repugnat *Senatus Pedemontani deciſio*, de qua teſtatur *Gaſpar Anton. Theſaur. ſuprà num. 13. & ſeq.* vbi fuit iudicatum, & concludit, filiam quæ cum amaſio ante matrimonium luxurioſè vixerat, perſequens poſteà ma-
9 trimonium † exhæredationis, priuationis dotis, vel alimentorum pœnam non effugere; etiamſi ſub ſpe, & promiſsione coniugij

ingij ſe carnaliter cognoſci permiſiſſet: vt etiam refert *Philipp.Paſcha.d. 2.part. cap.5.num.43.* firmãtque ſtatim proximè numeris ſeqq. adijcienda.

Suprà dicta tamen contradictoribus non carent, tenentes non ſolùm turpem vitam, luxurioſamque vt filia exheredari poſſit, non requiri; ſed ſi indigno nubat ſufficere. Quia in iure æquiparantur, *indigno nubere, & turpem vitam ducere*,
10 † vt optimè (poſt *Petr. Barboſ.* ibi relatum) conſiderat, ponderatque *P. Ferdinand. Rebell. de obligat.iuſtit. 2.parte, libro 2. quæſt. 14.ſectione 2. numero 16. verſ. Quòd ſi obijcias. Riminal. Iuni. conſilio 133. numero 17. Cardinal. Tuſch. practic. concluſ. litera E.concluſ.577. numero 14.*

Nec etiam turpem vitam ad exhæredationem (eo modo quo diximus) neceſſariam eſſe, ſed ſatis fore, ſi ſemel aut bis in
11 corpus ſuum peccauerit † filia; neque pœnitentia huiuſmodi delictum aboleri; tenuit *Felin.in cap. Rodulphus, num. 6. de reſcrip.* Fieret enim (ſecundum eum) illuſoria exhæredandi poteſtas, ſi tam facili negotio poſſent liberi exhæredationis pœnam effugere, ſiue ſit in delictis, quorum offenſa principalitèr, & directè patrem reſpicit; ſiue non principaliter, ſed per quandam conſequentiam, vt cum filia in corpus ſuum peccat. In vtroque enim caſu verius arbitratur, per pœnitentiam, etiamſi ſemel tantũ, aut bis in corpus ſuũ peccauerit, delictum non aboleri, cùm ſemel exhæredandi poteſtas extiterit. Tenet etiam verioremque reputat ſententiam *Emmanuel á Coſta in d.l.Gallus, §. & quidſi tantum,num.191.& 292.* quem refert, & ſequitur (licèt mẽdoſe, *num.*101. eum allegans) *Pater Ferdinand. Rebello vbi ſupra,num.17.* Quamuis enim non ita grauiſſima patrem afficiat iniuria filia, quę ſemel, aut bis in corpus ſuum peccauit, ſicut quæ turpem ſæpeſæpius ſui copiam faciendo vitam elegit; vnicus tamen coitus grauiter patrem offendit. Ita etiam *Corduba de Lara, d. loco* (contra eandem, quam dixerat communem) verioremque affirmat *Petr.Surd.d.tit.7.quæſt. 4.num. 34.verſic.Hæc opinio,Philipp.Paſchal.d. cap.5.num.43.*

12 Dicta autem in filiabus, & in filijs † quoque indignam, ignominioſamque ducentibus vxorem parentibus inuitis, intelligenda ſunt, vt (ex *d. §.Si emancipatus* de filio nominatim loquente) tenent *Curtius Iunior in authen. Non licet, num. 27. & ſeq. C.de liber.præter.Ioan.Lup. in d.cap. per veſtras,§.7.num.2.Petr.Surd. de aliment.d.tit.1.quæſt.6.num.5.& 17. verſic. Sed ſi verum dicere fas eſt,* magis communem hanc dicens (tam in filia, quàm in filio nominatim loquendo) ſequitur *Philipp. Paſcha.d.cap.5.num.15.* Verumque de iure communi aſſerens *Didac. Perez in d.l. 1.tit.1.lib.5.Ordinament.ſuper verbo En cubiertamente,verſic. Et ſic legem Tauri limitabis, folio mihi 36.* Quam etiam ſententiam videtur approbare *text. in l. 11.tit.1.part.4.* vbi notat expreſsè *Greg. Lopez gloſſa fin.*

13 Quinimò, & ſi cum digna † matrimonium filius inuitis parentibus contrahat, poſſe exhæredari, tenuit *Ferdin.Vazquez Menchac.de ſucceſſ. creat.d.lib. 1.§. 10.num.634.* Cui tamen non aſſentio.

Suprà dicta de iure Ciuili, vel etiam Regio procedunt; de iure verò *Canonico* (de quo etiam aliqui ex iam relatis loquuntur) non poſſe patrem filiam, ſine eius conſenſu nubentem, dote, vel hæreditate priuare, † magis communis opinio
14 eſt, correctaſque eſſe iuris Ciuilis leges, nec vim habere, eò quia matrimonij libertas neque directè neque indirectè impediri poteſt, *text.in cap. cum locum 14. cap. requiſiuit 17.de ſponſalib cap.1.de deſponſ. impuber.cap.cum cauſa 6. de raptor. cap. ſufficiat,27.quæſt.2.cap.fin.32.quæſt.2.Cõcil.Tridentin.ſ.ſsione 24. cap. 1. de reformat.matrimon.* tenet *gloſſa fin. in d. cap. fin.32.quæſt.2.& in cap.de raptoribus,36. quæſt.1.Panormitan.conſil. 12.a num.1. lib.1.* vbi latè, & *conſil. 65.lib. 2.in princip.verſ. Ad primum redeundo,& in d.ca. Cum cauſa,num.5.de raptor.& in cap.1. num.8.de ſponſalib.& in cap.Eccleſia,numero 15.de conſtitut.vbi Felin. dicit* communem, *num.59. Decius num.36. & in l. Nuptias 30.a num.8.vſque ad fin. D. de regul.iur.vbi eius Additi.* magis communem dicit, *num. 7. litera A. Alexand. de Neuo in d.cap.1.num.23. & 24.& in capit.Gemma,numer. 11.de ſponſalib. & in cap.1.num.10. de deſponſa. impub. Iaſo in d.auth.Sed ſi poſt,num.6.& 7.Paul.Pariſi.conſil.29.num.62.lib.3.Ioan.Campeg. de dote,1.part. quæſt.13. Guillelm. Benedict.in d.cap.Raynuntius, verbo dotem, num.42.Ioan.Lup.in d. cap. Per veſtras, notab.3.§.9.& alijs ſeqq.& §.31.num.1.*

*Rode-*

*Roderic. Xuar. in d. l. 2. tit. 1. libro 3. Fori, num. 20. Gregor. Lopez in d. l. 10. titulo 1. part. 4 gloss. verbo Pueda. Didac. Couarr. super 4. Decret. 2. part. capite 3. §. 8. numero 5. & 6. Ludouic. Molin. de Hispano. primogen. dicto libro 2. capite 16. numero 6. Ildephonsi. Azeued. in l. 2. tit. 1. libro 5. nouæ Reg. Collect. num. 5. & ibid. Ioann. Matienço glossa 4. numero 2. Fulgius Pacia. de probat. libro 2. cap. 3. numero 108. & seqq. Ioan. Gratian. regula 83. numero 11. Olan. in concord. iuris*, vbi de correctione legum Partitar. *nu. 71. Angel. Syluest. Nauar. Victoria, Veracruz, Corduba, Henriquez, Emman. Rodrig.* & alij, quos refert, & sequitur *Thom. Sanch. de matrim. d. libro 4. disput. 25. numero 2. Ludouic. Molina dict. 1. tomo, tractat. 2. disputat. 176. numero 22. vsque ad numerum 26. Ioannes Gutierr. practic. quæst. libro 2. quæstione 5. per totam, & quæst. 1. à num. 2. & numero 28. Emmanuel à Costa in l. Cum tale. §. Si arbitratu, num. 4. versic. His etiam consequens est, & num. 5. D. de condit. & demonst. Michael Crass. inter commun. opiniones, verbo Dos, & in §. Testamentum, quæst. 42. numero 5. & seq. Iacob. Menoch. de præsump. libro 4. præsumpt. 189. numero 60. & seqq. & de arbitrarijs, libro 2. casu 453. numero 8. Petrus Surdus de aliment. titulo 1. quæstione 6. numero 6. & seq. Gaspar Anton. Thesaur. d. quæst. 70. numero 5.* vbi de communi, & quòd durum esset in praxi ab ista sententia recedere, *Philipp. Pascha. de virib. patr. potest. dicta 2. parte, capite 5. numero 16. Petr. Barbos. in d. l. 1. 4. parte, numero 36. in princip. & numero 39. versiculo Contrarium nihilominùs, D. solut. matrim. Didacus Perez in d. l. 1. titulo 1. libro 5. Ordina. in verbo Encubiertamente, versic. Et sic legem Tauri limitabis*, ibi: *Tùm quia actus est approbatus, folio mihi 36. Hieronym. Ceuall. commun. contr. commun. quæst. 5. numero 2. & 3. Anchar. ran. Regiens. quæst. familia. libro 2. quæst. 46. numero 7. Andr. Fachin. controuers. dict. lib. 3. capite 44. versic. Tertia est sententia*, quam communem dicit, & defendit vsque ad finem, *Cæsar Barz. decis. 29. numero 6. & seqq. num. 34.*

Quæ sententia, etiamsi filia sine patris consensu nubens, dotem non promittat, † procedit. Adhuc enim eam tenetur dotare pater, secundum *Paul. Castr. in auth. Res quæ, numero 7. Iason. num. 15. Curt. Iunio. num. 25. C. commun. de leg.* communem profitetur *Ripa in d. l. 1. num. 57. D. solut. matrim. Decius in d. regula Nuptias, num. 11. Socin. cons. 57. num. 2. libro 4. Didac. Couarr. d. cap. 3. §. 8. num. 7.* refert, & sequitur *Ludouic. Molina d. cap. 16. num. 7. Thom. Sanchez d. libro 4. disputat. 26. numero 11. & 12.* apud quem latè hac de re *numer. seqq.* tenet etiam *Andr. Fachin. controuers. d. libro 3. capite 45. versic. Contrariam sententiam habuerunt, Gaspar Baeça de non melior. rat. dot. filiab. capite 18. per totum, Hieronym. Ceuallos dict. quæst. 5. numero 4. Ioann. Gutierr. dicta quæst. 1. numero 4. Paz in praxi, 3. tom. cap. 6. §. 12. numero 12. Gar. Mastrill. d. decis. 63. num. 10. & seqq.*

16 Etiamque si indigno † nupserit filia, & absque dotis etiam promissione, quia adhuc dotem ei præstare tenetur pater, vt (*ex Immol. Alex. Iaso. Decio*, & alijs) tradit *Ludouic. Molin. supra numero 8.* vbi hanc opinionem (considerato iuris rigore) veram dicit. *Ioann. Lup. in d. notab. 3. §. 10. in princip. & §. 13. numero 1. & §. 15. num. 1. & §. 16. per tot.* latè *Thom. Sanch. d. disputat. 26. numero 14. & seq. Fachin. d. capite 45. versic. Et ego in eam sententiam sum procliuior, Mastrill. supra numero 13. Michael Craf. in §. Testamentum, quæstione 42. numero 6.* vbi communè dicit.

Minuendam tamen in hoc casu dotē attē ta viri minori dignitate, † vel indignitate; 17 docent *Molina vbi supra Gaspar Anton. Thesaur. d. quæst. 70. numero 10. in fine. Mastrill. d. loco numero 21.* alios referens (qui tamen id in specie non dicunt) *Philipp. Pascha. d. cap. 5. num. 39. Cardinal. Tusch. dict. litera E. conclusione 577. numero 14. Laurent. Syluan. consilio 2. numero 41.*

Contrariam tamen sententiam (posse scilicet etiam de iure Canonico patrem filiam absque eius consensu nubentem ex- 18 hæredare, † dotevè priuare) non paruæ sustinent authoritatis Doctores, in qua fuerunt *glossa in cap. De raptoribus, verbo Excusata, 36. quæst. 1. Felin. in dict. cap. Ecclesia, numero 59. de constit. Ioann. Lupus in d. cap. Per vestras, notab. 3. §. 3. numero 9. & §. 8. per tot. Bald. Nouell. de dote, 6. part. priuileg. 16. numero 6. Ferdinand. Vazquez Mench. de succes. creat. libro 1. §. 10. numero 628. & seq. Didac. Perez in dicta l. 1. titulo 15. libro 8.*

15

Or-

*Ordinam. verſic. Eſt qualquiera, folio mihi* 284. *Montal. in d. l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 3. *Fori leg. P. Ludouic. Molin. dict. diſputat.* 176. *num.* 26. *& ſeqq. Soto, Viguer. Vega Salon, Ledeſma,* & alij, tam Iuriſtæ, quàm Theologi, quos adducit *P. Thom. Sanch. dicta diſput.* 25. *num.* 1. *propè fin.* vbi hanc probabiliſsimam ſententiam dicit, reprobans *Veracruz* ibi relatum, non eſſe abſoluēdos parentes, qui in hoc caſu filias exhæredāt, dicentem. Tenent quoq; dictam ſuprà ſententiā *Paul. Pariſ. conſil.* 29. *nu.* 35. *lib.* 3. *Laurent. Syluan. d. conſ.* 2. *numero* 43. & 44. vbi hanc magis communem dicit; *Petr. Barboſ. in d. leg.* 1. 4. *part. num.* 36. *verſic. Sed his non obſtantibus, & numer. ſeqq.* quam defendit, contrarijs reſpondens: ſequitur etiam *P. Ferdinan. Rebello de obligat. iuſtit.* 2. *part. lib.* 2. *quæſt.* 14. *ſectione* 2. *numero* 16. eandem ampliectitur, ſibiquè veriorem videri aſſerit, magiſque communem *Philipp. Paſchal. dict.* 2. *part. cap.* 5. *num.* 17. *& ſeqq.* vbi eam latè comprobat, multiſq; firmat argumentis; plenè etiam *Gaſpar Anton. Theſaur. d. quæſt.* 70. *nu.* 7. *& ſeqq.* Quam opinionem à benè inſtituta Republica minimè relegandam eſſe, adſeuerat, in eamquè rem ſanctos Patres in OEcumenicis Concilijs (de quibus ibi, numero 8. mentionem facit) reſpexiſſe, ſibi videri dicit; firmiuſq; hanc probat ſententiam, ſi filia indigno nubat, *num.* 10. In quo etiam caſu loquitur *gloſſ. in dict. cap. De raptoribus, Montal. in d. l.* 2. *& ibidem Roderic. Xuar. numero* 28. & alij relati à *Sanchez d. diſput.* 25. *nu.* 3. *Laurent.* etiam *Syluan. d. conſ.* 2. *num.* 43. *& 44. Philipp. Paſchal. d. loco;* & hanc eandem (ſibi contrarium) tenere *Couarr. de ſponſal. d. par.* 2. *cap.* 3. §. 8. *num.* 7. *verſic. Hæc verò omnia,* alijs etiam adductis teſtatur *Theſaur. dict. num.* 10. *Oſtauian. Oſaſc. deciſ. Pedemont.* 153. *num.* 3. *Gaſpar Baeça de non melior. rat. dot. filiab. d. cap.* 18. *num.* 2. *ad fin. Capella Tholoſſ. quæſt.* 289. *& ibi eius Addit. Petr. Paul. Pariſ. d. conſil.* 29. *à num.* 28. *libro* 3. *Hieronym. Gabr. conſ.* 153. *num.* 2. *Petr. Barboſ. d.* 4. *part. num.* 38. *in princ. & num.* 39. *propè med. verſic. Et hæc de primo caſu, & num.* 40. *verſic. Sed his non obſtantibus. Pat. Ferdinand. Rebello dict. quæſt.* 14. *num.* 16.

Quis autem in hac materia *indignus*
19 dicatur, † videre eſt apud *Thomam Sanchez,* & plurimos ab eo relatos ſuprà *diſputat.* 26. *num.* 22. *& ſeqq.* vbi quòd vel dicitur indignus coniux, cui alter matrimonio copulari abſque dedecore iuxta ciuitatis mores nequit, ex *d. l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 3. *Fori leg.* ibi: *Y ſi ella caſare con alguno que no ſea cõueniible para ella, y para ſu linage,* & ex tex. *in l. Si adulterium cum inceſtu, §. Stuprum* (ibi: *Contumacia iuris, & ſanguinis contumelia*) *D. ad leg. Iul. de adult.* in idq; plurimos congerit, *num.* 23. Quibus etiam addendus *Petr. Surd. de aliment. titulo* 1. *d. quæſt.* 6. *num.* 21. *& ſeq.* plures etiam referens *Philipp. Paſchal. dict. cap.* 5. *numero* 67. *Andr. Gail. practic. obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 95. *numero* 18. *& ſeqq. Garſia Maſtrill. d. deciſ.* 63. *num.* 24. latiſsimè *Giurba in conſuetud. Senat. Meſſan. cap.* 3 *gloſſ.* 4. *num.* 10. *part.* 1.

Vel etiam *indignus* dicitur, cum quo
20 † matrimonium ob aliquod impedimentum, niſi in eo ſit diſpenſatum, conſiſtere non poteſt; pluribus adductis firmant *Sanchez ſuprà, numero* 26. *& Giurb. d. nu.* 10. *verſ. Indignus etiam is eſt.*

Dicitur etiā indignus ex bonis animi,
21 † vt ſi coniux malis moribus imbutus ſit, ex *l. Sed ea,* 12. *D. de ſponſal.* ibi: *Indignum moribus, & turpem ſponſum:* tradunt ſimiliter ex pluribus *Sanchez nu.* 24. *& Giurb. d. num.* 10. *verſ. Indignus etiam iudicatur,*
22 Ex bonis etiam fortunæ † indignum dicentes, vt ſi pauperior notabiliter ſit, *Sanchez num.* 25. *Giurb. d. nu.* 10. *verſic. Indignus denique,* & alijs relatis *Iacob. Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 189. *n.* 85. Niſi aliunde exceſſus hic compēſetur, vt ſi pauperior nobilior ſit.

A qua tamen indignitatis cauſa diſſentiunt multi, qui affirmant, indignum dici,
23 qui indignitate turpi affectus eſt, † vt ſi ſit infamis, non ſi imparis ſit conditionis. Ita tenēt *Angel. in ſumma, verbo Dos, numero* 4. *& ibidem Sylueſter quæſtione* 4. *Tabiena quæſtione* 3. *numero* 4. *Armilla numero* 6. *Specul. conſcientiæ tractatu* 2. *capite* 53. relati *à Thom. Sanchez ſupra numero* 22. tenet etiam *Maſtrill. dicto numero* 42. & firmat *Andreas Gail. dicto numero* 18. *& ſequentib.* Indignum dicens malis moribus imbutum, & qui turpitudine, vel infamia laborat, non qui inferioris ſit conditionis. Ideòquè nec paupertatem, imò nec ignobilitatem, quæ culpa contrahentis nō prouenit, indignitatē inducere, ex eo, quia paupertatē, & ignobilitatē nemo ſapiēs maledixerit, vt inquit *tex.* (quē notabilem dicit) in *cap. Illa ca-*

*uenda*, 15. *quæſt.* 1. *& tex. in l. Humilem*, 7. *C. de inceſt. nupt.* Et faciunt, quæ à Nobis notata ſunt *quæſt.* 4. *nu.* 34. *& quæſt.* 7. *num.* 43.

Altercationes, & dubia hæc, vbi palam, & in Eccleſiæ facie, licèt contra patris conſenſum filij contrahunt, locum habent: ſi verò inſcijs parentibus, ſiue cum digno, ſiue cum indigno clandeſtinas con-
24 traxerint nuptias, † exhæredationis patiuntur pœnam per conſtitutionem *text. in leg.* 49. *Tauri*, quæ eſt *lex* 1. *titulo* 1. *libro* 5. *nouæ Regiæ Collection.* Quæ cum ius Canonicum clandeſtina matrimonia prohibens, coadiuuent, abſque dubio procedunt, earumque pœnæ, *gloſſa in clemen. Romani*, *verbo Tolli*, *de election.* & in terminis docent *Didac. Perez in l.* 1. *tit.* 1. *libro* 5. *Ordina. verbo Conſejeramente*, *y no á furto*, *Anton. Gomez in dict. leg.* 49. *Taur. numero* 2. *Azeued. in dict. leg.* 1. *num.* 42. *& ibid. Ioann. Matienço gloſſa* 7. *numero* 4. *Gregor. Lopez* (ita iudicatum aſſerens) in *dict. leg.* 10. *titulo* 1. *partit.* 4. *verbo Puede ad fin. Didac. Couarr. de ſponſal.* 2. *part. cap.* 16. *á num.* 6. *Ludouic. Molina de Hiſpano. primogen. dict. libro* 2. *cap.* 16. *á num.* 6. *Petr. Barboſ. in l.* 1. 4. *part. numero* 35. *&* 38. *D. ſolut. matrim. Pat. Ferdinand. Rebello de oblig. iuſtit. dicto libro* 2. *part.* 2. *quæſtione* 14. *ſect.* 2 *numero* 20. *Petr. Cened. in Collect. iuris Canonic. part.* 2. *collectan.* 58. *numero* 5. *Didac. Spino de teſtamen. gloſſa* 15. *numero* 74. *Hieronym. Ceuall. commun. contr. commun. quæſtione* 5. *numero* 7. *& ſeq. & quæſtione* 104. *numero* 38. latè de hac materia *Pat. Thomas Sanchez de matrimon. libro* 3. *diſputat.* 47. præcipuè *num.* 4. vbi quòd ſiue filia digno, vel indigno nubat, prædictarum legum diſpoſitio locum habebit, ex *Acoſta*, *Enriquez*, & alijs: dictarumquè legum validitatem *num.* 12. *& ſeq.* defendit, *Gaſpar Anton. Theſaur. dict. quæſtione* 70. *numero* 11. *&* 12. valdè *Molinam* extollens loco ſuprà relato, *Iacob. Cancer. variar. reſolut. libro* 3. *cap.* 11. *de ſponſalib. num.* 9. *verſic. Contrarium conſului.* plenè etiam in terminis *dict. leg. Tauri Philip. Paſcha. de virib. patr. poteſtat. dicto cap.* 5. *ex numero* 57. *cum ſeqq. Franciſc. Molin. de ritu nuptiar. lib.* 2. *different.* 7. *num.* 63. pleniſsimè ex profeſſo *d. legis* 49. *Tauri* materiam proſequens de eius robore, & valore agens Ioannes Gutierrez *practicar. quæſt. lib.* 2. *q.* 1. *per tot.* præcipuè *á num.* 13 *cum ſeqq. P. Vaſil. Ponti. Legionenſ. de matrim. lib.* 5. *c.* 37. *de pœnis matrim. clandeſtini*, *n.* 14. *Steph. Grat. diſcep. forenſ. c.* 213. *á nu.* 8. *cum ſeqq.* oſtendens (poſt *Gregor. Lopez*, *Ludouic. Molin. iuſtriam. Hieron. Ceual. Veracruz*, *Gutierrez*, & alios) earum legum penas etiam poſt *Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de reform. matrim.* locum habere. Per quod cum clandeſtina matrimonia non valere, nullaque eſſe diſponatur: ex actu nullo infligendam pœnam non eſſe, dicendum videbatur: cuius contrarium conſtanter idem ipſe defendit, traduntque ſuprà relati, & latè *Sanchez d. lib.* 3. *diſput.* 2. *per totam.*

Adhuc tamen ſuprà picta omnia in filia minore vigintiquinque annis, abſquè patris cõſenſu nubente, vel in corpus ſuum peccante procedunt: ſecùs ſi filia maior
25 vigintiquinque annis † ſit, quæ licèt poſt prædictam ætatem in corpus ſuum peccauerit, vel abſque patris nupſerit conſenſu, ſiue digno, ſiue indigno, ſiue cum dotis promiſsione, ſiue ſine illa, nequaquam eam dote, vel hæreditate pater priuare poteſt: vt expreſsè iura omnia in principio relata, tam iuris communis, quàm Regij determinant. & ibid. notant Scribentes, *Franciſc. Ripa in l.* 1. *numero* 57. *D. ſolut. matrimon. Philipp. Franc. in cap. vnic.* §. *Porrò*, *num.* 1. *&* 2. *de deſponſ. impub. lib.* 6. *Iacob. Menoch. de præſumpt. libro* 4. *præſ.* 189. *num.* 58. *Gaſpar Baeça de non melior. rat. dot. filiab. cap.* 18. *num.* 2. multò veriorem hanc ſententiam dicens *Thom. Sanchez d. libro* 4. *diſput.* 26. *num.* 11. *Cardin. Franciſ. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. libro* 12. *tit.* 16. *num.* 17. *Marius Giurba in conſuet. Senat. Meſanenſ. d. cap.* 3 *gloſſ.* 3. *num.* 39. *Aſcan. Clem. de patria poteſtat. cap.* 6. *effect.* 11. *nu.* 36. *Franc. Molin. de ritu nuptiar. lib.* 2 *different.* 7. *num.* 58. quadrupliciter *numeris ſeqq.* hanc declarans ſententiam, *Carp. ad ſtatut. Mediolan. ſtatut.* 278. *num.* 163 *part.* 1. *Franciſ. Burſat. conſil.* 215. *num.* 10. *Martin. Colier. de aliment. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 37. *Petr. Surd. eod. tract. de aliment. tit.* 1. *quæſtione* 6. *numero* 24. *& titulo* 7. *quæſtione* 4. *numero* 37. *Petr. Cened. in pract. Cano. quæſt.* 13 *numero* 16 *Ludouic. Mexia ad leg. Toleti*, 1. *part. fundamen.* 2. *num.* 34. *Hieronym. Ceuall. commun. contra comm. quæſt.* 5. *Didac. Spino de teſtam. d. gloſſ.* 20. *numero* 67. *Philipp. Poſchal. de virib.*

*virib. patriæ poteſtat. d. 2. part. cap. 5. numero 63. Cæſar Barzi. deciſ. 29. numero 3. Pator Ferdinand. Rebello de obligat. iuſtit. d. 2. part. lib. 2. quæſt. 14. ſect. 2. numero 14.*

Quod & in prædictæ ætatis filia publicè etiam meretricante † procedere, 26
(quam nec exhæredare, nec dote priuare ob eam rationem patrem poſſe) docet *gloſſ. in d. cap. Quintavallis de iureiurand. verb. Exhæredaret, poſt med. Symon de Prætis de interpretat. vltim. voluntat. lib. 1. ſolut. 4. numero 24.* plurimos referens *Didac. Spino. d. gloſſ. 20. numero 67. Pater Ferdinand. Rebello ſuprà numero 15. Marius Giurb. d. numero 39. Philipp. Paſchal. loco iam relato, numero 64.* Addens, de iure conſuetudinario 27
ciuitatis Neapolis † ſufficere ſi mulier decimumſextum excedat annum: & *Cæſar Barzi. d. deciſ. 29. numero 5.* quòd de cõſuetudine, quæ duo de viginti annorum ætatẽ habet, ſatis lõge nubiles annos exceſſiſſe dicitur. Lex verò *6. tit. 1. de los caſamiẽtos d. lib. 3. Fori leg.* triginta requirit annos, intra quos matrimonio collocare filiã pater poſsit; quo tempore durante, ſi ipſa turpem vitam elegerit, pœnam poterit exhæredationis pati. Cuius tamen non adeſt vſus; ideòque ad iuris communis legumque Partitarum diſpoſitionem recurrendum erit, eiſque ſtandum. Licèt per *d. leg. Fori* iuris communis, & Partitarum in præſenti placitum in filiabus maioribus 25. annis loquens, limitet *Didac. Perez in d. l. 1. tit. 1. lib. 5. Ordinam. ſuper verb. Encubiertamente, verſ. Clandeſtinum, colum. 2.* ad trigeſimumque velit extendi.

Quodque maius notabiliuſque eſt, prædictam concluſionem procedere, etiamſi filia maior vigintiquinque annis 28
clandeſtinè † matrimonium abſque parentum conſenſu contrahat. Adhuc enim hodie Regiarum legum (quarum ſuprà mentionem fecimus) diſpoſitione ſtante, dote, hæreditateve per patrem priuari filiã nõ poſſe re melius cõſiderata, ſententiã mutans) docet *Pater Thom. Sanchez de matrimonio, tom. 1. lib. 3. diſput. 47. numero 5.* pro qua etiam adducit *Vera-Cruz in 3. part. Spec. art. 20. concluſ. 2. & Henric. lib. 11. de matrimon. cap. 6. numero 3.* præcipuè non extante (vt non extat) *Caroli V.* pragmatica, quam aliqui factam fuiſſe dicunt, exhæredationis pœnam etiam ad filiam maiorem viginti-quinque annis extendentem.

His ſic præhabitis, dubium ſuccedit noſtrum, An filia maior 25. annis, quæ in corpus ſuum peccauit, vel matrimonium abſque patris conſenſu contraxit, dote, vel hæreditate priuari, paternæ paupertatis prætextu poſſit; quia eam pater decenter dotare, matrimonioque locare non valuit? In qua, exhæredationi, dotiſvè priuationi poſt prædictam 29
ætatem locum non fore, † ſuadet generalitas *textus in dicta leg. Filiam, & in dict. authen. Sed ſi poſt*, cum aliis in principio adductis. Quæ ſolum ad illam reſpexerunt iura ætatem, poſtquam, liberam filiabus inſcijs, vel inuitis parentibus contrahendi matrimonium facultatem dedere; nec animaduerſione, aut exhæredationis pœna dignam putarunt filiam, quæ poſt eam ætatem in corpus ſuum peccauit, aut turpem vitam elegit; ſed earum fragilitati parcendum, nubendique deſiderio. Cum in ea ætate vix fœminæ continere valeant, ſecundum *Mari. Giurbam in conſuet. Senat. Meſan. dicto capite 3. gloſſa 3. numero 39. in fin.* minus rectè Petrum Cenedum allegantem. Quod & agnouit *Iuſtinian. in authen. de non elig. ſecund. nubent. §. Sin autẽ* (cuius nõ meminit *Giurb.*) eiuſq; ſunt verba. *Sin autem non valuerit (cum forſitan, & iuuenis hoc non patiatur, nec poſsit contra furorem naturæ reſiſtere) collat. 1.*

Ideòque cum lege permittente ſine parentum conſenſu poſt prædictam ætatem contrahant, vel etiam (quoad exhæredationis pœnam vitandam) in corpus ſuum peccent: eam incurrere non debent, ex vulgari regula *text. in l. Grachus 4. C. ad leg. Iul. de adulter. in l. Sancimus 22. C. de pœnis, & cap. Qui peccat, 24. quæſt. 4.* Nec alia (cum nec lex diſtinguat) facienda diſtinctio erit, ex iurib. vulg. Satiſque cohibetur, ac punitur filiarum audacia, conſtitutarum pœnarum metu, ſi intra prædictum vigintiquinque annorum ſpatium in corpus ſuum peccent, ſine parentumve licentia nubant, abſque eo quòd etiam poſt illam ætatem aliquam ob id pati debeant pœnam. *Cum mulieres ad hoc natura progenuerit, vt partus ederent, & maxima eis cupiditas in hoc conſtituta ſit.* vt Imperator Iuſtinianus, inquit, *in l. 2. C. de indict. viduit. tollend. & in*

*authentic. de reſtitut. & ea quæ parit. in* 11. *menſ. Collat.* 5. §. *Vnum*, ibi, *Porrò partum hunc eſſe opus naturalis concupiſcentiæ*, cui cõſonat *Vlpian. in l. Quæritur* 14. §. 1. *D. de ædilit. edict.* ibi: *Maximum enim ac præcipuum munus fœminarum eſt conci pere.* Vnde *Ariſtot. Phyſicor. lib.* 1. materiã appetere formam, ſicut fœminã marem aſſerit. Hacque ratione meritò dixit *gloſſa in l. Non exigimus* 2. §. *Si non propter*, *verb. Grauida*, *D. ſi quis cautionib.* naturali mulierum vitio (in hiſce terminis loquens) parcendum.

Ad quæ prædicta iura pœnam filiabus poſt illam ætatem, ſine parentum conſenſu nubentibus, vel in corpus ſuum peccantibus remittentia, reſpexiſſe videntur. Ac ideo nil intereſſe, an pater dives ſit, vel pauper, ſed quoquomodo filiam excuſandam, patremque eam exhæredare, doteve priuare non poſſe; videbatur dicendum.

Contrarium nihilominus ſi pater pau
30 per ſit, † qui decenter pro conditione ſua filiam intra dictam ætatem maritare non valuit, aſſerendum eſt: poſſeque tunc patrem filiam vigintiquinque annis maiorem exhæredare, doteve priuare, nec ad doris teneri conſtitutionem, licèt poſt illud delictum, vel peccatum à filia perpetratum dotare eam congruenter poſſet. Intelligendo tamen in caſu quo minorem vigintiquinque annorum filiam dote, vel hæreditate (iuxta à Nobis latè ſupra tradita) priuare pater poſſet.

Suprà dictaque ſententia firmatur. Primò, quia iam relata iura parentibus filias poſt vigeſimumquintum ætatis annum, abſque eorum conſenſu nubentes, vel in corpus ſuum peccantes exhæredandi facultatem denegantia, non tam filiarum fauorem, quàm (ob tantam in maritandis filiabus deſidiam, ac negligentiam) parentum odium reſpiciunt, vt tenent omnes hac de re agentes, ſupràque relati, *numero* 25. & manifeſtè eadem ipſa iura demonſtrant, in *d. auth. vt cum de appellat. cognoſc.* §. *Aliud quoque*, ibi: *Si verò vſque ad vigintiquinque annorum ætatem peruenerit filia, & parentes diſtulerint eam marito copulare*: & in *d. auth. Sed ſi poſt*, ibi: *Sed ſi poſt* 25. *annum te differente &c.* Ergo à contrario ſenſu, ſi pater non differat, quia nõ poteſt, pauperque eſt; poteſtas ſibi erit in prædicto caſu filiam maiorem vigintiquinque annis nõ aliter, quã minorem exhæredandi. Verbum enim Differre † in dictis iuribus adiectum liberam
31 ſupponit voluntatem, & potentiam, ac negligentiam pariter in eo qui alias facere poſſet, ex *text. in authentic. Dos data*, *C. de donat. ante nupt. in l. Creditor oblatam*, 102. *iuncta gloſſ. fin. ibid. in l. Si ſoluturus* 39. *in l. Qui decem* 72. *D. de ſolutionib. in l. Ab hoſtibus*, 15. §. *fin. iuncta l. ſequenti*, *D. ex quib. cauſ. maior. in cap.* 2. §. *Si autem Epiſcopus, extra de conceſſ. præbend.* notant *Paul. Caſt.* & alij in *d. l. Filiam*, *C. de inoffic. teſtam.*

32 Ideoque *differre* non dicitur, † vel *negligere*, qui non poteſt facere, *l.* 1. *in fin. C. de annal. except. Salycet. in l. Quod te mihi, numero* 24. *verſic. Secundo quia*, *D. ſi cert. petat.* Nec *Differre*, qui non negligit facere, nec negligere, qui non poteſt, *text. in l. Thais*, §. 1. *D. de fideicommiſſ. libert. Salyc. in d. l. Quod te mihi, numero* 26.

33 Ac per conſequens, qui negligens non eſt, negligentiæ pœnam pati † non debet, *l.* 3. *D. de ſeparat. l. Ab hoſtibus* 15. §. *fin. & l. ſequenti D. ex quib. cauſ. maiores*, *l. vltim. in fin. C. de Poſthum. hæred. inſtit.* tradit in ſimili *P. Leonard. Leſius de iuſtit. & iure lib.* 2. *capit.* 34. *dub.* 19. *numero* 100. *verſ. Secundo.*

Pater autem, qui filiam congrue dotare non valet, negligens dici ne-
34 quit, nec appellandus eſt, † qui faciendi facultate caret, iuxta ſuprà dicta, & probat etiam *text. in l. Pupillus* 24. *in fin. D. quæ in fraud. creditor. & capit. Nunciatum*, 74. *diſtinct.*

*Differreque* ille dicitur, qui poteſt
35 non *differre*; † text. in *l. Eius eſt nolle*, 3. *D. de regul. iur. in l. Pater Seuerinam* 100. *D. de condit. & demonſtrat.* vbi nolle nubere, non dicitur, quæ viri potens non eſt, ex quo matrimonium contrahere non poteſt, *text. in l. Quis ſit fugitiuus* 17. §. *Idem ait ſi ſeruus D. de ædilit. edict. & in l. Nolle adire* 4. *D. de adquir. hæredit.* Et per *d. legem Eius eſt nolle*, dixit *Abb. conſilio* 22. *libro* 2. (*incipit Quidam Ioannes*) *numero* 3. Illum propriè dici *ſile-*
36 *re*, † qui poteſt loqui. Et facit *text. in l. Ab adminiſtratione*, 8. *C. de legat.* per quẽ *Bald.* ibi (poſt *Iacob. Butr.*) ad ſtatutũ imponens pœnã declinãti iuriſdictionem

nem Poteſtatis, vt non habeat locum
37 in Eccleſiaſtico, † qui etiam ſi velit, non poteſt coram ſeculari litigare, infert ex vulgari regula *text. in cap. Si diligenti, de foro comp.* plura ſimilia adducens *Decius in d.l.Eius eſt nolle.*

*Differre* denique non dicitur impedi-
38 tus, † *gloſſ.in cap.Quamſit 6. de elect.in 6.in §.Electus vero, verb. Diſtulerit, text. in cap.2.iuncto cap. Quia diuerſitatem, 5. de conceſſ.præbend.notat Abb.in cap. Cũ eſſes, numero 34. prope fin. de teſtament.*

Validiſsimum autem (in hoc præcipuè caſu) præſtat impedimentum paupertas.
39 Quæ & regulariter moram commiti † impedit, ab eaque excuſat, vt ſuo diximus loco, probatque *text.in d.l.Quod te mihi, 5.D.de reb. credit. gloſſ. in l. Vinum 22. verb.Cùm petitum, circa princip. D. eod. tit.& in cap. Mora ſua, extra de regul. iur.in 6.Cacialup.in l. Omnes populi, numero 105.D. de iuſt. & iur. Ripa in d. l. Quod te mihi, num.40. Paul.Caſtrenſ. in l.Si reus, numero 9.D.de procurat. Marc. Mantu.ſingul.198.numero 1.& ſequentibus.Matthæ.de Afflict.deciſ.377. numero 1.Petr.Surd.de aliment.tit.1.quæſt.48.numero 37.Sforc.Oddus in tract. de reſtit.in integ.1.part.quæſt.11. art.9. num. 47. Sebaſt.de Medic. de caſib. fortuit. 2. part. quæſt.4.num.32.*

Pro hac etiam ſententia vulgar facit axioma, de quo in *l. Iure ſuccurſum, 7. D. de iure dot. in l. Diuus 14. D.de offic.præſid.in cap. Ex parte 5. de*
40 *cleric.ægrot.* cum ſimilibus. Afflicto † ſcilicèt non eſſe afflictionem dandam, vt & ait *Apoſtol.ad Philippenſ.cap.2.Ne triſtitiam ſuper triſtitiam haberem.* Potiuſque miſeris miſerendum, vt inquit *text. in d. cap. Ex parte:* optimus etiam ad propoſitum in *l.Ex conducto 15.§.Si vis, D.locat.* ibi: *Ne ſupra damnum ſeminis amiſsi, mercedes agri præſtare cogatur.* Quare ſufficiet miſero patri egeſtas ſua, quin ſcelus illud, iniuriamque à filia in corpus ſuum peccante, abſque eiusvè conſenſu (indigno ſaltem) etiam poſt ætatis 25. annũ nubente, ſibi illatam, exhæredationis pœna vindicare prohibeatur, cum per patrem, quo minus filiam nuptui traderet non ſteterit, nec eius nuptias diſtulerit paupertate impeditus. Quo quidem caſu, eadem pœna, quæ minoribus vigintiquinque annis filiabus ſic contrahentibus, vel in corpus ſuum pecantibus imponitur; locum etiam in maioribus habebit. Deficiente enim ratione legis, vel cauſa (patris ſcilicèt negligentia) effectus quoque (pœnæ nempè remiſſio) deficiet, ex iuribus vulgatis, plenèque a *Nobis* congeſtis in *axiomatib. & locis communib. iuris litera L. numero 22.*

Suprà dictam denique ſententiam expreſsè firmant *Ludouic. Morot. conſil. 99.numero 59. & ſequenti, & Philipp. Paſchal.* (eum referendo) *de virib.patr. poteſt.part. 2. d. cap. 5. numero 66.* vbi quòd ſi pater in maritando condigno vi-
41 ro filiam negligens non fuit, † quodque potuit fecit, nec tamen valuit; facultas illi erit filiam exhæredandi, priuandive dote, ſi poſt dictam vigintiquinque annorum ætatem in corpus ſuum peccauit, vel abſque patris conſenſu indigno nupſit, alleueranter proferunt.

Ex quibus indubitata remanet hæc opinio, contrariorumque patet reſponſio. Nõ itaque obſtat, *Naturali vitio mulierũ forè parcendum*, vt protulit *gloſſ.verb. Quia naturale in l. Fluminum 24.§. Vitium, per text.ibi, D. de damno infect.* & *gloſſ.1.in l.2.§. Si non propter, D. ſi quis caut.* Cui irridet Bald. dicitq; illã truffam *ibid.in §. Si quis in iudicio, num.4.* Præſtaretur enim aliàs eis peccandi anſa, quod nullo modo dicendum, aut ferendem eſt. Nec naturali vitio parcendum, vbi caſus prouideri, vitarique (ratione duce) potuit; docet *Vlpian.in l.Si ſeruus 27.§. Si fornicarius ad fin.D.ad legem Aquil.* & decernit in terminis *Iuſtinian. Imper. in d. auth.de reſtit. & ea quæ parit in vndeci. menſe, d.§.Vnum.* Qui in d.§. *Sin autem, d.auth.de non elig.ſecundo nuben.* Naturalis vitij ratione non illicitum excuſat; licèt honeſtati aliquantulum laxet habenas.

Dubium autem verſatur, An vt pater pauper filiam in prædicto caſu exhæredare poſsit, diligentiam teneatur probare,
42 † ſeque quidquid potuit, feciſſe? Et probationem, proteſtationemque requiri, nec ſolam paupertatem ſufficere, ex eo deducitur, quia impeditus tenetur facere
43 quidquid poteſt † vt impedimentum ceſſet, docente *Præpoſ. in capit. Ex ratione, num.27. & 28. de appellat.* iuxta *text.* & notata per *Bart. & Doct. in l.2.*

§. *Quod diximus, D. ſi quis cautionib. Nicol. Boer. deciſ.* 40. *num.* 5. *Matthæ. de Afflict. deciſ.* 29. & alij relati per *Azeued. in l.* 14. *tit.* 7. *lib.* 4. *nouæ Reg. Collect. nu.* 24. *& in l.* 2. *tit.* 18. *num.* 50. Facit text. in *l. Capite trigeſimo*, 19. *D. de ritu nuptiar.* (aliàs incipit, *Qui liberos*) *in fine*, ibi: *Prohibere autem videtur, & qui conditionem non quærit.*

44 Debetque probari diligentia, † *l. Qui commeatus* 14. *D. de re milit. Alexand. conſil.* 49. *lib.* 2. *Afflict. d. deciſion.* 29. *numero* 1. *Stephan. Gratian. deciſion.* 34. *numero* 18. *Paul. AEmill. Verall. in deciſion. Rotæ Roman.* 72. *litera I. verb. Impedimentum, per totam, præcipuè, num.* 6. *part.* 2. *Iacob. Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 2. *caſu* 118. *numero* 7. *& caſu* 153. *num.* 15.

Nec ſufficit probare impedimentum, niſi probetur pariter, quòd quis feciſſet
45 illud ad quod erat adſtrictus, † ni impedimentũ adeſſet. Ideò quando notorium non eſt, quem propter impedimentum non feciſſe, proteſtari debet, vt aduertit *Felin. in cap. Ex tranſmiſſa, in princip. de Præſcript. Alexand. in l. De pupillo, §. Si quis ipſi Prætori, numero* 1. *&* 9. (vbi eſt *text.* ſecundum vnam lecturam, communiter approbatam) *Cardin. Iacob. Pute. deciſion.* 436. *num.* 4. *lib.* 2. communem hanc ſententiam dicens *Verall. ſupra, deciſ.* 73. *lib.* 2. *Nicola. Boer. d. deciſ.* 40. *num.* 4. *Marc. Anton. Natta conſilio* 158. *numero* 6. *Franciſc. Becci. conſilio* 104. *numero* 3. *Aymon Craueta, Pariſ. Crot.* & alij quos refert, & ſequitur *Petr. Surd. conſil.* 12. *nuuero* 21. *& conſilio* 369. *num.* 42. *& conſilio* 374. *numero* 28. *& conſilio* 437. *numero* 36. *Vincent. Caroc. ſingul.* 110. Licèt contrarium velit *Paul. Caſtrenſ.* & alij quos refert *Nicol. Boer. deciſ.* 40. *num.* 5. per text. in l. *fin. D. quis ordo in bonor. poſſ. ſſ. ſeruetur*, reſpondens *textui in d. l. Qui commeatus*, ita ibi contigiſſe de facto. Qua de re videndus *d. loco Boer.*

Sufficereque ſi de paupertate conſtet, abſque aliqua diligentiæ proteſtatione, vel probatione, in caſu præcipuè noſtro, cum regulariter ſine dote non contra-
46 hantur † matrimonia, vt (cum experientia) docent *Socin. Iun. conſilio* 8. *numero* 12. *libro* 2. *Purpur. conſilio* 461. *numero* 10. *Aymon Craueta conſilio* 40. *numero* 1. *in fin. Hercul. Mareſcot. variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 8. *numero* 11. *Proſper Farinac. nouiſſ. deciſ. Rot. Rom.* 2. *part. deciſ.* 124. *numero* 2. Inanemque diligentiam fore, cum
47 nullus inde proueniat effectus, † ac per conſequens neceſſariam non eſſe; firmandum abſque dubio videtur, ex ratione *text. in cap. Per tuas* 32. *de ſimonia, in l. Hæc ſtipulatio* 14. §. *Diuus, D. vt legat. ſeu fideicomm. ſſ. nomin. caueat. in l. Aliquando* 13. §. *fin. in l. Debitrix*, 24. §. *vltim. D. ad S. C. Vellei. in l. Apud Iulianum* 11. §. *fin. in l. Ille à quo* 13. *in princip. D. ad S. C. Trebell. in l. Ad probationem* 21. *infin. C. de probat.* & ex latè deductis per *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 25. *numero* 1. 2. & 3. & ex *Senecæ* ſententia *declamat. lib.* 5. *declamat.* 8. *Quia non obiicitur* (inquit) *quod nõ nocet obiectum.* Et in ſpecie, diligentiam ſi
48 fruſtratoria ſit † nõ eſſe adhibendam, dixit *Felin. in cap. Ex tranſmiſſa, numero* 2. & 6. *de præſcript.* quem refert, & ſequitur *Hieronym. Gonzal. in regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 12. *numero* 89. *Paul. AEmil. Verall. deciſ.* 89. *ſeu* 10. *numero* 3. *part.* 3. *it era R.*

Nullamque in præſenti efficacem decẽtemve poſſe à patre adhiberi diligentiã conſtat. Indecens enim foret, indecorum, ac turpe, paſsim homines vt cum filiabus incongruè, vel omnino indotatis matrimonium contraherent, inuitare. Quod fieri, nec lex, nec ratio ſuadet, cum pauci nul-
49 liuèlint, qui ſine dote † vxores ducere (vt diximus) velint, *l. Si donaturus*, 9. §. 1. *de condict. cauſ. dat. l.* 4. §. *Sed etſi mulier, l.* 5. §. *Si eum qui, D. de dol. mal. except. l.* 1. *D. ſolut. matrim.* Et per conſequens imputari patri non poſſet, ſi non fecit, quod
50 factum non profuiſſet, † dubiumve foret an factum prodeſſet, ex ſententia *Baldi conſ.* 145. *numero* 4. *verſ. Item non tenetur, lib.* 3. *Crauet. conſ.* 83. *numero* 5. *Becci. conſ.* 100. *num.* 10. *Surd. deciſ.* 160. *numero* 6. & *deciſ.* 326. *numero* 69.

Prædictam denique ſententiam (proteſtationem ſcilicèt non requiri, ab eaque
51 paupertatem excuſare, † ac ſi de ea conſter, ſufficere) obſeruant *Felin. in cap. Si qui teſtium, numero* 10. *verſic. Ad idem, de teſtib. Paul. AEmill. Verall. d. deciſ.* 73. *lib.* 2. ita ſeruare *Rotam Romanam* affirmans, æquiorem, ex multis, dicit *Stephan. Gratian. d. deciſ.* 34. *numero* 19. *& ſeqq.*

In

In dubioque præſumi patrem de ma-
52 ritanda filia agere, † deque viro digno, & æquali nuptui tradendo ſolicitum eſſe, probat (ex *d. auth. Vt cum de appellat. cognoſc. §. Cauſas*) *Ludouic. Molin. de iuſtit. & iure*, 1. *tom. tract. 2. diſput. 176. numero* 12. *Thom. Sanchez de matrimon. lib. 4. diſput. 24. numero* 5. *Philipp. Paſcha. d. cap. 5. numero* 37. Conducit *Ouidi. de remedio Amoris, lib. 2.*

*Hunc filia nubilis angat.*

Vtrũ autẽ hæc exhæredationis pœna in filia, quæ poſtquã vigeſimũquintũ ætatis
53 annũ attigit, † non tamen impleuit, abſque patris conſenſu nupſit, vel in corpus ſuum peccauit, locũ habeat? videndus *Petr. Barboſ. in d. l. 1. 4. part. num. 41. ad fin. D ſolut. matrimon.* & latè *P. Thom. Sanchez, d. diſput. 24. numero* 9. plenè etiam *Melchior Phœb. in deciſ. Luſit. deciſ.* 45. ferè per totam.

## VTRVM VLTRA DECIMAM bonorum ſuorum partem, quæ promiſsionis tempore habebat poſsit hodie promittere pauper arrhas?

## *SVMMARIVM.*

1 Arrhæ hodie dicuntur, quæ olim donationes propter nuptias appellabãtur. Et ſtatuta de iure communi in donationibus propter nuptias, in arrhis hodie locum habent.

2 De arrharum natura, & an à donationibus propter nuptias differant? remiſſiuè.

3 De iure communi, donationes propter nuptias ad dotis menſuram aſcendere poterant, non excedere.

4 Arrharum conſtitutio ad decimam bonorum mariti partem, quæ matrimonij tempore habebat, fuit coarctata.

Neque huic conſtitutioni, aut prohibitioni poteſt renũciari. Et quæ ſit pœna tabellionis huiuſmodi in inſtrumento apponentis renuntiationem? ibid. remiſsiuè.

5 Qui ita pauper eſt, vt matrimonij tẽpore arrhas conſtituere non poſsit, nec de bonis futuris eas promittere poterit. Contrà num. 6.

# QVÆSTIO XVIII.

Rrhas hodie in Hiſpania, quæ olim donationes propter nup-
1 tias † appellabantur, dici, cõſtat, ex *text. in l. 1. tit. 11. part. 4.* vbi notat *Gregor. gloſ. 4. verb. En Eſpaña propriamente arras.* Inferens inde, ſtatuta de iure communi in donationibus propter nuptias loquentia, in hodiernis arrhis locum habitura. Probatur etiam ſuprà dicta aſſertio *in l. 87. tit. 18. part. 3.* vbi etiam *Gregor. Lopez, & in l. 3. tit. 15. gloſſ 4. verb. O el arra, part. 6.*

Deque arrharum natura, † & an, & à
2 donationibus propter nuptias differãt? latè apud eundem *Gregor. ſupra, Palac. Rub. in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 2. num. 2. & §. 12. num. 1. & §. 17. num. 5. Roderic. Xuar. in l. Quoniam in prioribus, ad legem Regni, quæſt. 5. num. 10. C. de inofficioſ. teſtam. & in l. 1. tit. 2. lib. 3. Fori leg. num. 1. & 2. Illeſonſ. Montalu. in rubric. d. tit. 2. lib. 3. Fori, Didac. Couarr. in 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 7. numero fin. Gaſpar Baeça de non melior. ration. dot. filiab. cap. 2. num. 10. & cap. 5. num. 18. & cap. 8. numero 24. Anton. de Meneſes in auth. Res quæ, numero 25. C. commun. de legat. Anton. Gomez in l. 50. Taur. numero 12. & ibidem Tell. Fernand. numero 5. Ioan. Matienzo in rubric. tit. 2. lib. 5. Nouæ Reg. Collect. numero 6.* pleniſsimè *Aluar. Valaſc. conſult. 2. per tot.*

Quæ quidem propter nuptias donationes, vel arrhæ, licèt de iure communi
3 ad dotis menſuram ſummamque, † poſſent aſcendere, non verò vltra, *text.* eſt in *l. ſi conſtante* 19. (vbi notat, rationemque reddit *Dionyſ. Gothofred. verb Eiuſdem quantitatis. litera H.*) *C. De donat. ante nupt.* alia iura, & authoritates referens *Gaſpar Baeça d. tract. de non melior. rat. dot filiab. cap. 1. num.* 10. De iure verò
4 Regio, ad decimam † bonorum partem arrharum conſtitutio, datioque fuit coarctata, per *text. in l. 1. tit. 2. lib. 3. Fori leg.* Cuius deciſio comprobata eſt per *leg. 5. Taur. & l. 2. tit. 2. lib. 5. Nouæ Reg. Collect.* prohibentes ſimul earum fieri renuntiationem, neque valere decernentes, pœnamque tabellionibus eam renunciationem in inſtrumentis apponentibus infligentes.

Decima autem bonorum mariti pars habita conſideratione bonorum, quæ promiſſionis tempore maritus habet æſtimanda, computandaque eſt, vt ex dictis iuribus colligitur, & notant ibi Scribentes.

Ex quibus matrimonij tempore pau-
5 perem, † nec arrhas conſtituere valentem, ſi eas promittat, cum minima, vel nulla bona habeat, quorum reſpectu fieri decimæ partis computatio poſsit; neque obligari, neque de bonis poſtea quærendis (cum promiſsionis tempus attendendum ad id dixerimus) arrharum promiſsionem valere, videbatur firmandum.

6 Contrarium † nihilominùs ſtatuit celebris, ac ſingularis *textus in leg. 2. titulo 2. dicto libro 3. Fori leg.* vbi diſponitur, quòd ſi ita pauper ſit maritus, vt vnde vxori arrhas præſtare poſsit non habeat; promittere tamen eas de bonis poſtmodum quærendis valeat, firmaque & efficax talis promiſsio erit, proque arrhis ſic promiſsis, quãdocũque poterit vxor maritum conuenire, computabunturque ſecundùm bona, quæ ipſe petitionis, conuentioniſque tempore poſſidet, vt non ampliùs decima eorum parte recipiat. Quam legem extollunt, notabilẽque dicunt, & in praxi ſeruari teſtantur *Rodericus Xuarez in dicta leg. 1. titulo 2. libro 3. Fori leg. numero 10. Palac. Rube. in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 24. numero 2. Antonius Gomez in l. 50. Tauri, numero 13. verſic. Vnum tamen eſt*, vbi eam notabilem, & quotidie practicari dicit, & ibidem *Caſtillo numero 5. Gaſpar Baeça d. tractat. de non melior. rat. dot. filiab. cap. 31. num. 10. in fine. Aiora in tractat. de partit. 1. part. cap. 7. num. 18. Ioan. Matienz. in d. l. 2. tit. 2. lib. 5. nouæ Reg. Collect. gloſſ. 2. num. 5.*

## VTRVM ADQVISIta conſtante matrimonio communicari, ac diuidi inter virũ, & vxorem debeant, licèt alter coniugum inops eſſet? nullaque, aut inæqualia ad matrimonium attuliſſet bona?

## *SVMMARIVM.*

1 Acquiſita conſtante matrimonio, inter coniuges ex iuris Regij diſpoſitione communicantur.

2 Niſi alter coniugum nulla ad matrimoniũ bona attuliſſet, quia acquiſitorum non fit tunc communicatio. Contrà num. 3.

4 Minus dicitur attuliſſe, etiam qui nihil attulit.

## QVÆSTIO XIX.

SAncitum iure Regio extat, acquiſita conſtante matrimonio inter cõiuges cõmunicanda, † *text.* eſt in *l. 1. tit. 3. delas ganancias del marido, y de la muger, lib. 3. Fori leg. & in l. 2. tit. 9. lib. 5. nouæ Reg. Collect.*

Nunc an dictarum legum diſpoſitio, etiamſi alter coniugum inops eſſet, nullaque ad matrimonium bona attuliſſet, locum habeat, oritur dubium?

2 Et non procedere, † neque lucra durante matrimonio acquiſita inter coniuges communicanda; ſed eius tantùm eſſe, qui ad matrimonium bona attulit; non etiam eius, qui nulla adduxit: pluribus argumentis, & medijs (iuridicis quidem, & efficacibus) tenet *Alphonſ. Montal. in dict. l. 1. tit. 3. libro 3. Fori leg. ſuper verbo De Rey, verſic. Quæritur, ſi maritus venit ad matrimonium dives, & opulentus, vxor autem pauper, & ſine dote, vel è contrà?* ſic *d. legis* diſpoſitionem limitãs. Cuius fundamenta (quia apud ipſum videri poterunt, & apud *Roderic. Xuar.* qui de verbo ad verbum ea tranſcripſit, illa approbans, rectaque ſibi videri dicens, in *d. l. 1. num. 39. & 40.* ne in idem incidamus) omittimus, remiſsione ad eos facta, & ad *Barthol. Caſſanæũ* (qui cum illis tenet) *in conſuet. Burgund. rubric. 4. §. 2. verb. Mariee, num. 2. & 3. & verb. Et acqueſtez, numero 14. verſ. Limita ſecundo. & num. 15.* de ſimili loquens conſuetudine legeque municipali.

3 Contrariam † verò ſententiam (communicanda ſcilicet lucra conſtante matrimonio adquiſita, coniugi, qui nulla ad matrimonium bona attulit, quia habet, quod ſibi imputet, coniux) tenuit in pari caſu

Ni-

*Nicola.Boer.deciſ.22.num.*31. tenuit etiã (licèt poſtea ſententiam mutauerit) *Bart.Caſſan.d.rubr.4.§.2.verb.Mariee, num.3.* Vbi quòd ſic iudicaret, & conſuleret, ſi caſus eueniret, ex quo lucra conſtante matrimonio facta, ratione matrimonij tantùm communicantur, ex illius Ducatus conſuetudine, priuataquè lege (vt & noſtris cauetur.) Et de communi vſu teſtatur *Roderic.Xuar.in d.l.1.tit.1.lib.3. Fori, d.num.40.propeſin.* vbi quòd diuidi adquiſita conſtante matrimonio, etiamſi ad illud alter coniugum nil attuliſſet, ſeruari ſemper vidit. Sequitur (eundem etiã in Regnò Perù vigere vſum aſſerens) *Ioann.Matienz.in d.l.2.tit.9.lib.5. nouæ Reg.Colle&.gloſ.1.num.* 8. Pro qua benè facit ſententia *text.in l.4. eodem libro, & tit.nouæ Reg.Colle&.* quæ æqualiter communicari lucra matrimonio durante facta, licèt alter coniugum minùs altero ad matrimonium attuliſſet, iubet. Minuſquè † dicetur attuliſſe, etiam qui nihil attulit, ex ratione *legis Minus, 32.D.de verbor ſignificat.* Ita etiam obſeruat *Petr. Sanz Morquecho de diuiſ bonor.capit.15.numer.11.* (aliiſque relatis) *Marius Giurba in conſuet.Senat.Meſſan.capit.1.gloſ.6.numero 34.part.1.*

4

## VTRVM INCERTItudo vitiet actum, etiam vbi paupertatis fauor adeſt? aut eius cauſa ſuſtineatur?

## *SVMMARIVM.*

1 Incertitudo paupertatis fauore actum non vitiat.

## QVÆSTIO XX.

QVia latiſsimè quæſtionem hãc per quinquaginta tres numeros proſequutus eſt *Cornel. Beninc.de paupertate tractatu* (cui nihil addendum ſupereſſe videtur) *in 3.ſpeciali in vltimis voluntatibus*: latè paupertatis fauore incertitudinem actum non vitiare, † eiuſque ratione ſuſtineri comprobans: non in ea immorabimur, remiſsione ad ipſum alioſque quos de nouo hac de re latè agẽtes addimus, contenti. Hi ſunt *Andr. Tiraquel. de pia cauſa, priuileg. 55.& 56. Ioann.Gutierez de iurament. confirmat. 1.part.capit.64.per tot. Cardinal. Franciſc.Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.6.titul.3.num.43.& ſequentib.& de tacit.& ambig.conuentio.lib.14.titul.30. per tot.& deciſ.235.num.* 10. *Hieronym. Buccaron.de different.inter iudic.ciuil.& crimin.differ.100.nu.*18. apud quos, quæ ſigillatim *Benincac.* proſequitur, videri plenè poterunt.

1

1

## VTRVM PAVPERTAS donationem præſumi faciat?

## *SVMMARIVM.*

1 Donationis titulus non præſumitur, vbi alia (etiam leuis) poteſt ſumi coniectura.
2 Donare, eſt perdere.
3 Perdere, vel iactare ius ſuum, nemo præſumitur.
4 Potius error, quàm donatio præſumitur, & num.7.
5 Et etiam vbi fauor dotis adeſt.
6 Potius fatuitas, quàm donatio præſumitur.
7 Et potius actus nullitas, delictum, fraus, & ſimulatio præſumitur.
8 Paupertatis ratione præſumitur donatio, ſi à diuite pauperi in moderata quantitate fiat.

## QVÆSTIO XXI.

DOnationis titulus vbi alia (etiam leuis) ſumi poteſt cõiectura, non præſumitur † *text.* eſt *in l. Campanus, 47. D.de oper.libert.in l. Cum de indebito, 25.D.de probat.in l. Cum aurũ, 50.in l. Diſpenſatorem, 62.(& vtrobique per Scribentes) D.de ſolut. in l. Elegãter, 24.§.Qui reprobos* (vbi etiam notat *Dionyſ.Gothofred.litera C.verbo, Reddendis*) *D.de pignorat.actio. Bald.in l.1.numer.3. verſ.*

1

*uerſ. Item quia in dubio videtur potius negotium geſsiſſe, quàm donaſſe, C. ad S.C. Trebell. & in l. fin. num. 12. C. de dot. promiſ. Aretin. in l. Si procuratorem, num. 11. D. de cond. cauſ. dat. Ludoui. Roman. conſ. 445. nu. 7. Alexand. in l. Senatus, §. Marcellus, D. de legat. 1. & in l. Si & vſusfructus, §. Dos legata, numer. 4. D. ad leg. Falcid. & conſ. 168. numer. 9. lib. 2. & conſil. 114. in fin. lib. 3. & conſ. 40. numer. 4. vbi etiam eius Addit. lib. 4. & conſ. 87. num. 15. lib. 6. Iaſ. in l. 1. §. Denique, num. 13. D. ad Trebel. & in l. Si fundum per fideicommiſſum, numer. 19. verſiculo. Item pro iſta ſolutione, D. de legat. 1. Matthæ. de Afflict. deciſ. 43. num. 24. & deciſ. 80. num. 4. Andreas Tiraq. in l. Si vnquam, verbo, Donatio, num. 169. C. de reuoc. donat. Cornel. Benincac. de paupertat. ſpecial. 1. in contractib. num. 1. Petr. de Anchar. conſil. 32. num. 10. & ſeq. & conſ. 106. in princip. & conſ. 180. num. 12. Aymon Crauet. conſ. 77. num. 14. & conſ. 142. num. 26. & conſilio 149. num. 9. Anton. Capit. deciſ. 180. num. 11. & ſeq. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. litera D. concluſ. 702. per tot. præcipuè numer. 4.* apud quem plures vide ampliationes, *Petr. Sanz Morquecho de diuiſ bonor. lib. 2. cap. 17. num. 36. Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiſ. art. 50. num. 38.*

Donare enim nihil aliud eſt, quàm per-
2 dere, † *l. Filiusfamilias, 7. D. de donat. l. Contra iuris regulas 29. §. Si filius, D. de pact. l. Si filius fam. 4. D. ad S. C. Macedon.* cum alijs adductis per *gloſ. in d. l. Filiusfam. verbo, Vt perdat.* Facetè *Valer. Martial. epigram. lib. 1. epigram. 62. de Lino.*

*Dimidium donare Lino, quàm credere totum,*
*Qui maluult, mauult perdere dimidium.*

Perdere autem, vel iactare velle ius ſuum
3 nemo præſumitur, † vulgaris *text. in d. l. Cum de indebito, 25. de probat. cap. Super hoc, 5. extra de renuntiat.*

4 Potiùſque error, † quàm donatio præſumitur, *gloſ. & ibid. Bald. Angel. & alij in l. Generaliter, 13. verb. Eamque cauſam, C. de non numerat. pec. Thom. Grammat. deciſ. 68. (incip. In cauſa magnifici Tiberij) num. 3. Cuman. conſ. 37. in fin. Beninc. ſuprà,* & alij infrà referendi.

5 Quod etiam licèt dotis fauor adſit † procedit: potiùs enim errorem, quàm donationem præſumi; firmat *Bald. conſ. 120. lib. 5. Paul. Caſtr. conſ. 96. in fin. lib. 2. verſicul. Vnde potiùs præſumitur, Corne. conſ. 124. n. 6. lib. 1. Tuſcub. d. concluſ. 702. num. 30.* latè *Ioſeph. Maſcard. de probat. concluſ. 571. num. 13.*

6 Et potiùs fatuitatem, † quâ donationẽ præſumi; tenet etiã *Bald. in d. l. Generaliter, num. 17. C. de non num. pec. Iaſ. in l. Ex hoc iure, num. 57. D. de iuſt. & iur. Bolognet. in l. Cum quid, nu. 62. D ſi cert. pet. Cornel. Beninc. vbi ſupr. num. 4.* plura in hanc rem *num. ſeqq.* congerens, latè etiam *Aym. Crauet. conſ. 666. nu. 8. & conſ. 192. num. 7.* Vbi, quòd potiùs fatuitas, & error, etiam in facto proprio, quàm donatio præſumitur.

Potiùſque errorem, fatuitatem, actus
7 nullitatem, † imò & delictum, fraudem, & ſimulationẽ præſumi, pleniſsimè *Franciſc. Becci. conſ. 90. numer. 18. & conſ. 52. num. 70. & ſeq. Cardinal. Tuſch. d. lit. D. concluſ. 702. num. 32. 52. 53. & 54. Marc. Anton. Macerat. d. reſolut. 23. num. 12.*

Paupertatis tamen ratione præſumitur
8 donatio, ſi à diuite † pauperi in moderata quantitate fiat, *text. in capit. Et ſi quæſtiones, 18. de ſimonia, vbi Abb. num. 3. & alij gloſ. 2. in fin. in l. Si filij tui, 16. C. de donat. inter vir. & vxor. Bart.* (quem cæteri communiter ſequuntur) *in l. Cum quid, num. 11. D. ſi cert. petat. Paul. Caſtrenſ. in l. Si fundum, la 2. numer. 3. D. de legat. 1. Franciſc. Ripa in l. 2. in princip. num. 24. D. ſi cert. pet. Benincac. d. ſpeciali 1. nu. 26. Bertrand. conſ. 102. num. 11. lib. 1. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 24. num. 4. Sebaſtian. de Medic. de caſib. fortuit. 2. par. quæſt. 4. num. 16. Vincent. Carot. in tractat. de depoſito, par. 2. quæſt. 25. verſ. Primus eſt, ſi quantitas ſit parua, dans ſit aiues, & accipiens pauper, præſumitur donatio.*

## VTRVM PROHIBITA alienari, propter paupertatem alienari poſsint?

### *SVMMARIVM.*

1 Lex prohibitiuè loquens, formam incommutabilem inducit.

2 Etiamſi lex in nudis prohibitionis terminis quieſcat, nec clauſulam irritãtem adijciat.

3 Factũ contra prohibitionem legis non tenet, etiamſi in tẽpus habile cõferatur.

Re-

4 Rerum dotalium alienatio nulla eſt.
5 Prohibitio hominis, & legis æqualiter operatur. Et prohibitio alienationis ex cauſa à teſtatore facta, dominij translationem impedit.
6 Prohibitio alienationis in contractu facta, dominij translationem non impedit, licèt aduerſus alienantem detur ad intereſſe actio.
7 Prohibitio alienationis appoſita in donatione cauſa mortis, idem quod in teſtamento facta operatur, dominijquè translationem impedit, & num.10.
8 Donatio cauſa mortis, quoad ordinationem, in multiſque caſibus, contractui æquiparatur.
9 Quo ad effectum autem, vltimæ voluntatis ſortitur naturam.
11 Alienatione prohibita, omnis actus dominij translatiuus, vel ex quo alienatio ſequi poteſt, videtur prohibitus.
12 Et tam vtilis, quàm directi dominij impeditur translatio.
13 Locatio ad longum tempus dicitur alienatio, quia ex ea dominium vtile transfertur.
14 Prohibitus alienare, nec ad longum tempus locare poteſt.
15 Et longum tempus in hoc caſu, quod dicatur? & num.16.17.& 18.
19 Prohibitus alienare, in emphyteuſim dare non poteſt.
20 Nec vſumfructum concedere.
21 Nec annum cenſum ſuper re alienari prohibita conſtituere. Limita, & intellige vt ibid. ad fin. remiſsiuè.
22 Nec vir cum vxoris conſenſu, nec vxor cum conſenſu viri, nec vterque ſimul cenſum in fundo dotali imponere poſſunt.
23 Emphyteuta abſque domini conſenſu ſuper re emphyteutica cenſum conſtituere nequit.
24 Alienare prohibitus, conſtituere non poteſt hypothecam in re ſtabili. Contrà numero 25. & numero 26. Intellige vt num.27.
26 Emphyteuta tam Eccleſiæ, quàm priuati poteſt abſque domini conſenſu rem emphyteuticam hypothecę, pigno ri, vel ſeruituti ſubijcere.
28 Prohibitus alienare, nullam imponere poteſt ſeruitutem.
29 Nec ſeruum dotalem manumittere.
30 Nec dotalis debitoris obligationem nouare.
31 Nec alienationi poterit tacitè, nec expreſsè conſentire.
32 Nec in contractu rei alienari prohibitæ fideiuſſor exiſtere.
33 Nec ſuper ea compromittere, aut tranſigere.
34 Nec in teſtamento de re, cuius alienatio prohibita eſt, diſponere poteſt, vel hæredem in ea inſtituere.
35 Prohibitio alienationis nequaquam neceſſariam alienationem includit.
36 Contrauenire non dicitur, qui ex neceſſaria cauſa alienat.
37 Neceſſarius actus à quacumque generali, prohibitiua etiam, diſpoſitione cenſetur exceptus.
38 Dos conſtante matrimonio, vt propinquorum neceſsitati ſuccurratur, ſororique pauperi à diuite ſorore dos conſtituatur, alienari poteſt.
39 Filia an repetere poſsit dotem à viro, vt pauperem patrem alat?
40 Res Eccleſię ad Diuinũquè cultum conſtitutæ in laicos alienari prohibentur, etiamſi ipſorum laicorum ſint, potiùſque debent comburi.
41 Pro pauperum ſubuentione, ne frigore, aut fame pereant, vel pro captiuorum redemptione, vel pauperum carceratorum liberatione res Eccleſiæ alienari poterunt.
42 Etiamſi pauper, captiuus, vel incarceratus culpa ſua (ad caſum non præordinata) in paupertatem, captiuitatem, vel carcerem deuenerit.
43 Res alienari prohibita, fideicommiſſo, vel reſtitutioni ſubiecta, pro ſuis, ſuorumque alimentis, redemptione, vel excarceratione à paupere grauato alienari poterit.
44 Vel etiam pro filia dotanda, ſi pauper ſit, vel dote reſtituenda, pro Religionisvè ingreſſu. & num.48.& 49.
Vel pro dotis parte, ſi incongruè filia dotata ſit. Vel etiã nuptiarum apparatu, num.56.& 57.
45 Siue alienationis prohibitio tacita ſit, ſiue expreſſa, poterit dicta alienatio fieri.
46 Et quid ſi ex cauſa dotis nominatim inhibeatur alienatio? & num.47.
48 Pater ita dotare filiam pro matrimonio ſpirituali, ſicut pro carnali tenetur.
50 Pater ſicut poteſt pro filiæ legitimæ, & naturalis dote bona fideicõmiſſo, vel reſti-

reſtitutioni ſubiecta alienare, ſic & pro naturalis tantùm.

51 Pater filiam naturalem tantùm pauperem dotare tenetur

52 Diſpoſitio *auth. Res quæ, C. communia de legat.* an etiam in tranſuerſalibus locum habeat? Et in quibus tranſuerſalibus? & num. 53.

54 Et an in penitus extraneis?

55 Ad omnes teſtatoris deſcendentes, tam extantes, quàm futuros extenditur.

58 Semel bona alienata pro dote, etiã ſoluto matrimonio (ſi apud mulierem, vel eius liberos remaneant) libera exiſtunt, ſecùs ſi ad patrem reuertantur.

59 Alienatio neceſſaria eatenus admittitur, quatenus neceſsitas vrget.

60 Res alienari prohibita, etiam pro neceſſaria cauſa alienanda non eſt, ſi eius fructus ſufficiant.

61 Extare debent fructus tempore quo dos, vel alimenta præſtanda ſunt, ne alienatio fiat.

62 Deficientibus neceſſarijs fructibus ad rei venditionem (etiamſi magni valoris ſit) procedendum erit.

63 Et pretij reſiduum in alterius minoris fundi, vel rei emptionem conuertitur.

64 Emphyteuta irrequiſito domino rem alienans emphyteuticam, à iure ſuo cadit.

65 Et quid ſi ſaluo iure, vel conſenſu domini, nec aliter, nec alio modo, vel alijs ſimilibus clauſulis alienet? remiſſiuè.

66 Emphyteuta irrequiſito domino ex cauſa neceſſaria rem emphyteuticam alienans, in commiſſum non cadit.

67 Etiamſi culpa ſua (ad caſum non præordinata) emphyteuta, vel alienare prohibitus in paupertatem deuenerint.

68 Homo liber vendi, aut pignorari nõ poteſt.

69 Et qualiter puniatur creditor hominem liberum à debitore ſcienter recipiens?

70 Ignorantia creditoris, vel eius in quem hominis liberi alienatio fit, excuſat à pœna; non tamen contractum validat, ſed facit alienantem de euictione teneri.

71 Et idem ſi vterque ignoret. Si vterque ſciat, imponitur pœna vtrique, & num. 72.

73 Propter neceſsitatem famis licet patri filium vendere. Limita, num. 80.

74 Et etiam pignorare, vel permutare, & num. 75.

76 Et non ſolùm ratione famis, ſed & alia ſimili. & num. 77.

78 Et quid in matre? & num. 79.

79 Dictio *Si quis*, tam fœminas, quàm maſculos comprehendit.

81 Dominus etiam ſupremus Princeps non poteſt vaſſallos inuitos alienare.

82 Niſi in famis neceſsitate.

# QVÆSTIO XXII.

IA Eſt prohibitionis natura, ſiue Legis, ſiue Hominis, vt contra eam factum nequeat ſuſtineri. Lex enim prohibitiuè loquens † formam incommutabilem inducit. Ita dicunt *Ferdinand. Vazquez Menchac. de ſucceſ. creat. lib. 2. §. 14. requiſito 13. numero 72. Ioann. à Caſtillo de vſufruct. capit. 54. num. 36. Franciſc. Becci. conſ. 62. numero 43. & conſ. 66. numero 9. Maluaſ. conſ. 57. numero 23. Achil. Pedroch. conſilio 37. numero 21. & 22.*

Idque etiamſi lex in nudis prohibitio-
2 nis terminis quieſcat, † nec clauſulam irritantem adijciat, procedit, quia nihilominus adiecta cenſetur; *text. in l. Non dubium, 5. C. de legib.* ibi: *Vt legislatori, quod fieri non vult, ſolùm prohibuiſſe ſufficiat:* per quem ita tenet *Ieſ. ibi num. 17. Paul. Caſtrenſ notab. 3.* & alij communiter, *Decius in cap. 2. num. 12. & ibi Felin. num. 1. extra de teſtib. Beroi. conſ. 83. num. 2. lib. 3. Corſet. conſ. 12. num. 16. lib. 1. Bart. Caſſanæ. conſ. 39. num. 36. Roderic. Xuar. in l. 13. tit. De las deudas, poſt num. 38. cum ſequent. lib. 3. Fori leg. Marius Giurba in conſuet. Senan. Meſſan. cap. 14. gloſ. 4. numer. 1. part. 1. Martin. Monter. deciſ. 1. numero 1. & 2. & deciſ. 12. numer. 7. Alex. Trentacin. variar. reſolut. lib. 1. tit. de legibus, reſolut. 1. num. 3.* communem dicens, & *num. 16.* Vbi ampliat etiamſi actus cõtra legis prohibitionem factus, in tempus
3 habile † conferatur, allegat *Ripam in l. Nemo poteſt, numero 121. D. de legat. 1. Imol. & Iaſ. in l. Gallus, in princip. D. de liber. & poſth.*

Indeque fit rerum dotalium alienatio-
4 nem ob iuris prohibitionem, † nullã eſſe, nec

nec ex ea ius aliquod transferri, *text. in princip.inſtit.quibus alienar.licet, vel nõ, l.1.D.de fundo dotal.l.vnic.§. Et cum lex Iulia, C.de rei vxor.action.l. Quædam, 62.D.de adquir.rerum domin.* Nec ſuper ea cenſum conſtitui poſſe, dicemus infrà.

5 Idemque Hominis, † quod Legis operatur prohibitio, *dict.l.fin.C.de reb.alien.* Si enim teſtator alicuius rei alienationem ex cauſa prohibuerit, eius alienatio nulla erit, dominijquè impediet translationem; *text.in l.Cum pater, 79 §.Libertis, iuncta gloſſa verbo, Ne id alienaret* (communiter approbata) *D.de legat.2. vbi Paul. Caſtr. numero 4.text.in l.Peto, 71.§.Fratre*, vbi idem *Paul. de Caſt. numero 2. circa med. D.eod.l.Pater filium, 36.§.Fundum, D. de legat.3.text.in l.Filiusfam.114.§.Diui, el 2.* (vbi communiter Scribentes) *D. de leg. 2.Bart.ibi num.6.verſ. Certè, Paul.Caſtr. numero 7.verſiculo, Interdum, Iaſ.1.lect. numero 66.* magis communem dicens, *& 2. lectura, numero 100. Ripa numero 47. Crot.numero 92.Ferdin.Loaz.num. 114. Carol.Ruin.conſ.43.num.13.lib.5. Paul. Caſtren.in l.fin.numero 7.C. commun. de legat.* plures referens *Andr.Tiraquel. de legib.connubial.gloſ.7. numero 57. Ludouic.Molin.de Hiſpano.primog.lib.1.capit. 12.numero 29.verſiculo, Primò hæc inueſtigatio, & numer.ſeqq.* vbi quid in hodiernis maioratibus? & *eod.lib.1.cap. 16. num. 32.& 33.* dictam etiam ſententiam tenet *Michael Craſ.in tractat. de ſucceſsionib. §.Fideicommiſſum, quæſt.56.nu.6. Corne. conſ.294.numero 8. verſiculo, Multo autem minus, lib.3.Riminald. Iun. conſ.20. numero 27.lib.1.Socin Senior conſilio 49. numero 13.& conſ.75.numero 17. lib.1. Ferdinand. Vazquez Mencha. de ſucceſ. creat.lib.1.§. 10.num.87.* communem dicens, & ab hac in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendũ tenet *Marc. Anto. Peregrin.de fideicommiſ.art.40. num. 39. verſiculo, Rurſus textum illum, Ioan. Cephal.conſ.272.num.35 Franciſ.Marzar. de fideicommiſ.2 part. quæſt.45. num. 59. Petr.Surd.conſ.116. num.18. 19. & 20. lib.1. Hercules Mareſcot.variar. reſolut. lib.2.capit. 61.num.4. Petra de fideicommiſ.quæſt.3.numero 2. & ſequentibus, & quæſt.6.numero 30. Franciſc. Becci. conſ. 97.numero 6.lib.1.Rota Roman. nouiſſimar.ex congeſtis à Proſpero Farina.deciſ. 318.numero 2.part.1.Cardi.Seraphin.deciſ.321.numero 13.Ludouic.Cenſeo de cenſibus, 1.part.cap.2.quæſt.1.artic.6.num.6. & deciſ.45.num. 2.* quas poſt prædictum tractatum adiecit.

6 In contractibus † autem facta alienationis prohibitio, licèt dominij translationem non impediat, ad intereſſe tamen actionẽ tribuit, *text. in l.Ea lege, 3.C.de condit.ob cauſ.vbi gloſ.verb. Alienaret, l.Si ita quis, 135.§.Ea lege, D.de verb.oblig.l.43. titulo 5.part.5. vbi Gregor. Lopez, verbo, Non vale, Ludouic.Molin.d.lib.1. cap. 12. numer.30.* vbi latè *num ſeqq.* an in maioratibus hodiernis huiuſmodi inter prohibitionem in contractu, vel in vltima voluntate differentia procedat? *Menchac. d. §. 10. numero 82.* huius rei, diſcriminiſquè rationes reddẽs, *Cardina.Domi.Tuſch. practicar.concluſ.litera P.concluſ.895.num. 5. Iacob. Menoch. de præſumpt.lib.4. præſumpt.189.num.109.*

Quid autem de prohibitione alienationis in donatione cauſa mortis appoſita dicendum? an vltimæ volũtatis, contractuſvè naturam aſſumat? Et idem de ea, quod 7 † de prohibitione in teſtamento facta iudicandum, breuiter reſpondetur. Licèt enim cauſa mortis donatio, quoad ordi- 8 nationem † contractui æquiparetur, & in multis caſibus ei ſimilis ſit; *text.in l.Tamis, 25.D.de donat.cauſ.mort.l.Poſt legatũ, 5.§.Qui mortis cauſa, D.de his, quib. vt indig.l.Etiã, 11.* (*& ibi not.Gottofred. verbo, Donationes, litera V.*) *D. de inofficioſ. teſtam.gloſ.in l. 2. D. de dot.præleg. Petr. Surd.conſ.71.num.11.*

9 Quoad effectum † autem, vltimæ voluntatis ſortitur naturam; *text.in §. 1. inſtit.de donat.l.fin. C. de codic. iuncta leg. fin.C.de donat.cauſ.mort.l.Non videtur, D.eod.titulo, Petr.Surd.dicto conſilio 71. num.8.*

Sicquè alienationis in ea factã prohibi- 10 tionem dominij translationem † impedire, dixit in ſpecie *Raphael.Cuman. in d.l. Filiusfam.114.§.Diuus, D. de legat. 1. ad fin.& conſ.218.* (incip. *Filiusfamilias ſuã vltimam voluntatem condidit*) cuius dictum refert (pluribus comprobans) *Iaſ.in d.§. Diui, 1.lectur. numero 8. cum ſequentib.* ſequitur *Ludouic. Molina d. cap. 12. num.34.*

11 Et alienatione prohibita, omnis actus † dominij translatiuus, vel ex quo alienatio ſequi poteſt, prohibitus videtur, *text. in l. fin.C.de reb.alien.non alienãd. & in Extra-*

Nec creditorem ſimpliciter ſe negotiari ſolitum oſtendere ſufficit, ſed deducere, ac probare debet † qualem conſueuiſſet mercaturam exercere; quamquè ſummam quotannis, vel menſibus lucrari ſit ſolitus, docere: integroque tempore, quo debitor fuit in mora, eandem potuiſſe mercaturam exercere. Quam probandi (in præſenti) praxim tradunt *Paul. Caſtrenſ. in l.* 1. *numero* 15. *C. de Summa Trinitate, & Fide Catholic. & in dicta l.* 3. §. *fin. numero* 3. *D. de eo, quod cert. loco, vbi etiam Salycet. in princip. & Iaſon numero* 6. *Andr. Gail. vbi ſuprà, Stephan. Bertrand. conſilio* 127. *libro* 8. vbi latè, *Petrus Surdus conſilio* 485. *numero* 5. *libro* 4. *Ioann. Hieronym. dicta rubrica* 11. *capite* 20. *numero* 24. *Mohedan. deciſione* 102. *& deciſione* 280. *Cardinal. Seraphin. deciſione* 714. *in principio.*

Et certum, † ac determinatum lucri ceſſantis intereſſe à creditore probandum fore; tenent *Aymon Crauet. conſilio* 320. *numero* 6. *Franciſ. Burſat. conſilio* 68. *à numero* 22. *libro* 1. *Ioſeph. Maſcardus de probation. concluſione* 933. *numero* 17. *Cardinal. Puteus dicta deciſione* 231. *numero* 1. *libro* 1. *Petrus Barboſ. in dict. l. De diuiſione, numero* 27. *D. ſolut. matrim. Ioann. à Caſtillo controuerſiar. dict. lib.* 2. *capite* 1. *numero* 47. *Petrus Surdus deciſione* 69. *numero* 9. *Iacob. Menoch. de arbitrar. libro* 2. *dict. caſu* 119. *numero* 3. *Alexand. Trentacinq. dict. reſolut.* 1. *numero* 27.

Nequè in hoc caſu veroſimilem † ſufficere probationem, vel præſumptiuam, ſed neceſſariò concludentem, ita vt certum, & determinatum, vel quaſi, probetur lucrum, tenent *Petrus Surdus de aliment. dicto titulo* 1. *quæſtione* 45. *numero* 42. *Menoch. vbi ſuprà, d. numero* 3. *verſiculo Rurſus, &* 4. (vbi hanc opinionem magis communem, & tenendam dicit) *Petrus Barboſa in iam relato*

*loco d.num.* 27. & 28. latè *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. libro* 1. *cap.* 67. *numero* 9. 10. & 11. & *libro* 2. *capite* 244. *num.* 13. & *cap.* 240. *num.* 5.

Contrarium tamen (ſufficere, nempè
7 intereſſe per coniecturas, veroſimilitudinemquè probari) docent *Angel. in l. Continuus*, §. *Cum ita*, & *ibid. Paul. Caſtrenſ. num.* 5. *D. de verb. oblig.* vbi quòd pro huiſmodi intereſſe conſequendo, probare creditori ſufficit, alios conſimiles negotiatores tantùm conſueuiſſe lucrari, quod & ipſe ſi pecuniã haberet, lucrari veroſimiliter potuiſſet, *idem Caſtrenſ. in d. l.* 3. §. *fin. D. de eo quod cert. loco*, *Bart. in l. vnic. in fin. C. de ſent. quæ pro eo quod interſt.* & *ibid. Bald. num.* 48. *Iaſ. in d.* §. *fin. num.* 7. Qui nec creditorẽ probare neceſſe habere requirũt, tales merces præ manibus habuiſſe, vel negotia, vt ſi pecunia debito tempore ſoluta fuiſſet, tantùm cũ ea potuiſſet lucrari. Prædictam quoq; ſententiã firmant *Aretin. in d. l. Continuus*, §. *Cum ita poſt nu.* 7. *Alex. conſ.* 41. *poſt nu.* 2. & *nu.* 9. *lib.* 5. *Paul. Caſtrenſ. in l. Cunctos populos poſt nu.* 15. *verſ. Ego dico*, *C. de Summa Trinit.* & *Fide Cathol.* & *ibid. Ioann. Bapt. Caccialup. ante num.* 84. vbi ita ſemel iudicari vidiſſe aſſerit, *Hieronym. Cagn. in l. Quatenùs*, *num.* 26. & 27. *D. de reg. iur.* & *expreſsiùs in d. l. vnic. num.* 42. & 43. vbi ita in practica obſeruari teſtatur, & *in d. l. Curabit*, *num.* 66. 67. 68. & 69. *C. de actio. empt.* ſic ſæpè practicari per excellentiſ. Senat. Illuſt. Ducis, & Principis ſui vidiſſe aſſerens. Et hanc praxim cenſuiſſe Rotam amplectẽdam; teſtatur *Rota Genuenſis deciſ.* 1. *nu.* 45. & *deciſ.* 139. *nu.* 9. latè hanc comprobans ſententiam: Ita etiã *Caſtillo d. cap.* 1. *nu.* 47. & *ſeqq. Stephan. Gratian. d. cap.* 67. *nu.* 16. *Petr. Surd. deciſ.* 249. *nu.* 9. *Hieronym. Campan. d. cap.* 20. *nu.* 24. *verſ. Eſt tamen verum*, & *num.* 42. *verſ. Nec dicatur*, *Borgnin. Cauale. deciſ.* 22. *num.* 31. *par.* 4. pleniſsimè *Vincen. Carot. de locato*, *d. tit. de lucro ceſſante moroſo*, *quæſt.* 1. *n.* 5. 6. & 7. Differentiam inter ſolitum, vel nõ ſolitum negotiari conſtituens: vt primo
8 caſu † non certa, & euidens lucri ceſſantis requiratur probatio, ſed veroſimilis ſufficiat; ſecùs in ſecundo, in non ſolito, nempè negotiari, ex pluribus ibi relatis. Quam diſtinctionem *Rota Genuenſ.* alijq; ſuprà adducti approbant.

Vtramquè autem opinionem bonam
9 † eſſe (pro qualibet rationes allegans) oſtendit *Alexand. Trentacinq. d. libro* 1. *tit. de intereſſe*, *reſolut.* 1. *numero* 32. Ideò-
10 què Iudicis arbitrio † relinquendum aſſerit, ex *Monoch. dicto caſu* 119. *in fin. Marc. Anton. Natta conſilio* 370. *numero* 6. *Hieronym. Magon. dicta deciſ.* 103. *num.* 9. *deciſ. Accoramb. inter conſil. Farinat. conſilio* 15. *numero* 84. 85. & *ſeq. Ioann. Hieronym. Campan. dict. cap.* 20. Vnde *Socin. in cap. Dilecti*, *num.* 6. *extr. de foro compet.* carpit Iudices, qui ex eo, quòd certitudinaliter creditores de lucro ceſſante non oſtendunt, ac probant; debitores abſoluunt; eoſq; vt animum ſuum ex coniecturis informent, ex eiſq; quãtitatem definiant, admonet. Sequitur *Petr. Rebuff.* quem refert, & commendat *Hieronym. Magon. deciſ. Florent.* 32. *numero* 8. *Campanil. dict. numero* 24. *verſic. Eſt tamen verum.* Eandem etiam tenet (communem dicens ſententiam) *Cardinal. Franciſ. Tolet. in ſumma*, *libro* 5. *capite* 33. *numero* 2. *verſiculo Tertia eſt. Rota Genuenſ. dict. deciſione* 1. *num.* 45. *colum.* 2. *circa princip.*

Quinimò caſu, quo creditor ſemiplenè intereſſe probauerit, ſibi ad probationem certi, & determinati intereſſe de-
11 ferendum † iuramentum; iuſtamque appellationis cauſam eſſe, ſi non deferatur; tenent *Stephanus Gratian. dicto cap.* 67. *numero* 12. poſt *Philipp. Corneum conſilio* 22. *numero* 8. *in fin. volum.* 4. *Addit. ad Decium in l. Quatenùs*, *numero* 5. *D. de regul. iur. Plot. in l. Si quando*, *numero* 427. *C. vnde vi*, *ſecundum primam impreſsionem*, & *in tractatu de in litem iurand.* §. 19. *numero* 30. (magis communem, etiam in foro conſcientiæ in ſolito negotiari dicens) & §. 11. *numero* 31. & §. 12. *numero* 7. *Franciſc. Burſat. dicto conſilio* 68. *numero* 38. *Anchar. Regienſ. quæſtione familiar.* 33. *numero* 16. *part.* 2. quos refert, & ſequitur (magis communem hanc dicens) *Vincent. Carot. d. tit. de lucro ceſſante*, *quæſt.* 1. *num.* 8. *folio mihi* 42.

Limitanda tamen, & intelligenda ſuprà dicta ſententia (quæ creditori negotiari ſolito ſoluendum lucri ceſſantis intereſſe firmat) ſi ex eo, quòd ſibi tempore debito ſolutio facta non ſit, lucrum
12 non fecerit, † quia aliam pecuniam ad negotiandum præ manibus non habuit, ob illiuſque ſolutionis defectum tantùm lucrum, intereſſeque non adquiſijſſe, vel

ceſ-

ceſſaſſe, oſtendat. Ita *Ioannes Bolognetus in dicta l. vnica, numero* 120. *C. de ſentent. quæ pro eo, quod interſt, Aymon dicto conſilio* 320. *numero* 2. *ad fin. Petr. Barboſ. in dicta l. De diuiſione, numero* 28. *Caſtillo controuerſiar. libro* 2. *capite* 1. *num.* 43. *& ſequentibus, Ioannes Gratian. dict. regul.* 243. *numero* 5. *Cardinal. Tolet. dict. capite* 23. *numero* 2. *Leonard. Leſius de iuſtit. & iure, libro* 2. *capite* 20. *dubio* 10. *numero* 87. Secùs ſi pecuniam aliam otioſam, qua potuiſſet negotiationem exercere, haberet, cum ob id tunc lucrum non ceſſauerit.

Adhuc tamen ſublimitanda hæc eadem limitatio eſt, etiam lucrum ceſſans ei, qui pecuniam otioſam habet deberi,
13 † ſi eam negotiationi deſtinatam non habeat, imò ab ea ſeparatam, repoſitamque pro fortuitis, inopinatis caſibus, ac neceſsitatibus (quod prudentiæ eſt) neque ad negotiationem ea fuit vſus. Ita tenent *Martin. Nauar. in Manuali, cap.* 17. *num.* 212. *Ioann. Bapt. Corrad. in reſpon. caſu conſcient. part.* 1. *quæſt.* 229. *verſ. Ad quæſitũ decimò reſpondendo, dicimus, Ioan. Hieronym. d. rubric.* 11. *cap.* 20. *num.* 24. *propè fin. P. Molin. d. tract.* 2. *diſput.* 316. *num.* 5. Id tamen limitantes, niſi adeò ma-
14 gna eſſet ſumma repoſita, † vt & neceſsitatibus ſufficere poſſet, & notabilis adhuc ſupereſſet quantitas.

Quod autem non aliter deberi creditori ob retardatã ſolutionẽ intereſſe lucri ceſſantis, quàm ſi negotiator ſit, diximus: in
15 intereſſe damni emergentis † non requiritur, nec qualitas illa *negotiationis* deſideratur, debebiturq; damno tantùm probato, vt notant *Alex. conſ.* 141. *num.* 3. *lib.* 5. *per text. in d. l. Nummis*, 3. *iuncta gloſ. ad verb. Sua die, D. de in litem iurand. & tex. in l. Liber homo, la* 2. *§. fin. D. de verbor. oblig. Ioan. Bapt. Lup. d. comment.* 1. *§.* 6. *num.* 103. *&* 116. *Ioan. Hieronym. Campanil. vbi ſuprà, num.* 23. *Andr. Gail. d. lib.* 2. *obſeruat.* 6 *num.* 6.

Item & ei, qui licèt negotiari ſolitus non ſit, pecuniam tamen deſtinatam ad em-
16 ptionem † prædij, vel cenſus, aliudve lucrum habebat, quod ob defectam pecuniæ ſolutionẽ non fecit, deberi lucrum ceſſans; communem teſtatur (alios adducens) *Paleot. Rauenn. in repet. cap. Per veſtras.* 6. *notabili, num.* 8. *de donat. inter vir. & vxor. Roland. à Valle d. conſil.* 35. *num.* 5. *&* 6. *libro* 1. latè *Ioann. Gutierrez de iuram. confirmat. d.* 1. *part. cap.* 2. *num.* 6. *Caſtillo* (propè infinitos referens) *d. cap.* 1. *nu.* 45. *Petrus Surd. de aliment. d. tit.* 1 *quæſt.* 45. *num* 40. *verſ. Sed quod attinet, & num.* 41. vbi quod tunc probandum eſt, ſundum
17 venale adeſſe, † voluiſſeque creditorem emere, deſtitiſſe tamen, quia pecuniam nõ habebat: *idem Surd. deciſ.* 345. *numero* 17. *Pat. Leſius de iuſtit. & iure, lib.* 2. *cap.* 20. *dubio* 11. *num.* 84. *& ſeqq. Additio Antonij Gammæ ad deciſionem* 110. *nu.* 3. *in fine*.

Suprà dicta autem omnia poſt debi-
18 toris moram † procedere intelligenda ſunt; ante eam enim lucri ceſſantis intereſſe nullo modo deberi, petivè poſſe; communis, & concors omnium reſolutio eſt, de qua dubitauit nullus, teſte *Caſtillo d. cap.* 1. *num.* 57. *&* 58. quam firmat ex *Paulo de Caſtr. Anton. Gabriel. Ploto, Couar. Meſcard. Cagnol. And. Gaill. Nauarr.* & plurimis alijs. Quibus etiam adde *Borgnin. Caualcan. deciſ.* 10. *num.* 20. *&* 22. *par.* 2. *& deciſ.* 2. *num.* 27. *&* 28. vbi latè, *& deciſ.* 13. *num.* 7. *&* 11. 62. *d par.* 2. *Petr. Surd. deciſ.* 80. *num.* 2. *& deciſ.* 262. *nu.* 5. plures addentem *Marium Giurbam in conſuet. Senat. Meſanenſ. cap.* 15. *glo.* 6. *num.* 8. *&* 9. *part.* 1. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. lib.* 2. *cap.* 302. *num.* 8. *Carol. de Graſſis de excep. ad ſtat. exclud. omnes except.* 32. *numero* 52. *Pat. Ferdinand. Rebell. de obligat. iuſtit. libro* 8. *quæſt.* 5. *num.* 2.

19 Idemquè eſt in damno emergenti, † quod ante moram non deberi, tàm Theologos, quàm iuris Pontificij, & Cæſarei Authores conuenire, tàm in exteriori, quàm interiori foro, tenent (poſt alios) *Didac. Couarr. variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 2. *verſ. Deinde, Ioann. Bapt. Lupus d. commento.* 1. *§.* 6. *numero* 109. *Petrus Barboſ. in l.* 2. *in princip. numero* 48. *part.* 1. *D. ſolut. matrim. Vincent. Honded. conſil.* 50. *num.* 23. *lib.* 1. *Alex. Raudenſ. deciſ.* 17. *numero* 16. quos cum alijs refert, & ſequitur *Caſtillo vbi ſuprà, numero* 75. aſſerunt etiam (ex *D. Thom.* qui hanc tenet *quæſt.* 13. *de malo, articulo* 4. *ad* 14.) *Dominic. Soto de iuſtit. & iur. lib.* 6. *quæſt.* 1. *artic.* 3. *concluſ.* 3. *Martin. Nauar. in comment. de vſura, num.* 46. *& in Manuali, capite* 17. *numero* 211. *Pat. Ludouic. Molina de iuſtit. & iure, tract.* 2. *diſputatione* 314 *numero* 11. *&* 12. *Pat. Ferdinand. Rebello vbi ſuprà d. nu-*

*mero* 2. communem dicens (aduersus *Conrad. Turrecrem.* & alios in foro conscientiæ teneri mutuatariũ de damno, quod mutuans incurrit mutui occasione, etiam ante moram, licèt non in foro exteriori putantes) contra quos est in vtroque foro prædicta communis sententia *decisioq; Rotæ apud Farinatium decisione* 362. *num.* 1. *parte* 2.

Potest tamen à principio, contractusquè initio de damno emergenti etiam ante moram paciſci, † illudque debebitur, vt tradunt *Petr. Rebuff. in d. l. vnica in princip. numero* 13. *versic. Imò licèt, C. de sentent. quæ pro eo, quod inter. Virgin. de Bocca. in tractat. vti possidetis, cap.* 18. *num.* 70. *Villagut. in tractatu de vsuris, quæst.* 18. *num.* 30. *& quæst.* 19. *num.* 3. *Andr. Gaill. practic. obseruat. libro* 2. *obseruat.* 5. *numero* 16. refert, & sequitur *Castillo d. cap.* 1. *num.* 71. *&* 75. *Ferdinan. Rebello d. quæst.* 5. *numero* 4. absque controuersia id receptum dicens, assentit *Molina d. loco num.* 7. *&* 8.

In lucro verò cessante, † maxima controuersia est: Multi enim in contractus initio paciſci non posse, vt etiam ante moram lucri cessantis debeatur interesse, inutileque tale pactum esse (tanquam fraudibus viam aperiens) tenuerunt, in eaque extiterunt sententia *Innocen. And. Calderin. Laurent. à Rodulph. Anchar.* & alij, quos refert *Couar. d. cap.* 4. *num.* 5. *versic. Item & illud, Riminald. Iun. consil.* 218. *num.* 106. *Ioan. Vincent. Honded. cons.* 36. *num.* 10. *libro* 2. quorum probat placitum *Marius Giurba in consuet. Senat. Messanens. d. cap.* 15. *glos.* 6. *num.* 9. & communem videri fuisse sententiam asserit *Pat. Rebello vbi suprà d. num.* 4. *versic. Quoad interess.*

Contraria nihilominùs communis, & recepta † est (posse etiam lucrum cessans ante moram in pactum deduci, valideque exigi) & tenuit, defenditque (post *Hostiensem, Abbatem, Annaniam, Ancharranum, Decium, Romanum, Alexandrũ, Ioannem Lupum, Caietanum, Conradum, Adrianũ, Sotum, Gabrielem, Angelum, Syluestrum, Carolum Molinæum, Medinam*, & alios quos refert) *Didac. Couar. vbi suprà*, communem, obseruandamque dicens, ac veram, dummodo fraus & dolus creditoris absit, & verosimilis sit lucri certitudo, ac verè sit lucrum cessans, *Cardinal. Francisc. Tolet. in summa libro* 5. *cap.* 33. *num.* 4. *P. Ferdinand. Rebello d. num.* 4. *versic. Nihilominùs tamen*, vbi hanc ab omnibus fere receptam dicit, quam etiam veriorem iudicauit *Rota, vt testatur Cæsar de Grassis decis.* 187. *num.* 3. 4. *&* 5. *tit. de vsur. & decis.* 188. *num.* 1. *Pat. Leonard. Lessius de iustit & iure lib.* 2. *cap.* 20. *dubio* 10. *num.* 72. *& dub.* 11 *num.* 97. *Vincent. Carot. de locat. tit. de lucro cessante conuentionali, quæst.* 2. *num.* 2. plures referens, verioremque & magis communem dicens *folio mihi* 43. latè comprobat (sic per *Lusitanum Senatum* iudicatum referens) *Gabriel Pereyra decis.* 84. *num.* 1.

Quod non solùm in interesse incerto, & in genere per pactum deducto procedit; sed etiamsi in pactum à principio certum, & determinatum interesse lucri cessantis etiam ante moram deducatur (cum qualitatibus, de quibus suprà proximè, † quod scilicet absit fraus, & dolus, verosimilisquè sit lucri certitudo, ac verè sit lucrum cessans) procedit pariter: vt (post *Couarr. d. cap.* 4. *num.* 5. *versic. Septimò eadem inspecta radice*, & ab eo relatos) tenent plurimi, tàm Iuristæ, quàm Theologi, quos refert, & sequitur *Castillo controuersiar. lib.* 2. *d. cap.* 1. *num.* 67. *& seqq.* vbi hanc veriorem libenter dicit, latissimè omnium, plurimos congessit *Stephan. Gratia. discept. forens. lib.* 2. *cap.* 387. *num.* 1. *& seqq.* & tenent multi ex suprà proximè relatis, præcipuè *Rebello*, & ab eo adducti *Cæsar de Grassis d. decis.* 187. *numero* 3. 4. *&* 5. vbi ita tenuit *Rota, & decis. Rotæ Diuersor.* 340. *num.* 2. 3. *&* 4. latè *Vincent. Carot. suprà, num.* 3. *& seqq.* vbi veram, & magis communem hanc sententiam dicit, & quòd cautius erit in practica ab initio quid certum, & taxatum paciſci, vt illud sit verisimile, & taxatum secundum leges, *num.* 4. *ibid.* plures etiam huius sententiæ sequaces recensет *Ioan. Hieronym. Campan. d. rubr.* 11. *cap.* 20. *nu.* 22. *versic. Ex quorum verbis suadetur.* Cui videtur assentiri *Gaspar Anton. Thesaur. quæst. forens. lib.* 3. *cap.* 71. *num.* 2. *Gabr. Pereyra d. num.* 1. *in fin.*

Contrariam tamen in hoc casu sentẽtiam † aperto Marte defendũt multi, eamquè tenent *Decius cons.* 119. *num.* 12. *lib.* 1. *Plot. in repet. leg. Si quando, num.* 452. *& seq. C. vnde vi*, qui de magis communi opinione testatur, *Mart. Freccia in tract. de præsentat. instrum. par.* 7. *quæst.* 11. *Alban. consil.* 629. *num.* 6. *vbi Vincent. Anibal in addit.*

*addit. litera A. & conſil. 211. num. 1. Borgnin. Caualcan. deciſ. 35. num. 17. libro 1.* Eſt *deciſ. Rotæ apud Farinat. in 2. part. deciſ. 7. numero 2. & deciſ. 11. deciſ. 325. numero 1. & ſequentib. deciſ. 331. per tot.* vbi pleniſsimè, & *deciſ. 362. numero 3.* Quibus in locis id etiamſi creditor mercator ſit, negotiarique ſolitus, firmant. *Rota Romana Diuerſ. deciſ. 315. numero 7. part. 2. Ioann. Hieronym. loco ſuprà relato, Anton. Monach. deciſ. Lucenſ. 21. numero 28. & deciſione Bononienſi 1. numero 45. & 46.* Acerrimè hanc tuetur opinionem *Marta deciſ ſiue voto 165. per tot. Carolus de Graſſ. in tract. de except. ad materiam ſtatuti exclud. omnes except. except. 32. numero 59.* qui *numer. ſeqq.* eam quatuor limitat modis. Primò, quan-
25 do partes taxarent intereſſe minùs, † vel non ampliùs, quàm ex forma ſtatutorum, vel conſuetudinis reperitur taxatum. Secundò, quando à principio fuiſſet pactum, vt ſi debitor non ſolueret in tempore conuento; tot pro centenario ratione intereſſe ſoluere teneatur, & tempore, quo intereſſe ſolui debebat tantùm, vel maius eſſe, fuit probatum. Tertiò, quando à principio per viam annui redditus, vel cenſus taxa facta eſſet. Quartò, quando ab initio inter ſocerum, & generum de ſoluendo tot pro centenario ratione dotis in tempore non ſolutæ, pactum eſſet. Quia in his validum eſt à principio de certa, & determinata quantitate pro intereſſe pactum: vt *ibi per eum.* Ad quæ etiam videndus *Stephan. Gratia. ſuprà d. cap. 387. ex numero 10. cum ſeqq.*

Ex quibus, quàm varij in hoc ſint Doctores, quamquè ſit dubia hæc quæſtio, apparet. Sed ſi tale pactum ab initio de certo intereſſe, lucroq; reddendo initum, cum qualitate iam dicta *num. 23.* validum eſſe (quæ magis communis eſt) teneamus; adhuc tamen aliquibus venit limitanda modis.

Primò, quia non totum lucrum, vel intereſſe ſperatum exigi debet, in pactum-
26 vè deduci, ſed minus, laborum, † periculorum, & expenſarum, quas feciſſet, vel ſubiret in negotiatione, ex qua lucrũ prædictum, vel intereſſe creditor prætendebat, conſideratione habita. Ita *Ioan. Bapt. Corrad. in reſponſ. caſ. conſcient. quæſt. 229. in addit. verſic. Demum, Pat. Dominicus Bañez ad D. Thom. quæſtione 78. artic. 2. verſic. Deniquè ad iudicandum, Epiſcop. Campanil. d. cap. 20. numero 28. Cardin. Franciſc. Tolet. d cap. 33 numero 6. & 7. Pat. Leonard. Leſsius de iuſtit. & iur., dict. libro 2. cap. 20. dubio 11. numero 96. Anton. Gamm. deciſ. 110. num. 14. Pat. Molina d. diſputat. 316. num. 6. 7. & 8. Ferdinand. Rebell. dict. libro 8. quæſt. 6. num. 3.*

27 Laborem tamen perſonalẽ ab eo, † qui coactus, & non libens mutuat, non eſſe deducendum (quia ſicut operarius, qui cogitur ab aliquo non laborare, laborem à mercede deducere non tenetur, ſed integrum, eiuſque mercedem exigere: ita nec mutuans, qui operas ſuas præſtare, laboreſquè exhibere promptus erat) firmat *Card. Tolet. ſup. d. num. 6.*

Prædictum autem intereſſe, vel lu-
28 crum, à conditione perſonarum, † negotiationis modo, regioniſquè conſuetudine, æſtimationem, modumq; recipit. Aliquando enim ad rationem quinque pro centenario, vt per *Borgnin. Caualcan. deciſ. 22. num. 27. & ſeq. lib. 4. & deciſ. 35. num. 20. 23. & 25. part. 1. & deciſione 13. num. 68. par. 2. & in indice, verb. Intereſſe. Cæſar de Graſſis d. deciſ. 187. & 188. tit. de vſur.*

Quandoquè ad ſex, ad ſeptem, octo, vel decem, vt per eundem *Caualc. dicta deciſ. 22. numero 29.* vbi quòd in prædicta quantitate poterit fieri conuentio, malequè facere partes pacta huiuſmodi (cum fraus non ſubſit) tanquam illicita reuocare volentes. *Carol. de Graſſis d. except. 33. numero 58.* vbi etiam in Regno *Ciciliæ* ad rationem decem pro centenario taxationem fieri dicit. Ita pariter (ex pluribus Genuæ deciſionibus) tradit *Flamin. Cartar. deciſ. Rot. cauſ. execut. Genuæ 38. num. 1.* Et ad rationem vnius pro quatuordecim, aliquando pro decem & octo, & aliquando pro viginti, teſtatur in Hiſpania *Ioann. Gutierr. de iuram. confirmat. 1. parte, dict. cap. 2. numero 4. col. 2. circa princip.* prout dominis Regijs Auditoribus ſecundùm creditorum conſuetudinem negotiandi videtur.

Limitatur ſecundò d. concluſio, vt non ſtatim in initio lucrum conuentum ceſſans
29 de ſorte extrahere † liceat: vt ſi lucrũ conuentum erat decem pro centum mutuatis, non ſtatim decem extrahi, præſtariquè nonaginta, ſed integra centum debent, lucrumquè à debitore ſpectare. Ita *Martin. Nauar. in Manuali dict. cap. 17.*

*num.*212.*verſ. Quinta, Corrad. dict. quæſtione* 229. *in addit. verſ. Id etiam eſt obſeruandum, Dominic. Bañez d. quæſt.*78. *art.*2.*verſ. Denique poterunt*, refert,& ſequitur *Epiſcop. Campanill. dict. cap.*20. *num.*27.*Cardinal. Tolet. ſuprà d. cap.*33. *numero* 5. *P. Molina d. diſputat.*316. *numero* 9. *Ferdinan. Rebell. d. lib.*8. *quæſt.*6. *num.*4.

Limitatur tertiò, intelligiturquè procedere ſuprà dicta ſententia, vbi quis co-
30 actus, † vel ſaltem rogatus pecunias mutuat; non verò cum ſpontè eas alteri non rogatus, nec requiſitus offert. Tunc enim nullo modo abſque vſuræ labe de lucro poterit paciſci, quamuis tales pecuniæ verè negotiationi ſint expoſitæ, lucrumquè ſit probabile, nec ipſe alias exponendas habeat. Cum enim ſpontè ipſe ſuas pecunias à negotiatione auferat; non lucrum ab alio exigere poteſt; & in hoc conueniunt omnes, teſte *Cardinal. Tolet. vbi ſuprà numero* 3. Qui tamen *numero* 4. *in fine* addit, eum qui non coactus, nequè rogatus pecunias mutuauit, ſi tamen non
31 lucro, † ſed charitate ad ſubueniendum proximo motus, ei mutuat, poſſe de lucri ceſſantis intereſſe paciſci.

Cum autem dicimus, requirimuſquè coactionem, vt creditor habere, paciſciquè lucrum ceſſans poſsit: non de coactione in qua vis interuenit, ſed de ea, quæ per rogationem inducitur, intelligendum eſt. Si enim in contractu vis à principio interueniat, †
32 (vt ſi Regi, vel alteri compellatur quis mutuare, propterea quod ſibi mortem minatus ſit, vel iniuſtam ab eo vexationem timeat) vt lucri ceſſantis, vel damni emergentis intereſſe in pactum deducatur, non eſt neceſſe: quia etiam abſquè eo, & abſquè alia mora debetur, vt (ex doctrina *D. Tho.*2. 2. *quæſtione* 62. *artic.*4.) tenent *Dominic. Sot. de iuſtit. & iur. lib.*6. *quæſt.*1. *articulo* 3. *concluſ.* 3. *Martin. Nauar. in Manuali, dict. cap.*17. *numero* 211. quos refert, & ſequitur (communem dicens) *Ferdinand. Rebello d. libro* 8. *quæſt.* 5. *numero* 3. Quam concluſionem (ex *text.* etiam in *l. Si quis vxori*, 53. §. *Si ſeruus, qui ſurreptus eſt*; *D. de furt. & ex l.* 3. *D. de cond. furtiua*, *iuncta regula Peccatum*, *extra de regul. iur. in* 6.) elicit, tenetque *Petr. Surd. conſ.*23. *num.*8.

Et tam in iniuſtè, quàm in iuſtè co-
33 acto † (vt ſi coactus iuſtè à Principe propter belli inſtantis neceſsitatem, vel aliam publicam mutuaſſes, non ſolùm te poſſe de lucro ceſſante, & damno emergenti paciſci; ſed etiàm Principem ad reſtitutionem huiuſmodi intereſſe in conſcientia teneri, licèt nullum ea de re pactum præceſſerit) firmat *Pat. Molina de iuſtit. & iur. diſput.*315. *num.* 1. 2. 3. & 4. De quo videndus *P. Ferdinand. Rebello vbi ſup. d. num.*3. *verſ. Propoſitam concluſionem.*

Vt tamen ſuprà dicta procedere poſ-
34 ſint, creditorem negotiari ſolitum eſſe, † ex defectuque negotiationis ob pecuniam per vim, coactionemque ablatam, lucrum ceſſaſſe, neceſſe eſt. Si enim nullo intereſſe priuaretur, quantuncumque mutuauerit coactus, nihil mutui ratione abſque vſuræ labe recipere poterit: vt firmant in ſpecie *Martin. Nauar. d. cap.*17. *num. vlt. Rebell. & Molina dictis locis.*

Vſquè adhuc de intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, ad quod per moram debitor creditori ſolito negotiari adſtrictus eſt ex mutuo, vel alijs contractibus ſtricti iuris (in quibus nullum intereſ-
35 ſe intrinſecum continetur, de iure, † vt in *l. Nummis*, 3. *D. de in litem iurand. l. Liber homo*, 118. §. *fin. D. de verb. oblig. l. Socium, qui in eo*, 61. *D. proſocio*: Ideòque
36 venit in eis extrinſecum † lucri ceſſantis, vt dicunt *Raphael. Cuman. Paul. Caſtren. & Franc. Aret. in d. l. Liber homo*, §. *fin.* quos refert, & ſequitur *Alexand. Trentacin. variar. reſolut. d. lib.*1. *tit. de Intereſſe, reſolut.*1. *num.*21. *Laurent. Syluan. conſilio* 10. *num.* 24.) egiſſe videmur.

In cõtractibus verò bonæ fidei (cũ in eis
37 intereſſe intrinſecũ † ex ipſa re proueniens veniat, *text. in l. Si ſterilis*, 22. §. *Cum per venditorem*, *D. de actionib. empt.*) dicta in mutuo, alijſque ſtricti iuris contractibus, locum non habere: nec intereſſe extrinſecum *lucri ceſſantis* in contractibus bo-
38 næ fidei deberi, dicendum videbatur. † Qua ratione ita tenet *Bart. in l. vnica*, *C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, in d. l. Nummis, in d. l. Liber homo*, §. *fin. & in l. Iulianus D. de actionib. empt.* (quem refert *Alexan. Trentaciqu.* communiter receptum dicens ex *Laſo.* ibi adducto, loco proximè relato *d. reſol.*1. *num.*22.) latè *Laurent. Syluan. d. conſil.* 10. plures huius ſententiæ refert *Anton. Capit. deciſione* 19. *numero* 8. In qua fuit etiam *Card. Iacob. Pute. deciſ.*231. *lib.*1.

Con-

Contrarium tamen(eodem nempè modo damni emergentis, ac lucri ceſſantis in contractibus bonæ fidei,quam ſtricti iuris
39 † rationem habendam,non ſolùmquè intereſſe intrinſecum ipſius rei, ſed etiam extrinſecum,lucrum nempè ceſſans venire) eſt magis communis Doctorum reſolutio,quam tenuerunt (ex ratione *d.l.3.§. fin.D.de eo quod certo loco*) *Socin. conſilio 156.numero 11.libro 2.& conſilio 25. numero 18.libro 4.*communem dicit *Ioann. Gratian.d. regula 243.numero 6. Ferdinand.Vazquez Mencha. controuerſ.vſu freq.libro 3.capite 60.numero 21.& ſeqq.* referens in id *Sot.de iuſtit.& iure,d.libro 6.quæſtione 1.articulo 3.& Medin.* ſequitur *Ioann.á Caſtillo controuerſ.d.libro 2. quæſtione 1.numero 37.& ſequentibus*, firmatq;*Andre.Gail.pract.obſeruat.libro 2. d.obſeruation.6.numero 3.Marc. Anton. Natta conſilio 569.Petr.Barboſ.in l. De diuiſione,5.num.26. D.ſoluto matrimon.* Vbi id verius, & receptius, neque ab hac recedendum, in negotiari ſolito, aſſerit, *Hieronym. Gabr. conſilio 26. Franciſc. Marc.deciſione Delphin.167.numer.6.& 7.part.2.Iacob.Menoch.de arbitr.libro 2. cent.2.caſu 119.numero 2.& conſilio 110. numero 52.Anchar.Regienſ.quæſt.famil. 33.numero 13.part.2.* & (multis relatis) hanc tenet ſententiam *Hieronym.Magon. deciſione Florent.32.numero 5.& 6. Cardina. Seraphin. deciſione 714.numero 3.* plenè *Vincent.Carot. tractatu de locato, de lucro ceſſante moroſo, quæſt.1. per tot.* intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis in contractu locationis, & conductionis venire,exigiquè à conductore moroſo poſſe,*num.*præcipuè 4.aſſerens.

40 Quod etiam ſi lōgè plus interſit lucrum ceſſans, † excedatquè valorem fructuum rei, cuius pretij ſolutio dilata eſt, modū-què vſurarum, quem legitimum leges ciuiles arbitrabantur, ſi illud poterat creditor lucrari,ampliant, & extendunt multi, communemquè dicit *Ferdinand. Vazquez Mencha ſuprá numero 22.& 23.& capite 50.nuero 7.*ſequitur *Ioann.Gutier. d.capite 2.1.parte de iurament.confirmat. numero 4.Petr.Barboſ.d.loco, numero 25.& dict.numero 26.verſiculo, Item poteſt.* Ratio eſt (ſecundū huius partis ſequaces.)
41 † Tum quia debitor non tam ratione fructuum,quos percipit ex fundo;quàm perfidiæ ratione, ad intereſſe tenetur. Tum quia cum de intereſſe agatur, non quantum creditoris poſsidere fundum, quem à ſe abdicauit,interſit; ſed quantum habuiſſe pretium,quod ex fide,& conuentione habiturus erat,interfuerit, inſpiciendum eſt.

Et ad textum (qui contrarium ſuadet) *in l.fin.D.de peric.& commod.rei vendit.* (cuius ſunt verba: *Venditori ſi emptor in pretio ſoluendo moram fecerit,vſuras dumtaxat præſtabit,non omne omnino, quod venditor mora non facta conſequi potuit, velutiſi negotiator fuerit, & pretio ſoluto ex mercibus plus, quàm ex vſuris quærere potuit*) reſpondent,qui prædictam opinionem defendunt, procedere † vbi lucrum
42 incertum eſt: Superiorem verò ſententiã, vbi certum eſt, quodque manus hominis negotiari ſoliti velut euaſsit.Eſtquè communis intellectus, ſecundum plures, quos refert,& ſequitur *Ioann.Gratian.d.regul. 243.numero 6.Ioan.Gutierrez d. capite 2. numero 7.* quem ſibi placere dicit *Petrus Barboſ.vbi ſuprà,numer.27.& 28.* Alium etiam intellectum aſsignat *Caſtillo d.cap. 1.numero 39 ad dict.l.fin.* multumquè in eius interpretatione elaborat *Laurent. Syluan.d.conſilio 10.per totum,*& eius veſtigia ſequutus *Alexand.Trentacin. variar.reſolut.libro 1.dicta reſolutione 1. de intereſſe.*

Alia in præſenti (vt ad inſtitutum noſtrum,quæſtionemquè redeamus) facimus omiſſa; An ſcilicèt ad prædictum lucri ceſſantis, vel damni emergentis intereſſe teneatur paupe? In qua (cum omni iure, tã-què in foro conſcientiæ, quàm iudiciali deberi ex ſuprà dictis conſtet) pauperes quoque ad id teneri firmãdum videbatur. In contrarium tamen ſe veritas habet. Pauperē enim ad intereſſe lucri ceſſantis,
43 vel damni emergentis † (vbi ſaltem ante moram ſuperuenit paupertas) non teneri, cum ante moram,nec lucrum ceſſans, nec damnum emergens (vt *numero 18.& 19.* prædiximus)debeatur, paupertaſquè moram ceſſare faciat, ab eaque excuſet, vt *quæſt.17. numero 39.* alijſquè notauimus locis, firmarunt *Matthæ.de Afflict.deciſ. 20.numero 3.Ioann.Lup.in repet.cap.Per veſtras, de donat. inter vir.& vxor. notãb.6.numero 5. Petr. Rebuf.in d.l.vnic. gloſ.fin.numero 32. C.de ſentent. quæ pro eo quod intereſt, Roland.á Valle d. conſilio 35.numero 25.part.1.Ioan.Gutier. de iuram.confirm.1.part.d.cap.2.num.4.col. 2.Sebaſt.de Medic.in tractat.de caſib.fortuit.2.par.quæſt.4.numero 27. Marta deciſ.*

*ciſſiue voto* 18. *numero* 5. *& d. deciſ.* 165. *numero* 10. *Rota Genuenſ. deciſ* 99. *numero* 3. *P. Leonard. Leſius de iuſtit. & iure, libro* 2. *capite* 20. *dubio* 10. *numero* 70. *& capite* 16. *dubio* 1. *numero* 17. aſſentit *P. Ferdin. Rebello de oblig. iuſtit. d. lib.* 8. *q.* 7. *numero* 4. *Maurit. Apicella allegat.* 6. *numero* 25. *Vincent. Carot. d. titulo de lucro ceſſante moroſo, quæſt.* 1. *numero* 19. *d. fol.* 42. Qui hanc ſententiam in neceſsitate
44 extrema † procedere vult, quoſdam in id allegans: qui tamen non eam, ſed ſuprà relatam ſimpliciter aſſertionem probant. Cum eo tamen in extrema neceſsitate loquitur etiam, *Ioan. Lup. loco iam citato.* Alij verò tam ex Iuriſtis, quàm Theologis non ita magnam neceſsitatem requirunt, ſentiuntquè ad huiuſmodi intereſſe exculationem ſufficere, ſi debitor abſque magno detrimento præſtare debitum non poſsit: & expreſsiùs alijs, docet *P. Leſius vbi ſuprà d. numero* 70. excuſari dicens debitorem, ſi in tantam paupertatem inciderit, vt ſoluere quin ſe in extremam, vel grauem neceſsitatem conijciat, nõ poſsit: ſecùs ſi poteſt, quamuis non ſine magno rei familiaris detrimento. Quia tunc, vel ſoluere ad diem conſtitutum, vel in animo eſſe paratus intereſſe compenſare tenebitur. Et *dubio* 1. *num.* 17. etiam obligatum ad reſtitutionem, ſi commodè reſtituere non valet, de lucro ceſſante, vel damno emergenti ex dilatione non teneri (quia nec eſſe in mora, neque ad id principaliter ſe obligaſſe, ſed per accidens videtur) aſſerit. Quod tamen in eo qui non ex delicto obligatus eſt, ſecùs ſi ex delicto, vt furto, rapina, &c. intelligendum videtur. Ita notat *P. Ferdin. Rebel. de obligat. iuſt. lib.* 2. *quæſt.* 17 *ſect.* 4. *numero* 22. *in fin. &* 23. Obligatumquè ad reſtitutionem, ex dilatione ad lucri ceſſantis, dãniquè emergentis intereſſe (quando ſaltem reſtitutionem propter detrimentum in bonis externis differt, ſecùs in internis) eſſe adſtrictũ, obſeruat *P. Ludouic. Molina de iuſtit. & iure, lib.* 3. *tractat.* 2. *diſput.* 754. *in fin.* tenetquè expreſsè *idem Leſius d. lib.* 2. *cap.* 16. *dubio* 1. *num.* 32.

Conſtat igitur, pauperem ſi magna laboret egeſtate, ſolutionevè debito tempore facta, in grauem ſe conijciat, ad lucri ceſſantis, vel etiam damni emergentis intereſſe (iuxta prædictas Doctorum ſentẽtias) non arctari, tenerivè. Quod tamen limitat *Petr. Rebuf. in d. l. vnic. gloſ. fin. numero* 33. quando creditor in pari † exiſtit neceſsitate. Pro cuius ſententia faciunt etiam à *Nobis quæſt ſeq. numero* 20. *& ſequenti*, dicenda.

Limitari etiam poteſt, ſi paupertas poſt moram † interueniſſet, ſecundum *Auguſt. Beroi. conſ.* 193. *numero* 28. quem refert (licèt mendoſe, ſequiturquè *Vincent. Carot. d. quæſtio.* 1. *numero* 19. & ſupponunt alij ſuprà relati.

Ampliari autem d. poterit ſententia. Primò, vt procedat etiamſi à principio adeſſet paupertas, probabiliterquè iudicaret debitor ſtatuto tempore ſoluere non poſſe. † Habet enim quod ſibi creditor imputet, quòd cum tali contraxerit, ſiue eius ſciuerit, ſiue ignorauerit conditionẽ, ex *text. in l. Qui cum alio, D. de regul. iur.* & latè à Nobis deductis *quæſtio.* 45. Cum & paupertas (vt ſæpè diximus) morã cõmitti impediat, nec ante moram lucri ceſſantis, vel damni emergentis intereſſe regulariter debeatur.

Licèt contrarium in ſuprà dicto caſu velit *P. Ferdinand. Rebel. de obligat. iuſt. d. lib.* 8. *quæſt.* 7. *num.* 5. Ea ratione, quòd qui ſic promittit, peccat contra iuſtitiam obligando ſe ad id, quod implere in termino conſtituto non poſſe prævidit. Quæ ſententia quoad forum interius: ad peccatumquè contrahẽdum, non quoad exterius, & contentioſum (ex proximè dictis rationibus, & in *d. quæſtio.* 54.) procedere poterit: vbi præcipuè non doloſo, & iniquo animo, ſpequè non ſoluendi impotentia fretus debitor cõtraxit. Quod ſi impotentiam ſtatuto terminoſ oluendi nõ prævidit, de eavè (præſentis tantum memor neceſsitatis) non cogitauit, cum melior ſemper ſperetur conditio, in dieſque ditari (iuxta dicta à Nobis *quæſt.* 4. §. 2. *num.* 118.) quis præſumatur: nec intereſſe lucri ceſſantis, damnivè emergentis deberi; nec peccatum, aut iniuſtitiam committi, dicendum venit.

Ampliatur ſecundò è concurſo, ſi creditor pauper ſit, licèt aliàs nec poſt moram ad intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis teneretur debitor: quia adhùc creditori pauperi prædictum ſoluendum erit intereſſe. Vxori enim nullum intereſſe, vel lucrum pro dotis competit reſtitutione, † etiamſi mariti hæredes in mora reſtituendi poſt annum eſſent, vt tenent *DD. in l. Exigere dotem, D. de iudic. Alexand. conſ.* 74. *numero* 12. *& ſequentib. &*

*con-*

*conſilio* 141.*numero* 4.*& ſequentibus*, *lib.* 5. *Aymon Crauſta conſilio* 189.*numero* 7. *Purpurat.conſilio* 117.*numero* 14.*libro* 1. pleniſsimè *Roland.à Valle conſilio* 55.*lib.* 2.*per totum*, *Ioann. Cephal. conſilio* 133. *numero* 130.*& ſequenti libro* 1. *Bornign. Caualcan.deciſione* 3 *numero* 30. *part.* 1. ad ſaturitatem (ſæpè communem, ac magis communem, nec ab hac in iudicando, & conſulendo recedendum dicentes) *Cardinal. Tuſch. practic.concluſion.liter.D. concluſ.*741.*per tot.* propè infinitos cumulans (quem poſt hæc ſcripta vidi) *Anto. de Amato variar.reſolut. reſolut.*49. *numero* 84.*& ſequentibus*, multis id amplians modis.

49 Si tamen mulier pauper eſſet, † pro alimentiſquè, vel alijs neceſſarijs ſumptibus pecuniam ſub vſuris acciperet, vel aliter ex dotis retardata ſolutione læderetur; huiuſmodi intereſſe, damnumquè emergens poſt annum petere poterit, debetquè conſequi, ſecundum *Bald.conſilio* 137. *numero* 3.*libro* 5.*Alexand.d.conſilio* 141.*num.* 3.*libro* 5.*& conſilio* 200. *numero* 7. *libro* 6.*Riminal.Iun.conſilio* 304.*numer.*4. *&* 14 *lib.*3.*Socin.conſilio* 57 *lib.*4 *Crot.conſilio* 198.*numero* 20.*&* 21.*lib.*2.*Purpurat. conſilio* 385.*numero* 4.*libro* 1. *Franciſc. Burſat.conſilio* 8.*& conſilio* 9.*numer.*46. *& ſequenti*, *libro* 1. quos refert, & ſequitur *Caualcan. vbi ſuprà*, *numero* 31. *Couar. Anton.Gomez*, *Surd. Thoro*, plurimique alij, quos pariter refert, ſequiturque *Anton.de Amato d.loco*, *num.*92.

Cum mulieri diuiti nec damnum emer-
50 gens etiam poſt annum † deberi, ſibiquè imputandum, cur litem non mouerit (ex *Rinald.Sen.conſ.*265.*numero* 22.*& num.* 26.*& ſequenti*, *libro* 2.*& conſilio* 694.*lib.* 4.*& Riminald.Iuniore d.conſil.*304.) teneat *idem ipſe Borgnin. Caualc.d. deciſ.*3. *numero* 30. Faciuntque præcedenti quæſtione dicta.

Solam tamen paupertatem non ſuffice-
51 re, † vt poſt moram, anniquè lapſum poſſit mulier etiam damni emergẽtis intereſſe à mariti hæredibus conſequi, ſed interpellationem, vel petitionem fieri neceſſe eſſe, ne maluiſſe lucrum, quàm pecuniam videatur, tuncque alimenta illi deberi, vel vſuras alimentorum loco, ſentiunt ſupra relati, & in ſpecie notat *Alexand.d.conſ.* 74.*num.*15.*lib.*5. & vtramque qualitatẽ, *interpellationis*, *& paupertatis* in hoc caſu neceſſariam eſſe, tenet (poſt *Pariſ.* ab eodem relatum) *Roland. à Valle d. conſ.*55. *numero* 18.*lib.*2. Licèt contradicant alij, perque anni lapſum, abſque alia hominis interpellatione moram in preſenti contrahi, poſt illumque dotis nõ reſtitutæ deberi vſuras, firmant *Surd. conſ.*221. *num.*41. *& de aliment.tit.*1.*quæſt.*45.*numer.* 3. *Ioſeph.Ludouic.Lanar.Cuma.* multique alij relati ſequutique ab *Anto.de Amato d. reſolut.*49.*num.*92.*&* 93.

## VTRVM, ET QVANDO ad reſtitutionem teneatur pauper?

## *SVMMARIVM.*

1 Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.

2 Reſtitutio ſtatim facienda eſt, quia præceptum de reſtituendo tamquam negatiuum, vel à negatiuo deſcendens, obligat ſemper, & ad ſemper.

3 Differens per multum tempus reſtitutionem, an multa committat peccata? vel idem continuetur? remiſsiuè.

4 Præcepta negatiua obligant ſemper, & ad ſemper.

5 Paupertas à reſtitutione ſtatim faciẽda eum qui animum deliberatum habet reſtituendi, excuſat. Ampliatur num.9. 10.12.17.18.22.23.& 24.

Limitatur num.19.20.21.25.& 26.

6 Et etiamſi quis iuraſſet ſe reſtituturum, vel quid aliud facturum, ſi paupertate, vel impotentia impediatur. Limita vt num.7.& 8.

9 Non ſolùm grauiſsima, vel extrema paupertas à reſtitutione ſtatim facienda excuſat, ſed etiam grauis. Limita vt numero 11.

10 Et quæ dicatur grauis paupertas, vel neceſsitas in præſenti?

12 Grauis neceſsitas (modo prædicto) à reſtitutione ſtatim facienda, ſiue debitum ex contractu licito, ſiue illicito proueniat, excuſat.

13 Interpretatio ad *Concil. Tridentin. ſeſ.*25.*de reform.cap.*12.

Detrahens decimas excommunicatur, nec abſoluitur, niſi plena reſtitutione facta, ſi commodè poteſt, aliter abſolui debet. ibid.

14 In-

14 Interpretio ad *text.in Clement.2.de hæretic.*

Inquiſitores,vel Cõmiſſarij prætextu officij pecuniam extorquentes, ex cõmunicantur,nec (præterquam in mortis articulo)ante integram ſatisfactionẽ abſolui poſſunt; niſi paupertate reſtituere impediantur.ibid.

15 Quis hodie ab huiuſmodi ex cõmunicatione Inquiſitores abſoluere poſſit?remiſsiuè.

16 Interpretatio ad *Motum proprium Clement.VIII. de largitione munerum interdicta Religioſis*, & ad *Mot.propr. Gregor.XIII.de datis,vel acceptis pro iuſtitia,vel gratia.*

Abſolutio denegatur ante realem reſtitutionem eius quod quis à Religioſis accepit, vel antequam erogatum ſit pauperibus,quod pro iuſtitia facienda receptum eſt, niſi moraliter reſtitutio fieri non poſsit, vel per abſoluendum non ſtat quominus reſtitutio fiat.ibid.

21 In pari neceſsitate potior eſt conditio creditoris. Et quid ſi neceſsitas ſit extrema?num.22. Et quid in graui neceſsitate modo iam dicto?num.23.

26 Grauiùs peccat,ac punitur, qui veniæ peccat ſpe.

27 Ad beneficium ceſsionis bonorum nõ admittitur,qui ſub eius ſpe cõtrahit.

28 Conſtitutus in graui neceſsitate, an ad reſtitutionem eius, quod in tali neceſsitate abſtulit, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit,teneatur?

# QVÆST. XXVII.

1 TRitiſsima iuris regula eſt,peccatum non dimitti, † niſi reſtituatur ablatum,*text.in cap. Peccatum,4.de regul.iur.in 6. cap.1.14.quæſt.6.cap Qui rapit.14,quæſt.5.cap. Cum tu,5.de vſur.D. Thom.2.2.quæſt.62. art.vlt. D. Antonin. 2.par ſummæ,tit.2.c.8.in fin.Sylueſt.verb. Reſtitutio 5.§.1.Palac. Rub. in repet. rubri.de donat.inter vir.& vxor. §.65.nu. 35.Marta deciſ.ſiue voto 18.nu.1.* & omnes paſsim Doctores. Probaturque etiam *Ezechielis 33. Non permittitur venia,niſi rapina reddatur.* & ex illo Matthe.22. *Reddite, quæſunt Cæſaris, Cæſari.* & ad Roman. 14. *Reddite omnibus debita.* & Tobiæ 2.*Si furtiuus eſt,non licet nobis de eo aliquid edere, aut contingere.*

2 Statimquè reſtitutio facienda eſt, † quippè cum reſtituendi præceptum in ſeptimo *Decalogi* comprehendatur,ad ſemperquè,& pro ſemper obliget. Quamuis enim præceptum *de reſtituendo*, ſit affirmatiuum, quia tamen à negatiuo deriuatur,& in eo continetur, ad ſemper,eo modo quo negatiuum à quo deriuatur, & in quo includitur, obligat. Reſtituendiquè præceptum,negatiuum eſt, quatenus tacitè,& virtualiter non tenere alienum inuito domino iubet. Ita dicunt *Caietan. in ſumma de reſtitut.§.6.Sylueſt.verbo, Reſtitutio,5.Scot.in 4.diſt.15.quæſt.2.§. De quarto,Palud.in 4.diſt.15.quæſt.2.art.6. ex illo Leuit.6. Non remanebit apud te opus mercenarij tui. Sot.de iuſtit.& iure, lib.4.quæſt.7.art.4.* poſt *D.Thom.ſup. relat.Gabriel in 4.diſt.15.quæſt.2.concluſ.2. Mercad.de reſtitut.capit.1.Martin. Nauar.eod.tract.de reſt.lib.1.cap.1.num.17. & in capit.Nouit,6.notab.§.Tertiò præſuppono,num.74.Hieron.Zeual.commun. contra commun.quæſt.729.num.2.Ioann. Gut.Canonic.quæſt.lib.1.cap.40.nu.1.P. Ludouic.Molina de iuſtit.& iure,libro 3. tractat.2.diſputatio.716.numero 3.& 4. diſputatio.753.numero 2.verſiculo, Idcircò autem,* vbi de communi, *P.Ferdinand. Rebel.* (communem quoque dicens) *de iuſtit.& iure,libro 2.quæſt.17.ſectio.1.num. 1.& ſeqq.*

Et vtrùm per multum tempus reſtitutionem differens,multa committat peccata? † vel idem peccatum continuetur?vide per ſuprà relatos,præſertim *Molinam dictis locis,Ferdinand.Rebel.d.lib.2. quæſtion.17.ſection.2.per totam,* vbi pleniſsimè.

4 Præcepta autem negatiua obligare † ſemper,& pro ſemper, notant *D. Thom. 2.2.quæſt.33.art.2.Archidiac. in capit. Si peccauerit,2.quæſt.1.Abb.in capit.Nouit, num.36 de iudic.Martin.Nauar. in manual.cap.17.num.54.& 61.Zeual.vbi ſuprà num.3. Petr. Binſfeld. in tract.de iniur.& damno.dat. in rubric.2.part. notabil.6.*

Paupertas tamen à reſtitutione ſtatim facienda † eum,qui animum deliberatum reſtituendi habet,excuſat,*text.in d.c.114. q.6.in capit.Quamquam de vſur.in 6. vbi gloſ.& in capit. Cum tu,eod.tit.gloſ.Dyn. & Anchar.in d.cap.Peccatum,vbi* etiam *Cou.1.p.in prin.n.2. D.Thom.2.2.d.q.62. art.*

*articulo vltim. Sylueſt. verbo, Reſtitutio, quæſt.5.numero 2. 3. 4. & 5. Ioann.Gut. d capit.40.numero 3.Ludouic. Molina de iuſtit.& iur.lib.3.d.tractat.2.diſput.754. num.2.* latè *Pater Ferdinand. Rebello de oblig.iuſtit. lib.2. quæſt.17.ſectio.4.* communem dicens. Nemo enim ad moraliter impoſsibile, neque ad id, quod proprias excedit vires, tenetur, ſatisque eſt quoad Diuinam Maieſtatem, vt quilibet, quod in ſe eſt, ad emendationem faciat.

Quod etiam ſi quis ſe reſtituturum, vel
6 quid aliud facturum iuraſſet, † ſi propter paupertatem, vel impotentiam reſtituere, aut facere nõ poſsit, procedere, eſt *text. in cap. Querelam,10.& in capit.Breui,17 de iureiurãd. & vtrobiq; gloſ.* alia, *verbo Intereſſe,* alia, *ver. Facultas.* Neceſsitas enim à periurio excuſat, *d.iurib ſup.& capit.Si nulla,22.quæſt.8. cap.Presbyteros,50. diſtin.Hoſtienſ.in d.cap. Querelam, num.1. in fin, vbi* etiam *Bald.numero 4.Alexand. de Neuo num.3.Doct.in capit.P.& G. de offic.& poteſt.iud.de leg.Bald.in §.Porro, numero 5.verſiculo, Deinde nota. Quæ fuit prim.cauſ.benefi. amitten. Octauia. Oſaſc. deciſione Pedemont. 92. numero 35. Hieronym.Grat.reſponſo.121.numero 4.libro 1.Seraphin.de priuileg.iuram.priuileg.74 numer.542. Proſper Farinat. de falſitat. quæſt.160.nunero 130. Anton Hering. de fideiuſſorib. cap.19.numero 13.Tiber.Decian.tractat.crimin.lib.6.cap.11.num.17. Stehan.Gratian. deciſ.34. num.21. & 22. Gregor.Lopez in l.33.tit.18.par.3.gloſ.1. in fin. Sebaſtian. de Medic. de caſib. fortuit.part.2.quæſt.4.num.36.*

Niſi difficultas, ſeu impotentia ſeruan-
7 di iuramentum, † iurantis culpa fuerit cauſata. Ita limitant *Ioann.Bologn.in l. Si quis maior, numero 10. verſiculo, Secundo caſu, in fin. C.de tranſact.* poſt *Bald. Ang. Abb.* & alios, de quibus per eum ibi, *Farinat.vbi ſuprà, num.131. Seraphin. d. priuileg.74.num.208.*

Vel niſi tempore præſtiti iuramenti † de difficultate, ſeu impotentia conſtaret, niſi ex proxima, & rationabili cauſa crederet iurans ſe illud poſſe adimplere, *Alex. de Neuo* (alios referens) *in d.capit. Querelam, numero 3.& ſequenti, de iureiurand. Seraphin ſuprà num.207. Vincent. Mancin.in tract. de iuram par.5. effect.14.nu. 6.Farina d.loco, num.132.*

Ampliatur ſecundò ſuprà dicta principalis concluſio, vt non ſolùm grauiſsima, vel extrema paupertas, aut neceſsitas à reſtitutione ſtatim facienda, ſed etiam grauis
9 † excuſet, quando non niſi cum magna difficultate reſtitutio poſſet fieri, quia tũc eam differre licet, ſecundum *Caietan. Armil. & Gabriel.* quos refert, & ſequitur *P.Ferdinand.Rebello de obligat. iuſt. lib. 2.quæſt.17.ſect.4.num.21.*

Magna autem debitoris difficultas, grauis iactura, vel detrimentum, ex perſona-
10 rum conditione † cognoſcitur, inducitur-que. Quia ſi vir nobilis ſit, nec ſtatim ſoluere, niſi ſe omni famulorum obſequio, atq; equorum priuet, poſsit; ſuique conſimilium cogatur abſtinere conſortio: vel ſi ciuis primarius, non niſi ita ſe priuet, vt artẽ mechanicam ſibi inſuetam, ſubire: vel manuales operas exercere cogatur; differre reſtitutionem, donec abſque ſtatus ſui iactura poſsit, licebit. Neque vt reſtitutio ſtatim fiat, multo minus quàm valeant, ſua bona vendere, vel aliud ſimile graue pati detrimentum compellitur. Vt quia ſibi inutilis foret ars, ex qua ſeque familiam ſuam alit, vel ſi inſtrumenta, libros, aut capitale, cum quo lucratur victum, cogeretur vendere. Quibus quidem caſibus differri reſtitutionem poſſe; tenent *Scot. in 4.ſent.diſt.15.quæſt.2.art.4. D. Anton. in ſum.2.part.tit.2.cap.8.col.5. Caietan.2.2. quæſt.62.art.7. Dominic.Sot. de iuſtit. & iur.lib.4.quæſt.7.artic.4. Ioann.de Neap. quodlibet.9.quæſt.22. Sylueſt. verbo, Reſtitutio, 5.quæſt.3. Petr.de Anchar. in capit. Peccatum, de regul.iur.in 6.col.9. vbi* etiã *Didac. Couar. in princ. numero 2. Archidiac.in cap.Si res,14.quæſt.6. Ioann.Lup. in repet.cap.Per veſtras, de donation.inter vir.& vxor.§.65.numero 50.& 51. Gaſp. Baeça de inope debitore, cap.1.numer.52. Martin.Nauar.in manual. cap.17. num. 56. Ioan Gutier.Canoni.lib.1.d.quæſt.40. numero 7. Marta deciſſiue voto 18.numero 2.& ſequentibus, Iacob. de Graf. in deciſ conſcient.capit.32 part.1.lib.1.nu.16.* referens *Nauar. in manuali cap.26. num. 2. & cap.27. num.47.48.& 73. P. Ferdinand.Rebello de oblig.iuſt.d.lib.2.q.17. ſect.4 num.22.& 26. Lodouiuic. Molin. de iuſt.& iur.lib.3. tract.2.diſput.754. nu.2. col.3 verſiculo, Quando detrimentum, el 2. Thom.Sanch.in præcept. Decalog libro 2. cap.20.num.19. Leonard. Leſsius de iuſt.& iur.lib.2.cap.16.dubio 1.numer.15.21.22. & 25.* Vbi verum intelligit (quod ſcilicèt quis ratione ſtatus ſui à reſtitutione ſtatim

facienda excuſetur) ſi ſtatum ſuum iuſtè
11 † obtineat, ſecùs ſi iniuſtè, rationem ibi reddens.

Quæ ſententia (ſecundum communem) ampliatur procedere, non ſolùm vbi debitum ex contractu, vel cauſa iuſta prouenit;
12 ſed etiamſi ex delicto, † vel cauſa iniuſta, vt furto, rapina, & ſimilibus deſcendat: adhùc enim in ſuperioribus caſibus poſſe reſtitutionem differri, eſt ſententia *D. Antonini in d. 2. par. capite* 8. *col.* 4. *Nauar. d. capit.* 17. *numero* 56. *Couar. in d. capit. Peccatum, in principio, numero* 2. *verſic. Nec enim ad hanc excuſationem, Mart. d. voto* 18. *numero* 11. firmant aſſeuerant er *Molina d. diſputation.* 754. *num.* 2. *col.* 4. *verſiculo. Dubium autem eſt, Leſsius d. lib.* 2. *dubio* 1. *capit.* 16. *numero* 19. *&* 22. tenendam dicit *Gutier. d. capite* 40. *num.* 12. *verſiculo, Non deſunt, in fin. Petr. Ferdinand. Otero diuerſar. quæſt. iur.* 1. *par. quæſtio.* 27. *numero* 7. *&* 8. vbi quòd vſurarius in foro animæ vltra id quod facere poteſt non tenetur, quòdquè publicè hanc fuit ſequutus ſententiam, *Ioann. Maria Nouar. in collect. ſuper pragm. Regni Neapol. collect.* 230. *num.* 11.

Licèt contrarium in hoc caſu tenuerint *Caieta. verbo, Reſtitutio, quæſt.* 6. *Sot. dicto libro* 4. *quæſt.* 7. *art.* 4. quibus etiam aſſentit *P. Ferdinand. Rebello de obligat. iuſtit. d. lib.* 2. *quæſt.* 17. *num.* 23. Contra quos aſſerunt omnes proximè relati, firmiorquè aduerſa redditur, ac tenenda opinio.

Ex quibus plurium iurium infertur, deducitur què interpretio. Intellectus in pri-
13 mis ad *Concil. Trident.* † *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 12. quod contra detrahentes decimas, ita ſtatuit. *Detrahentes decimas excõmunicentur, neque ab hoc crimine (niſi plena reſtitutione ſequuta) abſoluantur.* Vt intelligatur, *ſi commodè* (iuxta ſuprà dicta) *reſtituere poſsint.* Ita in terminis tenent, & declarant *Martin. Nauar. in manual. Latin. cap.* 17. *num.* 59. *Molin. de iuſt. & iur. tomo* 3. *diſputatio.* 756. *in fin. Emmanuel Rodriguez in* 1. *tom. ſummæ in* 2. *editione, capite* 87. *numero* 8 *Henriq. lib.* 13. *de excõmuni. cap.* 28. *numero* 1. *in comment. litera R.* quos refert, & ſequitur *P. Thom. Sanchez d. cap.* 20. *lib.* 2. *num.* 19.

Infertur ſecundò declaratio ad text. in
14 † *Clement.* 2. *de hæretic.* vbi Inquiſitoribus, vel Commiſſarijs, & alijs, ne prætextu officij Inquiſitionis, quibuſuis modis illicitis pecuniam extorqueant, ſub excõmunicationis ſententia ipſo facto incurrenda iubetur. *A qua non poſsint abſolui. præterquam in mortis articulo, donec illis, à quibus extorſerint, plenè ſatisfecerint de pecunia ſic extorta. Nullis priuilegijs, pactis, aut remiſsionibus ſuper hoc valituris.* Si tamen propter paupertatem Inquiſitores, vel Commiſſarij extortam pecuniam reſtituere non poſsint, ab inferiore extra mortis articulum poſſe abſolui, tenuit *gloſ. ibid. verbo, Satisfecerint, Cardin. numero* 5. *Imola numero* 7. *Bonifac. de Vitalin. numer.* 92. *Tabiena verbo, Excõmunicatio,* 5. *caſu* 4. *quæſt.* 17. *numero* 18. *Sylueſt. verbo, Excõmunicatio,* 9. *caſu* 42. *numero* 8. *Martin. Nauar. in ſumm. Hiſpanic. cap.* 27. *numero* 143. *& in Latin.* 142. refert, & ſequitur *Sanchez ſuprà* (aduerſ. *Suar.* ibi adductum) tenetque dictam ſententiam *Proſper Farinat. in tract. de hæretic. quæſt.* 185. §. 7. *num.* 142. *& num.* 143.
15 Vbi etiam *num. ſeq.* quis hodie † poſsit ab huiuſmodi excommunicatione Inquiſitores abſoluere, tradit.

Deducitur tertiò declaratio ad *Motum*
16 *proprium* † *Clement. VIII. de largitione munerũ interdicta Religioſis*: Vbi abſolutio ante realem reſtitutionem recipiẽtibus à Religioſis munera, denegatur, in hæc verba: *Adeò vt reſtitutione ipſa realiter non facta, neque etiam in foro conſcientiæ abſolui poſsint.* Et ad *Motum proprium Gregorij XIII. de datis, & acceptis pro iuſtitia, vel gratia,* vbi ſic diſponit. *Nec quiſquam admittatur ad abſolutionis gratiam; niſi priùs erogatum eſſet pauperibus quantum ille dediſſet, vel recepiſſet.* Vtrumque enim *Si moraliter poſsit fieri reſtitutio*, intelligi debet. Ita interpretatur *Clementis VIII. Motum proprium Soſa in eius expoſitione, numero* 96. & *Gregorij XIII. Nauar. in comment. ipſius, numero* 38. *& P. Molina* (eundem *Motum prop. Gregor. XIII.* explicans) *de iuſtit. & iur. d. tom.* 1. *diſput.* 92. *col.* 3. *verſiculo, Pœnæ,* quando per abſoluendum fiat, quominus reſtituatur, intelligit. Sequitur *P. Sanchez* ſæpè *dicto num.* 19.

Non ſolùm autem ob paupertatem, vel impotentiam, magnumvè in proprijs bonis (modo iam dicto) detrimentum, differre reſtitutionem licet: ſed etiam (imò & à fortiori) vbi ex reſtitutione (ſi ſtatim fieret) magnum animæ † debitoris, vel ſuo-
17 rum immineret periculum: veluti ſi debitor, vxor, aut filij præ inopia veriſimiliter pe-

periclitarentur de peccato mortali, nevè vxor, vel filiæ ſe proſtituant, ne filij fiant latrones, nevè ipſe in deſperationem præ impatientia incidat, adeſſet timor: docent *D.Antonin.d.2.par.cap.8.Scot.diſtin.15. quæſt.2.§.vltim.Henriq.quodlibet.6. quæſtion.24.Mart.Nauar.d.cap.17.num.57.* quos refert, & ſequitur *P.Leonard.Leſsius d.libro 2.dub.10.cap.16.num.21.* communem dicens *P.Ferdinand. Rebello d. libro 2.quæſt.17.ſect.4.num.27.*

Idemque erit dicendum (differri ſcilicet reſtitutionem poſſe) quando abſque
18 famæ † notabili detrimento nequiret ſtatim fieri reſtitutio. Si enim notabile detrimentum in proprijs bonis externis ab obligatione ſtatim reſtituendi excuſat: longè maiori cum ratione notabile detrimentum in bonis altioris ordinis (vt in fama, vita, ac corporis ſalute) excuſabit. Ita *P.Molina de iuſtit.& iur.d.libro 3. tomo 2.diſput.754.numero 2.col.4.verſiculo, Sicut autem,* & communem dicens *P.Rebel. vbi ſuprà, ſect.3.num.19. & 20.* vbi limitationem vide.

Aliquibus autem modis venit intelligenda, ac limitanda ſuprà tradita principalis concluſio, vt procedere poſsit, differreque reſtitutionem liceat.

Primò enim requiritur vt procedat,
19 quòd non lautè, † & ſumptuoſè, ſed valde moderatè, ac parcè debitor viuat; id ſolum expendens, quod ſibi, ſuiſquè abſque magna ſtatus ſui indecentia neceſſarium eſt; vt tenent omnes ſuprà in principio adducti.

Secundò prædictam principalem concluſionem procedere, limita, & intellige, ſi magnum detrimentum ex retardatione ſolutionis, vel reſtitutionis creditori non
20 ſequeretur, † ſecùs ſi ſequeretur: vel ſi in eadem, ſimili, aut paulò minori indigentia creditor exiſteret, eique rei familiaris, & ſtatus ſimile immineret periculum. Tunc enim (licèt cum prædicto debitoris incõmodo, & detrimento) reſtitutio ſtatim facienda eſt. Ita tenent *Sylueſt.d. verbo, Reſtitutio, 5.quæſt.4.verſiculo, Quartò quæro, Marta d.deciſ.18.numero 8.& 10.* eſtquè communis Doctorum ſententia, ſecundum *P.Leſsium d.libro 2.dubio 10.num.15.19. & 31. Molina d.libro 3.diſputation.754. numero 2.verſiculo, Quando verò, Gutier. d.quæſt.40.num.10.* Quia in pari neceſsi-
21 tate † potior eſt conditio creditoris, vt not. *Leſsius d.numero 19.* Id tamen in extrema † neceſsitate limitans. Quia in pari
22 extrema neceſsitate potior eſt conditio poſsidentis. Licèt *Scot. Ricard.& Palud.* (de quibus per *Sylueſt.vbi ſup.quæſt.2.*) in pari neceſsitate etiam extrema, ſtatim eſſe reſtitutionem faciendam, teneant. Quod intelligit *Nauar.in manual.d. capite 17. numero 60.* de re aliena ſtante, vt reſtitui ſtatim debeat. Cum quo etiam *Ioann.Gutierrez d.libro 1.Canonic.capit.40.numero 5.& 12.*

Imò *ſuprà numero 20.* addit *P.Leſsius*,
23 etiam in graui † neceſsitate, in qua ratione morbi, famis, vel nuditatis, ſit conſtitutus debitor, non ſtatim reſtituere debitorem teneri, etiamſi creditor in parem neceſsitatem inciderit, modò debitor illum in eam non coniecerit, ſiue ex furto debitum ſit ortum, ſiue ex contractu, probabile, & fortè verius dicens; melioremque non ſolùm in extrema neceſsitate, ſed etiã in graui, poſsidentis videri conditionem; comprobans.

24 In rei itaquè ſolùm familiaris, † vel ſtatus indecentiæ equalis, vel paulò minoris periculo, potiorem creditoris conditionem eſſe; ſtatimquè reſtitutionem faciendam, tenet *idem ipſe Leſsius ſup. dicto numero 31.* Non enim (ſecundum eum) tantùm iuris iactura rei familiaris, quãtum extrema, vel grauis egeſtas tribuit.

Si autem reſtitutioni obnoxia res extat,
25 † nec debitor extrema laborat egeſtate, ſtatim eam reſtituere tenetur, licèt ſtatum mutare cogatur. Reſtitutionis enim tunc admittitur dilatio, cum in re propria damnum quis patitur: ſecùs in re aliena, quando ipſa extat; ex ſententia *Fratr. Angles in ſuis florib.Theolog.quæſt.in quæſt.de reſtitutione, pag.158.* quem ſequitur *Ioann. Gutier.d.cap.40.numero 12.* qui in hoc caſu, in extrema etiam neceſsitate idem cenſet.

Limitari tertiò etiam principalis concluſio poteſt, vt licèt res non extet, ſtatim reſtitutio facienda ſit, etſi graue damnum in rebus proprijs, aut ſtatus patiatur debi-
26 tor, ſi eo animo † rem conſumpſit alienã, vt à reſtitutione excuſaretur, veniæquè conſequendæ ſpe. Cum grauiùs peccet, ac puniatur, qui venię ſpe delinquit, *text. in cap.Illud, de cleric.excommunic. depoſ. & ibi Abb.numero 5.cap.1.& ibid. Abb. de immunitat.Eccleſ.cap. Quando quis, de conſecr.diſtinct.4.* Et in terminis hanc tenet ſententiam *Dyn.in d.c.Peccatũ, nu.11.*

de

*de regul. iur. in 6.* Cuius quidem authoritate *Ias. in §. fin. num. 20. inſtit. de actionib.* dixit, † eum qui ſub ſpe ceſsionis bonorum contrahit, ad eam non admitti, vbi *Bartolũ* quoq; allegat *in l. 1. §. 1. D. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſſus ſit*, de Præfecto vrbis Romæ multa propterea contrahente debita, quòd Imperator nouiter creatus in eius aduentu habeat debita contracta diſſoluere, referentem. Pro quibus & dicta à Nobis *quæſt. 54.* faciunt, pluraquè tradit *Maſtrill. in comment. ad indult. generale, cap. 6. nu. 6. & ſeqq. & Scacci. de cõmerc. §. 7. gloſ. 5. num. 151. & ſeqq.*

Sed ſi quis alienam rem non eo animo, mente, & ſpe conſumpſerit; ſed quia conſtitutus in graui erat neceſsitate, eaque indigebat, ac vere pauper erat, ad reſtitutio-
28 nem † poſtea etiamſi ad pinguiorem deuenerit fortunam, non teneri, improbabile non eſſe dicit *Sylueſt. verbo, Furtum, quæſt. 5. P. Leſsius d. lib. 2. capit. 16. dub. 1. num. 18.* alios etiam referens, idem (ex *Angel. de Claua. in ſumm. in verb. Furtum, num. 37. Tiraquel. de cauſ. ceſ. limitation. 12. num. 1. Claro in §. Furtum, numer. 25.* & alijs) tenet *Nicola. Intrigliol. ſingul. 6. num. 3. lib. 2.*

Qua de re videndi *Didac. Couar.* & ab eo relati in *d. capit. Peccatum, 2. part. §. 1. numer. 4.* latè *Hieronym. Ceual. commun. contra commun. quæſt. 729. per tot.* vbi pro vtraque parte plures rationes, iura, & authoritates adducit, *Petr. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 39. num. 11. & ſequentibus, Ioann. Baptiſt. Lup. de vſur. comment. 4. §. 4. num. 64.* & plures relati per *Cened. ad Decretum, collect. 48. num. 5.*

## VTRVM A SOLVTIONE mercedis, vel ſalarij aliàs debiti, excuſet paupertas?

## *SVMMARIVM.*

1 Labor ſine mercede eſſe non debet. Et omne officium exigit ex honeſtate pecuniam.

Nemo ſuis ſtipendijs militare cogitur. ibid.

2 Parochus pauper etiamſi proprijs manibus victum quærere valeat, an & quaſi liter diuina officia parochianis ſubtrahere, denegareque ob non præſtitas oblationes poſsit.

3 Iudicibus laboris ratione ſportulæ etiam præter ſalarium, tam apud *Hiſpanos*, quàm alios debentur, ſoluunturque. Ampliatur num. 4. 5. & 6.

7 *Aduocatis*, cauſarumque Patronis pro modo litis, fori cõſuetudine, Aduocatique facundia, congruum debetur ſalariũ. *Amplia n. 13.* & ſeqq. vſq; ad n. 20.

8 *Aduocatus* cui benè non ſatisfit, benè ſtudere non poterit.

9 *Aduocatorũ* labor vix æſtimationem recipit.

10 *Aduocatus* non debet ab incepto patrocinio deſiſtere, cauſamque deſerere.

11 Et qualiter Aduocatus, vel Patronus cauſam deſerens puniatur?

12 Limita num. 12.

20 Filiusfamilias Aduocatus de ſalario, vel lucro ex aduocatione quæſito liberè teſtari poteſt. Nec vſumfructum patri adquirit, nec poſt patris mortem cum fratribus illud conferre tenetur.

21 *Aduocati* in teſtando de tali ſalario, vel lucro militari potiuntur priuilegio, etiamque poſt pupillarem ætatem in eo ſubſtituere poſſunt.

22 Procuratores, Notarij, & Tabelliones licitè pro ſuis ſcripturis, & labore pecuniam exigunt, & eis alijſque officialibus ſalarium debetur. *Ampliatur*, numer. 23. & 24.

25 Medico pro labore, non pro ſanitate reſtituta, ſalarium debetur. *Ampliatur* num. 28. 29. & 30.

29 Iuſtior quàm aliorum Profeſſorum eſt Medicorum cauſa.

27 Magis Medicis pro ſalario, quàm Aduocatis fauendum eſt.

31 Medicus, qui à principio gratis curare nõ incœpit, an poſsit infirmum, ſi ſibi ſalarium non ſoluatur, deſerere?

32 Magiſtris pro docendi labore ſalariũ, merceſquè debetur. Et qua actione Medicus, vel Magiſter pro ſalario conſequendo agat? ibi remiſsiuè. *Ampliatur* num. 33. & 34.

35 Pro ſalario ab Vniuerſitate Doctori, vel Magiſtro legenti conſtituto, bona ipſius Vniuerſitatis tacitè cum priuilegio prælationis ſunt hypothecata. & n. 38. Limita num. 39. *Amplia* num. 40.

36 Cauſa dotis, & ſtudij æquiparantur.

37 Inſtrumentum continens Doctoris ho-

honorarium prius celebratum (ſicut dotale) præſumitur.

40 Aduocatus pro ſalario litis, quam defendit in re illa etiam creditoribus anterioribus habentibus expreſſas hypothecas præfertur.

41 Pauper ſportulas Iudici ſoluere nō tenetur, nec ab eo exigi poſſunt. Pauperis cauſa de plano, & ſine expenſarum, vel ſportularum ſolutione expediri debet, ibid.

42 Nec etiam à volentibus, ſponteque offerentibus ſportulæ accipi debent.

43 Aduocati gratis pro pauperibus poſtulare tenentur. Ampliatur num. 44. & ſeqq. ad 50. incluſiuè. Intellige, vt num. 53. Limitatur numer. 51. & ſeqq. vſque ad num. 58. excluſiuè. Aduocati in Hiſpania cum ad exercitium aduocationis admittuntur, pauperes, viduas, & orphanos defenſuros ſe iurant, ibid. & num. 43.

58 Victus an victori in expenſis, quas non fecit, quia Aduocatus, Procurator, vel alij Officiales eum gratis iuuarunt, teneatur? remiſsiuè.

59 Et quid in Aduocato, qui propriam ipſe cauſam defendit, vel alius pro eo gratis patrocinatus eſt? remiſsiuè.

60 Procuratores gratis pauperes adiuuare debent, ſalariatiquè ſicut Aduocati exiſtunt.

61 Notarij, ac Tabelliones gratis pauperibus ſcripturas, & acta conficere, ac exhibere tenentur. Ampliatur numer. ſeq.

63 Nuntij, & Executores gratis pauperibus inſeruire tenentur. Si tamen in cauſa pauperes obtinuerint, ſumptus in executione factos refundere, ac reſarcire debent.

64 In cauſis pauperum ad Magiſtratus eius loci, ſub quo teſtes domicilium habent, vt eos recipiāt, ne pauperes grauentur, conſueuit Camera commiſsiones decernere.

65 Medici gratis pauperes curare debent. Ampliatur num. ſeq. Et an ad reſtitutionem eius, quod à paupere acceperunt teneantur? ibid. Et quę ad prædictam obligationem concurrere debeant? ibid. Qui poteſt languentem à morte liberare, nec liberat; mortem videtur infligere. ibid.

67 Magiſtri, ac Præceptores pauperes diſcipulos gratis docere debent.

68 Pauper incarceratus cuſtodiæ expenſas, ſalariumquè ſoluere non debet. Et qualiter circa id iure prouideatur Regio?

69 Legatus Papæ, Epiſcopus, vel alius Prælatus Eccleſias, diœceſimquè viſitans, à pauperibus Clericis procurationem exigere non poteſt.

70 Procurationes huiuſmodi (ſi à pauperibus non exigantur) licitæ ac debitæ omnino ſunt, nec longiſsimo temporis ſpatio ab earum præſtatione exemptio præſcribi poteſt.

71 De iure Regio Fori legum, vniuerſali Hiſpaniæ conſuetudine comprobato, pro adminiſtratione rerum, perſonęquè pupilli decimā pars fructuum bonorum illius, tutori debetur.

72 Niſi pupillus pauper ſit, vixquè ipſius redditus ſibi alendo ſufficiant.

## QVÆST. XXVIII.

1 LAborem ſine mercede eſſe, † nec Natura patitur, nec Ius; *text. in auth. De iudicibus, §. Si quis autem, verſ. Ne autem collat. 6. text. in l. fin. C. de ſtatu. & imaginib. propefin. text. in cap. Cùm ſecundum Apoſtolum, 16. extra de Præbend. & Dignit. text. in capit. Ex his, 12. quæſt. 1. text. in cap fin. 7. quæſt. 1.* vbi etiam not. *gloſ. 1. & gloſ. in cap. Charitatem, 12. quæſt. 2.* Dignus namquè eſt operarius mercede ſua, *Paul. ad Timoth. epiſt. 1. cap. 5.*

Nec ſtipendijs proprijs militare quis cogitur; *text. in capit. Iam nunc, 8. §. fin. 28. quæſt. 1.* latè *Andre. Gail. practic. obſeruat. lib. 1. obſeruatio. 151. numer. 10. & ſequenti.* Omnēquè laborem præmium exigere, dixit *Hippolyt. de Marſil. ſingul. 693.* & eſt *text. in capit. Ad noſtram, 11. de reb. Eccleſ. alien. vel non.* Diciturquè Sapientiæ 3. *Bonorum laborum gloriosus eſt fructus.* notat *Ioan. à Capiſtrano in ſpeculo conſcientiæ, num. 265.* Et omne officium exigere ex honeſtate pecuniam, dixit *Bald. in l. 2. numero 3. C. de oper. libert. Cornel. Benincac. de paupertat. ſpeciali 1. in iudicijs, numero 2. & 3.* Noſquè fuſè *quæſt. 6. ex numero 40* cum plurimis ſequentibus, *& numero 84. Franciſc. Auiles in capit. Prætor. cap. 17. verb. Meneſtrales, num. 1. & 2.*

Idquè adeo procedit, vt dixerit *gloſſa* ſingularis in *capit. Omnis Chriſtianus, de conſecrat. diſt.* 1 *gloſ.* 1. quòd ſi parochiani pauperi Parocho oblationes non præ-
2 ſtent, † poterit Parochus diuina officia illis denegare: quam pro notabili allegat *Decius in cap. Cùm inter, numero* 54. & 55. *de exceptionib.* id procedere addens, licèt Presbyter ſuis manibus victum quærere poſsit, quem ſequuntur multi alij relati à *Ioann. Gutier.* ſtatim referendo *Hippolyt. de Marſil. ſingul.* 682. *Cornel. Benincac. vbi ſupra numero* 4. Et eſt hodie *text.* expreſſus de iure Regio *in l.* 9. *tit.* 19. *part.* 1. ibi: *Pero puedelos conſtreñir deſta manera, non les diziendo las horas.* & ibi *Gregor. Lopez gloſ.* 1. vbi tamen (ex *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 86. *art.* 1. *in fin.*) huiuſmodi ſubtractionem Sacramentorum non per ipſum Sacerdotem (ne pro Sacramentorum exhibitione aliquid exigere videatur) ſed per Superiorem vult eſſe faciendam. Ita etiam *Didac. Couar. variar. reſolut. lib.* 1. *capit.* 17. *numer.* 3. *verſiculo, Illud tamen eſt conſiderandum, Azeued. in l.* 1. *titulo* 5. *num.* 9. *lib.* 1. *nouæ Reg. Collect. Ioann. Gutier. Canonicar. quæſt. lib.* 2. *capit.* 21. *numer.* 152. *Anton. à Padilla de reddit. Eccleſ.* 3. *par. cap.* 4. *numero* 12. Et videtur *text. in d. l.* 9. *par. in fin.* Prædictam gloſſam tunc demum poſt admonitionem, & excommunicationem propter non ſolutas oblationes intelligit, procedereque dicit *Benincac. de paupertat. ſpeciali* 6. *in iudicijs, num.* 17.

3 Laboris quoque ratione Iudicibus † ſportule debentur, iuxta *text. in §. Tripli, inſtitut. de actionibus, authentic. Vt Iudices ſine quoquo ſuffrag. §. Volumus, collat.* 2. *authentic. De Iudicib. §. Ne autem circa hoc labor, collat.* 6. *authent. Offeratur, C. de lit. conteſtat. Iaſ. in d. §. Tripli, numero* 46. *Roland. à Valle conſ.* 87. *num.* 1. *& ſequentibus, lib.* 2. *Ioan. Baptiſt. Coſta de ratione ratæ, quæſt.* 86. *per totam, Franciſc. Bimius conſilio* 103. *lib* 2. *Garſia Maſtril.* (alios referens) *de Magiſtratib. lib.* 1. *capit.* 22. *numero* 1. vbi, quòd quaſi in omnibus partibus nondum ſalarium, ſed etiam ſportulæ debentur. Et ex *Hiſpaniæ* legibus præter ſalariũ, quod Iudicibus Ordinarijs (vt *quæſt.* 6. *nu.* 87. diximus) conceditur; etiam huiuſmodi conſtituuntur, deſignanturquè ſportulæ *tot. tit.* 10. *lib.* 3. *nouæ Reg. Collect.*

4 Infirmo † quoque, vel cum cauſa, licentiaquè abſenti debetur Iudici ſalariũ. De infirmo diximus *quæſt.* 6. *num.* 93. In eo, qui licentiatus recedit, eſt *text.* ſingularis, & expreſſus in *l. Hac lege,* 14. (ibi: *Vt qui liberam proficiſcendi licentiam prænunciatione commeatus adepti fuerint, ſine qualibet ſtipendiorum, aut emolumentorum deductione peregrè degãt.* vbi etiã not. *gloſ. verb. Deductione, & Bart.*) *C. de proximis ſacrorum ſcriniorum, cæteriſq; qui in ſacris ſcrinijs militant, lib.* 12. *gloſ.* etiam *in l. Deſertorem,* 3. *§. Si ad diem, verb. Commeatus, D. de re milit. Bald. in l. Si ea conditione, C. de condit. inſert. in fin. Ludouic. Roman ſingul.* 453. *Dec. conſil.* 70. *num.* 2. *prope fin. verſ. Nam certum eſt, Ioan. Bolognet. conſ.* 71. *num.* 5. *Franciſc. Ripa in tract. de peſte, tit. de priuileg. cont. cauſ. peſt. num.* 121. *Pariſ. de Pute. in tract. Syndicat. verb. Licentia, numer.* 3. *Roncagal. in l. Nemo eſt, numer.* 30. *D. de duob. reis, Ioann. Cephal. conſ.* 70. *num.* 4. *& conſ.* 71. *nu.* 12. *lib.* 1. *Petr. Surd.* (alios referens) *conſ.* 42. *num.* 1. plenè *Marc. Anton. de Amat. deciſſiue, caſu* 52. *à num.* 8. *cum ſequentibus, Ioan. Maria Nouar. in praxi election. & variatio fori, quæſt.* 35. *num.* 13. *ſect.* 2.

5 Iudicequè ante anni finem mortuo, † integri anni eius hæredibus debet præſtari ſalarium, *text. in l. Diem functo,* 4. (vbi not. omnes) *D. de offic. Aſſeſſor.* optimi *text. in l. Si quis in ſacris,* 11. *ad fin. C. de proxim. ſcrin. lib.* 12. *& in l. fin. C. de domeſt. & protect. eod. lib.* 12. *& in l. Poſt duos,* 15. *C. de Aduocat. diuerſor. iudicior. & in l.* 3. *C. de agentib. in reb. lib.* 12. *Amodæ. Iuſtini. de Caſtello in tract. de Syndicat. num.* 107. *Pariſ. de Pute. in eod. tract. de Syndicat. verb. Si officialis, num.* 1. *&* 2. *Petr. Surd.* (communem dicens) *d. conſ.* 42. *num.* 3. *Ioan. à Capiſtran. in ſpeculo conſcient. num.* 56. *Petr. Laudenſ. in tractat. de priuileg. Doct. quæſt.* 4. *numero* 13. *circa med.*

6 Etiamquè ſi partes inter ſe concordauerint, † à litequè deſtiterint, ac ideo ſententiam non tulerit, ſi vt eam ferre poſſet, ſtuduerit, per eumquè quominus ſententiam proferret, non ſteterit; ſalarium percipiet iudex. Ita (poſt *Bart. Bald. Ioan. Andre. & Nicol. de Neapol.* ibi relatos) tenet *Iaſ. in d. §. Tripli, num.* 58. *inſtitut. de action. ib.* vbi etiam *eius Addit. litera K. Hippolyt. de Marſil. ſingul.*

693. *Ioann. à Capiſtran. vbi ſuprà num.* 56. *Decius d. conſ.* 70. *num.* 2. *prope fin. & conſ.* 108. *numero* 15. *Vincent. Carot. tractat. de locat. quæſt.* 8. *tit. de fructib. & lit. expenſ. numero* 14. vbi de communi, & ita de facto in quadam cauſa, in qua fuit habitus actus pro conſeruato, quo pendente, fuit allegatus ſuſpectus Iudex; & aperitio alteri commiſſa, vidiſſe teſtatur. Eoquè caſu ſportulas priori iudici deberi (ſtante quòd ſtuduerit, & laborauerit) ſtatuit. Sæpèque de facto in litibus coram Iudicibus Ordinarijs illiteratis agitatis contingit; quarum determinatio, vel deciſio literatis committitur, qui frequenter poſt conſumptum tempus, impenſumquè laborem recuſari à parte ſolent: quibus laboris ſalarium ſoluendum, haud dubium eſt, vidiquè ſolutum non ſemel. Deberiquè profitetur, deciſumquè extat apud *Anton. Fab. in ſuo Cod. defin. libro* 3. *titulo* 2. *defin.* 1. *numer.* 1. *& definit.* 8.

7 Aduocatis † quoque cauſarumquè Patronis pro modo litis, Fori conſuetudine, Aduocatiquè facundia congruum debet præſtari ſalarium; *text. in l.* 1. *§. In honorarijs* (& ibi communiter Doctores) *D. de var. & extraordin. cognit. capit. Non licet*, 11. *quæſt.* 3. *capit. Non ſane*, 14. *quæſtio.* 5. *cap.* 1. *§. Nec etiam, vbi gloſ. de foro compet. lib.* 6. *gloſ. in l.* 1. *§. Ait Prætor, el* 1. *verb. Non habebunt*, D. *de poſtuland. & in l.* 1. *verbo. Conſtruxerint*, C. *de ſuffrag. & in capit. Statutum*, *§. Aſſeſſorem, verb. Moderando, extra de reſcript. in* 6. *& in cap. Decimæ, verb. Negotio, in fin.* 16. *quæſt.* 1. *Guid. Pap. quæſt.* 102. *& quæſtio.* 109. *Cornel. Benincat. de paupertat. ſpeciali* 1. *in iudic. num.* 1. *Capella Tholoſan. deciſ.* 481. *Franciſc. Marc. deciſio. Delphi.* 637. *num.* 11. *volum.* 1. *& deciſio.* 1061. *numer.* 1. *eod. lib. Camil. Borrel. in ſumma deciſ. titul.* 65. *de Aduocatorum officio, numer.* 52. *& ſequentibus, Flores Diaz de Mena variar. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 8. *§.* 1. *num.* 46. de iure Regio *text. in l.* 6. *& 14. tit.* 6. *part.* 3. *& in l.* 10. *& 11. tit.* 16. *lib.* 2. *nouæ Reg. Collect. & in l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 1. *Fori leg. vbi Alphonſ. de Montalu. verb. Si ayuda.*

Non enim, vt alienis quis negotijs intendat, familiares dimittere debet curas, vt inquit *Cornel. Tacit. libro* 11. *annalium*, relatus à *Borrel. ſuprà numero* 51. prope fin. Nec ſi non benè Aduocato

8 ſatisfiat, † benè poterit ſtudere, teſte *Cardinal. in Clement.* 1. *verbo, Excellentiſsimus, de reliq. & venerat. Sanctor.* quem ſequitur *Federic. Scot. conſilio* 27. *numero* 7. *libro* 4. *tomo* 2. *Mart. Nauar. in manual. Confeſſor. cap.* 25. *num.* 30. *in fin. Aluar. Pelag. de planctu Eccleſiæ, libro* 2. *capit.* 35. *Camil. Borrel. d. tit.* 65. *num.* 56.

Imò vix Aduocatorũ labor æſtimationem † recipit, *text.* ſingularis *in l. Si pater*, 35. *in fin. D. de donat.* notat *Hieron. Magon. deciſ. Florent.* 12. *num.* 1. 9

Vndè licet ab incepto patrocinio deſiſtere † non debeat; cauſamquè Patronus deſerere, iuxta illud *Ouidij de Ponto, lib.* 2. *Elegia* 6. *ad Græcinum*, 10

*Turpe referre pedem, nec paſſu ſtare tenaci,*
*Turpe laborantem deſeruiſſe ratem.*

Et Triſtium, lib. 5. Elegia 6.

*Fluctibus in medijs nauem Palinure relinquis;*
*Ne fuge, ne vè tua ſit minor arte fides:*
*Nunquid Achilleos inter fera præliafidi*
*Deſeruit leuitas Automedontis equos?*

Et ibi

*Turpiùs eijcitur, quàm non admittitur hoſpes.*

Elegans ad propoſitũ Pauli Iureconſulti reſponſum in *l. In commodato*, 17. *§. Sicut autem, D. commod.* ibi: *Neque enim impunè peritura deſeret, ſuſcepiſſet enim fortaſis alius, ſi is non cœpiſſet.*

Aduocatoquè, ac Patrono cauſam deferenti pœna † imponatur, nec ſalarium ſoluatur, vt (ex *Bald. & Pariſ. de Puteo*) tradit *Vincent. Carot. in tractat. de locato, quæſtione* 8. *titulo de fructibus, & litium expenſ. numero* 33. *folio mihi* 26. Hodieq; Aduocatum, vel Procuratorem non finientes cauſam pœnis iuris Regium feriat, in *l.* 22. *tit.* 16. *lib.* 2. *nouæ Reg. Collect.* 11

Niſi poſt incœptam cauſam † iniuſtam eſſe, cognouerint, quia non ſolùm tunc eam poſſunt; ſed tenentur deſerere, *textus in l. Rem non nouam*, 12. *§. Patroni autem* (ibi: 12

*Sed & ſi certamine procedente aliquid tale ſibi cognitum fuerit, à cauſa recedent, ab huiuſmodi communione ſe penitus ſeparantes*) *C. de iudicijs, & in d. l. 22. nouæ Collect. Alphonſus de Montalu. in d. l. 1. titulo 9. libro 1. Fori leg. verbo, Bozero.* Optimè *Horat. epiſtol. lib. 1. epiſtol. ad Lollium.*

*Ergo*

*Quem ſua culpa premet, deceptus omitte tueri.*

Expreſsiùs Quintilianus inſtit. orator. libro 12. capit 7. *Neque verò pudor obeſt* (inquit) *quominus ſuſceptam cum melior videretur, litem, cognita interdicendum iniquitate, dimittat, cum priùs litigatori dixerit verum. Nam & in hoc maximum (ſi æqui iudices ſumus) beneficiũ eſt, vt non fallamus vana ſpe litigantem.* & ibi, *Et certè non conuenit ei, quem oratorem eſſe volumus, iniuſta tueri ſcientem.*

Si tamen de ſalario Aduocato, Patronoquè pars non ſatisfaciat † (quantumcunque iuſta ſit cauſa) poterit eam dimittere, ac etiam aduerſario fauere, ex ſententia *gloſſæ, verbo, Præſtare, in fin. in l. 1. C. de Aduocat. Fiſci*, quam ſequuntur *Amanel. de Claris aquis ſingul. 253. Franciſc. Marc. deciſione 644. numero 3. part. 1. Petr. Cened. in collect. iuris Canonic. collect. 28. numero 19. part. 1.* eleganter ad propoſitum M. Fabi. Quintilian. inſtitut. orat. dicto libro 12. capit, 7. *Nec enim video* (inquit) *quæ iuſtior adquirendi ratio, quàm ex honeſtiſsimo labore, & ab his, quibus optimè meruerint: Quique ſi nihil inuicem præſtent, indigni fuerint defenſione.*

Idquè etiam in Aduocato Eccleſiæ, † qui ſi eam adiuuare promiſit, ſalarium tamen ei non præteſt Eccleſia, denegare illi ſuum poterit patrocinium, vt tenet *Bald. in capit. Breui, numero 3. de iureiurando, Vincent. Carot. de locat. d. quæſtio. 8. titulo de fruct. & lit. expenſ. numero 10. Borgnin. Caualcan. deciſ. 41. nu. 46. par. 1.*

Proquè infirmitatis tempore † à principio conuentum ſalarium Aduocatis fore præſtandũ; tradidère *Matthæ. de Afflictis in conſtit. Regni Siciliæ, rubric. 82. de ſalarijs Aduocat. numero 6. Azeued. in l. 10. titulo 16. libro 2. nouæ Reg. Collect. numero 5. in fin. Ioann. Gutier. practicar. quæſtion libro 1. quæſtion. 22. numero 3. Flores Diaz de Mena variar. quæſt. lib. 1. quæſtion. 8. §. 1. numero 57. lege* etiam *9. titulo 8. part. 5.* ſtante.

Etiamquè ſi mortuus Aduocatus ſit, eius hæredibus † ſalarium anni incepti deberi, docent *Bart. in l. 1. §. Diuus, numero 12. D. de var. & extraordin. cognition. Cur. Iuni. in dicta l. Diem functo, numero 53. & ibidem Iaſ. numero 48. & Alciat. numero 15. D. de offic. Aſſeſſor. Sebaſtian. de Medic. in tractat. Mors omnia ſoluit, 3. part. numero 26. Ioann. Baptiſt. Villalobos in commun. opinion. verbo, Aduocatus, numero 66. & verbo Salarium, numero 4. Emmanuel Suarez in Theſaur. receptar. ſentent. verbo, Aduocatus, numero 102. & verbo, Mortui, numero 237. Flores Diaz de Mena d. §. 1. numero 53.* addens id per *d. l. Partitæ* correctum non eſſe, communemquè dicit, & ſequendam ſententiam *ibidem numero 54. & 55.* niſi ad certam cauſam Aduocatus eſſet ſalariatus, ex *Azeued. in l. 20. numero 4. titulo 16. lib. 2. nouæ Reg. Collect.* quo quidem caſu locum *Partitæ lex* habere poterit. In ſalariato verò pro anno, iuris communis diſpoſitio ſeruanda erit, vt tenent ſuprà adducti, & cum eis etiàm *Ioann. à Capiſtrano in ſpeculo conſcientiæ, numer. 56. Marcus Anton. Natta conſilio 452. lib. 2. Camil. Borrel. in ſumma deciſ. d. titulo 65. de Aduocatorum officio, num. 123. Ioann. Cephal. conſilio 70. numer. 4. volum. 1. Andre. Gail. practic. obſeruat. libro 1. obſeruat. 44. numero 12. Ioachin. Mynſing. ſingul. obſeruatio. centur. 2. obſeruatio. 8. Petrus Surd. conſil. 42. num. 3. lib. 1.*

Huiuſmodiquè ſalarium etiamſi partes amicabiliter ſe componant, deberi, † dixit *gloſ. verbo, Euentu, in l. finali, D. mandat.* quia finiuiſſe, vel viciſſe cauſam videtur, etiamſi alius tertius compoſuerit, vel quia per eum quominus vinceret, non ſtetit; ex *text. in l. In iure ciuili, 122.* (*vbi Decius numer. 1.*) *D. de regulis iuris, l. Iure ciuili, 24. D. de condit. & demonſtrationib.* docuit *gloſ. in l. vnica, C. de ſuffragio, verbo, Petere dubitaſſet, Guido Papæ quæſtione 102. numero 2.* vbi communem dicit, *Cagnol. in dicta l. Diem functo, numero 156. & 157. D. de offic. Aſſeſſor. Decius conſilio 70. num. 2. & conſilio 108. numero 5. Ludouic.*

*Ro-*

*Roman. conſilio* 85. *Cornel. Benincac. de paupertat. ſpecial.* 1. *in iudic. numer.* 6. *Caccialup. in tractat. de tranſactio. quæſtion. fin. numero* 8. *Cæſar Contard. ad leg. vnicam, limitatio.* 8. *numero* 2. *C. ſi de moment. poſſe. Borgnin. Caualcan.* (ita patrem ſuum obtinuiſſe aſſerẽs) *deciſ.* 41. *numero* 48. *part.* 1. *Vincent. Carot. d. titulo de fructibus, & lit. expenſ. quæſt.* 8. *numero* 14. *Petr. Cened. dict. Collect.* 28. *numero* 4. *in fin. part.* 1. *Hieronym. Magon. dicta deciſ. Florent.* 12. *numero* 3. Pro qua benè etiam facit ſententia *text. in l. Qui operas,* 41. *D. locati,* ibi: *Aduocati quoque ſi per eos non ſteterit, quominus cauſam agant, honoraria reddere non debent.*

Et licèt de ſalario cum Aduocatis
18 conuentum non ſit, † adhùc eis ſalarium merceſquè debetur congrua, ex *text. in d. l.* 1. §. *Aduocatos, &* §. *In honorarijs,* (& ibi communiter Scribentes) *D. de vari. & extraordin. cognitio. Petr. Dueñ. regul.* 63. *Nicol. Bellon. in* §. *fin. inſtit. quibus modis re contra. oblig. & in princip. inſtitut. de obligat. numero* 5. *Flores Diaz de Mena d.* §. 1. *numero* 46. *Camil. Borrel. d. titulo* 65. *numero* 66. *Iacob. Bennius in tractat. de priuileg. Iureconſult.* 3. *part. priuileg.* 73. *in princip. Petrus Cened. d. collect.* 28. *numero* 9. *verſ. Salarium, Hieronym. Magon. d. deciſio.* 12. *numero* 4. *Vincent. Carot. d. quæſt.* 8. *numero* 8. *& ibid. in addit.* ita deciſum fuiſſe in *Rota* aſſerit, *in vna Toletana die* 14. *Maij* 1568. *ex conſ. Federic. de Senis* 218. *& coram domino Sarmiento, die* 30. *Aprilis eiuſdem anni, ex Granut. Theoremate* 12. *numero* 4. *&* 8. *Ioannes Gutierrez de iurament. confirmat. capit.* 64. *numero* 2. qui allegat *leg.* 10. 11. 12. *&* 20. *dict. titulo* 16. *libro* 2. *nouæ Reg. Collect. Borgnin. Caualcan. d. deciſio.* 41. *numero* 46. *Marc. Anton. Natta conſilio* 376. *numero* 2. & ita *in cauſa Zamorenſi inter Gundiſaluum de Monte, & Epiſcopum Zamorenſem, & eorum hæredes die* 11. *Februarij* 1547. fuit concluſum, teſte *Cardin. Iac. Puteo deciſ.* 11. *in fin. lib.* 3. *Pontan. de alimentis, capit.* 16. *num.* 5. *Cardinal. Tuſch. practicar. concluſ. lit. A. concluſ.* 230. *num.* 1.

19 Licèt etiam nullum laborem † in cartarum reuolutione, in conſulendoue Aduocatus fuerit perpeſſus, adhùc ſibi ſalarium deberi, tenent *Ioann. Andre. ad Specul. in titulo de Aduocat. ſalar.* §. *Sequitur, circa princip.* contra *gloſ. in cap. Non licet, verb. Iuſtum,* 11. *quæſt.* 3. *Tirmi. verbo, Aduocatus, Imol. Alexand.* & alij, quos refert, & ſequitur *Vincent. Carot. dicta quæſtione* 8. *numero* 11. *Petrus Rebuf. de priuileg. ſcholaſt. priuileg.* 46. *numero* 1. In foro etiam conſcientiæ in præteritorum laborum memoriam, obſeruant *Archidiac. in dicto capite Non licet, Ieſ. in* §. *Sed iſtæ, numero* 113. *inſtitut. de actionib. Carot. vbi ſuprà, verſ. Ampliatur,* 6. *Petr. Lauderſ. de priuileg. Doctor. quæſt.* 37. *nu.* 55.

De taliquè ſalario, vel lucro filiuſ-
20 familias Aduocatus poteſt libere † teſtari, nec vſumfructum patri adquirit, nec poſt patris mortem illud cum fratribus confert, *text. in l. Fori tui culminis,* 4. *& in l. Cum Aduocatio,* 8. *C. de Aduocat. diuerſor. iudicior. l. Velut Caſtrenſe,* 7. *C. de Aſſeſſoribus, Bald. in l. fin. numero* 3. *C. de inofficioſo teſtamento, & in l. Cum oportet, numero* 16. *C. de bon. quæ liber. vbi eius Addit. litera C. Iaſ. in rubric. C. de procurat. in fin. Cornel. Benincac. de paupertat. ſpecial.* 1. *in iudic. numero* 8. *Capell. Tholoſan. deciſ.* 10. *Aſcani. Clemens de patria poteſtate, effectu* 2. *numero* 6. *& effectu* 9. *numero* 2. *& ſequentibus,* plures referens *Camill. Borrel. in ſumma deciſ. dicto titulo* 65. *numero* 120. *Ioann. Lupus in rubric. de donat. inter vir. & vxorẽ,* §. 62. *num.* 21. Et hanc ſententiam non ſolùm communem, ſed magis communem (à qua in iudicando, & conſulendo recedendum non eſt) dicit *Vincent. Carot. in tractat. de locato, titulo de fructib. & litium expenſ. quæſtion.* 8. *numero* 49. *& ſequentibus,* vbi pleniſsimè, *Iuli. Clar. in* §. *Teſtamentum, quæſt.* 17. *in fin.* vbi etiam magis communem dicit, *Franciſc. Viuius commun. opini. lib.* 1. *opinione* 149. *Ioan. Anton. Mangil. in tractat. de Imputationib. quæſt.* 29. *num.* 27. 28. *&* 29.

In teſtandoquè de tali ſalario, vel
21 lucro militari potiuntur priuilegio Aduocati, ac etiam poſt pupillarem ætatem † in eo ſubſtituere poſſunt, ex ſententia *Didaci Perez in l.* 2. *titul.* 19. *lib.* 2. *Ordinament. verbo, Llamen a los Abogados, verſiculo, Octauo ſubtiliter quæri poteſt,* iuxta notata per *gloſ. in l. vnica, C. quando non petent. part. & argument. legis final. C. de inofficioſo teſtamento,*

*iuncta l. In teſtamento*, 1. *C. de teſtament. milit.*

22 Procuratores etiam, † Notarij, & Tabelliones pro ſcripturis, ſuiſquè laboribus licitè pecuniam exigunt, & eis, alijſquè officialibus ſalarium debetur; *text. in l. fin. C. de Principib. agent. in rebus, libro* 12. *text. in l. In ſacris, la* 3. 12. *in ordine, §. Modum inſuper, C. de proximis ſacror. ſcriniorum, cæteriſquè qui in ſacris ſcrinijs militant, eodem libro* 12 *gloſ. in cap. Statutum, §. Notarium*, extra *de reſcriptis in* 6. *gloſ. & Doctores in capite* 1. *de Simonia, Bart. & Scribentes in l. Argentarius* (*vbi Alexand. numero* 4. teſtatur de communi) *D. de edend. Azeued. in l.* 30. *titulo* 6. *libro* 3. *nouæ Reg. Collect. numero* 1. & 2. iurequè Regio de horum ſalarijs fit mentio per *totum titulū* 26. 27. & 28. *libro* 4. *nouæ Reg. Collect. & l.* 4. *titulo* 20. *libro* 2. *l.* 11. *titulo* 12. *eodem libro* 2. & *l.* 11. & 12. *titulo* 16. *eodem libro, & l.* 27. *titulo* 25. *libro* 4. & *titulo* 30. & 31. *eodem libro* 4. *l.* 1. *titul.* 29. *ibid. l.* 26. *tit.* 22. *lib.* 2.

Quòd ſi Tabellioni, vel Notario ſa-
23 larium non ſoluatur, ſcripturas edere † non cogitur, *gloſ. in l. Argentarius*, 10. *§. Ideo autem, verbo, Abſimiles, in fin. D. de edend. vbi Paulus Caſtrenſis, & alij Cornelius Benincac. d. ſpecial.* 1. *in iudicijs, numero* 13. Conſtat ex ſuprà relatis Regibus iuribus. Et Procuratorem, cui ſalarium non ſoluitur, poſſe à cauſa deſiſtere, diximus *ſuprà num.* 13.

Notarijſquè Procuratoribus, & Solicitatoribus ſalarium etiam non con-
24 uentum † (de generali ſaltem conſuetudine, ex æquitate, & veroſimili contrahentium, vel litigantium mente) deberi, tradit latè *Ioann. Botta conſilio* 43. & *eſt deciſio Antonij Gammæ* 115. *Flores Diaz de Mena variar. quæſtion. d. lib.* 1. *quæſtion.* 8. §. 1. *numero* 71. *Vincent. Carot. dicta quæſtion.* 8. *numero* 8. *verſiculo, Idem in Procuratore, & numer.* 97. *verſiculo, Limita vt non procedat.*

25 Medico † etiam (pro labore, non pro ſanitate reſtituta) ſalarium, merceſquè condigna debetur, *l. Medicos infin. C. de profeſſor. & medic. text. in cap. Non ſane*, 14. *quæſtion.* 5. *gloſ. in capit. Qui ſtudet*, 1. *quæſt.* 1. Vt enim de benefic. lib. 6. inquit Senec. *Mercedem non meriti, ſed*
26 *occupationis ſuæ ferunt*. Imò iuſtiorem † Medicorum, quàm aliorum Profeſſorum cauſam, dixit *text. in l.* 1. §. *Medicorum, D. de varijs, & extraordinar. cognition.* firmatquè *Bald. in l.* 1. *numer.* 6. *C. man-*
27 *dat.* magis Medicis † pro ſalario, quàm Aduocatis aſſerens fauendum; traditquè *Matthæ. de Afflictis in Conſtit. Neapol. libro* 3. *rubric.* 33. *de probationib. excep. medic. capit. Quia nunquam, numero* 4. refert, & ſequitur *Hieronym. Magon. deciſ. Florent.* 11. *nuero* 1. & 2. *Nicol. Bellon. in princip. inſtitut. de obligat. num.* 5. *Paul. Granut. theoremat.* 12. *num.* 5. latè (arguendo ad partes) *Vincent. Carot. de locato, part.* 2. *gradu* 4. *de Medico, quæſtio.* 1. *numero* 1. & *ſequentibus, folio mihi* 120. *Ioann. á Capiſtrano in ſpeculo conſcientiæ, num.* 265.

Idquè etiamſi infirmus nolit curari,
28 † Medicumquè exoſum habeat, procedit, ex ratione *text. in cap. Qui emendat*, 45. *diſtinct gloſ. in capit.* 1. *incip. Prouidendum*, 83. *diſtinct.* quæ ab omnibus commendatur, eamquè incognitam, & ſingularem dixit *Ludouic. Roman. ſing.* 124. *Hieronym. Cagnol. in l. Inuito, numero* 6. & 7. *D. de regulis iuris, Decius conſilio* 191. *numero* 11. *Andre. Tiraquel.* (plurimos referens) *de retract. conuent.* §. 7. *gloſ.* 1 *numero* 10. & plenius in *tractat. de nobilitate, capite* 6. *numer.* 38. *Ripa in tractat. de peſte, capit. fin. de remed. ad curand. peſt. num.* 103. *Didac. á Segura in repet. l.* 1. §. *Si vir, numero* 123. *D. de ſequeſtra. poſſ. ſ.* pleniſsimè *Gomez Arias in l.* 27. *Tauri, numero* 104. ſuſè *Vincent. Carot. de locat. d. part.* 2. *gradu* 4. *de Medico, quæſtio.* 2. *ex numero* 4. *cum ſequentibus*, quam veriorem, & æquiorem dicit *numero* 7. contrarijſquè reſpondet *Paul. Granut. dict. theoremat.* 12. *numero* 5.

29 Et etiam infirmo decedente, † *d. gloſ. in ſumma* 83. *diſtinct. Franciſc. Marc. deciſione Delphina.* 644. *numero* 6. *volum.* 1. *Vincent. Carot. dict. gradu* 4. *de de Medic. quæſtio.* 5. *numero* 6. *Hieronymus Magon. d. deciſion. Florent.* 11. *numero* 11.

Et licèt à principio non fuerit cer-
30 tum ſalarium † Medico aſsignatum, nec ſuper eo conuentum, quia nihilominùs Iudicis officio peti poterit, ex *dict. l.* 1. *D. de var. & extraordin. cognit. Ripa de remed. ad curand. peſt. numero* 124. refert, & ſequitur *Hieronym. Magon. ſuprà num.* 4.

Poſſe-

Posseque Medicũ (qui à principio gratis curare non incœpit) si sibi merces, salariumque non soluatur, † infirmum de-
31 serere; tenuerunt multi, ex *text. in l. Per hanc, C. de erogation. militar. anno. lib. 12.*

Distinctionemquè istam, *An à principio gratis, vel mercede curare incœperit,* vt primo casu de damno si infirmum derelinquat, teneatur; non verò secundo, obseruant *Ioan. Faber in §. Item, versic. Prætered (aliàs §. Præterea) instit. ad leg. Aquil. Francisc. Marc. suprà numer. 1.* Licèt deferendum infirmum non esse, sed coram Iudice pro salario agendum; idemmet dicat *Faber*, æquiorem asserit *Carot. d. gradu 4. de Medico, quæst. 16.* Quibus *Ouidij* auxiliatur sententia *de Ponto lib. 2. d. Elegia 6. ad Græcinum.*

*Quem semel excepit, nunquam Podalirius ægro*
*Promissam Medicæ non tulit artis opem.*

*Caiusque in l. Idẽ iuris, 8. D. ad leg. Aquil.* ibi: *Sed & qui benè secuerit, & dereliquit curationem securus nõ erit; sed culpæ reus intelligitur.*

32 Magistris † etiam pro docendi labore salarium, mercedemquè præstandam, latet neminem, & est *text. in d. l. 1. §. 1. D. de var. & extraordin. cogni. in l. 2. D. de aliment. pupil. præst. l. Ius alimentorum, 3. §. Item ad institutum, D. vbi pupilli educari debeant, l. Attilius Regulus, 27. in fin. D. de donationibus, vbi glos. verbo, Mercede,* siue sit promissum, siue non, Iudicis officio deberi dicit, *l. Qui filium, 4. D. vbi pupilli educ. debe. l. Cum plures, 13. §. Cum tutor, D. de administrat. & peric. tutor. capit. Reuertimini, 17. quæst. 1.* Licitequè pro tali labore salarium exigere posse, si de publico salariati non sint, docent *D. Thom. 2. 2. quæst. 1. artic. 3. circa medium,* plura iura, & Doctores referens *Petr. Laudens. in tract. de priuileg. Doctor. priuileg. 83. numer. 38. & 39. Vincent. Carot. d. gradu 4. titul. de ambasiatore infirmo, quæst. 8. in quæst. de Magistris,* vbi qua agat Medicus, vel Magister pro salario actione, monstrat.

Ob salarium què non solutũ, si magnã ea ratione incõmoditatem patiatur, à le-
33 gendo desistere † Magistrum posse (quin salarium temporis, quo destitit, amittat) tradit *Felin. in capit. Quia nonnullis, de Magist.* allegans *Abbat. in capit. Peruenit, el 2. col. 2. de iureiurand. Petr. Laudens. dicto tract. tu, quæstione 17. numero 34.*

Quòd si Doctor per annum legere
34 promisit, antèq; moriatur, † integri anni salariũ eius debent habere hęredes, secundum *Bart. in d. l. 1. §. Diuus, numer. 17. D de var. & extraord. cognit. Petr. Laudens. vbi supr. quæst. 4. num. 13.* & alij ex iam relatis *num. 16.*

Proquè ab Vniuersitate Magistro, vel Doctori legenti constituto salario bona
35 ipsius Vniuersitatis † cum priuilegio prælationis tacitè hypothecata existunt. Cũ causa dotis, studijq; æquiparentur, vt
36 † *quæstio. 4. num. 62.* diximus (præterquè ibi adductos) latè tradũt *Flores Diaz variar. libro 1. quæstione 8. §. 1. numero 70. Petrus Sanz Morquecho de diuisione bonorum, libro 4. capite 13. numero 51. & sequentibus,* plures casus, in quibus causa dotis, & studij pari potiuntur priuilegio, referens; inter alia quæ *numer. 55.* addens, instrumentum Doctoris honorarium cõtinens priùs celebratum † (sicut de dotali
37 dicitur) præsumi, ex *Alexand. & Doctorib. in l. 1. D. soluto matrimonio, Decio in l. In ambiguis pro dotibus, D. de regulis iuris,* plenè *Alciat. ad l. 1. D soluto matrimonio, numero 42.* vbi multos alios similes cumulat casus, & (pluribus relatis) tradit *Stephan. Gratian. discept. Forens. cap. 257. num. 24. & 25.*

38 Suprà dictamquè † sententiam tenent *Angel. & Ripa, in d. l. 1. D soluto matrimonio,* quos refert, & sequitur *Petr. Rebuf. de priuileg scholast. priuileg. 118. numero 2.* Vbi ita cuidam Primario, cui salaria, & victus debebantur, consuluisse dicit, vt venditioni bonorum se opponeret: & licèt alij creditores anteriores tempore essent; tamen illum Primarium præferendum, dictosquè creditores eidem soluisse firmat: quod benè notandum aduertit: tenet etiam *Ias. in l. Diem functo, numer. 21. D. de offic. Assessor. Alciat. Socin. Barbos.* & plurimi alij, quos refert, & sequitur *Stephanus Gratianus vbi suprà* (communem dicens ab eaquè non esse recedendum) *numero 17. & sequentibus, Flores Diaz de Men. variar. quæst. d. libro 1. quæst. 1. §. 1. numero 70.*

Non tamen expressas anteriores hy-
39 pothecas habentibus † pro salario præ-

feruntur Doctores, ſicut nec mulieres pro dotibus præferuntur: iuxta *text. in l. Aſſiduis*, 12. *C. qui potior. in pignor. habeant. & l.* 33. *tit.* 13. *p.* 5. Ita tenent *Vincent. de Franc. deciſ.* 51. *& Vincent. Carot. de locat. d. part.* 2. *gradu* 4. *de Medico, quæſt.* 11. *num.* 2. *in additio. folio mihi* 124. Vbi
40 idem in Aduocatis, † Procuratoribus, carceris Cuſtodibus, ac Medicis dicit, ad quos in hoc caſu valere aſſerit argumentum. Et in Medico idem quoque tenet *Vincent. de Franch. d. deciſ.* 51. *numer.* 7. In Aduocatiſque tenuerunt dictam ſententiam (habere ſcilicet tacitam pro ſalario in bonis debitoris cum prelationis priuilegio hypothecam) omnes proximè *ex num.* 35. adducti.

Imò fortiùs (ex plurium ſententia) tradit eleganter *Stephanus Gratian. d. capit.* 257. *numer.* 26. *& ſequentibus*, præcipuè *numer.* 28. Aduocatos pro cauſæ, quam defenderunt, ſalarijs anterioribus creditoribus expreſſas etiam hypothecas habentibus in illa re præferri, ex ratione *legis Interdum, D. qui potior. in pignor. habe.* quòd ſaluam rem fecerint.

Paupertatis tamen fauore, in omnibus ſuprà dictis caſibus, alijſquè ſimilibus infrà etiam adducendis, ſalarium, mercedemque perſoluere nequaquam pauperes adſtringuntur.

In primis enim ſportulas Iudici non
41 tenẽtur præſtare, † nec ab eis exigi poſſunt, *text.* eſt *in authentic. De mandat. Princip. §. Sit tibi quoque, collatio.* 3. ibi: *Si tamen ſufficiẽtes in datione conſiſtant, alioquin gratis lites audire*: vbi etiam notat *gloſ. verbo, Gratis*, & ibi communiter Doctores. Conuenit *text. in authent. De iudicibus, §. Hoc autem dicimus, collatio.* 6. ibi: *Qui enim ita paruæ quantitatis exactionem facit, pro maxima parte victoria ſic pauperem fraudat. text. & ibi gloſ. in capit. Statutum*, 11. §. *Inſuper, in fin. verbo, Pauperes, extra de reſcript. libro* 6. *Cardinal. in Clem. Statutum, oppoſitione* 1. *de electio. Iaſ. in §. Tripli, numero* 54. *& 55. inſtit. ae actionib.* plures referens *Andre. Tiraquel. de nobilitat. capite* 29. *numero* 40. *Anton. Grauat. in annot. ad Octaui. Veſtr. in praxi lib.* 4. *capite* 4. *verbo, Paupertas, numero* 31. *Ioann. à Capiſtrano in ſpeculo conſcient. numero* 59. vbi quòd licet vtraque pars aſſeſſori ſportulas, vel ſalarium præſtare debeat; excuſabitur tamen pauper. Tenet etiam *Rolandus à Valle conſ.* 87. *numero* 23. *& 24. libro* 2. Conſtitoque de paupertate, vt omnia gratis fiant iubetur: plures hanc firmantes ſententiam refert *Garſia Maſtril. de Magiſtratibus, libro* 1. *capite* 22. *numero* 19. 20. *& 21. Ioachin Mynſing. ſingul. obſeruatio. centuria* 4. *obſeruation.* 47. *numero* 4. Vbi, quòd pauperis cauſa de plano, & ſine expenſarum, vel ſportularum ſolutione expediri debet, *Robert. Marant. de ordin. cognit.* 4. *part. diſtinct.* 9. *numero* 77. *Gerard. de Petra Sancti. ſingul.* 73. *Petr. Rebuf. de priuileg. ſcholaſt. priuileg.* 90. *numero* 1. *& 4. Andre. Gail. practicar. obſeruation. libro* 1. *obſeruation.* 43. *numero* 15. *& 16. Petr. Roiz. Maure. deciſione Lituanica* 4. *numero* 293. *Fului. Pacian. de probationibus, libro* 1. *capite* 54. *numero* 61. *verſiculo, Sed nec etiam.*

Ampliaturque hæc concluſio, vt
42 etiamſi pauper ſponte † aliquid pro ſalario, vel ſportulis offerat, nec tunc id Iudex recipere debeat, probaturquè ex *text. in dicto capite Statutum*, 11. §. *Inſuper* (*& ibid. not. gloſ. verbo, Recipere*) *de reſcriptis, libro* 6. *& in capite Exigit*, 2. (ibi, *Vel etiam à volente*, notatquè *ibidem gloſſa*) *de cenſibus, & exact. eodem libro* 6. *in l.* 1. *C. de ſalgamo hoſpitib. non præſtand. libro* 12. ibi: *Sed nec volentibus, &c. & in l. fin. §. Vt autem, C. de re milit. eodem libro* 12. *Lapus allegatione* 37. (incip. *Stante conſtitutione*) *dubio* 2. latè *Andre. Tiraquel. de nobilitat. dicto capite* 29. *numero* 40. *Gaſpar Baeça de decim. tut. capit.* 10. *numero* 12. *Petrus Royz. Maur. vbi ſuprà.*

Dictaquè in Iudicibus, in *Aduoca-*
43 tis quoque † locum habent, pro pauperibus enim gratis patrocinari tenentur, *gloſ. in dicto capit. Statutum*, 11. §. *Inſuper, verbo, Pauperes, de reſcriptis in* 6. *Decius in capite Ex epiſtolæ, numer.* 212. *de probationibus, Iaſ. in dicto §. Tripli, numero* 45. *inſtitut. de actionibus*, plenè *Tiraquellus dicto capite* 29. *numero* 39. *Cornelius Benincacia de paupertat. ſpecial.* 1. *in iudic. numero* 9. *Guido Papæ deciſione* 561. *Rolandus à Valle conſilio* 87. *numero* 25. *libro* 2. *Gaſpar Baeça de inope debit. capit.* 12. *numero* 14. *& de decim. tutor. dicto capite* 10. *numero* 12. *Anton. Scap. de iure non ſcript. libro* 3. *capite* 105. *ex numero* 8. *Fului. Pacian. vbi ſuprà dicto capite* 54. *numero* 61.

An-

*Anton. Grauat. in annotat. ad Oct. auian. Veſtr. in pract. libro 2. cap. 7. num. 2. & libro 4. cap. 4. num. 32. Pelag. de planctu Eccleſ. libro 2. capite 46. verſic. Sed & pauperi, Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin. 111. numero 8. 9. & 10.* Ex eo *d. num. 9.* inferens, pauperem in iſto caſu ad antidora non teneri. *Iacob. Bennius de priuileg. Iureconſult. 3. par. priuileg. 71. numero 8. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 4. caſu 369. ex num. 3. Auiles in cap. 7. Prætor. gloſſ. An de lleuar. num. 3. Azeued. in l. 16. tit. 16. libro 2. nouæ Reg. Collect. num. 1. & ſeqq. Petr. Cened. Collect. iuris Canon. 28. num. 13. par. 1. Ioann. Baptiſt. Caccialup. in tract. de Aduocato, quæſt. 3. num. 10. Thom. Accius in tract. de infirm. part. 2. §. Aduocati, num. 6. & 7. Ioann. Papon. lib. 6. tit. 4. arreſt. 4. Ioan. Girardi epigrãmat. legal. in diſtichis. ſcholio 64. Camill. Borrel. in ſumma deciſin. d. tit. 65 de Aduocatorum officio, num. 37. Garſia Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 22. numero 19. & ſeq. Gregor. Lopez in l. 6. verb. Llanamente, tit. 22. part. 3. & in l. 16. tit. 9. part. 2. Did. ic. Couar. practic. quæſt. cap. 6 num. 4. Flores Diaz de Mena variar. quæſt. libro 1. quæſt. 8. §. 1. numero 52. Barboſ. in remiſſion. ad leges Reg. Luſitan. lib. 2. tit. 90. ad §. 11. Ferdinand. Vazq. Menchac. de ſucceſſ. creat. §. 2 numero 128. Montal. in l. 1. tit. 9. libro 1. Fori leg. verb. Si ayuda, Ioachin Mynſinger. ſingul. obſeruat. cent 4. obſeruat. 32. Iacob. Simanc. de Catholic. inſtit. tit. 5. num. 5. Cabedo in deciſ. Luſit. 214. num. 7. part. 1. Vincent. Carot. in tract. de locat. 1. part. tit. de fructib. & litium expenſ. quæſt. 8. num. 12. folio mihi 24. Sebaſtian. de Medic. de caſib. fortuit. part. 2. quæſt. 4 num. 11. Didac. Perez in l. 1. tit. 19 lib. 2. Ordinam. pag. 400. verſ. Sextò dubitatur, Andr. Gaill. pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 43. ex num. 10. cum ſeqq. Sebaſtian. Guazin. in præfation. tract. ad defenſam, num. 5.* Ex Theologis (præter *D. Thom. Alexand. de Ales, Angel.* & alios per *Tiraquell. & Baeçam locis proximè relatis* adductos) adde idẽ tenentes *Dominic. Sot. de iuſtit. & iure, lib. 5 quæſt. 8. artic. 4. Sylueſt. verb. Aduocatus, num. 10. Martin. Nauarr. in ſumma confeſſor. num. 30. in fin. Ioann. Malder. Epiſcop. Antuerpiæ, de virtut. Theolog. & iuſtitia. & Religione, tract. 6. cap. 3. de iuſtitia rei, & aduocati, dubio 8.* Facit quod legitur Eccleſiaſtici cap. 7. *Pauperi porrige manum tuam:* & Iob. cap. 29. *Pater eram pauperum, & cauſam, quam neſciebam, diligentiſsimè inueſtigabam.*

In Hiſpaniæque Regnis cum in Regalibus Audientijs, Cancellarijs, Supremoque Senatu admittuntur Aduocati, defenſuros ſe pauperes, viduas, & orphanos iurant.

Nec ſi pauper mercedem Aduocato
44 offerat † eam recipere poteſt: Aduocatuſque à paupere ſcienter mercedem, vel ſalarium recipiens peccat. Ita (poſt *Alberic. Iaſ. Hoſtienſ. Abbat. Felin.* & alios, quos refert) tenet *Gaſpar Baeça, d. cap. 12. de inope debitore, num. 15. Gerard. de Petr. Sanct. ſingul. 73. num. 4. Ioann. Baptiſt. Caccialup. in tract. de tranſac. quæſt. 3 num. 10. Petr. Rebuff. de priuileg. Scholaſt. priuil. 90. num. 7. Cornel. Beninc. d. ſpeciali 1. in iudicijs, numero 10. Tiraquell. de nobilit. d. cap. 29. num. 39. Didac. Perez vbi ſuprà d. verſ. Sextò dubitatur, Barthol. Caſſan. in conſuet. Burgund. rubric. 6. §. 6. num. 4. Flores Diaz de Mena d. §. 1. num. 52. Rolan. à Valle d. conſ. 87. num. 28. lib. 2. Andr. Gaill. d. obſeruat. 43. num. 14.*

45 Et nolens pro egenis patrocinari † mortaliter peccat. *Lupus in tractat. de illegit. & naturalib.* quem refert, & ſequitur *Sebaſtian. Guazin. de defenſione reorum, defenſione 24. cap. 2. nu. 8. D. Tho. 2. 2. quæſt. 71. & ibid. Caiet. Petr. Aragon. & Michael Salon, Franciſc. Viuius deciſ. 159. numero 2. & ſeq. Hieronym. Treutler. diſput. ſelectar. part. 1. diſp. 8. Theſi. 1. Camill. Borrell. d. tit. 65. nu. 39. Vincent. Carot. d. tit. de fruct. & lit. expenſ. quæſt. 8. num. 45.* Et quando id procedat? quæque ad id paupertas requiratur? latiùs infrà.

Imò Aduocatum ſalarium à paupe-
46 ribus extorquentem † ad reſtitutionem teneri (ex *Sylueſtro, & Angel.*) aſſeruit *Flores Diaz de Mena vbiſup. d. nu. 52.* In omnino tamẽ paupere, qui vel nullo modo ſoluere, vel cũ maximo incõmodo alimentorum ſuorum, & familiæ poteſt, id practicari dicens.

Vtquè abſquè mercede pauperem
47 adiuuet poteſt cogere *Aduocatum* † Iudex, *gloſſ. Hoſt. Abb. Felin.* & alij *in cap. 1. de offic. iudic. Decius in cap. 1. num. 46. de probat. l. Regia, 6. tit. 6. par. 3*

ibi

ibi: *E ſi por auentura ſueſſe tan cuytada perſona, que non ouieſſe de que lo pagar, deuele mandar el Iuez que lo faga por amor de Dios, è el Auogado es tenudo de lo fazer.*

Ad idque etiam ſub officij priuatione
48 † Aduocatum compellere, *text. in l. Prouidendum, 7. §. Si quis verò, C. de poſtulan. l. 1. §. Et vrbe, D. de offic. Præfect. vrb. l. Moris, 9. D. de pœnis, Ludouic. Roman. ſingul. 259. Didac. Couarr. practic. dict. cap. 6. num. 4. Andr. Gail. d. obſeruat. 43. num. 11. Roland. à Valle d. conſ. 87. nu. 29. Azeued. in d. l. 16. tit. 16. nu. 3.* eſtque *de iure Regio text. in l. 5. tit. 19. libro 2. Ordinam.*

Partibus enim (pauperibus præcipuè, miſerabilibuſque perſonis) de Ad-
49 uocato † debet omnino Iudex prouidere, *text. in l. 1. §. Ait Prætor, D. de poſtulan. text. in l. Nec quidquam, 9. §. Aduocatos, D. de offic. Proconſ. & Lega.* vbi hæc Vlpian. *Aduocatos quoq; petentibus debebit indulgere: plerúq; fœminis, vel pupillis, vel aliàs debilibus, vel his, qui ſuæ mentis nõ ſunt, ſi quis eis petat, vel ſi nemo ſit, qui petat, vltrò eis dare debebit. d. l. 6. part. & d. l. 1. tit. 9. lib. 1. Fori leg. Bart. in l. 4. §. Hoc autem iudicium, num. 1. circa fin. D. de damno infect. Nicol. Boer. deciſ. 325 num. 1. Capell. Tholoſſ. deciſ. 481. Ioann. Votta conſ. 64. num. 12.* latè *Petr. Royz. Maur. deciſ. Lituan. 4 num. 298. Couarr. d. num. 4. Petr. Gregor. lib. 49. Syntagm. cap. 6 num. 16. Thom. Actius tract. de infirmi. part. 2. §. Aduocati, num. 1. Camill. Borrell. in ſumma, deciſ. d. tit. 65. de Aduocatorum officio, num. 36. And. Gail. d. obſeruat. 43 lib. 1. num. 10. Blanc. in l. fin. num. 31. verſ. Propterea ſuperflua, & inanis, D. de quæſtionib. Proſper. Farinat. praxis crimin. quæſt. 39. num. 95. Sebaſtian. Guazin. d. tract. ad defenſam, defenſione 24. cap. 2. num. 8. Ioach. Mynſinge. ſingul. obſeruat. cent. 4. obſeruat. 32. num. 1.*

Mortaliterquè peccare Iudicem de
50 Aduocato pauperi non prouidentem, † docent *Sylueſt. verb. Aduocatus, quæſt. 8. num. 11. Nicol. Antoni. Grauat. in annot. ad Octauian. Veſtr. in praxi, lib. 4. tit. 4. de dolo, & contumacia, verb. Paupertas, num. 32. lit. I.*

Quæ omnia de Aduocato dicta, ni-
51 ſi iuſtis, † & legitimis cauſis ſe apud Iudicem excuſare poſsit, procedunt, vt probat *text. in d. l. Prouidendum, 7. §. Si quis verò, C. de poſtul.* à contrario ſenſu, ibi, *Si quis verò monitus à Iudice ea excuſatione, quæ nequeat comprobari, cuicumquè parti patrocinium denegauerit, &c.* firma turquè argumento *text. in l. Humanitatis, 23. C. de excuſat. tutor. & in l. Non ſolùm, 12. §. fin. D. eod. in l. Si longius, 18. D. de Iudici. & in c. Si pro debilitate, 3. extra de offic. & poteſt. iudic. deleg. & ibi Felin. num. 4. in fin. Andr. Gail. d. obſeruat. 43. num. 9. & 12. Ioachin. Mynſing. dict. obſeruat. 32. cent. 4. num. 5.* & eſt *text. in d. l. 16. tit. 16. lib. 2. nouæ Reg. Collect.* ibi: *Saluo ſi los tales no los pudieren ayudar por algun impedimento legitimo.*

Iuſta autem (inter alias) erit excuſa-
52 tio, ſi Aduocatus pauper † ſit, & ſi tale patrocinium præſtaret, proprijs negotijs, vt ſe, ſuoſquè alat, ad victumquè neceſſaria quærat, ſupereſſe non poſſet. Tunc enim patrocinium impendere non adſtringitur, ſecundum *Sylueſt. verb. Aduocatus, d. quæſt. 8. num. 11. Ioan. Malder. de virtut. Theologi. tract. 6. cap. 3. dub. 8. verſic. Item limitãda reſponſio*, vbi tunc pro paupere Aduocatum patrocinari adſtringi, quando ſolum detrimentum aliquod in ſibi ſuperfluis ſubiturus eſſet, dicit.

Excuſari item poterit Aduocatus, ſi is, qui patrocinium deſiderat, moderatum ſoluere valeat ſalarium, nec ſoluat; ſi nec
53 in extrema, † aut graui (modo ſtatim aſſignando) inopia exiſtat; ſi enim huiuſmodi præmatur egeſtate ſub peccati mortalis reatu adiuuare gratis pauperem tenetur. Extremaquè neceſsitas hoc in caſu dicitur, vbi litis æſtimatio, & ea, quæ pauper in iudicio exigit, ad ſe ipſum alendum, ne fame pereat, neceſſaria ſunt, nec poſsit aliunde patrocinium habere. Si verò neceſsitas (iuxta huiuſmodi neceſsitatis qualitatem) extrema non ſit; venialem culpam eſſe, reſoluit *D. Thom.* (ſic à *Caietano intellectus*) *2. 2. quæſt. 71. artic. 1.* quem refert, & ſequitur *Couarr. practic. d. cap. 6. num. 4. propè fin. Felin. in cap. 1. num. 11. verſ. Simili de offic. iudic.* vbi neceſsitatem extremam deſiderat, vt quia ſi pauper cauſam amitteret, pereundum illi foret, ſequitur *Palac. Rube. in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 65. num. 43. Petr. Royz. Maur. deciſ. Lituan. 4. num. 299. Didac. Perez in*

*d. l. 1.*

*d. l. 1. tit. 19. lib. 2. Ordina. verſic. Sextò dubitatur, Vincent. Carot. de locat. quæſt. 8. d. tit. de fructib. & lit. expenſ. num. 12. verſic. Cui adde, el 2. Andr. Gail. practic. obſeruat. d. lib. 1. obſeruat. 43. num. 18. Martin. Nauar. in Manual. cap. 25. numero 29. Ioann. Malder. d. tractat. 6. cap. 3. dubio 8. verſic. Secùs dicendum ſi leuis, P. Leonard. Leſsius de iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 31. dubio 7.* vbi, quòd tunc, qui patrocinium prætendit, in extrema dicitur neceſsitate; cùm illi crimẽ, ob quod plectendus ſit capite, vel omnibus ſpoliãdus bonis, & in extrema conijciendus inopia, niſi defendatur, imponitur. Idemq; in graui neceſsitate tenet, vt ſi iniuſtè putaretur damnandus pauper ad triremes, publicam flagellationem, ad durum carcerem, vel amiſſa lite grauem contracturus morbum; quia tunc ſub mortali peccato (ex ipſius ſententia) ſuum patrocinium exhibere tenetur Aduocatus, dum ipſe aliquo modo ſuperfluum ſuo ſtatui habeat: id eſt, modò præter illam operam, quæ illi ad ſtatum ſuum ſuſtinẽdum neceſſaria eſt, aliquid temporis, vel induſtriæ (vt dicebamus) ſuperſit, ex *Sylueſt.* (quem & ipſe allegat) cum *Soto de iuſtit. & iure, lib. 5. quæſt. 8. art. 1. Caietan.* & alijs: cuius etiam ſententiæ fuit *Couarr. d. cap. 6. num. 4. in fin.* Licèt *P. Leſsius ſuprà* adducat *Nauarr. in cap. 25. nu. 20.* putantem, Aduocatum non niſi in extrema neceſsitate teneri (quando ſcilicet ex patrocinio vita pauperis, vel ipſi coniunctorum, vt patris, matris, vxoris, prolisvè pendet) ſub peccato ſaltem mortali pauperem adiuuare.

Vt autem patrocinari pro paupere teneatur Aduocatus, non ſufficit de præſenti pauperem, qui patrocinium deſiderat, eſſe, ſi ad pinguiorem deuenturum
54 fortunam † ſperatur; quia tunc cum obligatione ſoluendi, nõ aliter adiuuare eum tenetur Aduocatus, prout in ſacro Palatio cum Notarijs ſeruari aſſerit *Rota in antiq. deciſ. 2. de cõſtit.* & ita credere id in vſu Regno in noſtro eſſe, dicit *Azeued. in d. l. 16. tit. 16. lib. 2. nouæ Reg. Collec. n. 3* quem tamen vſum reprobat; motus, quia præſens rei ſtatus conſiderandus eſt: firmaturque ex *d. l. 1. §. Ait Prætor, D. de poſtul.* Pro cõſuetudine tamen facit, quia (vt ſuprà proximè tradidimus) ita demũ pauperem cogitur Aduocatus iuuare, cũ ei aliter conſultum eſſe non poteſt: Cum autem per cautionem poſsit ei eſſe conſultum, Aduocatuſquè ſua non fraudetur mercede; huiuſmodi obligationem ſubterfugere cliens pauper non debet. Cum nullum inde ſibi ſequatur damnum, nec inquietari ob mercedis ſolutionem, dum melior non ſuperuenit conditio, poſsit. Ad quod eſt etiam *l. 20. Styli*; & in ſpecie notat *Vincent. Carot. de locat. d. quæſt. 8. tit. de fructib. & lit. expenſ. num. 12. poſt princip. verſic. Vnde in hoc habes.* Prædictamque ſententiam (abſquè dicto pacto pro paupere patrocinari Aduocatum nõ adſtringi) tenet *P. Ludouic. Torres, in 2. 2. D. Thom. quæſt. 71. art. 1. num. 2.* Mouetur, quia tunc non ſimpliciter egens (cum ad aliqua ius habeat) ſed tantùm præſentis temporis reſpectu, dicitur. Sicut non ſimpliciter egens appellatur, qui in aliquo tenetur ſatisdare loco, in quo bona non habet, ſi in alio habeat. Et ita quoad Notarios decidit *Sabaudiæ Senatus*, vt refert *Anton. Faber in ſuo Cod. definit. lib. 3. tit. 2. defin. 2.*

Non tamen ſic duros corde Aduocatos eſſe oportet (qui præſertim commodè miſerabilium negotijs poſſunt intendere) vt ferè nihil miſericordiæ, omnia cupiditati tribuant, ſed multa ex charitate faciant, vt & Domini ſui talentum non abſcondant, & turpe nomen (quovo-
55 raciſsimi † Reipublicæ canes, pauperumquè excoriatores, vt & Procuratores, Tabelliones, Notarijquè appellãtur) elidãt, vt per *Bar. in rep. l. Omnes populi, 5. quæſ. princip. D. de iuſtit. & iur. Iaſ. in dict. §. Tripli, num. 30. inſtit. de action. Vincen. Carot. vbi ſuprà, num. 2.* Accipitreſquè pecuniæ appellauit eos *Plato.* Qua de re latè etiam *Didac. Perez in l. 2. tit. 4. lib. 3 Ordinam. verb. Malicia, Andr. Tiraquel. de nobilit. cap. 29. num. 47. & ſeqq. Roland. à Valle d. conſ. 87. num. 31. & ſeqq. part. 2.*

Excuſari præterea poteſt Aduoca-
56 tus, ſi extra ipſius domicilium † patrocinium petatur exhiberi, nec enim per diuerſa ire tenetur loca, ſed præſentes debent eſſe partes, ſibiquè occurrere, neceſſitaſquè debet in promptu apparere, & ſic cum leui Aduocati incommodo. Ita concludunt (poſt *D. Thom. Michael. Solon. Petr. Aragon. Sylueſt. Dionyſ. Chart. Ioan. Bapt. Caccialup. & Hippolyt. Rimin.* quos refert, & ſequitur) *Franciſc. Viuius deciſ. 159. num. 6. & 7.* & nouiſsi-

mè

mè(eis etiam relatis) *Camill. Borrel. in ſumma deciſ. d. tit. 65. de Aduocatorum officio. num. 67.*

Item legitima erit excuſatio, ſi in loco vbi lis vertitur, pauperum Aduocatus,
57 † cui ſalarium ob id ſoluitur, exiſtat. Qui hodie in omnibus ferè partibus ſunt, nec ſolùm in Regijs Audientijs, Cancellarijs, Supremoquè Senatu de publico pauperum Aduocatis ſalarium ſoluitur, vt per *Couarr. pract. d. cap. 6. num. 4.* ſed etiam in alijs Dominorum, Comitum, Ducum, vel Marchionum locis huiuſmodi pauperum Aduocatos ſalariatos ferè ſemper vidi. Et ſic fieri in *Galliæ* Regno, teſtatur *Petrus Rebuff. de priuileg. Scholaſtic. priuileg. 90. num. 5. & Nicol. Boer. deciſ. 324. num. 6.* apud *Germanos, Hiſpanos*, aliaſquè nationes obſeruari, affirmat(ex pluribus) *Camill. Borrell. in ſumma deciſ. d. tit. 56. num. 40. 41. & 42.* Idemquè in *Curia Romana* ſeruari aſſerit *Sebaſtian. Guazin. d. defenſione 24. cap. 2. num. 8.* & in multis etiam alijs locis, ac partibus (de quibus facit mentionem) *Lupus in tract. de illegitim. & natural. reſt. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin. 111. num. 10. Vincen. Carot. de locat. dict. quæſt. 8. tit. de fructib. & lit. expenſ. numero 11. verſic. Cui adde ab eo non allegatos, Octauian. Veſter in praxi, libro 2. cap. 7. num. 2. 3. & 4.*

Vbi igitur pauperum adſunt Aduocati, ſtipendium de publico, à Rege, vel Dominis habentes, legitimè alij ſe excuſant Aduocati: Cum ratio ob quã pauperes adiuuare, defendereque tenentur ceſſet, & eſt *text. in d. l. 16. tit. 16. lib. 2. nouæ Reg. Collect.* Aduocatis pauperes adiuuare, ſi Aduocati ſalariati in populo deſint, iubens.

Conſultò quæſtionem omitto illam (quæ hìc benè ingeri poſſet.) An
58 victus ad expenſas † victori, qui eas non fecit, quia Aduocatus, Procurator, Notarius, vel alij officiales pro eo gratis patrocinati ſunt, ſibique debitam remiſerũt mercedẽ, teneatur? De qua latè (poſt antiquiores) egerunt *Cornel. Benino. d. ſpeciali 1. in iudic. ex num. 20. vſquè ad fin. Nicol. Boer. deciſ. 210. & ſingul. ſuis verb. Expenſæ, num. 10. Aſin. in praxi, §. 23. ampliat. 66. Hieronym. Grat. conſil. 108. num. 7. volum. 1. Sebaſtian. de Medic. de regul. iur. reg. 7. limit. 15. Franciſ. Burſ. conſ. 294. nu. 17. lib. 3. Emmanuel. Suarez in theſaur. recep. ſentent. lit. S. num. 1. & lit. A. num. 109. Ioan. Bapt. Villalob. lit. S. num. 6.* plenè *Ioſeph. Ludouic. d. deciſ. 111. per tot.* Latè etiam *Vincent. Carot. dict. quæſt. 8. num. 23. & ſeqq. folio mihi 25. & in annotationibus poſterioribus ibidem, Ioan. Matienç. in l. 7. tit. 11. gloſſ. 3. nu. 31. lib. 5. nouæ Reg. Collect. Petr. Cened. in collect. iuris Cano. 1. part. collect. 28. nu. 11. Maſtril. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 22. numero 23. & ſeq. Petr. Barboſ. ad leg. Eum, quem temere, in princip. num. 160. D. de iudic.*

59 Et in Aduocato, † qui vel propriam ipſe cauſam defendit; vel alius pro eo gratis patrocinatus eſt, victorque extitit, an patrocinij ſalarium, expenſaſque quas fuiſſet facturus habere debeat? vide *Bart. in l. fin. ad fin. C. de fructib. & lit. expenſ. Hippolyt. de Marſil. in l. Patre, vel marito, num. 68. D. de quæſtion. Aſin. in praxi, §. 32. cap. 3. num. 19. Nicol. Boer. dict. deciſ. 210. num. 3. & ſeqq. Iacob. Bennius de priuileg. Iureconſ. part. 3. priuileg. 73. num. 4. Emman. Suarez d. verb. Aduocatus, num. 103. Ioach. Mynſing. ſingul. obſeruat. cent. 1. obſeruat. 2. per tot. Andr. Gail. pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 151. num. 16. & ſeq. Petr. Surd. de aliment. tit. 9. quæſt. 39. num. 11. Iacob. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſu 154. numero 5. Petr. Cened. d. collect. 28. num. 10. Camil. Borrel. d. tit. 65. de Aduocat. offic. nu. 111. & ſeqq. Petr. Barb. in d. l. Eum, quem temere, in princip. num. 261. cum ſeqq. vſquè ad 266. Gregor. Lopez in l. 8. tit. 22. par. 3. gloſſ. 1. ad fin. Cumia in ritib. Siciliæ, cap. 73. á num. 28. Burſat. d. conſil. 294. num. 18.*

Circa Aduocatos, eorumquè mercedem ſumus immorati, tùm quia neceſſarium, tùm quia infrà dicendis ſuprà di-
60 cta inſeruient, vt in Procuratoribus, † qui ſimiliter pauperes gratis adiuuare tenentur, vt multi ex ſuprà relatis in Aduocatis notant, præcipuè *Vincent. Carot. de locat. part. 2. grad. 4. de Medico, folio mihi 120. ex quæſt. 1. ad fin.*

Et in noſtra *Hiſpania* ſimiliter Procuratores pauperum ſalariati exiſtunt, vt conſtat ex *l. 26. tit. 4. & in l. 28. tit. 5. lib. 2. nouæ Regiæ Collect.*

61 Notarij † pariter, ac Tabelliones gratis pauperibus ſcripturas, & acta conficere, ac exhibere tenentur, ex *text. in l. Tam de mentis, 21. in fi. & ibi gloſſ. fin. C. de*

*Epi-*

*Epiſcop.Audien.* quam ad hoc not. *Alex. in l.Argentarius,num.4.D.de edend.Felin.in cap.Si qui teſtium, num.10. verſic. Alios caſus,de teſtib.Franc.Ripa in l.Centurio,num.35.D.de vulg.& pupil.ſubſtit. Petr.Folleri.in pract.crimina.2.part.2. partis, verſ.Recipiantur defenſiones reorum,num.27.Rota in antiq. d.deciſ.2.tit. de conſtit.Ludouic.Roman. in repet.l.Si verò,§.De viro, fallent.25.verſ.Sextò,D. ſolut.matrim.Bald. in cap.Sedes, num.6. extr. de reſcript.Cornel.Beninc. de pauper.d.ſpeciali 1.in iudic.num.14.Petr. Rebuff. de priuileg.Scholaſt.d.quæſt.90. num.4.Gaſpar Baeç. de decim.tut.cap.1. num.31.& cap.10.num.13.Didac.Couar. d.cap.6.num.4. Petr.Royz. Maur. deciſ. Lituanic.4.num.294.& ſeqq. Sebaſtian. de Medic. de caſib. fortuit.2.part.quæſ.4. num.11.Gregor. Lopez in l.6. verb. Llanamente,tit.22. part.3. Franciſ.Viui. deciſ. 159.num.4.Camil. Borrel. in ſumma deciſ. tit. 66. de procurat. & defenſorib. num.76.Andr. Tiraq. de nobilit. cap.29. num.41.Andr.Gail.pract. obſeruat.lib.1. d.obſeruat.43.num.11.Vincent.Carot. de locat.d.quæſt.8.tit.de fructib.& lit.expen. num.12.folio mihi 24. Roland.à Valle d.conſ.87.num. 30. cum ſeqq. lib.2.* vbi etiam *num.* 34. *Afflictum* adducit *in conſtit.Regni,in conſtitut.Appellationum tempora,in 5.notat.verſic.Rurſùs quæro,* dicentem, Iudicem ad quem, poſſe Notarium Iudicis à quo, ſtante paupertate appellantis, vt det proceſſus ſine ſalario copiam,compellere,per *d.l.Tam de mentis, cum gloſ.* quem etiam ſequitur *Neuizan. conſ.44. num.* 13. *Anton. Grauat. in addit.ad Octauian.Veſtr. in praxi,lib.4. cap.4. de dolo,& contum. litera I.verb. Paupertas,num.33. Ioann. Bapt. Marqueſan. de commiſsio. part.2. de commiſſione auocationis cauſarum, §.2. num.30.* Et hodie de iure Regio id ipſum diſpoſitum extat in *l.2.tit.18.lib.4.nouæ Reg. Collect.*ibi: *Y el eſcriuano ſea apremiado de le dar el proceſſo del pleyto ſin dineros.* Imò & cum in Tabellionis recipiuntur, nullas à pauperibus pro actibus, vel ſcripturis exhibendis exacturos iurant,in Regalibuſque ſchedulis à Supremo Indiarum Senatu de aliquo in Tabellione recipiendo ad noui Orbis Audientiarum Iudices miſsis,clauſula hęc de hoc iuramento in primis præſtando adijcitur.

62 Sub pœnaq; officij priuationis † poterit præcipere Iudex Tabellioni, vt acta, ſcripturaſque pauperi abſque mercede exhibeat,ac præſtet, ex iuribus ſuprà *num.* 48. adductis: & in ſpecie notat(poſt *Couar.* & alios, ibi relatos) *Azeued.in d.l.16.tit.16.lib.2. nouæ Reg.Collect.num.3.*

63 Nuncij † quoque,& Executores gratis pauperibus inſeruire debent, & ita in Camera obſeruari, ibique dari Nuncios, qui pauperum executiones gratis faciãt; teſtatur *Andr.Cail.d.obſeruat.43.nu.*19. vbi tamen addit, quòd ſi in cauſa pauperes obtinuerint, ſumptus in executione factos refundere,& reſarcire debent. Simulquè in cauſis pauperum commiſsio-
64 nes decerni † ad Magiſtratus eius loci,ſub quo teſtes domicilium habent, vt eos recipiant,nè pauperes grauentur, conſuetum aſſerit *ibidem.*

65 Medici † etiam gratis pauperes curare debent, *text. in cap. Non ſatis in fin. 86.diſt.* Qui enim poteſt languentem à morte liberare,nec liberat; mortem videtur infligere,*text.in cap.*1.83.*diſtinct. Scribentes in cap.Ad aures,7.de ætate, & qualit.Cornel.Beninc.* (poſt *Abb.Andream,Barbat.*&alios ibi adductos)*dict. ſpeciali* 1.*num.*17.*Specul. Archidia. Felin. Lucas de Penna*, & alij, quos refert, & ſequitur *Gaſpar Baeça de decim. tut. d.cap.*10.*num.*15. *Franc. Ripa in tract. de peſte in remed.ad curan.peſtem, §.Medicorum, num.*101. vbi teſtatur de communi,*Petr.Royz.Maur.d.deciſ.4.nu.*300 *& ſeq.Tiraquell. d.cap.*29. *num.*44. & 45. vbi id tam iurium, legumque, quàm medicinæ Profeſſorũ authoritatibus cõprobat. Ex conſtitutionibus Siciliæ Medicos(inter cætera)gratis ſe pauperes curaturos iurare, tradit *Andr. Gaill. d. obſeruat.43. num.* 13. *Roland. á Valle dicto conſ.87.num.38.39.* & 40. vbi de communi,*Sebaſtian.de Medic. dicta quæſt.4. num.*11.*Gregor. Lopez d.l. 6. verb. Llanamente,tit.*22. *part.*3. *Fulu. Pacian. d. cap.*54.*num.*63. *Flores Diaz de Menavariar.quæſt.lib.*1.*quæſt.*8.§.1. *num.*52. vbi quòd Medicus aliquid à paupere accipiens,ad reſtitutionem tenetur, *Petrus Plaça de delict.cap.*26.*nu.*4. *verſ.Ægrotos tam pauperes, Paul. Fuſc. de viſitat. lib.*2. *cap.* 3. *num.* 6. *Mandoſ.in praxi, tit.de ingratitud. cap.*101. *verſ.Pauperes infirmos.Martin.Nauar.in Manu.c.*25. *nu.*64.*Pet.Cened.Collect. Cano.*163.*n.*2.

*Ioan.*

*Ioan.à Capistr.in speculo conscient.n.266 Vrsil.ad Afflict.decis.123. Vincen.Carot. de locat.à.2.par.grad.4. de Medico, q.3. ex n.2.* Qui tamen *n.8.fol.mihi* 121. suprà dictam veram intelligit doctrinam, tribus concurrentibus requisitis, siue in foro interiori, siue exteriori: scilicet opportunitate locorũ, temporũ, & rerũ. *Locorum*, quia non per mundũ quærere indigentes infirmos tenetur Medicus, sed si illis occurrat sufficit, iuxta illud *Exodi* 23. *Si occurreris boui inimici tui, aut asino errãti, duc ad eum. Temporum*, quia non futuræ necessitati occurrere, aut prouidere, sed præsenti homo tenetur. *Rerũ*, quia consulere, coniunctisquè sanguine curam impendere debet homo.

65 Medicus autẽ gratis infirmos pauperes medicari recusans, poterit à Iudice cogi. *Abb.& Felin.in c.Si pro debilitate de offic.delegat.* Imò & officio priuari, secũdum *Bart.in l.Archiatri, C.de prof.ff.& medic.lib.*10. quẽ refert, & sequitur *Vincent.Carot sup.d.quæst.3.num* 9.

Magistri etiam, & Præceptores discipulos suos pauperes † gratis docere tenẽ
67 tur, *text.* & ibi Scribẽtes *in c.1.de Magist. glo.fin.in d.cap.Statutum*, 11. §. *Insuper, de rescript.in* 6. *& in cap.De quibusdã*, 37 *dist.Andr.Tiraqu.d.cap.29.nu.*42. *Petr. Royz.Maur.d.decis.4.nu.*304. *& duobus seqq.Roland.à Valle sup.nu.*41 *Petr.Rebuff.d.priuileg.*90. *nu.*6. *Vincent.Carot. de locato.2.par.tit. de ambasiatore infirmo, q.*8. *in quæst.de Magistris.Horat.Lutius de priuileg.Scholastic.priuil.*88. *Concil.Triden.sess.*23. *cap.*18. *de reformat.& sess.*5. *cap.*1. *de reformat.*

68 Sic nec pauper incarceratus † custodiæ expensas, salariumq; persoluet, *Cornel.Beninc. d.speciali* 1. *in iudic. num.*6. *Petr.Surd. de aliment. titulo* 1. *quæst.*72. *nu.*2. *Sebastian.Guazin.de defens.reor.defensione* 6. *cap.*1. *num.*4. *circa priuilegium carceratorum, Ioan.Aloys. Ricci. Collect. decis.par.*4. *collect.*1115. *vers. Hinc est*, & de iure Regio *text.in l.*20. 21. 22. *&* 23. *tit.*12. *lib.*1. *nouæ Reg. Collect.* quibus propter Iudicis, aliorumvè officialium, carceriſquè custodis sportulas, vel salarium, constito de paupertate per ipsorum pauperum iuramentum, non esse detinendos in carcere pauperes: neq; pro dictis expensis, ac mercede fideiussorem esse præstandum, aut aliquo modo (sub pœnis in dictis legibus contentis) esse admittendum, prouidetur.

Suprà dictis quoque adiungendum, Papæ Legatum, Episcopum, aliumvè Prælatum Ecclesias suas, diœcesimquè visitantem, à pauperibus Clericis procu-
69 rationem † exigere non posse, *text.* est in *cap.Placuit*, 1. *quæst.*2. per quem ita tenet *gloss.in cap.Cum instantia*, 17. §. *Sane*, *verb.Prægrauari, de censib. & ibid. Abb. Ioann.Andr. & Hostien. & in cap.Procurationes, eod.tit. DD. in cap.Cum Apostolus, eod.tit. gloss. fin. in cap.Venerabili*, 24. *eod. de censib. tit. Marian.Socin. in tract.de visitat. lib.*11. *quæst.*8. *vers. Octauò quæro, Andr.Tiraq. de nobilit.d.c.*29. *num.*43. *Lucas de Penna in l.fin. in ver. Rerum angustias, C.de his, qui num. liber se excus. lib.*10. *Gaspar Baeç. de decim.tut.cap.*10. *numero* 4. *Petr.Royz. Maur.d.decis.*4. *num.*307. *Franc.Marc. decis. Delphinat.*198. *num.*4. 2. *part. Remig.de Gaonny in tract. de charitat. subsidio.quæst.*37. *num.*12. *&* 13. *Ioan.Aloys. Ricci.in praxi variar.resolut.resolut.*115. *num.*3.

Cum aliàs procurationes huiusmodi
70 licitæ, † omninoquè sint debitæ, nec longissimi quidem temporis ab earum præstatione exemptionem concedat spatiũ, *text.in d.cap.Cum instantiá*, 17. *& in d.cap.Venerabili*, 24. vbi notat *glossa verb. Non soluerunt de censib. text. in cap.Cum ex officij*, 16 *de præscrip. Franciſc.Marc. & aly ex proximè relatis.*

Denique, licèt de *iure Regio* ex dispositione *legis* 2. *tit.*7. *libro* 3. *Fori leg.* (vniuersali *Hispaniæ* consuetudine approbata) pro administratione rerum, per-
71 sonæque pupilli decima pars fructuum † bonorum illius, tutori debeatur; si tamen pupillus pauper sit, cuius bonorum redditus vix ipsi pupillo alendo sufficiant; ab huiusmodi decimæ præstatione liberatur, ex sententia (quam latissimè defendit) *Gasparis Baeç. de decim. tut. d. cap.*10. *ex num.*17. probabiliorem sibi videri dicens, & ita si casus sibi occurreret iudicaturum se asserens: pro qua alia etiã adiecit *Ioann. Gutierrez de tut.* 3. *part. cap.*12. *num.* 1. *&* 2. licèt postmodum contrariam (& si non multum vrgentibus, quibusquè facilè respondeti potest argumentis) defendat.

VTRVM MERCES, vel ſalarium in principio, vel in fine operis pauperibus ſoluendum ſit?

## SVMMARIVM.

1 Merces, vel ſalarium in fine operis ſoluendum eſt.
2 Medici ab infirmis ſalarium exigere, niſi poſtquam eos curauerint, non debent.
3 Nec Aduocati ante finitam cauſam honorarium debent exigere. Contrà ibid.& num.4.
4 Salarium ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti debitum, in principio ſolui debet.
5 Procuratoribus,&Nuntijs an ante finitam litem ſalarium ſoluendum ſit?
6 Nuntius(Hiſpanè *Alguazil*) cui executio facienda commiſſa eſt, non antè decimam eius habere debet,quàm creditori petenti de debito ſatisfecerit.
7 Penſio domus, vel prædij in fine anni ſoluenda eſt, niſi aliter conſuetudo, vel partium conuentiones ſeruandum ſuadeant.
Et quid ſi ad plures annos ſit facta locatio, an omnium annorum finis, vel primi anni ad ſolutionem expectandus ſit?num.9.
8 Intellectus ad *text. in l.Placuit*,4.*C. de coll.fund.patrimo.lib.*11.
10 Legatum penſionis *pro vna domo*, in fine anni præſtari ſufficit.
11 Officialibus, vel operarijs in fine operis ſoluendum eſt ſalarium. & numero 12.
13 Et quid in ædificatoribus, vel his, qui ad aliquod magnum opus operas ſuas locant?
14 Paupertatis fauore etiam ante operarum præſtationem (in parte ſaltem) ſalarium ſoluendum eſt.
15 Pauperi, qui de ſuo expendit in opere, tenetur in conſcientia conductor illud præter ſalarium reſarcire.

# QVÆSTIO XXIX.

COngruit præcedenti, quæſtio: *Vtrùm merces, vel ſalarium in fine, vel principio operis ſoluẽdum pauperi ſit?* Quæ ſi ordinarijs regulis iudicanda, vel decidenda foret; in fine mercedem pauperi ſoluendam, omnino dicendum eſſet. Non enim antè mercedem deberi; † communis eſt reſolutio, ex *tex. in l.Diem functo*,4. *D.de offic. Aſſ.ſſ gloſ. Bart.& DD.in l.Ædẽ*,3. *C.locati, Bald. Immol.&DD.in l.Diuortio in princ.D. ſolut.matrim.* firmatquè *Iaſ.nu.*38.*Bart. Bald.* & alij *in l.Nec patronis*,6. (per illum text.) *C.de oper. libertor.Ioann.Bolognet. in d.l. Diem functo, nu.*18. & 19. *Cornel. Beninc.de paupert. ſpeciali* 8. *in contractlib.num.*1. *& ſeqq. Paul.Roman. de penſionib. Eccleſiaſt. cap.*5.*n.*1 *&ſeqq.* 1

Sic non niſi poſt curationem (niſi aliter ſe habeat conſuetudo) debere Medicos exigere ſalarium; † tradunt *Bart.in l.Archiatri* (per illum tex.) *C. de profeſſor. & medic. lib.* 10. *Specul. in tit. de ſalarijs.§.Nunc de Procuratorum, nu.*7. *Franciſc. Ripa de peſte, ver. De remed. ad curand. peſtem,num.*127. vbi hanc cõmunem dicit, *Bart.* etiam *in l.*1.*§.Diuus, num.*16. *D.de var. & extraord. cognit. Bald.in l.*1.*quæſt.*8.*C.de ſuffragio, Iaſ.in d l.Diem functo,numero* 12.*Felin.in cap. Presbyterum, num.*4. *extra de homicid. Petr.Dueñas regul.*63.*ampliat.*1. *num.*1. *Cornel. Beninc. ſuprà, num.* 8. *Franciſc. Viui.commun.opin part.*2. *opinion.*176. *Emmanuel. Suarez in theſauro recept. ſentent. lit. M. num.* 122. *Vincent. Carot.de locato.*2.*part.gradu* 4. *de Medico, quæſt.*5.*num.*2. *&ſeqq.* bonum eſſe *numero* 5. addens, dictum medicis vt infirmos inuiſere non recuſent, ſatisfacere. Tenet etiam ſuprà dictam ſententiam *Hieronym.Præuidell. de peſte,& eius priuileg.titulo de iudicijs, verſic. Bart. in l.Medicos, num.*5. *Ioach. Mynſing.ſingular. obſeruat. cent.*2. *obſeruat.*7. *nu.*3. Et facit eligans *text.in l.Thais*,41. *§.Lucius Titius,el* 2.*D.de fideicommiſ. libert.*

2

Nec Aduocati † à clientibus ſuis ante finitam cauſam honorarium poſtulare poſſunt,ex *text.in d.l.Archiatri*,9. *C. de profeſſor. & medic.* per quem ita tenet ibi

3

ibi *Bart.* vbi, quòd ſicut Medico ſalarium non niſi infirmo ad ſanitatem reducto debetur; ita nec Aduocato lite durante. Facit *text.* (*& ibi* aduertit *gloſſ.* licèt cum hac non remaneat) *in l.1. verb. Conſequantur, C. de ſuffragio, Innoc. Ioann. Andr. Anton. de Butr.* & communiter Doctores in *cap. Propter ſterilitatem, extra de locat.* communem, tenendamquè dicit *Iaſ. in d.l. Diem functo, num.11. & 12. D. de offic. Aſſeſſor. Matth. de Afflict. deciſ.123. num.2.* per *text. in l. Quiſquis, 6. C. de poſtul. Cornel. Benino. d. ſpec.8. in contractib. num.9. Vincent. Carot. dict. 2. part. gradu 4. de Medico, quæſt.5. nu.3. Hieronym. Præuidell. d. loco ſuprà, num.6 Petr. Rebuff. de ſentent. prouiſ. art.7. gl.7. num.3. Ioach. Mynſing. dict. obſeruat.7. num.2. Hieronym. Magon. deciſ. Florent. 12. num.5. in fin.* communem, crebriùſq; receptam dicens.

Licèt in contrarium vrgeat *text. in l. Properandum*, 11. §. *Illo proculdubio, C. de iudic.* vbi notat *gloſſ. verb. Protrahantur, & in d.l.1. C. de ſuffragio, & in l. Venditor*, 14. §. *Si conſtat, verb. Salarium, D. commun. prædior.* Hancquè tenent *Specul. & Ioann. Andr. in tit. de Salar.* §. *Sequitur, verſ. Sed quando ſoluetur*: eamq; vt veriorem amplectitur ſententiam *Alexan. in d.l. Diem functo, numero 7.* Ex eo, quia quando ex diſpoſitione legis, † vel ſtatuti ſalarium debetur, ſoluendum ab initio eſt, vt *in dict.l.1.* §. *Diuus, D. de vari. & extraord. cognit.* vbi tradit *Bart. nu.5. Marc. Anton. de Amat. in deciſ. Rotæ Prouinciæ Marchiæ, deciſ.52. num.21.* vbi & *num.5.* ex conſtitutione Rotali ſalarium Prætoribus, Auditoribuſquè Rotæ aſſignatum, quolibet menſe præſtari, notat, vt vnde ſe congruè valeant ſuſtentare, habeant. *Hieronym. Magn. dict. deciſ. Florent. 12. num.5. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. litera S. concluſ.10. num.1.2. & 3.* Idem in Doctoribus, Iudicibus, & alijs, qui ſcientiam, vel dignitatem aliquam exercent, profitenturquè, & in his, quibus à lege ſalarium debetur, dicens. Et ſic cũ Aduocatis, quibus ſalarium conſtitutum nõ eſt; ſtatim enim eis nõ expectato litis fine honorarium ſoluitur, quotidie fieri videmus.

5 Procuratori etiam, vel Nuncio † lite durante ſalarium ſoluendum non eſſe, tenuerunt *Cyn. & Bald. in l.1. C. mand. Iaſ. in d.l. Diem functo, num.13. D. de offic. Aſſeſſor. Cornel. Benino. d. ſpecial.8. num.9. Ioach. Mynſing. d. cent.2. obſer.7. num.4.*

Cum quibus tamen hodie, ſicut cum Aduocatis, ſeruari videmus, ſtatimquè ſi ſalariati non exiſtant, ſalarium Procuratoribus ſolui: necnon & Nuncijs (quos vulgò Alguaziles vocamus) niſi in execu-
6 tiones facientibus: † Hos enim decimam ſibi debitam, antequam executio finita ſit, partiquè petenti de debito ſatisfecerint, habere non poſſe, prouidet *text. in l.7. tit.21. lib.4. nouæ Regiæ Collect.*

Locatori quoque domus, vel prædij
7 in fine anni, † vel temporis locationis pẽſio ſoluenda eſt, *gloſſ. in l. Defuncta, 65. verb. Percepturum, D. de vſufruct. & ibidem Alberi. num.1. gloſſ. in l. Diuortio in princip. & ibid. Iaſ. num.38. D. ſolut. matrim. gloſſ. fin. verſic. Tu dic. in dict.l. Ædem, 3. C. de locato, & ibid. Oddofred. num.5. Bart. Bald. Salyc.* & communiter Doctores *in l. Sed addes, 21. §. Si quis cum in annum, D. locat. & in l. Quæro, 56. §. Inter locatorem, D. cod. & in l.11. D. de migrand. Bart. in l. Seruus communis, §. fin. nu.5. D. de ſtip. ſeruor. Oddofred.* & communiter Doctores *in l. Si vno, §. Item cum quidam, d. tit. D. locat. Innoc.* & Canoniſtæ *in d. cap. Propter ſterilitatem, Iaſ. in l.2. nu.180. C. de iure emphyt. Angel. conſ.22. num.12. Ioan. Lup. in repet. cap. Veſtras, §.2. nu.11. de donat. inter virum & vxor. Anton. Gomez* (communem dicens, adducenſquè etiam *text. in l.4. tit.8. part.5.*) *variar. tom.2. cap.3. num.13. Pet. de Gambar. de offic. Legat. rubric. de penſion. quæſt.26. num.601. & quæſt.23. num.559. Paul. Roman. de penſ. Eccleſiaſt. cap.5. per tot. Hieronym. Gigas de penſion. quæſt.93.* Communem verioremq; in puncto iuris teſtatur *Vincent. Carot. de locat. 4. part. gradu 4. de neceſſitate vſus, verb. Recuſatio, quæſt.13. num.5. fol. mihi 200. Hieronym. Magon. deciſ. Rotæ Lucenſ.69. numero 3. Borgnin. Caualcan. deciſione 44. numero 75. part.1.*

Niſi aliter, vel conſuetudo, vel partium conuentiones ſeruandum ſuadeant; vt notant omnes proximè relati. Præter quos addendus etiam *Cardin. Dominic. Tuſch. practic. concluſ. litera P. concluſione 273. numero 1. & litera C. concluſione 609.*

Nec

Nec ſuperioribus obſtat *text. in l.Placuit,4.C.de collat.fund.patrimo.lib.*11.tri
8 bus terminis † in anno penſionem ſoluendam ſtatuens; quem ad hoc ſingularē reputat *Bald. in l. Quidam æſtimauerunt, D.ſi cert.pet.& Iaſ. in l.2.num.217.C.de iure emphyt.* Quia in fundis publicis emphyteoticis procedere, loquique intelligendus eſt,vt(ex pluribus) tradit *Anton. Gomez variar.d.lib.2.cap.3.num.*13.

Quid autem dicendū, ſi locatio ad plu
9 res annos facta ſit? † An omniū annorum, totiuſq; temporis finis ad ſolutionē expectandus? an cuiuſq;tantū anni? Cuius dubitationis deciſio à modo, formaq; locationis,vel cōtractus videtur pendere. Si enim ſub vna annorū numeratione,& pretij celebretur locatio; vnica etiā fiet ſolutio,tēporiſq; locationis finis erit expectādus:Siverò ſub diuerſa annorū numeratione locatio facta eſt,vel ſubvna,ſubdiuerſis tamen præſtationibus, in cuiuslibet anni fine ſolutio fiat neceſſe erit. Veluti ſi domum, vel fundū pro annis octo loco pro ſcutis, vel modijs centum, vnica locatio eſt, & penſio vna, quæ in fine locationis præſtanda erit. Si autem locatio ad annos octo pro ſcutis centum quolibet anno fiat; in fine cuiuslibet anni fiet quoquè præſtatio. Ita in effectu docet *Cyn. in d.l.Ædem, C.de locat. Vincent. Carot. d. 4.par.gradu 4.de neceſsitate vſus,quæſ.*13. *nu.*17. 18. *&* 19. apud quem de hac materia latè.

Et iuxta prædicta dicebat eleganter *Bart. in l. Habitationes, num.*1. *D. de vſufruct. legat.* quòd ſi quis alicui pen-
10 ſionem *pro vna domo* † legauerit,tale ſufficit in fine anni præſtari legatum, cum penſio domus in fine anni ſolui debeat. ſequitur *Iaſ. in dict.l.Diuortio, num.*38. *in fin. D. ſoluto matrim. Cornel.Beninc. d.ſpeciali* 8. *in contract.num.*10.*Vincen. Carot. vbi ſuprà,num.*6. *Petr. Foller.in pract.cenſ.in verb. Quæ quidem executio, num.*7.

Officialibus etiā quibuslibet ſalariū,
11 vel mercedem in fine † operis deberi(niſi aliter ſe habeat cōſuetudo)tenet *Nouell. regul.*183.adductus per *Vincen.Carot.ſupra de neceſsitate vſus, verb. Recuſatio, quæſt.*3.*quæſtionis* 13.*principalis, num.*2. *folio mihi* 202.

Operarijſq; in fine operis † ſalarium
12 ſoluendum, neq; poſt laborem detinendam mercedem,diſponit *Regia lex* 3. *titulo* 5.*lib.*7.*Ordinam.*iuxta Leuitici c.19. *Non morabitur opus mercenarij tui vſq; manè.* & Tobiæ 4. *Quicunquè tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat.* & Deuteronom. cap.24.*Non negabis mercedem indigentis,& pauperis fratris tui,ſiue aduenæ,qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas eſt, ſed eadem die reddes ei pretium laboris ſui ante Solis occaſum.* Docent è noſtris *Bart.in l.*1.*§.Diuus, num.*16.*D. de var.& extraordin.cognit. Gaſpar Caual.Milleloq.*694.*Vincen.Carot.vbi ſup. q.*2.*quæſtionis* 13.*principalis, nu.*1.*verſ. Si verò, folio mihi* 201. *Ildephonſ. Montaluus in l.*3.*tit.*20.*lib.*3.*Fori leg. verbo A placo.*Sic de facto aurifices, cerdones, pelliparios, & ſutores obſeruare addens.

Quoad ædificatores verò, eosvè qui operas ſuas ad aliquod magnum locant
13 opus,† veluti domū,Eccleſiam, vel ſimile,finem ad integri ſalarij ſolutionem expectandum non eſſe; ſed ſucceſsiuè præſtandum;probat *text.in l.Inſulam,* 60. *§. fin. D.locati, Ludouic.Roman. conſ.*348. *Petr.Rebuff.* & alij,quos refert,& ſequitur *Vincent.Carot.ſup. d.quæſt.*13.*num. fin. in addit.d.fol.*201.*Montal.* iam *relato loco.* Talis enim intellectus, vel interpretatio contractus, nimis eis eſſet onerosa: ſecùs in alijs, quæ ſic longum tempus laborem, & ſumptus non deſiderant.

Paupertatis tamen fauore, ſi pauper operas ſuas ſub certa mercede locaſſet(in parte ſaltem) etiam ante operarum præ-
14 ſtationem,† in earūmq; initio, mercedem petere poſſe, ſibique præſtandam, ſi perſonæ ratio,neceſsitaſq; depoſcat, idq; tacitè videri conuentum;docent *Bart.in d.l.*1.*§.Diuus,nu.*16.*D.de var.& extraordin.cogni.Ioan.Bolognet. in d.l.Diem functio, num.*21.*D.de offic. Aſſeſſor.* poſt *Bald.ibid.num.*6.*Cynus,Bald.* & Doctores *in l.*2.*C.de locato,* latè *Cornel.Benin. dict. ſpeciali* 8. *numero* 16. *& ſequentib.* eleganter hanc ſententiam comprobans. Ideòquè architectum, fabrū murariū, vel ruſticū,ſi pauperes ſint,in principio operis ſalarium exigere poſſe,tenent(præter iam relatos) *Specul.& Ioan.Andr. in tit. de ſalarijs, §. Sequitur, verſ. Et quando, Summa Angel. verbo Locatio, numero* 12. *Ioannes Lupus in repet. cap. Per veſtras,§.*11.*num.*14.*de donat. inter vir.*

*& vxor. Vincent. Carot. d. q. 2. quæstionis 13. principalis, n. 1. & 2. fol. 201. Ildephons. Montal. in d. l. 3. tit. 20. lib. 3. Fori leg. verb. A plaço, Francis. Auiles in cap. Prætor. cap. 17. verb. Menestrales, nu. 3.*

Et si mercede conuenta soluta, de suo
15 pauper expendisse † ostendat; illud in cõscientia (præter salarium) de suo resarcire tenetur conductor, secundum *Addit. Angel. in d. verb. Locatio, num. 12. lit. C. in fin.* quem refert, & sequitur *Vincent. Carot. d. quæst. 2. quæstionis 13. principalis, num. 3. & 4.*

## VTRVM PAVPERTAS iusta restitutionis in integrum sit causa? Et an casu, quo iusta restitutionis causa sit, iure minorum, vel Ecclesiarum, an verò maiorum, ex clausula generali, *Si qua mihi, &c.* competat?

## *SVMMARIVM.*

1 Pauperibus competit in integrum restitutio. Ampliatur num. 6.
Et an ex capite generali, vel iure minorum, & Ecclesiarum? num. 7. & seqq.
Paupertas, & absentia æquiparantur.
Comparatur etiam infirmitati paupertas.
4 Propter absentiam, vel infirmitatem restitutio in integrum conceditur.
5 Paupertas à mora, & à contumacia, excusat, remissiuè.
6 Pauperi etiam contra tres conformes sententias in contradictorio iudicio latas restitutio conceditur.
9 Pauperes aduersus omissam petitionẽ bonorum Prætoris intra centum dies vtiles, prout minores, dummodò intra quadriennium, siue pauperes certi Hospitalis, vel loci sint, siue pauperes in genere, restituuntur in integrum.
Pauperes iuris interpretatione semper minores dicuntur: & quando, & qualiter restringatur? ibid.
Ecclesiæ quadriennium ad restitutionem in integrum datur, ibid.
10 Pauperes ad restitutionem obtinẽdam minores dicuntur.

## QVÆST. XXX.

QVoad primam huius quæstionis partem, An scilicet paupertas iusta sit in integrum restitutionis causa? omissis
per *Sfort. Oddum in tractat. de in integ. restit. 1. par. quæst. 11. ar. 9. n. 43.* argumentis adductis (quæ nihil commune cum materia in integrum restitutionis habere videntur) cõmunis resolutio est, in integrũ
1 restitutionem † pauperibus competere. Pro qua est *text.* (ad id ab omnibus adductus) *in l. Si Procuratorem, 8. §. Igitur si ignorauerunt, D. mandat. & auth. de ijs, qui ingred. ad appell. §. Alij, coll. 5. & cap. Ex ratione, 8. extra de appellat.* cum similib. de quibus latiùs *quæst. sequenti.* & tenent prædictam sententiam *Abb. in cap. Ex literis, n. 7. & seq. de in integr. resti.* & (post alios, quos refert) *Cornel. Beninc. de paupert. q. 4. prin. n. 18.* vbi de communi; *Cardin. cons. 187. n. 5. Ægi. Bellam. dec. 44 in fin. Sfort. Odd. vbi sup. num. 44. & seqq. Aymon Crauet. cons. 172. n. 7. Pet. Rebuff. 1. tom. ad constit. Gall. tit. de sentent. prouision. art. 3. glo. vlt. num. 29. Iosep. Mascar. de probat. conclus. 1280. n. 7. Marius Giurba decis. 18. num. 2. Cardin. Tusch. practic. concl. f. lit. P. conclus. 165. num. 9.*

Pro qua etiam facit, quia paupertas,
2 & absentia † æquiparantur, vt (ex *Baldo*, & alijs) tradit *Sfort. Odd. suprà, nu. 48.*
3 Paupertas item & infirmitas, † *Bald. in l. fin. num. 5. C. de condit. insert. & in l. 2. §. Si quis in iudicio, num. 9. & ibid. Alex. n. 3. D. si quis caut.* & latiùs infrà *quæs. 36.* notabimus.

Propter absentiam autem, vel in-
4 firmitatem restitutionem competere, † planum est, *l. 1. D. ex quibus causis maior.* traditquè latè *Sfort. Odd. d. tract. 1 part. quæst. 12. artic. 5. per tot.* & faciunt dicta à *Nolis quæst. 17. num. 39.* vbi paupertatem à mora † excusare, tradidimus. A
5 contumacia quoque, vt latè *Nolis in secunda parte* (Deo dante) erit agendum. Ex quibus indubitabilis hæc remanet opinio.

6 Quinimò & contra tres conformes † sententias restitutionem pauperi concedi, obseruat *Guil. Cassador. decis. 10. de rescript.* etiam in contradictorio iudicio latas, *Octauian Visis in præxi, lib. 4. c. 4. de dolo, & contum. nu. 10.*

Dubi-

Dubitabilior eſt ſecunda quæſtionis pars; ex quo ſcilicet capite reſtitutio in integrum pauperibus concedatur? Circa quam in mediũ *Sfort. Odd.* proferam ſententiam, qui in *d. tract. 1. par. q. 3. art. 7. nu. 56.* diſtinguit, quòd aut pauperes reſtitutionem in integrum prætendentes, ſunt Collegiati, & Vniuerſitatẽ aliquã faciũt,
7 aut non. Primo caſu † abſq; dubio reſtitutionem ex eodem capite, quo & alijs pijs locis, & Eccleſiæ competit, pauperibus cõpetere aſſerit, idq; in terminis deducere *Bald. conſ. 377. n. 3. lib. 2. & conſ. 465. num. 2. & ſeq. lib. 1. & in l. Quãmuis, n. 2. C. de fide icomm.* quem mendoſè allegat, nil enim hic de re hic *Bald.* nec in adducto *conſ. 377.* egit; firmauit tamen *conſ. 381.* (incipit, Quæſtio ſubtilis) *num. 2. & 3. lib. 3. & d. conſ. 465.*

In ſecundo verò caſu ſubdiſtinguit *Sfort.* quòd aut pauperes læſi ſunt ex eo, quia paupertas fuit cauſa læſionis, quòd rebus ſuis ſupereſſe non potuerint; & putat reſtitutionẽ ex clauſula generali, paupertatis ex capite cõpetere: Aut læſi ſunt ſimpliciter, & imperitia propria, vel eorum, qui executores ſunt eiſdem relictorũ; & tunc notabiliter, & verè dici poſſe exiſtimat cõpetere pauperib⁹ ex eodẽ capite, quo pijs cauſis, & locis reſtitutionẽ. Ex eo, quia tale legatũ dicitur pium, pro eoquè debent fauoribus, & priuilegijs, quibus aliæ piæ cauſæ, locavè pia gaudere. Quæ multùm notanda, neq; ab aliquo in terminis deciſum, tactumvè reperijſſe aduertit.

Ex qua tamen differẽtiæ ratione idem in pauperibus collegiatim viuẽtibus, quã alijs dicendum videtur, cum vtrorumque cauſa pia dicatur; nec ſolùm quod in teſtamento eis legatũ relictũ ſit, eorum cauſam piã facit, ſed fauor eis miſerabilitatis pietatisq; ratione conceſſus, vt latè deduximus *q. 52. nu. 45. & ſeqq.* & expreſsiùs *num. 54. & 55.* nec ſolidam huius ſecundi capitis *Sfortiæ Odd.* diſtinctionis; diſcrimi
8 nisq; rationẽ inuenio. Quare in vtroq; caſu iure minorum † in integrũ reſtitutionem pauperibus cõpetere, ſiue pauperes ſint certi Hoſpitalis, vel loci, ſiue pauperes in genere; teſtatur *Cardi. Dom. Tuſch. pract. concl. lit. P. concluſ. 165. nu. 9.* vbi quòd pauperes aduerſus omiſſam bonorũ
9 petitionem † Prætoris intra centum dies vtiles, prout minores, ſiue ſint certi Hoſpitalis, vel loci, ſiue in genere, in integrũ reſtituuntur, ex *Bald. conſ. 377. n. 2. & 3. lib. 3.* quem debuit *d. conſ. 381.* allegare. Qui *d. num. 3.* aduertit, quòd etſi pauperibus in genere, vt minoribus, per reſtitutionis in integrum remediũ ſuccurratur: infrà quadriennium tamen id eſſe intelligendum. Quia licèt ſemper minores iuris interpretatione ſint; nè in infinitum tẽpus extendatur; ad quadriennium (ad Eccleſiæ ſimilitudinẽ, ex *cap. 1. de reſtit. in integ. lib. 6.*) coarctatur. Minoreſq; ad reſtitutionem obtinendam conferi paupe
10 res; † dixerat etiã idẽ ipſe *Bald. conſ. 465. num. 2. lib. 1. Guido Pap. de viſione 436. num. 22. Cardin. Tuſch. ſuprà nu. 10.* Firmãturq; prædicta ex notatis à *Nobis q. 23. num. 14.* & ex proximis ſequentibus quæſtionibus dicendis; quæ in hac ceſſare quaſi cogunt.

## VTRVM CONTRA pauperem intempore non appellantem, appellationem vè non proſequentem currat tempus?

### *SVMMARIVM.*

1 Sententia à qua infrà decem dies non fuit appellatum, firma manet, in remq; iudicatam tranſit.

2 Hodie intra quod tempus debeat à ſententia definitiua appellari? vel etiam ab interlocutoria vim definitiuæ habẽte, vel grauamen irreparabile per definitiuam à iudicibus inferioribus lata, cõtinente? & num. 3.

Et in ſententijs definitiuis à ſuperioribus Iudicibus, Regijſq; Senatoribus latis intra quãtum tempus debeat ſupplicatio proponi? num. 6.

Et quid in interlocutorijs ab ijſdẽ Regijs Senatoribus latis? num. 4.

Reſtitutio non conceditur aduerſus lapſum trium dierum intra quos ſupplicatio à ſententia interlocutoria Iudicum ſuperiorũ proponi debet, nu. 5.

Et quid in pauperẽ? num. 28. & ſeq.

7 Appellationis, vel ſupplicationis terminus currit de momento ad momẽtum.

8 Dieſquè etiam in honorem Dei feriati computantur in eo.

Et idem in computatione lapſus anni fatalis ad appellationem proſequendam, num. 10.

9 Appellationis cauſa infra annũ à die interpoſitæ appellationis terminari debet, aliter deſerta remanet appellatio. Et vtrùm id vſus admiſerit? ibid.

11 Nõ appellãs, vel appellationem intra prædicta tẽpora nõ proſequẽs ob paupertatẽ, excuſatur, illæſumq; ſibi cõſeruat ius, nec cõtra eũ tẽpora currũt. Ampliatur n. 20. 26. & 28. Limitatur n. 27.

12 Et an ipſo iure deſinat currere tẽpus ad appellandũ, vel ad proſequendam appellationem datũ, aut per reſtitutionem pauperi ſuccurratur?

Appellationẽ ob paupertatẽ non proſequens, ſecundũ fatale ipſo iure conceditur, ibid. Et an etiam tertium? ibid.

Verba de præſenti in lege adiecta, diſpoſitionem ipſo iure inducunt, ibid. verſ. Quòdque.

13 Appellationis tẽpora contra pauperẽ, etiã hodie, & in locis, in quib⁹ pauperũ ſũt Aduocati, Procuratoreſq;, nõ currũt

14 Et an contra pauperẽ appellationis tẽpora currant, ſiue appellatio in inſcriptis facienda ſit, ſiue non? & num. 19.

15 Expreſſio cauſæ non requiritur in appellatione à ſentẽtia definitiua, fieriq; viua voce poteſt.

16 Et idẽ in appellatione ab interlocutoria vim definitiuę habẽte. Limita n. ſeq.

18 In alijs verò interlocutorijs ſententijs, grauaminis cauſa in appellatione exprimenda eſt.

20 Procurator pauper an ob paupertatẽ ab interpoſitione appellationis excuſetur?

Intellectus ad *text. in l. Si Procuratorem*, 8. §. *Igitur ſi ignorauerunt, D. mãdati*, ibid. & num. 24.

21 Paupertas non excuſat Procuratorem ab onere denunciandi.

22 Pauper nõ appellans, vel appellationem ob paupertatem non proſequens, id cũ paupertatis iurata aſſertione proteſtari debet. Limitatur num. ſeq.

23 Paupertas notoria à proteſtatione excuſat.

24 Quæ paupertas ad præſtandũ excuſationem à lapſu fatalium, temporisq; appellationis, ſufficiens ſit? & num. 25.

29 Minori tutorẽ, vel curatorem habenti pro actu à tutore, vel curatore omiſſo (cum eum obligatum habeat) reſtitutio non datur, ſi modò tutor, vel curator ſoluendo ſit: aliter ſecus.

30 Eccleſia contra Prælatum cuius culpa læſa fuit, regreſſum habet, nec in integrum, ſi Prælatus ſoluendo ſit, reſtituitur.

## QVÆST. XXXI.

COnſtituta habent tẽpora Iura intra quæ ſi pars cõtra quam ſententia lata eſt, aliquodvè per eam ſibi grauamen illatũ fuiſſe cõtendat, retractariq; deſideret, nõ appellauerit, appellationemvè proſequatur: ab appellationis beneficio, eiusvè proſequutione appellantem excludunt.

1 Igitur ſi intrà decem dies † poſt ſentẽtiã latã pars non appellauerit; firma ſentẽtia manet, in remq; (vt aiunt) iudicatam tranſit, contra quam recurſus non datur, *text.* eſt *in auth. Hodie, C. de appellat. cap. Anteriorum*, 28. 2. q. 6. *cap. Quoad conſultationem*, 15. *de ſentent. & re iud. cap. Romana*, 3. §. *Si verò*, 6. *Non ſolùm*, 7. *c. Cõſertationi*, 8. *de appellat. lib. 6. l. 22. tit. 23. part.* 3. Ex ratione de qua *Nos quæſt.* 51. *num. 6. verſ. Quarta & vltima*.

2 Qui terminus hodie ad quinq; † tãtùm dierum ſpatium redactus eſt, per *text. in l. 1. tit. 16. lib. 3. Ordin. & l. 1. tit. 18. lib. 4. nouæ Reg. Collect.* Idemq; & in appellatione ab interlocutoria † vim definitiuæ habente, vel grauamen per definitiuã irreparabile cõtinente, ſtatuit *l. Regia*, 3. *eod. tit. & lib. nouæ Reg. Collect.* Idq; in prolatis ab inferioribus Iudicibus interlocutorijs ſententijs; in interlocutorijs verò à ſuperioribus Iudicibus, Regijſq; Auditoribus, tres † tantum ad ſupplicandũ cõceduntur dies; quibus elapſis, ſupplicationi locus nõ eſt. Ita diſponit *l. 1. tit. 19. lib. 4. nouæ Reg. Collect.* A cuius trium dierum tranſcurſu † reſtitutio *eadem lege* minoribus etiam denegatur.

In ſententijs verò definitiuis à Iudicibus ſuperioribus, † Regijſq; Senatoribus latis; idẽ, qui de iure communi (decẽ ſcilicet dierum) ad appellandum terminus dabatur; ad ſupplicandũ conceditur, ex *eiuſdemmet legis* diſpoſitione, quem ſi partes præſentes ſint, à die latæ ſententię; ſin verò abſentes, à die notificationis currere, decernit.

Iſq; appellationis, ſiue ſupplicationis terminus de momẽto † ad momentũ currit, idemq; ipſe notificationis latæve ſententiæ in caſu proximè dicto dies cõputatur, *glo. & Bart. in l. 1. §. Dies, nu. 3. D. quãdo appell. ſit, gl. in clem. Sicut appellatio-*

*tionem.3. verb. A die in princip. extra de appell. Paul. Caſtr. in d. auth. Hodie, nu. 1. C. de appell. Alex. Trentacinc.* alios referẽs) *variar. reſolut. lib. 2. de appellationibus, reſolut. 6. nu. 4. Greg. Lopez. in d. l. 22. tit. 23. par. 3. gl. 5. verb. Diez dias, in prin. Camill. Borrel. in 2. p. ſumm. deciſ. tit. 33. de appell. nu. 881. & ſeq.* alios adducens, latè etiã *Sebaſt. Guazin. de defen. reor. defenſ. 36. cap. 1. num. 2. & ſeq.*

Inquè Dei honorem dies computãtur
8 † feriati, *text. in l. 1. C. de feriis*, per quẽ ita tenet, & ſummat ibi *Bald. Alex. Trentac. vbi ſup. nu. 2. Andr. Gaill. practi. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 139. nu. 5. Camill. Borrell. d. loco, num. 884.*

Sin verò à ſententia legitimo fuerit tẽ pore appellatum, diſcutitur cauſa; debet
9 tamen intra annũ † à die interpoſitæ appellationis terminari, aliter deſerta manet appellatio, ſententiaq; firma, *auth. Ei qui appell. C. de temp. appell. cap. Cum ſit Romana, 5. extra de appellat. libro 6. d. clem. Sicut appellationẽ, de appellat.* eſtq; de iure Regio *tex. in l. 11. tit. 18. lib. 4. nouæ Reg. Collect.* Plura hac de re, & qualiter huiuſmodi deſertionem nõ admiſerit vſus, videri poterũt per *Gundiſal. Suarez de Paz in praxi annot. 2. de Inſtantia, ex num. 13. cum ſeqq.*

Et in hoc quoque anno dies computari
10 feriatos, † eſt *text. in l. 2. §. Illud etiã (vbi gloſ. verb. Præcedentes*, declarat) *C. de tẽporib. appellat. glo. 1.* (alia iura adducens) *in d. l. 1. C. de feriis*: & apertè prouidet *l. Regia, 24. tit. 23. part. 3.*

11 Si quis autem propter paupertatem † intra prædicta tempora non appellet, appellationem vè proſequatur, excuſatur, illæſumq; ſibi conſeruat ius, neq; in rẽ iudicatam ſententia tranſit, nec fatalia currũt; *text.* eſt in *l. Si Procuratorem, 8. §. Igitur ſi ignorauerunt (vbi Bart.* & communiter Doctores) *D. Mandat. text. in cap. Ex ratione, 8. extra de appell. Bart. in l. Inuitus, num. 6. & 7. Alex. num. 11. Curt. num. 17. C. de Procurat. Bald. in l. 2. §. Si quis in iudicio*, vbi etiam *Alex. num. 3. D. Si quis caut.* idem *Bald. in l. fin. nu. 5. C. de condit. inſert. Abb. in d. c. Ex ratione, num. 5. Felin. num. 2. Decius num. 19. extra de appell.* idem *Decius conſ. 436. nu. 2. & 22. Felin. in cap. Si qui teſtium, nu. 10. de teſtib. Quintillian. Mandoſ. de monitorijs, quæſt. 37. nu. 2. Nicol. Boer. dec. 247. num. 16. Cornel. Beninc. de pauper ſpecialli 3. in iudic. num. 17. & ſeqq. Guid. Pap. deciſ. 436. num. 21. Matthæſil. ſingul. vlt. & ibid. eius Addit. Franc. Crem. ſing. 122. Mantua ſing. 3. num. 4. Catelian. Cott. in ſuis memorabilib. verb. Paupertas, Caſſador. deciſ. 6. de appellatio. num. 1. & ſeq. & num. 6. Hieronym. Gigas de penſionib. quæſt. 80. numero 5. Alexand. Trentacin. variar. reſolut. d. lib. 2. tit. de appellationib. reſolut. 6. num. 5. Sebaſtian. de Medic. de caſibus fortuit. 2. part. quæſt. 4. num. 10. & in tract. Mors omnia ſoluit, 1. part. num. 103. pag. 4. propè med. verſ. Septimò excuſat à deſertione, ne appellanti fatalia currant, Marius Giurba deciſ. 18. numero 3. & num. 12. Carpan. ad ſtatut. Mediolani, cap. 131. num. 64. Curia in ritib. Magn. Curiæ, ritu, ſuo ordine, 81. num. 19. Anton. Grauat. in annotat. ad Octauian. Veſtrum in praxi, lib. 4. cap. 4. tit. de dolo, & contam. numero 27. verb. Paupertas, verſic. Item paupertas excuſat ab appellando, Roland. à Valle conſil. 87. num. 51. lib. 2. Franciſc. Viuius deciſ. 268. num. 5. lib. 2.* latè *Stephan. Gratian. deciſ. 24. per tot. Fuluius Pacian. de probat. lib. 1. cap. 54. numero 64. Ioach. Mynſing. ſingul. obſeruat. cent. 4. obſeruat. 97. per tot. Andr. Gaill. practic. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 142. Hieronym. Ceuall. in tractatu de cognit. per viam violent. quæſt. 112. num. 1.* vbi, quòd Iudex Eccleſiaſticus appellatione remota exequendo, contra lapſumquè temporis exceptionem inopiæ non admittendo, vim faceret. Suprà dictam quoquè tenẽt ſententiam *Lauren. Syluan. conſ. 69 num. 17. part. 2. Antonin. Theſaur. dec. 10. num. 5. Sigiſmund. Scacci. de appellationib. quæſt. 12. num. 162. & ſeqq.* nouiſsimè *Camil. Borrel. in 2. p. ſummæ deciſ. tit. 33. num. 1180. & ſeq. Robert. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 1. num. 56. Alex. Raud. de analog. cap. 22. n. 185. Bernard. Græuæ. concluſ. practi. Came. Imper. concluſ. 142. num. 5. & ſeqq. lib. 1. Anton. à Queſada in ſuis quæſtionib. iuris, cap. 31. numero 24. & ſequentib. Ioann. Aloyſ. Ricci. in praxi variar. reſolut. reſolutione 115. numero 3. in fin. Text.* de iure Reg. in *l. 2. tit. 18. libro 4. nouæ Collect. vbi Azeuedo numero 45. Menchac. controuerſ. illuſtr. cap. 41. numero 1. & ſeq.*

12 ipſo iure † deſinere tempus currere ad appellandum datum *num. 5.* addens; veriùs tamen forte videri, tempus ipſo iure

currere, reſtitutionem verò concedi, per *leg. fin. C. de longi temp. præſcript.* Pro qua ſententia faciunt dicta per *Ioannem Maur. in tract. de reſtitut. cap.* 362. vbi iuſtiſsimã eſſe paupertatis cauſam ad reſtitutionẽ pro appellatione exercẽda dicit, ex *tex. in auth. de his, qui ingredi ad appellan.* §. 1. alijſq; iuribus, & authoritatibus, eundemque huiuſmodi in integrum reſtitutionem effectum operari, ac ſi in rem iudicatam non tranſijſſet ſententia; ita in terminis teſtari aſſerens *Dominos de Rota deciſ.* 446. *ſub tit. de reſtitut. in integr. Nic. Boer. deciſ.* 247. *num.* 13. *cum ſequentib.* Qua de re fuſe *Laurent. Syluan. d. conſil.* 69. *num.* 19. *& ſeq. part.* 2. vbi quid operetur reſtitutio, vel quòd ipſo iure tempus non currat? *Sigiſmund. Scacci. de appellat. quæſt.* 15. *num.* 45. *& ſequentib.* vbi quòd appellans, ob paupertatem appellationem non proſequẽs, ſecundum ipſo iure conſequitur fatale; ad quod eſt *text. in d. cap. Ex tenore,* 8. *de appell.* & tenet *Cornel. Beninc. dicto ſpeciali* 3. *in iudic. num.* 18. aduertens pariter, quòd ſi primum, & ſecundum fatale in quibus appellationem proſequi, & terminare non potuiſſet, eſſet lapſum; tertium ipſo iure illi non competeret fatale, ſed per reſtitutionem in integrum paupertatis intuitu, ex generali Prætoris clauſula, de qua in *l.* 1. *in fin. D. ex quib. cauſ. maior. gloſſ. in d. auth. Ei qui, verbo Manet* (communiter recepta) *C. de tempor. appellat.* plures referens ſequitur *Paz in praxi, d. annot.* 2. *de inſtantia, nu.* 14. *&* 15. reprobans *gloſſam in d. cap. Ex ratione, de appellat.* volentem, etiam tertiũ fatale ipſo iure legitimè impedito concedi, nec reſtitutione opuneſſe. Pro qua facere videtur *tex. idem ipſe ibi,* quæq; *quæſt ſeq. á n.* 12. dicemus. Primumq; aut ſecundum fatale, inſtantiã vè non currere, tenent etiam *Nicol. Boer. deciſ.* 247. *n.* 14. *Neuizan. conſ.* 41. *num.* 6. *Guid. Pap. de appellat. q.* 15. *nu.* 21. *Andr. Gaill. pract. obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 142. *num.* 2. *Ant. Sola ad decreta Sabaud. tit. de ſentent. glo.* 6. *num.* 9. *Mari. Giurba d. deciſ.* 18. *num.* 16. *Antonin. Theſaur. dicta deciſ.* 10. *num.* 5.

Quòdq; pauperi non appellanti appellationemvè in tempore non proſequenti tempus ipſo iure non currat, reſtitutioq; neceſſaria non ſit; ſuadet etiam *tex. in d.* §. *Igitur ſi ignorauerunt,* ad quod eũ in illis verbis, *Excuſata eſt eorũ inopia,* põdero: Verba enim de præſenti in lege adiecta, diſpoſitionẽ ipſo iure inducunt, *glo.* optima in *l.* 1. *verb. Efficerẽtur, C. ne liceat potentiorib. glo. in l. Si quis maior,* 41. *verb. Infamia, iuncto text. ibid. verb. Notatur, C. de tranſact.* quam ſequuntur ibi *Bart. Bald. Paul. Salyc.* & alij, *glo. in l. Si quis in tantam,* 7. *verb. Earundem, verſ. Super quarto quæro, C. vnde vi,* pleniſsimè (propè infinitos huius ſententiæ referens) *Andreas Tiraq. in l. Si vnquã, verb. Reuertatur, nu.* 21. *C. de reuoc. donat.* ad quẽ, & ad *Proſp. Farinac. in* 2. *par. fragm. crimin. lit. L. num.* 60. remittimus Lectorem. 13

Ampliandamque, & intelligendam prædictam arbitror concluſionem, regulamq; *d.* §. *Igitur ſi ignorauerunt,* vt procedat locumq; etiam hodie, † & in locis, in quibus pauperũ adſunt Aduocati Procuratoreſquè, habeat. Tũ quia hi de iure cõmuni gratis pauperibus patrocinium tenebantur præſtare (vt latè *quæſt.* 28. oſtendimus) & tamen appellationis tẽpora cõtra eos non currere, ex eodem communi iure (Regio poſtmodum confirmato per *d. l.* 2. *tit.* 18. *lib.* 4. *nouæ Reg. Collect.*) ſtatutum videmus. Tùm quia licèt pauperũ Aduocati, Procuratoreſq; ſalariati exiſtãt; tardi adhuc in pauperum ſubuentione, ob præſentis honorarij, ſtipendijq; ſolutionis defectũ eſſe ſolent. Qua de cauſa facilè poſſet appellandi proſequendivè appellationẽ prẽterire tẽpus. Quæ fundamentalis *d.* §. *Igitur ſi ignorauerũt dictæq; legis Si Procuratorẽ,* 8. *D. Mandat.* videtur ratio. Cùmq; vt ab his expenſis liberetur pauper, debeat (iuxta modũ ſaltẽ *legis* 15. *tit.* 12. *lib.* 1. *Recop.*) de paupertate docere, ſumptuſq; aliqui fiant, neceſſe ſit, tẽporiſq; conſumptio; excuſatio prætenditur legitimè. Licèt parum his forſan attentus diſſentiat *Anton. Theſaur. d. deciſ.* 10 *n.* 5.

Fallunt tamen, limitanda, intelligendaq; ſuprà dicta veniunt, quando in ſcriptis facienda appellatio † ſit, non ſi viua voce appellare ſufficiat, cum ad id expẽſæ fiãt nõ ſit neceſſe. Ita tenet *Guido Pap. dec.* 426. *n.* 22. *& in tract. de appellat. q.* 15. *nu.* 21. *Guill. Bened. in cap. Raynuntius, verb. Vxorem nomine Adelaſiam, n.* 144. *de teſtam. Addit. ad Matthæſil. ſingul. vlt. nu.* 1. vbi in appellatione à definitiua, in qua cauſæ expreſsio † neceſſaria non eſt exemplificat, *text. in l. Scio,* 3. *& ibi glo. fin. D. de appell. gloſ. & communiter DD.* 14 15

in

*in cap. Cum in Eccleſia, extra de appellat.* Idemq; in appellatione ab interlocutoria
16 vim definitiuæ habente, † tenet in terminis *Peruſin. in cap. 1. n. 6. de appellat. in 6.* communem dicit *Decius in cap. Peruenit, el 2. extra de appellat.* refert, & ſequitur *Paz in praxi in proœmio ſextæ part. 1. tom. num. 34.* qui *nu. 35.* hanc veram reſolutionem dicit, niſi quando in aliquo caſu
17 à iure, vel à Principe † prohibita appellatio ſit: quia tũc tam in appellatione à definitiua, quàm ab interlocutoria vim definitiuæ habente exprimi cauſa debet, ſecũ dùm *gl. in c. Romana, §. Si autẽ, verb. Mãdetur, de appellat. in 6.* communiter receptam ex *Decio in capit. Ad noſtram, num. 13. extra de appellat.* Aliter verò in
18 appellatione ab interlocutoria, † quæ in ſcriptis, cauſaq; grauaminis expreſſa, porrigenda eſt, *text. in cap. 1. de appell. in 6. clement. Appellanti, 5. eod. tit. Bald. in l. Minoribus, nu. 5. C. de his quib. vt indignis. Ludouic. Rom. ſing. 774.* Qua de re, & eius in foro obſeruantia vide *Paz vbi ſuprà*, & latiſsimè *Scacciam de appellat. quæſt. 4. art. 4. per tot.*

Prædictam etiam ſententiam, ac diſtinctionẽ (non excuſari pauperem, quãdo ſine ſumptibus fieri poteſt appellatio)
19 † obſeruat *Stephan. Grat. deciſ. 34. nu. 6. & 7. Iacob. Pute. deciſ. 436. n. 5. lib. 2.* vbi & quòd paupertas ratione modicæ impẽſæ in conſideratione non eſt. Licèt adhuc in iſto caſu contrarium teneat *Guill. Caſſador. d. deciſ. 6. in prin. tit. de appell.* excuſare aſſerens paupertatẽ etiã ab appellatione viua voce facienda. Rationẽ reddit, quia eſſet reſtringere, & diuinare, arctareturq; pauper ſtatim appellare, cũ tamen in eius ſit electione, vel viua voce, vel in ſcriptis hoc facere: refert quoque *Grat. ſuprà, num. 5.*

Prima tamen ſentẽtia verior, iuſtiorq; videtur. Cũ enim præſentis excuſationis ratio, ſit paupertas, ſumptuũq; faciẽdorũ impotẽtia; vbi ſumptus neceſſarij nõ ſunt, nõ excuſabit. Et (præter iã relatos) ſuprà dictã ſequuti ſunt, renueruntq; diſtinctionẽ *Robert. Lancellot. in tract. de attentat. 2. p. c. 12. ampli. 1. n. 55. & 56. & limit. 50. num. 116. & 117. Carpan. in ſtat. Mediol. cap. 131. num. 64. Ioach. Myſing. ſing. obſeruat. cent. 4. obſeruat. 97. nu. 3. Bernar. Græu. d. concluſ. 142. num. 8.*

Dicta autẽ in principali paupere non appellante, appellationemvè non proſequẽte: idẽ quoq; & in procuratore † pau-
20 pere dicendum eſt, *text. in d. l. Si Procuratorem, §. Igitur ſi ignorauerunt.* Licèt *Anton. à Queſada in ſuis quæſtionibus iuris, q. 31. nu. 26.* non ſuaderi dicat, ad ſolã appellationis interpoſitionẽ vllam poſſe tam acrem, aut adeò durã conſiderari paupertatem, quæ ab appellationis interpoſitione, etiamſi in ſcriptis redigi debeat, excuſare valeat: cum ea impenſa paruiſsimi poſsit eſſe momẽti. Reſpondetq; contrarijs, *d.* præſertim *§. Igitur ſi ignorauerunt*, in appellationis proſequutione intelligi poſſe. Quo ſpiritu dicit interpretatũ fuiſſe *textum illum Boer. deciſ. 247. n. 14.* Qui tamen id nequaquã aſſerit: affirmat autem *Bart. in d. l. Inuitis, nu. 7. C. de Procurat.* Nullo tamen modo huiuſmodi intellectus *d. §.* cõuenit, adaptarivè poteſt, cum expreſsè in appellationis propoſitione loquatur, nõ in proſequutione, vt ex eius verbis conſtat, ibi: *Auxilium appellationis omiſerunt*: & ibi: *Cæterũ dolo verſati ſunt, ſi non prouocauerunt. Quid tamen ſi paupertas eis non permiſit? Excuſata eſt eorum inopia.* Semper itaq; prouocationis initium, non etiam proſequutionem d. lex reſpicit: legitimamquè Procuratori pauperi appellationẽ interponẽdi; (vbi ſaltẽ in ſcriptis facienda ſit) excuſationẽ præſtat, vt in principali tradidimus. Non enim minimas, quandoq; ad appellationem iuridicè interponendam expenſas fieri neceſſe eſt; imò ſæpè magnæ requiruntur, vt ſi actorum inſpectionem requirat; vt tandem conſiderat, tenetq; idẽ ipſe *Queſada ſuprà num. 27.* Satiſq; etiam vbi in voce fieri poſſet appellatio, non currere pauperi appellationis tempora, ſuadent verba *dicti §. Igitur*, rationiſque *Guillielm. Caſſadori* ſupra in id relati.

Licèt autẽ ab appellandi onere Procuratorem excuſet paupertas; non tamen
21 ab onere denuntiandi, † cum nullus, vel minimus ad id requiratur ſumptus: tradit *Sigiſmund. Scacci. in tract. de appell. quæſt. 5. num. 22.*

22 Nec etiam à proteſtandi onere, † cũ iurata paupertatis aſſertione, quam facere debet nõ appellans, vel appellationem ob paupertatem non proſequẽs, cum nec ad hoc ſumptus aliqui requirantur, notant *Antonin. Theſaurus d. deciſ. 10. nu. 5. Tho. Gramm. voto 31. num. 13. Marius Giurba d. deciſ. 18. num. 16. & ſeqq.* vbi quòd debet in actibus conſtare. *Cumia in*

*ritib. Magnæ Curiæ, ritu. 76. nu. 60. Muſcatell. de appellat. part. 2. gloſſ. Secundum fatale, nu. 18. & glo. Primum, per tot. Sigiſmund. Scaccia eodem de appellat. tract. d. quæſt. 15. num. 48. Nicol. Intrigliol. ſingul. 221. lib. 1.*

23 Si tamen notoria paupertas eſſet, † à proteſtando excuſaret, nec tempus curreret, vel inſtantia, vt (ex *Bald. & Felino*) tradit *Cornel. Beninc. de paupert. quæſt. 4 nu. 22.* quem ſequitur *Antonin. Theſaur. vbi ſuprà, & Giurba d. deciſ. 18. num. 17.* Notandaq; ad hæc, quæ diximus *quæſt. 17. num. 44. & ſeqq.* præcipuè *num. 48.*

Dubium tamen eſt, quæ ad excuſationem ab interpoſitione appellationis, lapſuque fatalium ſufficiens ſit paupertas? 24 In quo vltimam indigentiam, † omnimodamque inopiam (ex *Vlpiani* ſententia in *dict. l. Si Procuratorem, 8. §. Igitur ſi ignorauerunt, D. mandati*) requiri, dicendum videtur, in ſæpè repetitis illis verbis. *Quid tamen ſi paupertas eis non permiſit? Excuſata eſt eorum inopia.* Vbi non quamlibet paupertatem, eò modo quò latè diximus *quæſt. 4.* huiuſmodi excuſationem præſtare; ſed *inopiam* (cuius diuerſam à paupertate ſignificationem eſſe notauimus *quæſt. 1. n. 14*) videtur manifeſtè ſentire. Cum enim *Conſultus* ibi de *paupertate* quæreret, de *inopia* reſpondit.

Sed & in hac ſpecie, vt à lapſu fatalium, temporiſque appellationis excuſetur, *quis pauper dicatur*; Iudicis arbitrio † 25 relinquendum (ex ſententia *Baldi in conſil. 5. in fine, lib. 1. Alex. conſil. 37. in princip. lib. 7. & conſ. 91. num. 3.* & alijs) tenet *Cardin. Dominic. Tuſch. practic. concluſ. litera P. concluſ. 160. num. 4.* deduciturq; ex adductis à *Nobis quæſt. 4. num. 75. & 76. & quæſt. 1. num. 19.*

Huiuſmodiquè fauore etiam pauper, qui culpa ſuâ † in paupertatem deue- 26 nit, gaudet, ſecundùm *Franciſc. Viui. deciſ. 263. num. 8.* quem refert, & ſequitur *Alex. Trentacin. variar. reſolut. lib. 2. tit. de appellationib. reſolut. 6. num. 5.* ſic ſæpè iudicatum vidiſſe aſſerentem.

Non tamen gaudebit, qui à parte expenſas, litiſquè ſumptus conſequitur, † 27 conſequivè poteſt, iuxta ea, quæ latè *quæſt. 38.* tradidimus, nec tunc paupertatis excuſabitur prætextu. Ita tenent *Felin. in cap. Si qui teſtium, num. 9. de teſtib. & Stephan. Grat. d. deciſ. 34. num. 10.*

Circa hæc autem inſurgit dubitatio ex *text. in d. l. 1. tit. 19. lib. 4. nouæ Reg. Collect.* quæ ſupplicationem intra triduũ proponi iubet, reſtitutionẽq; aduerſus hũ ius temporis lapſum etiam minoribus, tutores, vel curatores habentibus denegat; an in paupere locum habeat? In qua locum quoad pauperes prædictam legem 28 non habere, † ſi Iudex paupertatem in cauſa fuiſſe perſpexerit, concedendamquè reſtitutionem, imò neceſſariam non eſſe, nec tempus aduerſus pauperem in præſenti currere; ex latè ſuprà dictis, dicendiſque *ſequenti quæſtione, à num. 12. & ſequentibus*, reſpondendum videtur. Diuerſamquè in hoc caſu minorum, pauperumquè inuenio rationem, vt illis denegetur; his autem reſtitutio (ad minus) concedatur. Quia illi tutorem, vel curatorem negligentem obligatum habent, † 29 nullumquè inde patiuntur detrimentum, quod paterentur hi. Contra tutoremquè, vel curatorem dari in iſto caſu minori recurſum, ſecurumque eſſe aduerſus temporis lapſum, eſt *text. in l. Si tutoris, 23. C. de adminiſtr. tutor.* traditque (ex communi) *Sfort. Odd. in tract. de reſtit. in integr. quæſt. 22. artic. 3. num. 22.* vbi quòd ſi inſtantia perit tutoris, vel curatoris culpa, aduerſus inſtantiæ lapſum minor non reſtituitur, ſi tutor, vel curator ſoluendo ſit, quia contra tutorem, vel curatorem datur illi recurſus: ſecùs ſi ſoluendo non ſit, tunc enim in integrum minorem reſtitui, aſſerit (cum eo) *Aurel. Corbul. in tract. de iure emphyt. cap. 15. ampliat. 27. num. 19. & 21.* idem (ex 30 multis) in Eccleſia † dicens, quæ poteſt contra Prælatum cuius culpa læſa fuit, habere regreſſum, nec tunc reſtitutionem Eccleſiæ concedendam, ſi Prælatus ſoluendo ſit (ex *d. l. Si tutoris*, & alijs iuribus, ibidem numeriſque ſequentibus adductis) firmat.

## VTRVM PRAESCRIptio decennalis, vicenalis, vel tricenalis contra paupe-rem currat?

## *SVMMARIVM.*

1 Præſcriptio quo iure, quibuſque rationibus fuerit introducta? & num. 2. 3. & 4.

3 Præſcriptio quid ſit?
4 Præſcriptionem tacitè videtur comprobare, qui eam compleri paſſus eſt.
5 Imperator an poſsit Eccleſiæ concedere, vt contra eam nõ currat præſcriptio?
6 Præſcriptio an poſsit per partes renunciari? remiſsiuè.
7 Præſcriptionis tempus contra quaslibet perſonas ſpatio decem, viginti, vel tringinta annorum terminatur.
8 Et quid contra pauperes, vel Eccleſiam? & num. 9. & 10.
11 Contra pauperes incertos, & in genere, an currat præſcriptio?
12 Et quid contra pauperes certos? & num. ſeqq.
Legitimè impedito ipſo iure non currit tempus. ibid.
13 Et etiam ſi impedimenti origo impediti culpa (ad caſum non prẽordinata) eueniat.
14 Et an tam in impedito impedimento facti, quàm iuris, procedat? & num. ſeqq.
15 Impedito impedimento facti, ſiue reo, ſiue actori datur reſtitutio.
17 Præſcriptio non currit contra eum, qui negligens non eſt.
18 Pauper quoad hoc negligens dici non poteſt.
19 De paupertate, vel impedimento conſtare debet, vt & paupertas proſit, impedimentumquè excuſet.
20 Impedimentum non excuſat eum, qui illud potuit remouere, nec dicitur impeditus, qui remouere impedimentum poteſt.
21 Vt impedimentum excuſet, an proteſtatio requiratur?

# QVÆSTIO XXXII.

1 PRæſcriptio ob publicum fauorem, † ne dominia rerũ in incerto eſſent, vtquè aliquis daretur litium finis, à Iure ciuili fuit introducta, *text.* eſt in *l.1.De vſucap. & inl.fin.D.pro ſuo, Angel.Aretin.conſ.72.* (incip. *In caſu ſupra dicto*) *num.19. & ſeq. & conſ.91.* (incipit. *Nulli dubium*) *in princ. Ioan Franciſc.Balb.in tractat.de præſcript.1.part. quæſt.4.princip.num.1. Cardinal.Dominic.Tuſch. practic. concluſ. litera P. concluſ.520.num.3. Dionyſ. Gothofred. in d. l.1.litera B.verb.Publico, D. de vſucap. text.* de iure Reg. in *l.1.tit.29.part.3. & ibid. Gregor.Lop.*

2 In odiumquè negligentium, † *Petr. de Ancharran.conſ.5.num.12. & ſequenti, verſ. Supereſt de quarto, Cardin.Tuſch. ſupra num.1. & d.l.Partitæ.* Deprehenditurquè ex præſcriptionis diffinitione tradita per *Ioan.Andre.in cap Poſſeſſor, de regul.iur.lib.6.* communiter approbata, teſte *Franciſco Balboſuprà quæſtio.1.*
3 *num.3.* quam ſic definit. † *Præſcriptio eſt ius quoddam ex tẽpore congruẽs, legum authoritate vim capiens, negligentibus pœnam inferens, & finem litibus imponens.* Imò præſcriptionem tacitè viſus eſt
4 comprobare, † qui præſcriptionis tempora compleri paſſus eſt, conſentirequè, & alienare cenſetur, *text.in l.Alienationis verbum, 28.D.de verb ſignif. gloſ. & Canoniſtæ in cap Audi, extra de præſcriptio.* tradit (ex pluribus) *Franciſc. Balb. d.tractat.de præſcript.1.part. quæſtio.5. num.2.3.4.5. & 6. & ibid. Addition. litera C.*

Vndè nec Eccleſiæ concedere poteſt
5 Imperator, ne contra eam vlla currat † præſcriptio, ſecundum *Angel. Aretin. d. conſ.72.num.7. & ſequentib.* communem dicens *num.9. Cardin. Tuſch.d. concluſ. 520.num.5.* apud quem *num.6.* huius rei declarationem vide, & ea etiam de re *Gregor.Lop.in d.l.1.tit.29.part.3.gloſ.1.* vbi & an præſcriptioni poſsit per partes †
6 renunciari?

Præſcriptioniſquè tempus cõtra quaſ-
7 libet perſonas ſpatio decem, † viginti, vel triginta annorum terminatur, *l.1. & toto titulo C.de præſcript.longi tempor.l. Sicut, 3.l.Omnes, 4.C.de præſcript.triginta, vel quadrag.annor.l.18.19.21. & 22. d.tit.29.par.3.l.63.Tauri, l.6.tit.15.l.b. 4.nouæ Reg.Collect.* Cuius temporis trãſcurſus omne extinguit ius, ex dictorum Iurium conſtitutione.

Paupertatis tamen fauor effecit, vt ſi aliquid pauperibus relictum, donatum, venditum, aliterve quomodocumque debitum ſit, ad eoſquè pertineat, minori
8 ſpatio quadraginta † annorum non præſcribatur: *text.in auth. De Eccleſiaſt. tit. §.Pro temporalibus, collat.9.* docentquè *Bald.in auth.Quas actiones, numer.3. & Iaſ.num.1.C. de ſacroſanct. Eccleſ. Abb.*

in

*in cap.2.num.*10. extra de *præscript.* (*vbi est text.*) *Imol.in c.fin.eod.tit. Franciſc. Balb.de præscript.*1.*part.*5.*partis, quæst.* 1.*num.*5. *Cornel. Benincas. de paupert. quæst.*4.*principali,num.*25. *Sebastian. de Medic.in tractat.de casib.fortuit.*2.*part. quæst.*1.*num.*35. *Didac. Couar. in regul. Possessor,*2.*part.relect.*§.2. *num.*3.*versic. Imo & hæc, Anell.de Amat.cons.*38. *numer.*23. *Dionys.Gothofred. in praxi, lib.* 1.*tit.*5.*de statu hominum,* vbi de priuilegijs miserabilium personarum agit.

Qui omnes ex pauperum cum Ecclesia æquiparatione (contra quam minori
9 quadraginta † annorum spatio non præscribitur,*d.auth.Quas actiones, C.de sacrosanct.Eccles.* & notant proximè relati) id firmant.

Ac etiam si pauperibus quid specialiter † relictum sit, ad eosvè res pertineat,
10 *d.*§.*Pro temporalibus* locum esse, assentiunt suprà adducti, firmaturquè ex dictis à *Nobis quæst.*23.*numer.*14.*& quæst.*30. *num.*8.*& seqq.*

Si enim aliquid in genere † pauperibus relinquatur, nullam contra eos præ-
11 scriptionem currere; tenuerunt *Anton. & Imol in capit.Nihil,de præsumpt.* Licèt contradicat *ibid.Panormit.num.*10. & 11. & (ex ipsius fundamentis, quamuis eo non relato) *Didac.Couar. in d.regula Possessor,part.*2.§.2.*num.*3.*d. verſ. Imò.*

Ex alio etiam capite contra pauperes certos, & in specie præscriptio non currit, quòd nempè agere nõ valent. Si enim ita quis paupertate premeretur, vt illi experiundi potestas non esset, contra eũ non curreret præscriptio. Cum legitimè
12 impedito † tempus non currat,*l.*1.*in fin. C.de annali exceptio.l.*1.*D. de diuers. & temp.præscrip.l. In rebus*, 30.§. *Omnis, C.de iure dot.l.*1. *in fin. C. de bon.quæ liber. capit. Quia diuersitatem*, 5. *extra de conces.præbend. auth.Nisi tricennale, in eius secunda parte, C.de bon.matern.glos. in l.Sicut,*3. *verb. Seruanda, C. de præscript.trig.vel quadrag.annor.Bald.in l. Præses,num.*6 *& in d.l.In rebus,num.*3 *C.de iure dot.Franciſc.Balb. de præscription.*1.*par.*6.*part.princip.*1.*quæst.num.* 15.*&* 16.*Couar.in cap.*3.*de testam. numer.*6.*Arias Pinel.in dict.auth.Nisi tricennale,num.*42.*Roland.d Valle cons.*79. *num.*15 *lib.*1.

Nec in hoc casu restitutione opus est, ipsoquè iure definit tempus currere, ex proximis relatis iuribus. Imò etiamsi impedimenti origo culpa † proueniat impediti, si modò ad casum culpa præordinata non sit,*text.*est singularis, & vnicus
13 *in d. cap. Quia diuersitatem,*5. *de conces. præbend.* Vbi sex menses dati Prælatis Ecclesiasticis ad beneficia conferenda, aduersus Episcopum sua culpa suspẽsum, vel dum ad Apostolicam Sedem accessit, apud eamquè remansit, non currunt. Quẽ *text.*ad hoc extollit *Iaſ.in* §.*Rursus, numer.*26.*& ibi Gomezi. num.*15. *inſtit.de actio.* reputatquè singularem *Alexand. cons.*58.*num.*10.*lib.*5. *Decius in l.*1. *lect.* 1 *num.*27. *C.qui admitti, Ignæus in l.*2. §. *Si conditioni,nu.*85. *D. ad S.C.Syllani. Franciſc.Balb.d.*1.*part.*6.*part num.*21. *verſ.Amplia tertiò.Bartholom.Cassanæ. in consuet.Burg.rubric.*11. §.2.*num.*38. *Paul.Pariſ.cons.*104.*num.*146.*lib.*1. *Aymon Crauet.cons* 201.*num.*29.*Arias Pinel.in d.authent.Nisi tricennale, nu.*46. *C.de bon.matern.*

Vndè tã in impedito impedimento iuris, † quàm facti, in neutroque casu præ-
14 scriptionem currere infertur, deduciturquè ex eodem *text.in d.cap. Quia diuersitatem,* vtrumquè æquiparãte, in eisdemquè pariter disponente, in *suspensionis* nempè impedimento (quod iuris est) & in impedimento facti *eundi*, & *redeundi*, vt *ibidem* notat *Panormit.num.*3.*Arias Pinel.vbi suprà num.*47. Comprobatq; hanc sententiam *text.in capit. Transmissa,*10.*in fin.de præscript.*

Licèt in impedimento facti præscriptionem ipso iure currere; † impedito
15 tamen restitutionem dari; communior resolutio sit, ex *Bart.in l.Senatusconsult. nu.*2.*D si quis caution. & in l.*1. §.*Si quis autem,D.de itin.actuquè priuat.Bald.in l fin.*§.*Donec,num.*2. *C.de iure deliber.& in d.l.Sicut,in fin.C.de præscript.trigint. vel quadrag.annor.& in l.*1.*num.*22. *oppositione* 22.*C.qui admitti,Paul.Castrens. in l.*2.§.*Si quis in iudicio, nu.*4. *D. si quis caution.Iaſ.in d.*§.*Rursus, nu.*24. *inſt.de action Panormit.in d. cap. Extransmissa,num.*13. *& ibidem Felin. numer.*8. *de præscript.Nicol.Boer.decis.*40.*numer.*3. *Franciſc. Balb. de præscript.d.*1.*part.*6. *part.quæst.*1.*num.*21.*verſ. Et quamuis, Bartholom.Cassanæ.in consuet. Burg. rubric.*1.§.8.*num.*26. *Arias Pinel.in d. authent.Nisi tricennale, numer.*42. assentit

Pe-

*Petr.Surd.conſ.251.num.7.9.& ſequent.* Vbi huiuſmodi reſtitutionem tam reo dari, quàm actori defendit. Tenet etiã prędictam diſtinctionem *idem ipſe Surd. conſ.268.num.34. Octauian. Oſaſc. deciſ. 69.num.16. Azeued.* (in terminis *leg.63. Tauri,& l.6.tit.15.lib.4.nouæ Reg.Collect.*) *ibid.num.20.& 21.*

16 Pro qua tamen inter Iuris, factiquè impedimentum † diſtinctione, congruam non video aſsignatam rationem, nec reſponſionis ad *text.in d.cap. Quia diuerſitatem,& in d.cap.Ex tranſmiſſa*, nec Iura per eius ſequaces adducta illam probant.

Quare in puncto iuris primam opinionem veriorem iudico. Indequè fieri, vt contra pauperem nequaquam currat prę-ſcriptio. Et in ſpecie obſeruat *Pinel. ſup. num.46.* Firmaturquè præterea, quia cũ in odium etiam negligẽtium præſcriptio fuerit inducta (vt prædiximus) negligẽtia ceſſante contra eum, qui negligens nõ

17 eſt † præſcriptio non curret, vt probat expreſsè *text.in d.cap.Quia diuerſitatem; Petr.de Anchar.conſ.5.incip. Pro parte nobilis,num.12.& ſeq.* quem refert, & ſequitur *Cardin.Dominic.Tuſch. practic. concluſ.litera P.dict.concluſ.570. numero 1.*

Pauper autem quoad hoc negligens

18 dici non poteſt, † vt latè *quæſt.17.num. 32.& ſeqq.* oſtendimus. Contra eumquè tempus non currere, *quæſtione* quoque præcedenti monſtrauimus.

Vt autem ſuprà dicta procedant, de

19 paupertate, † vel impedimento conſtare debet, ex deductis à Nobis *quæſt.5.nu.* 11. Et quòd impeditus impedimentum non potuerit remouere; aliàs impedimẽ-

20 tum non excuſat † eum, qui illud remouere potuit, *gloſ.in d.cap.Quia diuerſitatem, verb.Suſpenſionis*, & ibi notãt *Butr. & Panormi.* communem dicentes, *Bald. in l.Sed ſi Prætorem,§.1.D.ex quib. cauſ. maior.Dec.conſ.677.num.3.* Nec enim dicitur impeditus, qui impedimentum remouere poteſt, *idem Dec.in cap.In nomine, numer.5.de teſtib.* tradit latè *Franciſc. Balb.de præſcript.d.1.par.6.part. num.23.Roland. à Valle conſ.79.nu.18. part.1.Petr.Surd.conſ.8.num.25. Paul. AEmil.Veral.deciſ.72.num.1.4.5.6.& 7.part.2.*

21 Proteſtationemquè † etiam requiri, nec aliter impeditum excuſari; tenuerunt *Felin.in dict. capit. Ex tranſmiſſa, nu.5.& 6.de præſcript.Alexand.in l. De pupillo,§.Si quis ipſi Prætori, num.9.& 27.D.de noui oper.nunciat.vbi Ias.num. 2.Idem Ias.in l.Qui aliena,§.Celſus, numer.26.D.de adquir.hæredit.Matthæ.de Afflict. deciſ.29.num.2. Pariſ. conſ.101. num.94.& conſ.34.num.20.lib.1. Arias Pinel.in d.auth.Niſi tricennale, num.43. verſ. Ampliatur 4. C.de bon.mater.* & eſt communis, teſte *Paulo AEmil.Veral.d. 2.par.deciſ.73.num.1.*

Contrariam tamen ſententiam (regulariter proteſtationem non requiri, impedimentumquè ad excuſationem ſufficere) tenuerunt *Alexand.in l.2.§.Quod diximus, ad fin.D.ſi quis cautio.& conſ.112. lib.1.Dec.conſ.566.num.5. Andre.Tiraquel.de retract linag.§.9.gl.ſ.3.num.20.* aliiſquè relatis hanc veriorem, & tenendam dicit *Arias Pinel.ſup.d.numer.43. verſ.Mihi autem, Franciſc. Beccius conſ. 104.num.13.& ſeq.* eamque ſeruat *Rota*, teſte *Paul.AEmil.Verallo ſup.num.1.& 2.Petr.Surd.conſ.268.num.42.* Et circa hæc videnda, quæ dicta *quæſt.17.num. 43.& ſeqq.& quæſt.præcedenti, num.23.* diximus: Secundum enim ibi relatam ſententiam hæc quoque intelligi poterit, ſi de impedimento nempè notoriè conſtet.

## VTRVM PAVPER BIENnio, vel triennio penſionem emphyteuſis ſoluere ceſſans, à iure ſuo, in commiſſumq; cadat?

## *SVMMARIVM.*

1 Ceſſans biennio in Eccleſiaſticis, vel triennio in ſecularibus penſionem ſoluere emphyteuſis, à iure ſuo cadit. Ampliatur pluribus modis, num.2. & ſeqq. vſquè ad num.21. excluſiuè.

4 Emphyteuta debito tempore canonem, vel penſionem non ſoluens, quando à domino expelli propria authoritate non poſsit?

7 Ex æquitate ſolet Rota excuſare emphyteutam magnam ſoluentem penſionem, ne ob defectum ſolutionis paruæ quantitatis à iure ſuo cadat.

12 Minoribus, vel etiam pupillis, aut infan-

infantibus reſtitutio aduerſus non ſolutum canonem, aut etiam ex clauſula generali non datur, ſi tutores, vel curatores, qui ſoluendo ſint, habeant; contra quos minoribus actio datur, nu. 12. Secus aliter, num. ſeq.

Et idem in Ciuitate, Caſtro, vel Villa adminiſtratorem habẽtibus, qui ſoluẽdo ſit, num. 14.

13 In dubio tutorem, vel curatorem ſoluendo eſſe præſumitur.

17 Iurans penſionem ſoluere emphyteuſis quolibet anno, ſi primo anno deficiat, cadit ab emphyteuſi.

18 Et quid in eo qui cum iuramento ſoluere quolibet anno quinquaginta vſque ad decem promiſit? an ſi vno anno deficiat, pro omnibus virtute iuramenti poſsit conueniri?

19 Conductor expelli poteſt (alio non expectato) à re cõducta, ſi iurauit ſoluere, & in vnius termini ſolutione deficiat.

20 Penſionarius penſionem beneficij in tempore literis ſtatuto non ſoluens, beneficio priuatur. Limitatur in paupere, num. 27.

21 Emphyteuta, qui ob paupertatem debito tempore canonem non ſoluit, excuſatur, nec à iure ſuo cadit, expellendus vè à poſſeſsione erit, ſi ſoluere paratus ſit. Ampliatur, licèt in paupertatem ad caſum non præordinata ſua culpa deuenerit, num. 28.

22 Et etiamſi iuramentum appoſitum ſit, quia adhùc ob paupertatem excuſatur.

Paupertas excuſat à mora, à periurio, & à pœna. ibid.

23 Et an paupertas excuſet iurantem, quando tempore contractus aderat difficultas?

24 Ceſſans ſoluere, quia fuit incarceratus, vel quomodolibet impeditus, à iure ſuo non cadit.

25 Iurans non opponere compenſationem ſi paupertate prematur, iuramẽto non obſtante, poterit compenſare.

26 Vaſſallus nõ præſtans Domino ſeruitium ob paupertatem, excuſatur.

Et quis ad hoc pauper dicatur? ibid.

29 Literæ gratiarum de beneficijs cõceſſæ, infrà ſex menſes expediri debẽt.

30 Qui ob paupertatem prædictas literas expedire infra ſex menſes nõ poteſt, à conſtitutione regulæ Cancellariæ, de literis non expeditis, excuſabitur.

# QVÆST. XXXIII.

1 CEſſans biennio † in Eccleſiaſticis, vel triennio in ſecularibus penſionẽ emphyteuſis ſoluere, à iure ſuo, in commiſſumquè cadit, *text. eſt in cap. Potuit, 4. de locat. in auth. Qui rem, C. de ſacroſ Eccleſ. in l. 2.* (*& ibi gloſ. verb. Triennium, vbi Iaſ. num. 10. & 54.* dicit communem) *C. de iure emphyteut. in authent. De alienat. & emphyt. §. Si verò quis aut locator, collat. 9. gloſ. fin. in §. Adeò,* & ibidem Scribentes, *inſtit. de locat. text.* de iure Regio *in l. 28. tit. 8. part. 5. verb. E aun dezimos, Ludouic. Roman. ſingul. 562. Bart. Paul. Alex.* & alij, quos refert, & ſequitur *Cornel. Benint. de paupert. ſpeciali 9. in contractib. numer. 1. & ſeqq. Alber. Brun. conſ. 41. num. 23. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Perſi. 54. num. 1. & deciſ. Lucenſ. 46. nu. 10. Iul. Clar. in §. Emphyteuſis, quæſt. 8. verſ. Aut verò emphyteuta, Didac. Couar. variar. lib. 3. cap. 7. num. 1. verſ. Ex hac verò differentia, Cardinal. Tuſch. lit. E. concluſ. 192. num. 1. & ſeqq.* vbi plures ampliationes, limitationeſquè aſsignat, *Franciſc. Viuius deciſ. 501. num. 1. Camil. Borrel. in ſumma deciſ. tit. 33. de emphyteoſi, & emphyteota, num. 95. &* 174. plenè *Aurel. Corbul. de iure emphyteut. cap. 15. Rota Roman. Diuerſor. deciſ. 692. in princip. 1. par. & deciſ. 572. num. 1. ead. 1. par. & deciſ. 30. num. 1. par. 3. P. Ludouic. Molina de iuſtit. & iure, tom. 2. diſput. 453. num. 1. Barnab. Cornaza. deciſ. Lucenſ. 46. num. 1. Flamin. Chart. deciſ. Genuenſ. 75. nu. 10. Ioan. Anton. Trigona ſingul. 33. num. 1. Ioan. Gutier. de iuram. confirm. cap. 31. num. 1. par. 1. Paul. AEmil. Veral. deciſ. 180. num. 1. lib. 1.*

2 Ipſoquè iure † abſque aliqua ſententia, vel declaratione, canonem prædicto tempore non ſoluentem, in commiſſum (domino volente) incidere, eleganter (ex iuribus in principio adductis) defendit (communem ſententiam aſſerens) *Alexand. conſ. 6. num. 19. & ſeqq. lib. 3.* latè etiam comprobãt *Salycet. in d. l. 2. quæſtio. 3. nu. 28. & ſequent. C. de iure emphy. & ibid. Iaſ. num. 12. & ſequenti, & Bald. in 2. lectura, numero 3. Coral. Ruinus*

*conſ.*

*conſ.* 154. *num.* 6. *lib.* 1. & *conſ.* 57. *num.* 11. *lib.* 4. *Philipp. Corne. cenſ.* 165. *nu.* 22. *vſque ad* 28. *lib.* 2. *Caſſador. deciſ.* 2. *num.* 1. *tit. de locato*, communem teſtatur *Anton. de Butrio in d. capit. Potuit, num.* 18. *extra de locato, Decius conſ.* 146. *num.* 7. *in fin.* & ab hac opinione recedendum nō eſſe, quam communis Doctorum ſententia, & conſuetudo approbauit, teſtatur, *Iul. Clar. lib.* 4. *receptar. ſentent. in d.* §. *Emphyteuſis, quæſt.* 9. eamquè, ſequitur latèque defendit (plurimos congerens) *Aurel. Corbul. de iure emphyteut. cap.* 15. *ampliat.* 45. *num.* 1. & *ſeqq. Ioan. Gutier. d. cap.* 31. *num.* 2.

Hincquè deducitur, poſſe dominum emphyteutam canonem non ſoluentem
3 per dictum tempus, propria authoritate † expellere, poſſeſsionemquè rei emphyteuticæ ingredi: quam probat ſententiam *text. in d. l.* 2. (ibi: *Volenti ei licere eũ prædijs emphyteuticarijs repellere*, vbi notat *gloſ. d. verb. Repellere*: & ibi: *Sed omni modo eo, ſi dominus voluerit, repellendo*) *C. de iure emphyt. text.* etiam *in d. auth. De alienat. & emphyteuſi,* §. *Si verò quis, aut locator, collat.* 9. ibi: *Et ejicere de emphyteuſi, text. in d. auth. Qui rem. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ibi: *Hac lege repelli poteſt.* Tenẽt *Federic. de Senis conſ.* 170. *circa fin. verſ. Præterea ſi fuiſſet, Bald. conſ.* 503. *lib.* 5. *in princip.* communem, & magis communem dicit *Alexand. conſ.* 131. *lib.* 4. communem etiam dicit *Socin. Senior conſ.* 167. *nu.* 15. *lib.* 2. & magis communem *Socin. Iun. conſ.* 35. *in fin. lib.* 3. *Gozadin. conſ.* 39. *in fin. numer.* 25. *Abb. conſ.* 67. *nu.* 2. *lib.* 2. *Iul. Clar. Corne. Dec.* & alij, quos refert, & ſequitur *Cardina. Dominic. Tuſch. litera E. concluſ.* 191. *nu.* 1. & *ſeqq.* pluribus modis amplians, & declarans, *Bald. in d. l.* 2. *num.* 13. & *ibid. Salycet. num.* 11. *Iaſ. num.* 109. *C. de iure emphyt. idem Bald. conſ.* 518. *num.* 1. & 2. *lib.* 5. eſtquè etiam communis Canoniſtarum *in d. capit. Potuit*, vbi hanc tenent *Butri. num.* 18. *Imol.* 31. & 32. *Bero.* 153. *verſ. Præmiſſis tamen nõ obſtantibus, & Abb. num.* 13. hancquè ſententiam amplexa fuit *Rota Roman. diuerſor.* 3. *p. deciſ.* 30. *per tot.* communem, & veriorem, ab eaq; recedendum non eſſe, dicit *Ioan. Gutier. de iurament. confirm. d. cap.* 31. *num.* 2. 1. *p.* licèt id via ordinaria coram iudice peti, ſemper vidiſſe addat, *Hieronym. Gabriel conſ.* 88. *num.* 23. *lib.* 1. *Ludouic. Molin. de contract.* 2. *tom. diſput at.* 453. *numer.* 23. vbi de communi, *Aluar. Valaſc. de iur. emphyt. quæſt.* 18. *num.* 9. *Aurel. Corbul. eod. tract. tit. de cauſa priuat. ob non ſolutum canonem, quæſt.* 12. *num.* 1. *Ouid. de Amic. d. tract. de iure emphyt. quæſt.* 31. *num.* 1. 2. & 3. & ſi ipſe contrarium teneat. Prædictam quoque ſententiam defendunt multi alij relati per *Petr. Barboſ. in l. Si. de vi*, 37. *num.* 288. *D. de iudic. & num.* 289. *Emmanuel. Rodrig. in quæſt. regul.* 1. *par. quæſt.* 38. *art.* 2. adducentem, qui *Bullam Pij V.* conceſſam fratribus SS. Trinitatis, in Regno Portugalliæ, vt propria authoritate poſsint emphyteutam non ſoluentem penſionem in tempore debito expellere, refert; & poſt longam diſputationẽ opinionem hanc receptiorem, indiſtinctè probandam dicit, eamquè confirmat *num.* 313. cum multis ſeqq. Hæc deniq; ſententia hodie approbata de iure Regio eſt, per *text. in d. l.* 28. *tit.* 8. *par.* 5. ibi: *Los ſeñores della ſin mandado del iuez la puedan tomar*, & *ibid. Gregor. Lopez gloſ.* 15. Quam tamen limitat, & intelligit ibi, ni-
4 ſi emphyteuta de facto reſiſteret, † vel niſi dominus pro expellendo emphyteutam adiuit iudicem; non proteſtans, vt expellendi ius ſibi ſaluum remaneret; vel niſi emphyteuta ſe ſoluiſſe diceret, tempusvè ſolutionis nondum elapſum; cum per negationem rès efficiatur dubia. De quibus omnibus latiùs eum ibi, Doctoreſquè in proximè relatis conſule locis.

5 Liteque etiam durante, † inducitur, completurquè caducitas. Si enim ſuper caducitate ante tempus biennij, vel triennij completum, lis conteſtata ſit, eaquè pẽdente impleatur; caducitatem incurri, iungiquè tempora; probant *Anton. Capiti. deciſ.* 16. *num.* 6. *verſ. Sed quoniam, Achilles de Graſsis* (ita reſolutum fuiſſe dicens) *deciſ.* 1. *tit. de locato, Cardin. Iacob. Pute. deciſ.* 426. *lib.* 3. *in princip.* ſic reſolutum adiuerans, *Paul. AEmil. Verall. deciſ.* 299. *num.* 1. *lib.* 1. *Aurel. Corbul. de iure emphyt. cap.* 15. *ampliat.* 16. *num.* 5. hanc ſententiam ſequutos fuiſſe *Dominos de Rota in vna Romana Caſalis Truſellæ, ſub die* 29. *Ianuarij* 1582. *in manuſcriptis* aſſerentes, *Petr. Surd.* (alios referens) *deciſ.* 6. *num.* 1. quam tamen ſententiam ſibi duram videri aduertit, cõtra eamquè tenet *num.* 2. & *ſeqq.* cui adhæret *Camil. Borrel. in ſumma deciſ. tit.* 33. *de emphyteo-*

*theoſi, emphyteota, ac iure emphyteotico, num.* 155. & 156. *part.* 1. vbi declarat.

6 Vniuſquè nummi defectum † caducitatem inducere, etiamſi canon, vel penſio magna ſit, obſeruat *gloſ. in d. auth Qui rē, verb. Repelli poteſt, C. de ſacroſanct. Eccleſ. in princip.* licèt in contrarium poſtmodum inclinet *Specul. in tit. de locato, §. Nunc aliqua, & ibi. Ioan. Andr. in eius addit. quæſt.* 29. *num* 40. *Bald. in rubric. C. de contrahend. empt quæſt.* 10. *num.* 18. *Alberic. in d. auth Qui rem, num.* 4. *Alex. in l. In executione, §. Item ſi ita, numer.* 5. *D. de verbor. obligat.* vbi etiam *Paul. Caſtrenſ. num.* 1. *in fin. Iaſ.* (de magis communi atteſtans) *in d. l.* 2. *num.* 53. *verſ. Sextodecimò quæro, C. de iur. emphyt. Andr. Tiraquel. de iudic. in rebus exiguis, verſic. Quinquageſimoprimo, & de retract. conuent. §.* 4. *gloſ.* 6 *num.* 26. *Oldrald. conſil.* 29. *num.* 2. *Ioann. Crot. in repet. legis* 4. *§. Cato, num.* 29. (vbi magis communem dicit) *D. de verbor. obligat. Gozadin. conſ.* 57. *num.* 15 & *conſ.* 69. *num.* 8. *Imol. in d. capit. Potuit, numer.* 47. *extra de locato, Marc. Anton. Natta conſ.* 479. *num.* 7. & *ſequenti, lib.* 3. *Guil. Rodoa. in tractat. de reb. Eccleſ. non aliend. quæſt.* 18. *de remiſſione merced. num.* 10. *Cardinal. Dominic. Tuſch. practic. concluſ. litera E. d. concluſ.* 192. *num.* 4. 10. 11. & 12. *Anton. Gamma deciſ.* 41. *num.* 2. & *deciſ.* 116. *numer.* 1. *Aluar. Valaſc. conſult.* 86. *num.* 6. & 3. vbi hanc tenet, in punctoquè iuris defendit *Petr. Benint. deciſ. Bononienſ.* 6. *Camil. Borrel. in ſumma deciſ. d. tit.* 33. *de emphyteoſi, & emphyteota, num.* 96 *Carol. Ruy. conſ.* 167. *numer.* 10. *lib.* 1. *Alexand. Raudenſ. variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 27. *Paul. AEmil. Veral. deciſ.* 182. *numer.* 2. & *deciſ.* 30. *num.* 3. *lib.* 1. latè *Aurel. Corbul. de iure emphyt. cap.* 15. *ampliat.* 5. *per tot. Cardina. Franciſc. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 27. *numer.* 14. in hanc (de rigore iuris) inclinat *P. Ludouic. Molin. d.* 2. *tom. diſputat.* 453. *numer.* 13. plenè etiam *Ouid. de Amicis de iure emphyt. quæſt.* 7. *ex numer.* 3. & *ſeqq. Petr. Surd. deciſ.* 221. *num.* 21. *Barnab. Cornaz. deciſ.* 1. *num.* 33. *Vincent. Carot. deciſ. ſiue caſu* 6. *num.* 8. *Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ.* 1. *tom. cap.* 152. *numer.* 7. 9. & 11. *Roland. à Valle conſ.* 17. *num.* 14. (communem dicens) *lib.* 2.

7 Ex æquitate † verò ob tam paruæ quantitatis defectum, vbi magna penſio debetur, eſtquè conſtituta, à caducitatè emphyteutam excuſare ſolet *Rota*, vt teſtatur *Cardinal. Franciſ. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. d. lib.* 22. *tit.* 27. *numer.* 14. *in fin. & numer.* 56. & *Ouid. de Amic. d. quæſt.* 7. *num.* 9.

Nec ab emphyteuſi ob non ſolutum canonem cadens, melioramenta † in re emphyteutica facta recuperat, ſed pariter ad dominum pertinent; *text.* eſt in *d. authent. Qui rem in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ibi: *Non repetiturus ſi quid impedit nomine melioratorum.* & ibi notat *gloſ. text. in d. l.* 2. *C. de iure emphyt.* ibi: *Nulla ei in poſterum allegatione nomine meliorationis, vel eorum quæ emponemata dicuntur, vel pœna opponenda*: tenentquè *Bald. in rubric. C. de iure emphyt. n.* 4. & *in l fin. §. Emptor autem, n.* 6. *C. cōmun. de legat. & in l. In rem actio, § fin. in fin. D. de reiuendic. & in §. Si vaſſallus. Hic finit lex Frederici*, vbi etiam *Aluarot. & Afflict. num.* 6. frequētiorem Doctorum ſententiam dicit *Decius conſ.* 518. *num.* 1. & 2. *Bart. & Caſtrenſ. in l. Colonus, D. locati, idem Caſtrenſ. conſ.* 237. *in fin. lib.* 1. *Auguſtin. Bero. quæſt.* 19. *nu.* 2. & *q.* 94. *num.* 4. *ver. Aut vaſſalli magna impenſa, Cuman. conſ.* 57. *num.* 5. *Barthol. Cœpol. conſ.* 25. *num.* 19. *Panormit. conſ.* 74. *numer.* 1. *verſ. Circa ſecundum, lib.* 1. *Decius in d. auth. Qui rem, num.* 14. *Guido Pap. deciſ.* 438. *num.* 1. *Iul. Clar.* (ex communi Doctorum ſentētia) *lib.* 4. *recept. ſentent. §. Emphyteuſis, quæſtio.* 45. *Franciſc. Sarmient. ſelectar. opin. lib.* 3. *cap.* 4. *in princip.* latè *Aurel. Corbul. de iure emphyt. capit.* 15. *ampliat.* 36. *Vincent. de Franch. deciſ.* 191. *num.* 1. & *per tot. Camil. Borrel. d. tit.* 33. *num.* 220. *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ.* 117. *num.* 33. vbi dicit communem, *Anton. Faber in ſuo Codice definitionum, lib.* 4. *tit.* 42. *de iure emphyt. & feud. definit.* 24.

9 Quę & in Eccleſia † ab alia Eccleſia, vel à priuato rem in emphyteuſim habēte procedunt. Si enim per biennium Eccleſiæ, vel triennium priuato canonem nō ſoluat, in commiſſum cadit, *gloſ. in capit. Conſtitutus*, 6. §. *Cum autem, verbo, Iuxta ratam, de Religioſ. domib. vbi Panormit. num.* 18. *Bald. in l. Placet, num.* 9. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. & ibi eius Addit. litera E. & in d. auth Qui rem, numer.* 4. *vbi Hieronym. Cagnol. numer.* 61. & *ſeq.* teſtatur de communi *Iaſ. in d. l.* 2. *nu* 48.

C. de

*C. de iure emphyt.* adducens quoque *gloſ. in d. auth Qui rem, & in d. capit. Potuit, Thom. Parpal. in repet. d. l. Placet, num.* 120. vbi hanc magis communem Canoniſtarum ſententiam eſſe, aſſerit, & *ibid. Iaſ. num.* 16. 1. *lectur. & num.* 18. *lectur.* 2. plures refert, latèque materiam proſequitur *Aurel. Corbul. de iure emphyt. d. cap.* 15. *ampliat.* 27. *per tot. Cardin. Dominic. Tuſch. d. concluſ.* 192. *num.* 29. *lit. E. Gregor. Lopez in d. l.* 28. *tit.* 8. *part.* 5. *gloſ. verb. Por dos años.*

Imò plus voluit *Specul. in tit. de emphyteuſi, num.* 25. & 26. Eccleſiam à iure ſuo cadere, emphyteuſim què amittere, ſi
10 per biennium † priuato à quo emphyteuſim habebat, penſionem non ſoluit, vt par ſit cum ipſo priuato emphyteuſim ab Eccleſia habente; licèt contra dicat *Iaſ. in d. l.* 2. *num.* 50. contrariumquè verius putet, ne illud, quod in Eccleſiæ fauorem conceſſum eſt, in eius retorqueatur odiũ, contra leg. *Quod fauore*, 6. *C. de legib.* cum ſimilib,

11 In minorequè † 25. annis (qui Eccleſiæ æquiparatur, *text. in cap.* 1. *de in integ. reſtit.*) probat dictam ſententiam expreſſus *text. in l. Si tutoris*, 23. *C. de adminiſtrat. tutor. vbi notat Bart. & Salycet. in princ. Specul. in d. tit. de iure emphyt. numer.* 24. *Bald. in l.* 2. *num.* 3. *C. ſi aduerſ. vendit. pignor. Guid. Pap. deciſ.* 435. *num.* 1. *& ſeqq. Thom. Grammat. deciſ.* 52. *nu.* 1. *Iaſ. in d. l.* 2. *num.* 48. *C. de iure emphyteut.* vbi idem dicit ex *Speculat. Martino de Fano*, & alijs. Quod & in Ciuitate tradit ex pluribus *Aurel. Corbul. de iure emphy. d. cap.* 15. *ampliat.* 28. *num.* 1. *& ſeqq. per tot. Cardinal. Tuſch. d. concluſ.* 192. *num.* 28.

12 Quin etiam & in pupillo, † & infante idem obſeruari contendit *Corbulus ſupra, ampliatione* 29. *num.* 1. *& ſeqq.* Neque reſtitutionem eis concedi, non ſolum vt minoribus: ſed neque ex clauſula generali, *Si qua mihi iuſta cauſa*, ſi tutores, vel curatores, qui ſoluendo ſint, habeant, ex ratione (præter alias) *text. in d. l. Si tutoris*, 23. quòd ſcilicet minori, pupillo, vel infanti aduerſus tutorem, vel curatorem, qui huiuſmodi damnum ob non ſolutum canonem reſarcire tenetur, poſsit eſſe cõſultum; traditquè ex pluribus (communẽ dicens) *numer.* 12. *& ſeqq.* & notauimus *quæſt.* 31. *num.* 29. & 30. In dubio què
13 tutorem, vel curatorem ſoluendo eſſe † præſumi, aſſerit *Hieronym. Gratus conſ.* 119. *ad fin. lib.* 1. *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. quæſt.* 48. *art.* 8. *num.* 67. quos refert & ſequitur *ipſe Corbulus d. ampliat.* 29.
14 *num.* 14. Idem in Ciuitate, † Caſtro, vel Villa adminiſtratorem, qui ſoluendo ſit habentibus, quod in minore, vel pupillo, vt non reſtituatur firmans ex prædicta *legis Si tutoris* ratione. Secùs ſi vel curatorem, aut adminiſtratorem non habeant, vel habeant, non tamen ſoluendo, traditquè ex pluribus *ſupra num.* 6. & latiùs, ac expreſsiùs *ampliat.* 30. *per tot.*

15 In locationequè † ad longum tempus principalem concluſionem procedere, vt ſi per biennium, aut triennium penſionem ſoluere ceſſet conductor, à iure ſuo, quemadmodum emphyteuta cadat, probant *text. in d. auth. Qui rem, C. de ſacroſ. Eccleſ. & in d. auth. De alienat. & emphyt. §. Si verò quis aut locator, collat.* 9. traditquè *Angel. in §. Scire, in princip. in auth. De non alienand. Abb. in c. Propter ſterilitatem, vltim. not. extra de locato, Iaſ. in d. l.* 2. *num.* 39. *C. de iure emphyt. & in d. auth. Qui rem, nu.* 15. *in fin. Carol. Ruin. conſ.* 153. *num.* 10. *lib.* 1. *Andre. Tiraquel. de retract. linag. §.* 1. *gloſ.* 14. *num.* 48. *Aurel. Corbul. d. tract. d. cap.* 15. *ampliat.* 23. *Nicol. Boer. deciſ.* 234. *nu.* 3. *Marc. Anton. Natta conſ.* 36 *num.* 3. *Cardina. Tuſch. d. concluſ.* 192. *numer.* 9. *Vincent. Carot. de locato, tit. de effectu locationis ad longum tempus, quæſt.* 6. *num.* 1. *folio mihi* 59. vbi communem, & verior em dicit.

16 Idemquè ſi in aliqua ſolutionis penſionis parte inquilinus, † vel conductor deficiat, tenet (ex *Bald. Alexand.* & alijs) *Andre. Tiraquel. de retract. conuent. §.* 4. *gloſ.* 6. *num.* 26. eſtquè *text. in l. Eam*, 3. (ibi: *Si penſionem domino inſolitam ſoluiſti*) *C. de locato.*

17 Quòd ſi emphyteuta cum iuramento † ſoluere penſionem quolibet anno promiſit, ſi primo anno deficiat ab emphyteuſi (nõ expectato biennio, vel triennio) cadere, tradunt *Bald. in capit. Quercham, num.* 2. *verſ. Nota quòd propter alias cauſas, & ibi Felin. num.* 8. *de iureiu. ene. per text. in l. Si quis maior*, 41. *C. de tranſ. & vbi Iaſ. num.* 12. *Franciſc. Curt. num.* 18. *Bologn. num.* 33. *Thom. Parpal. nu.* 11. & 54. vbi communem dicit *Rota notab.* 3. *Hieronym. Cagnol. num.* 32. & 51. & nouiſsime *ibidem Barthol. Berthaz. in*

*einſ.*

*eiuſd.leg.repet.num.*279.*cum ſeqq.Decius in cap.Ex parte,num.*7. extra *de reſcript. & in d.auth.Qui rem,num.*10.*verſ.Octauò,C.de ſacroſanct.Eccleſ.Alexand.conſ.* 85.*lib.*1.*Anton.de Petrur.in repet.leg.*1. *effectu* 24.*nu.*236.*D de iureiurand.Grat. conſ.*81.*num.*3.*in fin.lib.*1.*Curt.Iun.*(de communi atteſtans)*in l.Lecta, num.* 26. *D.ſi cert.pet.Ripa in d.cap.Ex parte,nu.* 20.*&* 21.*Auguſtin.Bero. conſ.*126.*num.* 7.*lib.*1.*& conſ.*119.*num.*11.*& conſ.*125. *num.*2.*eod.lib. Ioan. Anton. Trigon.ſingul.*33.*num.*2.*Guil. Caſſado. deciſ.*2.*per tot.tit.de iureiurand.Guil.Bened.in cap. Raynuntius, verb.Teſtamentum,el* 3.*nu.* 27.*de teſtam.Gozad.conſ.*57.*poſt numer.* 19.*verſ.Non obſtat,Iul.Clar. recept.ſententlib.*4.§.*Emphyteuſis, quæſt.*8.*verſ. Et hoc idem,* latè *Aurel. Corbul. de iure emphyt.cap.*15.*ampliat.*40.*per tot. Albert. Brun.conſ.*46.*nu.*2.*Anton. Gabriel commun.concluſ.tit. de tranſact. concluſ.* 1.*num.*41. *Vincent. de Anna. ſing.*286. *Cardina.Dominic.Tuſch.d.lit.E.concluſio.*192.*num.*74.*& liter.M.concluſ.*373. *num.*39.*Camil.Borrel.in ſumma deciſ.d. tit.*33.*de emphyteuſi,num.*249.*& tit.*60. *de iuram.num.*72.*Marc. Anton. Natta conſ.*479.*num.*11.*& ſeq.lib.*3.*& conſil.* 426.*num.*21.*lib.*2.*Alexand. Raudenſ.variar.reſol.lib.*1.*cap.*17.*nu.*11.*& variar. lection.lib.*1.*cap.*29.*numer.*24.*Roland.à Valle conſ.*6.*num.*42.*& conſ.*8.*num.*41. *& conſ.*77.*num.*18.*lib.*1.*& conſ.*25.*num.* 23. (vbi de magis communi) *lib.*2. *Proſper Farina.fragm.crimin.*2.*par.lit.I.nu.* 1143.*Ouid.de Amic.de iure emphy.q.*27. *num.*1.2.*&* 3.licèt *num.ſeqq.*contrarium defendat,*Paul.AEmil.Veral. deciſ.*300. *num.*1.*lib.*1.*Cæſar Barzi.deciſ.*16.*num.* 3.*Marc.Anton.Bauer.in tractat. de virib.iurament.num.*22. vbi de communi, *Ioan.Gutier.de iurament.confirm.*1.*par. d.cap.*31.*num.*7. communem etiam dicens *Stephan.Gratian.diſceptat.Forenſ. cap.*19 *num.*6.vbi de communi Doctorum ſententia,*Ludouic.Molin. d. diſput.* 453.*num.*4.licèt(cum *Couar.* ibi relato) contrarium dicat *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſi.*22.*num.*14.*Pyrrh.Maur.in tract. de ſolutionib.oblat. & retentio. capit.*95. *num.*2.vbi *per tot.cap.* An qui cum iuramento quinquaginta quolibet anno vſq; ad decem ſoluere promiſit, ſi vno anno
18 deficiat, † pro omnibus virtute iuramẽti conueniri poſsit? differit, allegatquè *Bertazol.poſt tract.de clauſul.in repet. à leg.Si quis maior, quæſt* 47.*numer.*641: concludentem,quòd ſic,licèt inter debitum antiquum,nouumquè diſtinguat, vt in debito antiquo iurato poſsit debitor ad totam ſummam adſtringi,ex vnius termini ſolutionis defectu: ſecùs ſi debitum ſit nouum,quia tunc non ad totam ſummam; ſed pro illo tantùm tempore decurſo,maturato, & non ſoluto compelli poterit.Hancquè ſolutionem æquiorem, & veriorẽ videri dicit *Pyrrh. Maur. vbi ſuprá.*Qua etiam de re vide *Petr. Ioann. Anchar.quæſt.famili.lib.*1.*quæſt.*64.*nu.* 1.*& ſeqq.*

In locatione etiam in qua iuramentum
19 appoſitum eſt, † ſufficere vnius termini ſolutionem deficere, vt conductor (alio non expectato) expelli poſsit, tradunt *Alexand.d.conſ.*85.*lib.*1. *Marc. Anton. Bauer.d.tract.de virib.iuram.numer.*19. *Roland.à Valle d.conſ.*6.*num.*43.*libro* 1. alios referens ſequitur *Stephan.Gratia.d. cap.*19.*num.*7.

20 In penſionibus etiam Eccleſiaſticis † principalis procedit aſſertio: ſi enim beneficij Rector in tempore de quo in literis fit mentio, penſionem non ſoluat, beneficio priuatur,vt latè per *Hieronym. Gigantem de penſionib. Eccleſ. quæſt.*78. *per tot.*

Paupertatis tamen fauor præfatæ principalis concluſionis vires eneruat, ceſſarequè facit. Emphyteuta enim, qui per triennium à canonis ſolutione ob paupertatem † ceſſauit, excuſatur, neque à iure
21 ſuo cadit, expellendusvè à poſſeſsione erit,ſi ſoluere velit, vt eſt communis, & recepta ſententia, quam tenent *Speculat. in tit.de emphyteuſi,num.*40.*Bald. Petr. Foller.* & alij, quos refert, & ſequitur *Cornel.Beninc.de pauperta.ſpeciali* 9. *in contract.num.*9.*& ſeqq. Iaſ. in d.l.*2. *nu.* 53.*verſ. Sextodecimò quæro, & verſ.Secundò potes limitare, Sebaſtian. de Medic.de caſib.fortuit.*2.*par.quæſt.*4.*nu.*19. *Iul.Clar.in d.§.Emphyteuſis,quæſt.*8.*ver. Hoc autem,Petr.Surd. de aliment. tit.*1. *quæſt.*48.*num.*37.*Franciſc. Burſat.conſ.* 440.*num.*20.*lib.*4.vbi quòd ita conſuluit, & in facto obtinuit, *Franciſc. Milanerſ. deciſ.*17.*num.*38.*lib.*2.*Camil. Borrel. in ſumma deciſ.d. tit.*33. *de emphyteuſi, & emphyteuta, num.*166. *Aurel. Corbul. de iure emphyt.d.cap.*15.*limitatio.*29. *num.* 1.*Alphonſ.Villagut.deciſ.*1.*num.*65.*Vin-*

*cent.*

*cent. Carot. de locato, & conduct. 2. par. de effect. locat. ad longum temp. quæſt. 6. nu. 38. fol. mihi* 61. *Cardin. Dominic. Tuſch. pract. concluſ. d. lit. E. concluſ.* 192. *n.* 195. *Ludouic. Molin. de contractib. 2. tomo, d. diſput.* 453. *n.* 13. *verſ. In priori verò caſu, Cardin. Franciſc. Mantic. de taci. & ambig. conuent. lib.* 22. *titul.* 27. *num.* 54. *Maurit. Apicel. allegat. 6. num.* 18. *Ioan. Aloyſ. Ricci. collect.* 2163. *verſ. Item eſt aduertendum, quòd paupertas.*

Quæ etiam vbi iuramentum appoſi-
22 tum eſſet, † procederet cõcluſio, adhùcquè in canonis ſolutione ob paupertatem ceſſans excuſatur, nec à iure ſuo cadit, ſic tenet *Bald.* (*per text. ibi*) *in d. cap. Querelam, num.* 5. *de iureiurand. Franciſc. Rip. in l. Quod te mihi, nu.* 40. *D. ſi cert. petat. Cornel. Benine. ſup. num.* 13. *& ſeq. Petr. Surd. d. quæſt.* 48. *num.* 37. vbi, quòd paupertas excuſat à mora, à periurio, & à pœna, *Didac. Couar. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 9. *verſ. Quoties verò, Ioan. de Arnon. ſingul.* 62. *Ioan. Anto. Trigon. d. ſingul.* 33. *n.* 4. *Cardin. Mantic. d. tit.* 27. *n.* 54. *Vincent. Carot. vbi ſup. n.* 38. *&* 39. veriorem, & magis communẽ ſententiã dicens, *Emmanuel. Suar. in ſuo theſauro recept. ſentent. lit. D. num.* 70. vbi limitat, niſi tempore contractus adeſſet difficul-
23 tas, † quod præcipuè ſi veroſimiliter tẽpore conſtituto, vel quo ſolutio facienda eſſet, futurum eſſe, vt non poſſet ſoluere putaret, poſſet procedere, diximuſquè *quæſt.* 27. *num.* 8. vbi etiam pro prædicta principali ſententia plures retulimus *nu.* 6. Et faciunt latè tradita per *Hieronym. Gigan. de penſionib. Eccleſiaſt. quæſt.* 75. *per tot.* vbi, quòd ceſſans ſoluere, quia fuit
24 incarceratus, † vel quomodolibet impeditus, à iure ſuo non cadit, *Vincent.* etiam *Carot. d.* 2. *par. quæſt.* 6. *nnm.* 40. Quodque tradit *Petr. Ioan. Anchar. lib.* 1. *quæſtion. familiar. quæſt.* 2. *nu.* 5. vbi, quòd nõ
25 opponere compenſationem † iurans, ſi paupertate prematur, iuramento non obſtante, poterit compenſare, adducit *Petr. Paulum Pariſ. conſ.* 121. *numero* 41. *lib.* 1. *Andr. Tiraquellũ de retract. §.* 3. *gloſ.* 3. *num.* 6. *& Hieronym. Gratum reſponſo* 121. *num.* 4. *lib.* 1.

Et idem, quod in emphyteuta dictum
26 eſt, in vaſſallo † quoque ſeruitium Domino ob paupertatem non præſtante, excuſariquè, tradunt *Iſern. in capit. Imperialem, num.* 39. *verſiculo, Si propter paupertatem, & in capit.* 1. *§. Sed nec eſt alia, numero* 35. *verſiculo, Si verò non poſſunt. Quæ ſit prima cauſa benef. amitt.* refert, & ſequitur *Camil. Laratha conſ.* 5. *numer.* 149. vbi pauperem in præſenti, & excuſari dicit, qui ſolùm Caſtrum redditus ducatorum 150. habebat, quia decenter alere vxorem, filios, & familiam nõ poterat. *Cæſar Vrſil. in addit. ad Matthæ. de Afflict. deciſ.* 179. *nu.* 6. vbi, quòd vaſſallus multos ſuos habens, ob eorum ſuſtentationem à ſeruitio excuſatur.

Excuſari etiam penſionarium, qui pro-
27 pter paupertatem † tempore conſtituto non ſoluit, latè defendit *Hieronym. Gigas de penſionib. Eccleſiaſt. quæſtione* 80. *per tot. Sebaſtian. de Medic.* (mendoſè eum referens) *de caſib. fortuit. d.* 2. *par. quæſt.* 4. *num.* 43.

Prædictaquè, etiamſi emphyteuta ob
28 culpam ſuam † (non tamen ad caſum præordinatam) in paupertatem deuenerit, procedunt, ampliãturquè, vt latè ſuo loco dicemus, notauimuſquè etiam *quæſtione* 32. *numero* 13. & in ſpecie, & terminis noſtris tradit *Aurel. Corbul. de iure emphyt. dict. capit.* 15. *limitat.* 19. *numero* 2. *Syluan. de feudi recog. quæſt.* 77. *numero* 5. *Ioan. Aloyſ. Ricci. dict. collect.* 2163. *verſic. Sed tunc prodeſt.* Licèt contradicat *Ioann. Anton. Trigon. d. ſingul.* 33. *num.* 5. Qui tamen, ſi paupertas ad caſum fuiſſet præordinata, intelligendus erit.

Pro ſuprà dictorum confirmatione adijciendum etiam, quòd licèt per regulam Cancellariæ *de liter. non expedi.* (de qua per *Ludouic. Roman. conſil.* 340. *dubio* 2. *& Ludouic. Gomez in regula de annali poſſeſſore, quæſt.* 19. *in princip.*) quaſlibet gratiarum literas de beneficijs conceſſas infrà ſex mẽſes † fore expediẽdas,
29 fit prouiſum; ſi tamen ob paupertatem
30 † cui gratia, vel beneficium conceſſum eſt, eas infrà dictum tempus expedire nequiuerit; excuſabitur, à dictaquè regulæ conſtitutione. Et iuſtam in hoc caſu excuſationis cauſam paupertatem eſſe; oſtẽdit *Rota Roman. Diuerſor. part.* 1. *deciſ.* 676. tenetquè *Ioann. Aloyſ. Ricci. d. collect. deciſ.* 6. *part. collect.* 2197. *verſ. Et primò vt paupertas excuſet à regula de literis non expeditis.*

* * *

## VTRVM CONTRA DIVItem vt ſibi ſubueniat, agere poſsit pauper?

## *SVMMARIVM.*

5 Sub mortali peccati reatu diues pauperi in extrema conſtituto neceſsitate ſubuenire tenetur, ex bonis etiam quibus quis ad ſtatum ſuum indiget, modò non ad naturalem neceſsitatem leuandam.

2 Pauper etiam ſubuenire pauperi in extrema exiſtenti indigentia, quoad actum interiorem, ſicut diues quoad actum exteriorem tenetur.

3 Bona operatio voluntaria eſſe debet, nec inuitus quis ad bonum opus peragendum adſtringitur.
Bonum nullum niſi voluntarium, ibidem.
Eleemoſyna ex voluntate facienda eſt, ibid.

4 Diuites, vt pauperibus ſubueniant, Iudicis officio compelli poſſunt.

9 Pauper habet actionem ad petendum panem, quem auarus detinet. Et quando? num. 6.

7 Diuites poſſunt per excommunicationem ad faciẽdum eleemoſynã pauperibus compelli.

## QVÆST. XXXIIII.

NEgatiua pars in hac videtur quæſtione tenenda, aſſerendumquè nõ poſſe pauperem contra diuitem agere, vt ſibi ſubueniat; idquè ſiue neceſsitas, paupertaſquè extrema ſit, ſiue non. Quia licèt pauperi in extrema conſtituto neceſsitate teneatur † ſub mortiferi peccati reatu, ſubuenire diues, *Matthæi cap.* 25. ibi: *Eſuriui enim, & dediſtis mihi mãducare, ſitiui & dediſtis mihi bibere, &c.* & ibi: *Tunc dicet & his, qui àſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare, ſitiui, & non dediſtis mihi potum &c.* & Iſai. capit. 58. *Frange eſſurienti panem tuum.* & Ioann. 3. *Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſsitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo Dei charitas manet in illo?* Subueniendũquè exiſtenti in extrema neceſsitate, etiã ex bonis, quibus quis ad ſtatum ſuum indiget, modò non ad naturalem neceſsitatem ſubleuandam, eſt *text. in cap. Non ſatis*, 14. *& cap. Paſce*, 21. 86. *diſt. D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 33. *art.* 5. *& quodlibet.* 8. *artic.* 12. *Abb. in cap. Si verò, numero* 6. *de iureiurando, Archidiac. in cap.* 1. *diſtinct.* 1. ſic intelligens *gloſſam ibi*, vbi etiam *Felin. in fin.* alios referens, *Gaſpar Baeça de inope debit. cap.* 12. *num.* 16. *Sylueſt. Ioan. Maior, Cardin. Turrec. Abulenſ. Ioann. à Medin.* & alij, quos refert, & ſequitur (latè hanc ſententiam comprobans) *Didac. Couar. variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 14. *nu.* 5. *Franc. Ripa in l.* 1. *num.* 119. *D. ſolut. matrim. Palac. Rube. in repet. cap. Per veſtras*, §. 12. *numer.* 3. *Cornel. Benincac. de paupert. ſpeciali* 5. *in iudicijs, num.* 18. *& ſeqq. Petr. Surd. de alimẽt. tit.* 1. *quæſt.* 90. *per tot. Ludouic. Mexia de taxa panis, concluſ.* 1. *num.* 6.

Nec ſolùm diues, ſed etiam pauper † (deſiderio ſaltẽ) ad ſubuẽtionem hanc in tali neceſsitate tenetur, eleemoſynamquè quoad interiorem actum, ſicut ad exteriorem diues, præſtare. Vterque enim pariter ad amandum proximum obligatur, vt docet *Martin. Nauar. in c. Quieſcamus*, 42. *diſti. numer.* 11. Pro qua etiam ſentẽtia adduco illud *Tobiæ* 4. *Quomodò potueris eſto miſericors. Ouidijquè Triſtium lib.* 1. *Elegia* 8.

*Eſt etiam in miſeris pietas, &c.*

Et Amorum lib. 1. Eleg. 10.

*Officium pauper numeret, ſtudium mq; fidemquè.*

Adhùc tamen quoad forum exterius non videtur cõceſſa actio pauperi in qualibet exiſtenti neceſsitate contra diuitem vt ſibi ſubueniat, neque ad id (præcipuè in non ita extrema) cogi poſſe. Bona enim operatio † voluntaria eſſe debet, *text. in c. Præſens*, 4. 20. *q.* 3. *c. Nõ eſt*, 10. 15. *q.* 1. *c.* 1. *de decim. lib.* 6. Nulluſq; ad bonum opus peragẽdum inuitus adſtringitur, *d. iurib.* cũ (vt inquit *text. in d. c. Præſens*) *Nullũ quippè bonũ, niſi voluntariũ*: dixerat q; Sen. epiſt. lib. 9. epiſt. 68. *Quia nihil honeſtum eſt, quod ab inuito, quod à coacto fit. Omne ho-*

*honeſtum voluntarium eſt*, ait; *Matthæ. de Afflict. deciſ.* 151. *per tot.* præcipuè *numer.* 2. proſequitur latè in terminis noſtris *Cornel. Benincas. d. ſpeciali* 5. *in iudic. num.* 1. *& ſeqq. Iuſtinus Martyr in apologia* 2. *pro Chriſtianis ad Antoninum Pium. Quibus copiæ ſuppetunt* (inquit) *hiſi volunt, ſuo quiſque arbitrio, quod vult largitur. Iuſtum enim operari, voluntarium eſt.* vtquè inquit *Ariſtotel. Ethicor.* 5. *& lib.* 3. Quiſquis eſt dominus ſuarum operationum à principio vſquè ad finem. Inde Pſalmiſta, *Pſalm.* 53. *Voluntariè ſacrificabo tibi*: tradunt in ſpecie dictam ſententiã *Camil. Borrel. in ſumma deciſ. tit.* 18. *de oblationib. & pijs eleemoſynis, num.* 15. apud quem plura circa hanc materiam vide *tot. tit. & Cardina. Dominic. Tuſch practicar. concluſ. litera E. concluſ.* 107. *num.* 4. & 5.

Paupertatis tamen fauore conceſſum eſſe Iudicis officio † compelli poſſe diuites, vt pauperibus ſubueniant, tenuit 4
*gloſ. in cap. Sicut hi, verb. Eſurientium,* 47. *diſt. & in capit. Domino, verb. Neceſſe,* 50. *diſt. gloſ.* 1. *in fin. in capit. Exigunt,* 1. *quæſt.* 7. *Panormit. in capit. Cum cauſam, numero* 7. *de elect. & in cap. Siquis, in fin. de furt.* vbi etiam *Annan. Felin. in cap.* 1. *num.* 6. *de offic. iudic. & in addit. ad Abbat. in cap.* 1. *col.* 4. *verſiculo, Et allegat bonum text.* 1. *diſtinct. idem Abb. in cap.* 1. *de empt. & vendit. num.* 7. *Decius in capit. Ex epiſtola, numero* 224. *de probatio. Andre. Tiraquel. de nobilit. cap.* 29. *num.* 46. *Cornel. Benincac. d. ſpeciali* 5. *numer.* 17. *& ſequentibus, Petr. Rebuf. de priuileg. ſcholaſtic. priuileg.* 90. *num.* 10. *Petr. Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 9. *per tot. Petr. Royz. Maur. deciſ. Lituanic.* 4. *numer.* 298. *Didac. Couar. lib.* 3. *variar. capit.* 14. *num.* 5. *Hieronym. Gonçal. in regul.* 8. *Cancellar. gloſ.* 2. *nu.* 21. *Iacob. Menoch. lib.* 2. *de arbitrar. caſu* 182. *num.* 43. *Petr. de Auendañ. de exequend. mandat.* 2. *par. cap.* 10. *num.* 10. vbi plura ad propoſitum adducit, *Ludouic. Mexia de taxa pan. concluſ.* 1. *num.* 5. *Sebaſtian. de Medic. de caſib. fortuit.* 2. *par. quæſt.* 4. *nu.* 16. *Martin. Nauar. in capit. Quieſcamus,* 4. *diſtinct. num.* 58. *tomo* 2. *fol. mihi* 225. *Achilles Petroch. conſ.* 8. *num.* 164.

Habereque pauperem actionem † ad petendum panem, quem auarus detinet, dixit *Speculat. in titulo de inſtrum. edit. §. Nunc verò aliqua de vltima voluntate, numero* 66. eumque ſequitur *Hieronym. Gonçalez. vbi ſuprà num.* 2. 5
6 In extrema quæ neceſsitate † actionem in preſenti pauperi dari, firmat *Sarmien. de reddit. Eccleſ.* 3. *p. capit.* 4 *à numero* 3. *cum ſequentibus*, præſertim *numer.* 5. ex *Caietan.* 2. 2. *quæſt.* 118. *articulo* 3. Licèt in non extrema, etiam Iudicis officiũ deneget.

Poſſequè diuites ad faciendum pauperibus eleemoſynã compelli, etiamquè ex
7 communicari, † tenet *Hieronym. Zanet. in tractat. de foro conſcient. & contentioſ. num.* 129.

## VTRVM IVDEX POSSIT, vel debeat impartiri officium ſuum non requiſitus? vel partes ad concordiam reducere, vbi cauſa pauperis, aut miſerabilis perſonæ vertitur?

## SVMMARIVM.

1 Iudex non debet officium ſuum impartiri niſi petenti.

2 Et etiamſi ad ipſum Iudicem diſpoſitio dirigatur, quia debet intelligi, *ſi petatur.*

3 Statutum dictans, quòd cum ſapientis conſilio teneatur Iudex cauſam expedire, *ſi à parte fuerit petitum, vt hoc modo cauſa expediat*, intelligitur.

4 Et idem ſi ex forma ſtatuti cogere affines ad compromiſſum teneatur Iudex.

5 Vel quòd alicui ad aliquid agendum terminus detur. Nam *ſi à parte fuerit petitus*, intelligi debet.

6 Iudex poterit publicatis atteſtationibus teſtes admittere, niſi pars opponat. Et procuratorem in criminalibus, parte non opponente, ibid.

7 Si lex aliquid *ipſo iure* fieri diſponit, *ſi à parte petatur*, debet intelligi. Clauſula, *Ipſo iure*, non abſolutam reſolutionẽ operatur, ſed demum *parte petente*, ibid.

8 Promittens præſentare aliquem infrà octo dies, *ſi fuerit requiſitus*, intelligitur, nec ante requiſitionem (iuramento etiam interueniente) tenetur.

9 Iudex parte non petente ſententiam ferre non poteſt, aliàs ſententia erit nulla.

10 Iudex ex officio, etiam non requiſitus dabit curatorem ad litem ei, qui lite pendẽte curatore cœpit indigere, quia furioſus, vel prodigus factus eſt.

11 Pauperibus, miſerabilibuſquè perſonis (nemine etiam petente) de Aduocato prouidere tenetur ex officio Iudex.

12 Iudex officium ſuum (etiam non petitum) impartiri debet, licèt priuatam vtilitatem reſpiciat, ſi miſerabiles reſpiciat perſonas, & actum pium.

13 Pauperes ſunt perſonæ miſerabiles, & eorum cauſæ piæ, remiſsiuè.

14 Alimẽtorum in cauſa officium ſuum (licèt non petitum) impartiri debet Iudex.

15 Et in cauſa dotis.
Cauſa dotis eſt cauſa pia. ibid.

16 Epiſcopus poteſt compellere hæredem ad ſoluendum legata pauperibus relicta, vel pia, & etiam ante annum.

17 Iudex ad concordiam, vel compromiſſum partes compellere nequit.

18 Fallit, ſi pauper litiget cum diuite.

19 Vbi animæ periculum vertitur, officium ſuum non petitum licet Iudici impartiri.

# QVÆST. XXXV.

INſeruire debet actioni Iudex, nec officium, niſi petenti † impartiri poteſt, *text.* eſt in *l. Dies*, 4. §. *Hoc autem iudicium, D. de damno infecto*, vbi ita Vlpian. *Hoc autem iudicium certam conditionem habet, ſi poſtulatum eſt. Cæterum, qui non poſtulauit, experiri non poteſt. Poſtulare autem hìc propriè dicimus, pro tribunali petere, non alibi. text.* (vbi *Bart. & Scribentes*) *in l. De pupillo*, 5. §. *Qui opus, D. de noui oper. nunciatio.* vbi hæc idem Vlpian. *Qui opus nouum nunciat, iurare debet non calumniæ cauſa opus nouum nunciare. Hoc iusiurandum authore Prætore defertur. Idcirco non exigitur, vt iuret is qui nunciat, antequam iusiurandum Prætore authore exigatur. Innocent. in capit. Ad noſtram, el 2. extrà de iureiurand. & in capit. Literis, de reſtit. ſpoliat. Anton. de Butri in cap. 1. oppoſit. 1. de libelli oblat. Auguſt. Beroi. in capit. Solicitè, de reſtit ſpoliat. & in cap. 1. num. 40. de iudic. Ferret. conſ. 42. num. 5. Franciſc. Viui. in ſylua opini. opinione 418. Vincent. Carot. in tractat. de remed. contra præiudicial. ſententias, vel damnoſas executiones, except. 132. nu. 1. Cardinal. Dominic. Tuſch. practic. concluſ. litera I. concluſ. 395. num. 36. Iacob. Nouell. in tractat. ad defenſam, cap. incip. Solet communi ſententia dici, numer. 3. folio mihi 77.* eleganter *Marc. de Mantua ſingul. 336. num. 3.* notans, hac fere ſemper regula *Chriſtum* Saluatorem noſtrum vſum fuiſſe, nec filiam *Cananeæ* à dæmone vexatam abſquè requiſitione, ac petitione liberaſſe, *Matthæi* 15. nec cæcum à natiuitate, *Lucæ* 16. ibi: *Quid vis, vt tibi faciam?* ob idquè, nec quartum mortuum ſuſcitaſſe, quia petitum non fuerat, ſed Lazarum tãtum, filium viduæ, & Archiſynagogi. Sequitur *Vincent. Carot. d. exceptio. 132. numero 64. Marius Giurba deciſione 70. numero 17. & deciſ. 13. num. 7.*

Nec ſi diſpoſitio ad ipſum Iudicem dirigatur, † loquaturquè per verba ei obligationem, ac neceſsitatem imponentia, intelligi namquè debet, *ſi petatur.* Ita *Iaſ. in repet. leg. Admonendi, numer. 316. Caccialup. numer. 171. Curt. Seni. num. 226. Ioann. de Prato. num. 10. D. de iureiurand. Hippoly. de Marſil. in l. Maritus. num. 20. D. de quæſtion. & in practic. in §. Sequens, numero 48. Anton. Capit. deciſ. 35. numero 1. Vincent. Carot. vbi ſuprà num. 4. Andre. Gail. lib. 1. obſeruatio. 108. num. 3. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 33. num. 196. Nicol. Intrigliol. in ſingul. ad conſtit. Regni Sicil. ſingular. 119.* 2

Sic ſi ſtatutum dicat, quòd Iudex cum conſilio ſapientis cauſam teneatur expedire: *ſi à parte † fuerit petitum, vt hoc modo cauſam expediat*, intelligi, obtentâ *Alexand. conſ. 122. lib. 2. Franciſc. Ripain d. l. 4. §. Hoc autem iudicium, num. 3. D. de damno infecto, Carol. de Graſ. de exceptionib. ad ſtatut. exclud. omnes except. except. 32. num. 109.* 3

Idemquè ſi Iudex ex ſtatuti forma affines, & coniunctos ad compromiſſum cogere teneatur; quia *dummodò*

à par-

4 *á parte* † *petatur*, intelligitur, *Iaſ. in l. Vniuerſa, num.* 4. *C. de precib. Imperat. offerend. Petr. Dueñas regul.* 36. *limit.* 1. *Butr. Alexand. & Marant.* quos refert, ſequiturquè *Vincent. Carot. dict. except.* 132. *num.* 5. *verſ. Hinc etiam, Ripa vbi ſuprà num.* 4. *Carol. de Graſſis d. except.* 32. *numer.* 210. *Camil. Borrel. in repet. pragmat. Odia litium, §.* 6. *gloſ.* 1. *numero* 4.

Et ſtatuto dictante, vt alicui detur ad aliquid agendum terminus, *ſi á parte* 5 † *fuerit petitus*, intelligi tradunt *Iaſ. in d. l. Admonendi, num.* 10. *& ſequenti, D. de iureiurand. Alexand. in l. Debitoribus, num.* 6. *D. de re iudic. Machel. patrocin.* 45. *numero* 7. *Carol. de Graſ. vbi ſup. numero* 111. plura ſimilia ex *numero* 100. vſque ad *numer.* 116. adducens, tradit etiam alia *Petr. Surd. conſ.* 124. *numero* 1. *&* 2. *lib.* 1.

Nec ex officio repellere aduerſarium, niſi pars opponat, tenetur Iudex, partequè non contradicente, poterit publica- 6 tis atteſtationibus, † publicatione non obſtante, teſtes Iudex admittere, *Iaſ. in l. Patre furioſo, num.* 20. *D. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, & in d. l. Amonendi. num.* 12. *D. de iureiurand. Aymon Crauet. conſ.* 65. *numer.* 2. *Anton. Gabri. commun. concluſ. lib.* 1. *tit. de teſtib. concluſ.* 21. *num.* 77. cum alijs, quos refert, ſequiturquè *Vincent. Carot. d. except.* 132. *nu.* 15. Iuſerens ex *numero* 16. quòd licèt in criminalibus non admittatur procurator, *text. in l. penult. §. Ad crimen, D. de public. iudic.* parte tamen non opponente, admittitur, nec proceſſus eſt nullus, *gloſ. magiſt. in cap.* 1. *verb. Criminales*, extra *de iudic. lib.* 6. *Speculat. in tit. de procurat. §.* 1. *numer.* 9. *verſ. Sed pone, Hippolyt. de Marſil.* (communem dicens) *in l.* 1. *§. Sequitur, D. de quæſtionib. Sebaſtian. Banti.* (multos huius ſententiæ referens, communemquè, ac magis communem, nec ab ea eſſe recedendum aſſerens) *de nullitatib. proceſ. ac ſentent. titulo de nullitate ex defectu inhabilitatis, ſeu mandati comparentium, numero* 177. perperè relatus cum *AEgid. Bellamer.* & alijs, per *Vincent. Carot. d. except.* 132. *numer.* 16. Licèt contrariam ſententiam veriorem, & magis communem dicentem, referat *Anton. Gabriele concluſ.* 10. *num.* 84. *de maleficijs*, alios etiam adducit *Bantius vbi ſup.* qui pro prima cum iam relatis tenent.

7 Etiamquè ſi lex aliquid *ipſo iure* † fieri diſponat, adhùc intelligitur *ſi petatur, gloſ. in l. Scimus*, 36. *verb. Ipſo iure, C. de inofficioſ. teſtament.* cuius *Iaſ. ibi num.* 1. communem ſententiam dicit, *gloſ. in l. Si conſtat*, 4. *verb. Ipſo iure, C. de compenſat. gloſ. in l. Vniuerſa*, 4. *verb. Præbeatur. C. de precib. Imperat. offerend. Rota Roman. in antiq. deciſ.* 25. *numero* 4. *titul. de appellationib.* tradit latè *Decius conſilio* 138. *numero* 5. *verſ. Et ideo his præmiſſis, & numer. ſequent. Roland. a Valle conſil.* 81. *numer.* 8. *lib.* 3. *deciſ. Bononienſ.* 37. *numero* 22. *Sebaſtian. de Medic. in tract. de compenſation. par.* 2. *quæſt.* 21. *Vincent. Carot. d. loco, numero* 10. & 11. vbi, quòd clauſula, *Ipſo iure*, non abſolutam reſolutionem, ſed parte demum petente operatur. Tenet etiam *Ioann. Cephal. conſ.* 50. *numero* 1. latè *Marta in tractat. de clauſul. part.* 1. *clauſul.* 291. *numer.* 1. poſt *Deciũ*, & alios *in l. De pupillo, §. Meminiſſe, numero* 18. *D. de noui oper. nunciatio.* propè infinitos referens *Marius Giurba deciſ.* 13. *num.* 8.

Idemquè etiamſi lex certum termi- 8 num Iudici, vel Iudex parti, † præfixerit, quia nec tunc exequi, niſi requiſitus adſtringitur, iuxta latè deducta per *Paul. Caſtrenſ. conſ.* 100. *lib.* 2. Vbi concludit, quòd ſi aliquem infrà octo dies præſentare promiſi, intelligitur, *ſi fuero requiſitus*, nec ante requiſitionem teneri promittentem, aſſerit, ſequuntur *Franciſc. Ripa in dict. l. Quarta, §. Hoc autem iudicium, numer.* 10. *D. de damno infect. Iacob. Menoch. conſ.* 132. *num.* 14. *verſ. Sextò, Herculan. de cautione de non offendendo, capit.* 23. *num.* 26. *Anton. Gabriel commun. opini. tit. de ſolutio. concluſ.* 9. *num.* 2. quos refert, & ſequitur *Vincent. Carot. d. except.* 132. *numero* 13. idem etiam dicens, vbi iuramentum appoſitum eſt, plurimos in hanc ſententiam refert, & ſequitur *Proſper Farina. prax. crimin.* 1. *p. quæſt.* 34. *num.* 125. *Andre. Fachin. controuerſ. lib.* 9. *cap.* 77.

Denique, vt alias huic principali regulę ampliationes, quæ per ſuprà allegatos poterunt videri omittamus; ex eius ratione deſcendit, ſententiam non poſſe 9 ferre Iudicem parte non petente, † aliàs fore nullã, nec executionẽ mereri, ex *text. in d. l.* 4. *§. Hoc autẽ iudiciũ* (vbi not. *Alex. n.* 25.) *D. de dãn. infect. text. in auth. Qui ſemel* (ibi, *Quiſi cauſã perſequi differat; reo*

*poſtulante, tribus edictis citetur*)*C. quomodo, & quando iudex, text. in l. Properandum*, 11. §. *Et ſiquidem* (vbi not. *Iaſ. numer.* 4. & 5.)*C. de iudic.* allegat *Paul. Caſtrenſ.* dicẽtem, vidiſſe aliquando proceſſum in quo continebatur ſententia; & quia non apparebat ad cuius inſtantiam fuiſſet lata, pronunciatum fuiſſe, ſententiam nullam; adducitquè etiam *gloſ. notab. in l. Sancimus*, §. *Cum autem, in verb. Per contumaciam, C. ad S.C. Trebel.* quæ Iudicem debere facere ſcribi in actis ad cuius petitionem actum faciat iudiciale, dicit: *text.* eſt etiam *in l. Ad peremptorium*, 68. & *in l. Et poſt edictum*, 73. *D. de iudic.* docentquè *Roman. ſingul.* 570. & *ibid. Nico. Pig. & Gab. Sar. eius Addition. Sebaſtian. Bant. de nullit. ſentent. tit. De nullitate ex defectu proceſ. ſiue ordinis iudiciarij, numer.* 98. *Vincent. Carot. d. except.* 132. *numer.* 16. *verſ. Ampliatur* 7. *Angel. conſilio* 267. (incip. *Conſtitutio S.R.E.*) *num.* 2. *verſ. Quod autem dicta ſententia, & in l. Si quis libertatem*, §. *Quoties, numer.* 4. *D. de petit. hæredit. Petr. de Anchar. conſ.* 167. (incip. *Viſis diligenter*) *num.* 4. latè (plures huic concluſioni ampliationes aſsignans) *Cardinal. Tuſch. practicar. concluſ. litera S. concluſ.* 137. *per tot.*

Ex omnibus his igitur, nec in paupẽrum, miſerabiliumquè perſonarum cauſa officium ſuum non petitum impartiri Iudicem poſſe; videbatur firmandum. In contrarium tamen ſe veritas habet. Pro qua facit *text. in l. Sancimus, la* 2. 28. *in ordine*, §. *Sed & ſi quis, C. de adminiſtrat. tutor. vbi Bart.* caſum nouum, & ſingularem dicit, quòd iudex ex officio, etiam non requiſitus, dabit curatorem † ad litem ei, qui lite pendente curatore cœpit indigere, quia furioſus, vel prodigus effectus ſit. Ad quod eſt etiam *text. in l. Fulcinius*, 7. §. *Adeo autem, verſ. Planè ſi non defendatur, D. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur.* obſeruantquè *Bald. in cap.* 1. *num.* 20. *de milite vaſſallo, qui contumax eſt, Ripa in d. l.* 4. §. *Hoc autem iudicium, num.* 41. *D. de damno infect.* alios referens *Vincent. Carot. d. tract. de remed. contra præiudic. ſentent. d. except.* 132. *num.* 22. eſtquè communis, teſte *Caldas Pereyra in l. Si curatorem habens, in princip. numer.* 25. *C. de in integ. reſtit. minor.* 25. *annis, Roland. à Valle conſ.* 20. *n.* 5. *lib.* 2. Et magis in terminis noſtris eſt *text. in l. Nec quidquã*, 9. §. *Aduocatos, D. de offic. Proc. ſ.* cuius ſunt verba: *Aduocatos quoq; petentibus debebit indulgere, plerumquè fœminis, vel pupillis, vel aliàs debilibus, vel ijs, qui ſuæ mentis non ſunt, ſi quis eis petat; vel ſi nemo ſit, qui petat, vltrò eis dare debebit.* † Inter quę precipuè notanda verba illa, *vel aliàs debilibus*, quibus pauperes continentur, vt & diximus latiùs *quæſt.* 28. *num.* 49. & 50. & in ſpecie notat etiam *Vincent. Carot. d. except.* 132. *numero* 26. Et per *d.* §. *Aduocatos*, tenet *Bart. in dict. l.* 4. §. *Hoc autem iudicium, numero* 1. & 2. *D. de damno infect.* Officium ſuum etiam non petitum impartiri Iudicem debere, licèt priuatam vtilitatem reſpiciat, ſi miſerabiles † reſpiciat perſonas, & actum pium: Idem firmat *Cyn.* & *Bald.* (per *text. ibi*) *in l. Mulierem, C. ſi mancip. ita venier.* idem *Bald. in d. l. Nec quidquam*, §. *Vbi decretum, D. de offic. Proconſ. l.* & *in authent. Adhæc, in fin. C. de vſur.* latè *Alexand. in d.* §. *Hoc autem iudicium, num.* 1. & *ſequentibus*, & *in l. Diui*, 89. *numero* 7. *D. ad leg. Falcid.* plures refert *Vincent. Carot. d. except.* 132. *numero* 32. *Petr. Rebuf.* 1. *tom. ad conſtit. Gal. tit. de ſentent. prouiſion. art.* 3. *gloſ. vltim. num.* 25. & *ſeqq. Andre. Tiraquel. de pia cauſa, priuileg.* 152. & eſt communis, ſecundum *Viuium in ſylua commun. opini. opin.* 418. *num.* 9. *Aymon Crauetà conſ.* 190. *num.* 8. & *ſeq.* vbi multa circa pupillorum educationem ponit, circa Eccleſias, & pauperes; *Cardin. Dominic. Tuſch. practic. concluſ. litera I. concluſ.* 396. *num.* 15.

Pauperes autem miſerabiles perſonas eſſe, † eorumquè cauſam piam, dubium non eſt, diximuſquè *in præfat.* & *quæſt.* 52. *num.* 14. & (ſimpliciter in pauperibus loquẽdo) *Cornel. Benin.* (poſt alios quos refert) *de paupert. quæſt.* 4. *princip. num.* 13. *Auiles in capit. Prætor. cap.* 6 *num.* 5. & *Montal.* ab eo adductus, & alij ex proximè relatis.

Hincquè, fit in alimentorum † cauſa officium ſuum (licèt non petitum) impartiri debere Iudicem; *text.* eſt *in d. l. Diui*, 88. (*aliàs* 89) *D. ad leg. Falci.* & *ibi Alexand. num.* 7. *Ripa in d.* §. *Hoc autem iudicium, num.* 26. *Aretin. in capit.* 1. *num.* 23. *verſ. Secundò, quia*, extra *de probat. Andre. Tiraque. d. priuileg.* 152. *Cordub. de Lara in l. Si quis à liberis*, §. *Vtrum, numero* 11. *D. de liber. agnoſc. Vincent.*

Ca-

*Carot. vbi ſuprà numero 36. Petr. Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 4. Crau. & Tuſch.* locis proximè relatis.

15 Inquè dotis † cauſa, eſt *text. in l. Si cum dotem*, 23. §. *Eo autem tempore, D. ſolut. matrim. text. in l. Profectitia*, 5. *ver. Sed ſi proponas, D. de iur dot.* Cum pia ſit, *l. Cum is*, 32. §. *Si in ea opinione ſit mulier, ſuprà de cõdict. indebiti*, vbi latè *Iaſ.* tradunt què *Alexand. in d. §. Hoc autem iudicium, num. 5. & 6. Andre. Tiraquel. de priuileg. piæ cauſ. in præfation. verſ. Item cum dos, Franciſc. Viuius opini. 57. num. 9. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 115. num. 16. Vincent. Carot. d. except. 132. num. 34.* Hæc tamen iuxta dicta à *Nobis quæſt. 52. numer. 15. & ſeqq.* intelligendo, ſi pauperi alimenta, vel dos debeantur.

Hinc etiam ſit, poſſe Epiſcopum (inſtante nemine) 16 † ad ſoluendũ legata pauperibus relicta, vel pia, hæredem compellere, *authent. de Eccleſiaſt. tit. §. Sin autem hæres, collatio. 9. Tiraquel. d. tractat. priuileg. 149. Alexand. in d. §. Hoc autem iudicium d. legis 4. D. de damno infect. numero 7.* Idquè facere poſſe Iudicem, ſi Epiſcopus ſit negligens, docent *Bart. in d. l. Nec quidquam, §. Obſeruare, numero 1. D. de offic. Proconſul. Vincent. Carot. d. except. 132. numero 30. Aymon Crauet. d. conſ. 190. numero 10. Didac. Couar. in capit. Si hæredes, numero 4. de teſtament.* vbi quòd etiam ante annum ad præſtationem legati pij hæredem compellere Iudex poteſt, per *text. ibi in dict. capit. Si hæredes*, & *Nos* in 2. huius tractatus parte (Deo dante) dicemus.

17 Sic licèt ad concordiam, † vel compromiſſum partes nequeat compellere Iudex; *text.* eſt *in authen. Vt litig. iurent, §. Quia verò lex* (quem ad hoc notabilem dicit ibi *Angel.*) *collat. 9.* ibi: *Aut cogere tranſactiones, aut pacta quædam cum ſuis aduerſarijs exponere, text. in l. 4. D. de curat. dotis ab his, l. Non diſtinguemus, 37. §. Quæſitum, D. de recept. arbitris. gloſ. in l. Furti, 6. in §. Qui iuſſu, D. de his qui not. infam. & ibid.* notat *Bart. text. in l. Si dictum, 56. §. Si compromiſero, D. de euict. text.* (*& ibi Bald. num. 1. & 2.*) *in l. Ex ſtipulatione, 7. C. de ſentent. & interlocut. omni. iudic.* idem *Bald. in l. 1. §. Quies. num. 2. D. de offic. Præfecti vrbis, Bart. Paul. Alexand. & Iaſ. in l. Quidam exiſtimauerunt, D. ſi cert. petat. Alexand. in l. 1. §. Et poſt operis, num. 7. D. de noui oper. nunciation. Abb. in cap. 1. numero 1. de treug. & pace, Socin. Iun. conſ. 24. numero 9. lib. 1. Bart. Bal. & Iaſ. in l. Aequiſſimum, D. de vſufruct. Matth. de Affict. deciſ. 149. num. 5. Larfranc. de Oriano in tractat. de arbitr. quæſt. 45. Iacob. Nouel. in practi. & theoric. cauſar. criminal. in cap.* quod incipit, *Quoniam docet experientia, nu. 57. folio mihi 226. Vincent. Carot. de remed. contra præiudic. ſentent. de except. 132. numero 19. Camil. Borrel. in ſumma deciſ. titul. 63. de compromiſſis, numero 36. & 229. & in tractat. de compromiſſis, §. 2. gloſ. 3. numero 5. Franciſc. Viui. deciſ. 57. numer. 10. Iacob. Menoch. conſ. 479. numer. 22. volum. 5. Petr. Barboſ. ad l. 1. art. 1. num. 231. & ſequenti, D. de iudic. Hieronym. Magon. deciſ. Lucenſ. 73. num. 11.*

18 Si tamen litiget cum diuite † pauper, ne opprimatur, potentia, ſumptibus, incommodis, longiſquè ambagibus, ac dilationibus vexetur, ad concordiam eos poterit ex officio compellere Iudex. Bene facit *text. in l. Illicitas, 6. §. Ne potentiores, D. de officio Præſid.* prædictamquè ſententiam tenet *Sebaſtian. de Medic. in tractat. de caſib. fortuit. 2. part. quæſt. 4. numero 28.* ita voluiſſe referens *Cardinal. in capit. fin. de treug. & pac. Ferret. in tractat. de feriis, & inducijs, num. 24.* ſentireque *Abbatẽ in d. capit. 1. num. 2. de treug. & pac.*

Pro qua etiam facit, quiá vbi animæ 19 periculum vertitur, † (vt in præſenti) officium ſuum (etiam non petitum) impartiri debet Iudex, *text.* eſt *in cap. Placuit, 9. diſt. 90. gloſ. in capit. Cupientes, §. Vel ſi perſonas, verb. Contumacia. de electione, in 6. Franciſc. Ripa in d. l. 4. §. Hoc autem iudicium, numero 24. D. de damno infect. Abb. in rubric.* extra *de treug. & pac. Vincent. Carot. d. exceptio. 132. numero 33.*

## VTRVM A COMPARENdo coram Iudice excuſet pauperias? debeatquè pro iureiurando à pauperibus recipiendo ire, mittereve Iudex?

## SVMMARIVM.

1 Iudex pro iureiurando à perſonis egregijs, vel valetudinarijs recipiendo, ad earum domum mittere debet.
2 Paupertas vilitas appellatur.
3 Nobilitas paupertate amittitur. Cõtra num. 10.
4 Diſpoſitio *legis Ad perſonas*, 15. *D. de iureiurand.* ad pauperes extendenda non eſt. Contrà num. 7. & ſequentibus.
5 Pars, quæ teſtes producit, expenſas pro eundo, ſtando, & redeundo, eis debet præſtare.
6 Secundûquè perſonæ conditionem ſunt præſtandæ, remiſsiuè.
8 Contumax in cõparendo non dicitur, qui ob paupertatem comparere abſque verecundia non poteſt.
11 Nobilitas diuitijs conſeruatur, fulcitur, & augetur, ſine quibus, ſi non mortua, inter mortua tamen, & obſcura, quaſique manca, & mutila dici poteſt.
12 Valetudinarij, & paupertate preſsi æquiparantur. Et quando hoc locum habeat, vel non? num. 15.
Paupertas idem operatur quod mors, ibid.
13 Æquiparatorum eadem debet eſſe ratio.
14 Pauper infirmus dicitur.
15 Æquiparatorum non ſemper idem, niſi eadem ſit ratio, eſt iudicium.
16 Intellectus ad *text. in cap. Si qui teſtium*, 8. *de teſtibus*, & numer. ſequentibus.
18 Pars producens teſtes non tenetur ad damna, etſi ad expenſas teneatur.
19 Teſtis vltra expenſas capiens, corruptus dici poteſt.
20 Pauperes à tutelæ adminiſtratione, vt curis domeſticis vacare poſsint, excuſantur.
21 A contributione, & ſeruitijs, præſertim perſonalibus, remiſsiuè.

## QVÆST. XXXVI.

PAulus Iureconſultus *lib. 6. ad edictum, in l. Ad perſonas*, 15. *D. de iureiurand.* ad perſonas ſolùm egregias, † vel valetudinarias pro iureiurando recipiendo, mittendum; in hæc ſtatuit verba. *Ad perſonas egregias, eoſquè qui valetudine impediuntur, domum mitti oportet ad iusiurandum.* Vnde nullo modo huiuſmodi fauore pauperes benè valentes frui poſſe, deducitur. Tantùm enim abeſt, vt egregriæ perſonæ pauperes ſint, vel à nobilitate, claritateque pauperta ſ; vt vilitas † potius appelletur *in l. 2. §. Quid enim* (ibi: *Et paupertatis detegi vilitatem, &c.*) *C. quando, & quibus quart. pars debeat. lib.* 10. Imò, vt & qui nobiles ſunt, propter paupertatem nobilitatem amittant, † nobileſquè eſſe deſinant, vt inſinuauit *Bart. in l. 1. num. 47. C. de dignitat. lib. 12. Ioan. de Platea, Socin.* & alij relati per *Gaſpar. Baeçam de inope debitore, cap. 16 num. 1.* Facitque illud *Euripidis Pphiloſophi in Hecuba. Scis ne* (inquit) *quòd nobiles quidem mortalium dum pauperes ſunt, non amplius clari exiſtant.* Plura circa hæc *quæſtione 6. num. 1. & ſeqq.* præcipuè à *nu. 3.* tradidimus.

Nec ea ſolùm ratione, quòd egregiæ perſonæ pauperes nõ ſint, ad eos *dictæ legis Ad perſonas* diſpoſitio † extendi non debet; ſed neque impotentiæ. Cum pars, quæ teſtes producit (ſi hoc caſu, alterutrq; in cauſa loquamur) pro eundo, ſtando, & redeundo neceſſarios † teneatur præbere ſumptus, vt determinat *text. in c. Statutum*, 11. *§. Proferendo, in fin. de reſcript. lib. 6. l. Quoniam*, 10. *C. de teſt. lib. l. Eos*, 6. *§. Si quis autem, C. de appellat.* plenè poſt *Surd. Menoch.* multoſq; alios ibi relatos, *Bernard. Græuè. concluſ. Came. Imper. concluſ. 99. nu. 1. & ſeqq. lib.* 1. Secundumquè perſonæ † deponentis conditionem præſtandos, *quæſt. 4. n. 19.* aduertimus. In propria verò cauſa, non comparendi excuſationem nequaquam paupertatem præſtare, rationes indicant aſsignatæ.

Quibus tamen non obſtantibus dictæ *legis Ad perſonas* diſpoſitionem ad pauperes (etiam rectè valentes) extendendam, † nec ad Iudicem ire cogendos, co-

coramquè eo deponere, ſi ita paupertate premantur, vt eis indecorum id ſit, neq; abſquè verecundia, paupertatis ratione poſsint comparere, probat *text. cum glo. ibi in cap. Si qui teſtium, 8. de teſtib. & atteſtat.* Cuius ſunt verba, *Si qui teſtium valetudinarij ſunt, & ſenes, vel debilitate confecti, aut paupertate depreſsi, ita quòd non poſsint ad veſtram præſentiam adduci: ad ipſos recipiendos mittatis perſonas idoneas, & diſcretas.* Probat etiam *text. cum gloſſa fin. in l. Inuiti, 8. D. de teſtib. Inuiti* (inquit Scæuola) *teſtimoniũ dicere non coguntur ſenes, valetudinarij, milites, vel illi, qui cum Magiſtratu Reipublicæ cauſa abſunt, vel quibus venire non licet.* vbi *gloſſ. verb. Non licet*, de illis qui ſine dedecore apparere non poſsunt (iuxta *text. in l. In eadem, 10. §. in vinculis, & ibid. gloſſ. D. ex quib. cauſ. maior.*) intelligit.

8 Nec tunc contumax † in comparendo, qui aliqua ex relatis cauſis (& ſic paupertate) ſe poteſt excuſare, iudicatur, dict. iuribus ſup. *Felin. Alex.* & alij, quos refert, & ſequitur *Anton. Grauat. in addit. ad Octauian. Veſtr. in practic. lib. 4. cap. 4. tit. de dolo, & contum. num. 7. verb. Paupertas, in princip.* Qua de re plura Nos in ſecunda huius tractatus parte. Prædictamquè ſententiam † tenuerunt etiam 9 *Ludouic. Roman. ſingul. 173.* vbi ſic de facto (per *d. gloſſ. in cap. Si qui teſtium*) Romæ deciſum fuiſſe aſſerit, eiuſquè *Additio.* alios eiuſdem ſententiæ refert, *Cornel. Beninc. de paupert. ſpeciali 10. in iudic. num. 30. cum ſeqq. Ioann. Arce ab Otalora de nobilitate, cap. vltim. 5. part. num. 16.* veriorem hanc ſententiam dicit *Vincent. Carot. in tract. de iurament. litis deciſorio, quæſt. 5. decimætert. quæſtion. principal. num. 10. 11. & 12. folio mihi 211.*

Ratione igitur indecentiæ, vel dedecoris vitãdi, pauperes, nobiles, vel etiam honeſtas perſonas (quibus pro earum conditione indecorum eſſet coram Iudice comparere) memorato frui fauore non ambigitur. Non enim priuat verecundia, 10 † aut nobilitate paupertas, vt eſt *text. in l. Humilem, 7. C. de inceſt. nupt.* vbi ex ſententia *Imperatorum Valenti, & Martiani* humilis, vel abiecta fœmina minimè iudicatur, quæ licèt pauper, ab ingenuis parentibus nata ſit. Per quem ſuprà dictã ſententiam probant *ibi Bart. Bald.* & alij multi, quos refert, & ſequitur *Andr. Tiraquell. de nobilit. cap. 25. nu. 5. cum ſeqq. Cornel. Beninc. d. ſpeciali 10. in iudic. d. num. 30. Gaſpar Baeça de inope debitore, cap. 16. num. 17. & 18. Bonus de Curt. in tract. de nobilitate, part. 7. n. 4.* Nobilitas enim ſiue â maioribus deſcẽdẽs, ſiue proprijs adquiſita meritis, externis non pendet, egetvè diuitijs, vt nominatim inquit *Bonus de Curt. ſuprà d. num. 4.* Animi addens nobilitatem nil cùm diuitijs habere commune, ſicut nec habet cum poſſeſſione proprietas. Plura Nos in huius rei confirmationem tradidimus *quæſtione 6. num. 70.*

Etſi verum ſit, diuitijs conſeruari, ful- 11 ciri, † imò & augeri nobilitatem. Sicut enim Fides ſine operibus mortua eſt; ita & nobilitas ſine diuitijs, ſi non mortua quidem; inter mortua tamen, obſcura, & quaſi manca, mutilaquè dici poteſt, vt notat *Bonus de Curt. d. loco*, vbi & *Rodericii Epiſcopum Zamoren. in Speculo humanæ vitæ, lib. 5. cap. 6.* adducit dicentem: *Sunt diuitiæ non formaliter inducentes claritudinem generis; ſed inſtrumentaliter, tanquam ſignum nobilitatis*: tenet etiam *Baeça dicto cap. 16. num. 2.* Facit illud *Iuuenal. ſatyr. 3.*

*Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obſtat*
*Res anguſta domi.*

Non ſolùm autem honeſtatis, verecundiæquè ratione huiuſmodi gaudere debet priuilegio pauper: ſed ex alio eiuſdẽ *legis Ad perſonas* capite (quo id ipſum in valetudinarijs, vel infirmis conſtituit, & dicti *cap. Si qui teſtium*) idem obſeruandum voluerunt aliqui. Ea ratione, quia 12 valetudinarij, & paupertate preſsi † æquiparantur, *l. Illud, 16. C. de Sacroſ. Eccleſ. Bald. in l. Non exigimus, §. Si quis in iudicio, num. 9. D. ſi quis caution. & conſil. 465. num. 2. lib. 1. & conſil. 381. nu. 3. lib. 3. & in l. fin. num. 5. C. de condit. inſert. Marc. Mant. ſing. 31. num. 4. Franc. Monald. conſil. 45. num. 2. lib. 2. Sebaſt. de Medic. in tract. de caſib. fortuit. 2. part. quæſt. 4. num. 8. & in tract. Mors omnia ſoluit, 1. parte, num. 103. pag. 3. in fine, verſic. Tertiò paupertas idem operatur, quod mors.*

13 Æquiparatorumquè † eadem debet eſſe ratio, *gloſſa in cap. Si poſtquam, 33. §. fin. verb. Prouiſione, de electione, lib. 6. Iaſ. in authent. Quas actiones. num. 19.*

C. de

C. *de Sacroſanct. Eccleſ.* latè, & eleganter *Cardinal. Dominic. Tuſch. practic. concluſ. litera E. concluſ.* 308. vbi per trigintaquatuor numeros hanc cõprobat, & *lit. G. concluſ.* 1041.

14 Imò pauper infirmus † dicitur, teſte *Sophocle in Creuſa*, in hæc verba.

*Sunt autem nonnulli, qui*
*A morbis immunem laudant.*
*At mihi nullus videtur,*
*Qui pauper ſit, vacare morbo,*
*Sed ægrotare perpetim.*

Prout eum *Andr. Tiraq.* refert, *in tract. de nobilit. cap.* 3. *num.* 12.

Ex quibus, dictam ſententiam, intellectumque ad *d. l. Ad perſonas*, & *ad d. cap. Si qui teſtium*, non ſolùm in paupere nobili, vel honeſta perſona, cui ob id indecorum eſſet coram Iudice ad teſtimonium ferendum comparere; ſed etiam quolibet alio paupere (per dictam infirmitatis, paupertatiſquè æquiparationem, dictorumquè iurium diſpoſitionem) locum habere; tradit *Cornel. Benin. d. ſpec.* 10. *in iudic. n.* 33. *& ſeqq.*

Vt tamen verum fatear, in hoc ſecundo capite difficilior mihi hæc redditur ſententia. Quia licèt paupertas, & infirmitas æquiparentur; id vbi eadem eſt ratio, † & vbi paupertas actui gerendo, ſicut infirmitas impedimento eſſe poſſet; procedet. Æquiparatorũ enim nõ ſemper idem iudicium eſt; niſi eadẽ ſit ratio; ſecùs ſi diuerſa, vt notãt *Iaſ.* & cæteri communiter *in l.* 1. *nu.* 9. *D. de verb. oblig.* Sed in præſenti paupertas (ſublato verecundiæ, dedecoriſquè impedimento) nullum aliud impotentiæ ratione actui gerendo præſtare poteſt: igitur non idem quod infirmitas operabitur.

15

Impotentiãq; impedimento eſſe non poſſe, quo minùs pauper corã Iudice ad deponendũ cõpareat; cõſtat ex eo, quòd ſuprà notauimus, teſti producto ad deponendũ neceſſarias præſtãdas forè à parte producẽte expenſas. *Textusq;* in *d. cap. Si*

16 *qui teſtiũ*, vel in primo capite, † vbi abſq; dedecore cõparere pauper coram Iudice in propria cauſa nõ poſſet; vel in teſtibus officio Iudicis receptis, quibusvè expẽſæ præſtãdę nõ forẽt, qui per impotẽtiã cõparẽdi excuſati exiſterẽt, poterit intelligi

Potuit præterea *text. in d. cap. Si qui*

17 *teſtium* † non tantũ ad impotentia (cũ ad expenſas teneatur producens) ſed etiã ad

18 damna (ad quæ non tenetur) † reſpicere, iuxta *text. in cap. In noſtra*, 8. *de iniuri. & damno dat.* ibi: *Cũ igitur aliud ſit damnorũ reſtitutio, quàm ſatisfactio expenſarũ:* docetq; in ſpecie *Bald. in l. fin. in fin. C. de fructi. & liti. expenſ. gloſ. margin. in d. cap. Statutum*, 11. §. *penult. in fin. ſuper verb. Miniſtrari, de reſcript. in* 6. ad id in-

19 ferens, & notans, quia ſi teſtis † vltra expenſas caperet, diceretur corruptus. Qua de re pleniſsimè (omnino videndus) *Bernard. Græuæ. in pract. Camer. Imperial. lib.* 1. *concl.* 99. *per tot. à nu.* præcipuè 16.

Iura enim valdè pauperum cõmodis prouident, & ne damna patiantur, à curiſquè domeſticis ſubtrahantur, multa in eorum fauorẽ ſpecialiter conceſſa extant.

20 Ideòq; & à tutelæ † adminiſtratione excuſantur, *text. in l. Paupertas*, 9. vbi etiam notat *glo. D. de excuſat. tutor. & in* §. *Sed & propter paupertatem, inſtit. eod. tit. &*

21 *ibid. Accurſ.* Et à contributione, † ſeruitijſq; (præſertim perſonalibus) immunes exiſtunt, vt plenè *quæſtione* dicemus *ſequẽti.* Et hic eſt nouus, veruſq; (meo iudicio) intellectus ad *text. in d. cap. Si qui teſtium*, eiuſq; vera hæc decidendi ratio.

Ex quo deprehenditur, colligiturq; manifeſtè, pauperes nõ ſolùm honeſtatis, verecundiæq; ratione, vel ex infirmitatis cũ paupertate æquiparatione ad comparendũ corã Iudice deponendi cauſa non eſſe cõpellendos; etſi eis pro eundo, ſtando, & redeundo offerantur expenſæ: ſed etiam damni incommodiquè vitandi, quod pauper, eiuſq; familia ex illius abſentia perpeti poſſet.

## VTRVM A DECIMARum præſtatione Deo, hominibusvè debitarum excuſet paupertas?

### *SVMMARIVM.*

1 Decimarũ multę ſunt ſpecies, & de earum natura, & differentia, remiſsiuè.

2 Decimę in honorẽ Dei Opt. Max. debitæ, iure Diuino præſtari debent.

3 In recognitionemq; vniuerſalis dominij, & de iuſtitia debentur.
Iniuſtitia propter inopiam facienda non eſt, ibid.

4 Decimæ dicuntur Eccleſiæ, poſſuntq; ab ea (ſecundum probabiliorẽ ſententiam) vendicari.

5 Pau-

5 Pauperes ſi extrema nõ premantur inopia, decimas præſtare tenentur. Contrà num. 7. & 8.

6 Eccleſia, vel eius miniſtri debent miſericorditer cum pauperibus agere, tantumquè eis relinquere, quò viuere poſsint.

8 Pauper qui ob paupertatem decimas non ſoluit, an data poſsibilitate, cum ad meliorem fortunam deuenerit, eas reſtituere teneatur?

9 Ordines Mendicantium an & ex quibus decimas præſtare teneantur?

10 Paupertas à decimæ Papalis præſtatione excuſat eum, qui præter congruum ſui ipſius, & familiæ victum non habet.

11 Et à decimis, tributis, talijs, Regijſquè collectis, alijsvè Dominis temporalibus debitis. Intellige vt duobus num. ſeqq.

14 Munera ordinaria, quæ dicantur? remiſsiuè.

15 Pauperum tutoribus decima aliàs prò labore præſtari ſolita, non debetur: remiſsiuè.

# QVÆST. XXXVII.

1 DEcimarum multæ ſunt ſpecies, † aliæ namq; Deo Optimo Maximo, eius Eccleſiæ, Miniſtris, ac Prælatis, aliæ Regibus, Dominiſquè temporalibus, alijs etiam priuatis perſonis officij ratione debentur. De quibus latè (præter alios) agit *Card. Dominic. Tuſch. practic. concluſ. lit. D. concluſ. 63. per tot.* vbi quòd aliæ ſunt prædiales, aliæ perſonales, aliæ ſpirituales, aliæ temporales, aliæ Papales, & Epiſcopales, vel beneficiales. De quarum omnium natura, & differentia plenè *cõcluſionibus ſequentibus vſquè ad concluſionem* 70. incluſiuè; & ex *concluſ.* 81. *ad concluſ.* 86. excluſiuè tractat. A quarum decimarum præſtatione videndum nobis eſt, an paupertas excuſet? Et in primis in decima in Dei Optimi Maximi honorem debita. A qua paupertatem non excuſare, videtur dicendũ,

2 cum huiuſmodi decimæ iure Diuino † debitæ ſint *Exodi* 22. *Leuit.* 27. *Deuteronom.* 12. 14. & 26. *Num.* 4. & 18. Et de iure Canonico *text. in cap. Decimas*, 16. q. 1. *cap. Paroquianos*, 14. & *cap. Tua*, 25. & *cap. Tua*, 26. *de decim. cap. Cum Apoſtolica, de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Capit.* Eſtquè ſine controuerſia ſententia, vt tradunt *Hieronym. Ceuall. Bellug. Petr. Gregor. Matthæ. de Afflict. Ioan. Paul. Lancellot. Pet. Foller. Daniel. Ventor. Iacob. Menoch. Ioſeph. Ludouic. Pet. Cened. Anton. Capit. Franciſ. Marc. Anaſtat. Germ. Ioann. Ferrar. Montan. Anton. Scapp. Angel. Gambel.* & alij, quos refert, & ſequitur *Camill. Borrel. in ſumma deciſ. tit.* 19. *de decimis*, *num.* 1. propè infinitos Sacræ Paginæ locos in hanc rem congerens; plenè etiam *Didac. Perez in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 1. *Ord. gl.* 1. *verb. Tẽporales, verſ. Vlteriùs, & quintò, Cardin. Tuſch. dicta litera D. concluſ.* 62. *num.* 4. *& ſeqq.*

3 In recognitionemq; † vniuerſalis dominij Deo Optimo Maximo debentur, *text. in d. cap. Tua nobis*, 26. *de decim. Cornel. Beninc. de pauper. ſpeciali* 6. *in iudic. num.* 2. *Anton. Capit. deciſ.* 20. *nu.* 5. *Anton. Faber. in ſuo Codice, lib.* 1. *tit.* 3. *de Epiſcop. Cleric. & Monachis, definit.* 1. & de iure Regio eſt *text. in d. l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 1. *Ordinam.*

Vnde, etiam à pauperibus huiuſmodi erunt præſtandæ decimæ; quia cum debitæ & ipſi Deo de iuſtitia ſint, vt defendit *P. Suarez de Relig. lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 1. *verſ. Supponimus item*; non eſt propter inopiam iniuſtitia facienda, iuxta notata infrà *quæſt.* 39. *num.* 4. Quinimò non ſolùm debitæ ſunt; ſed ipſius Eccleſiæ ex Diuina reſeruatione dici poſſe,

4 ideòquè vendicari † (ſecundum veriorem ſententiam) profitetur *Marc. Anton. Genuenſ. in practicab. Eccleſiaſt. quæſt.* 200. *num.* 1. Qua de re pleniſsimè ad vtramq; partem *Suarez proximè relato loco à numero* 2. *cum ſeqq.*

Ac ideò præſtandas à paupere eſſe,

5 niſi extrema prematur paupertate † (cum tunc omnia ſint communia) tenet *Abb. in cap. Cum homines, ex num.* 5. *cum ſeqq. de decim. & ibid. Ioann. Andr.* poſt *gloſſ. in cap. Quia tua*, 12. *quæſt.* 1. *gloſſ. fin. in fin. Raymund. in ſumma de decimis vltra med. verſ. Quidſi aliquis longo tempore, Hoſtienſ. in ſumma de decim. §. Vtrùm præſcribantur, verſ. Octauò quæritur de his, qui longo tempore, Barthol. Bellencin. in tract. de charitatiuo ſubſidio, quæſt.* 77. *num.* 2. *Angel. de Clauaſ. in ſumma*, §. *Decimæ, num.* 13. & multos alios (mendoſè tamen)

tamen) huius ſententiæ (quos ipſe ſequitur) refert *Camill. Borrell. in ſumma d.tit.19.num.83. Marc.Anton.Genuenſ. d.quæſt.200. Sarmiento de redditib. Eccleſ.3.par.cap.4.num.12.*

Addit tamen *Cornel.Benine.ſuprà nu.29.* Eccleſiam, vel eius miniſtros debere cum paupere miſericorditer † agere, tantumquè ei relinquere, quo viuere poſsit, & per hoc decimarum ſolutionem in totum, vel in partem remittere, ex *D. Thom.2.2.quæſt.87.art.4. in fin.* cui videtur aſſentire *Vincent. Carot. deciſ.52. num 6.* approbatquè *Genuenſ.* vbi ſuprà: & firmat *text.in cap.Quoniam*, quod eſt fina.16.*quæſt.1.* nouiſsimè *Hieron. Buccar.* (neminem ex ſuprà dictis allegans) *de differ.inter Iudic.Ciuil.& Crimin. differ.100.num.12.*

Contrarium tamen (ad harum nempè decimarum ſolutionem non teneri pauperem, † ſi vltra ſibi, familiæque neceſſaria non percipiat) ſentit, licèt non firmet *gloſſ. fin. in cap. Quia tua*, 12. *quæſt.1.* Non enim debet quis ſibi neceſſaria ſubtrahere, vt Eccleſiæ det, vel pauperibus, nec per conſequens tunc iniuſtitiã cõmittere, qui ſe à tali onere, ſolutioneque ſubtrahit, iudicabitur, ex *text.in cap.Non mediocriter*, 24. *de conſecrat. diſt.5.cap.Non ſatis*, 14.86.*diſtinct.* Firmantque hanc ſententiam *Doctor antiquus* adductus à *Ioann.Andr. & Abbat. in d.cap.Cum homines, de decim. Palac. Rubeus in repet.rubricæ de donat. inter vir.& vxor.§.65.num.46. Franc.Marc. deciſ.Delphinat.198.num.6.* Idque verum, & æquitati conſonum cenſet *Didac. Perez in l.2.d.tit.5.lib.1.Ordinam. gloſ. vnic. verſ.Præterea dubitatur.* Neceſsitate verò ceſſante, dataque poſsibilitate † teneri decimas Eccleſiæ reſtituere credit, argumento *text. in cap. Quod pro neceſsitate*, 41. 1. *quæſt.1. & cap.Magnæ*, 7. *de voto, & voti redempt.* cum *gloſſ.* & alijs iurib. ibi per eum adductis. Imò nec in hoc caſu ad reſtitutionem decimæ teneri pauperem, qui ſolum ſibi, familiæque ſuę neceſſarios fructus recollegit, licèt ad pinguiorem deuenerit fortunam; obſeruat *Hieronym. Ceuall. communium contra commun.quæſt.729.num.22.* in prædictamq; ſententiam (pauperem in præſenti à decimarum ſolutione excuſari) inclinat *Vincent. Carot. d. deciſ.ſiue caſu 52. num. 6.* Et in facti contingentia, cum propter magnam paupertatem, & onera cuiuſdã Vniuerſitatis Regni Neapolitani eius incolæ à ſolutione decimarum Parocho facienda excuſationẽ prętenderent; fuiſſetque in Curia Epiſcopali illius diœceſis lis mota, ab eiuſq; Epiſcopo cauſa *Ioanni Aloyſio Riccio* commiſſa; ad ſoluendas decimas, ſi ob id neceſſarijs ad victum priuarentur, pauperes non teneri, reſoluit, vt videre eſt apud ipſummet *Riccium in ſua praxi variar. reſolut. reſolut. 115. per tot.* Qui poſtquam pro negatiua argumenta, rationeſque deduxit, hæc *n.1.* adijcit. *Contrarium tamen reſolui, ſcilicet non teneri pauperes ad ſoluendas decimas, ſi ob id ſubtraherentur neceſſaria ad victum; & fui motus ex eo, quòd quando aliquis non recolligit de vſufructu, niſi quantum ſibi ſufficit, & eius familiæ; in hoc caſu paupertas ipſum excuſat. Et facit: nam nemo tenetur ſibi ſubtrahere neceſſaria, vt illa det pauperibus, vel Eccleſiæ, cap. Non mediocriter, de conſecr. diſtinct. vlt. & iſtam partem tenet Maluc. Doctor antiquus, in cap. Licet, de cenſib. quem refert Ioann. Andr. in d. cap. Cum homines, de decim. vnde ſecundum Panor. ibi, talis non debet ſoluere decimam, ſed Eccleſia debet remittere tãtũ, quo viuere poſsit, quia Eccleſia debet pauperibus de ſuo ſubuenire: allegat notata per gloſ. in cap. Quicumquè*, 16.*quæſ.7. Quin imò ſecundum Panormit. in d. cap. Cum homines, vbi eſſet tanta inopia alicuius, quòd ſi ſolueret decimam, fame periret; nõ tenetur ad ſoluendas decimas, nam tempore neceſsitatis omnia ſunt cõmunia, & licitè poteſt aliquis furari in extrema neceſsitate ad ſuſtinendam vitã, cap. Sicut*, 47.*diſtinct. cap. Si quis, de furt. tunc enim non dicitur furtum. Et pro iſta parte facit, quòd licèt regulariter non debeat ſolui pecunia pro qualitate, vel pro ſpecie, l.2.§.mutui datio, D. ſi cert. pet. & maximè in decima, quæ debet ſolui de frumento ex certo prædio, prout ſuprà dictum fuit, ſicut in cenſu pro directo dominio; tamen iſtud deberet intelligi, niſi caſus neceſsitatis obſtet, quando ſcilicet non poſſet reperiri, quia tunc benè poſſet vnum pro alio ſolui, vt in authent. de fideiuſſ. §.pen.col.1. in auth. Hoc niſi, C. de ſolut. & maximè in Eccleſia debitrice, quia ſi non habet vnde ſoluere pecuniam, tunc in ſubſidium poteſt dare in ſolutum aliquas res mediocres Eccleſiæ, vt in authent. de alienat.*

*alienat. emphyt. §. Quæcumque, verſ. Verò ſecundum prædictum, coll. 9. in auth. Hoc ius porrectum, C. de Sacroſ. Eccleſ. Ergo videtur idem ius è contrá, quando laicus eſt debitor Eccleſiæ in caſu neceſſitatis, &c.* Quod & alijs argumentis numeris ſeqq. confirmat, quæ & Nos proſequimur infrà.

Hucquè ſingulare illud ius aliquantulùm reſpicere videtur *Frãciſcanorum,*
9 † *Auguſtinianorum,* aliorumq; Ordinum Mendicantium, vt fructuũ in horũ fundis perceptorum, quos proprijs ſumptibus, ſiue manibus colunt, decimas nullas debeant, aliorum debeant. Secundum quam diſtinctionem iudicatum fuiſſe in *Sacro Sabaudiæ Senatu contra Auguſtinianos Seyſſelli, & S. Petri de Arbigny, in cauſa Franciſcanorum De la Cambre, & Canonicorum eiuſdem loci, 3. id. Iul.* 1588. teſtis eſt *Anton. Faber in ſuo Cod. definit. lib. 1. tit. 3. definit. 1.* Qua de re pleniſsimè *Suarez de Religione lib. 1. cap. 18. à num. 2. cum ſeqq.*

Ita & fortiori ratione à decima Pa-
10 pali † perſoluenda paupertas excuſat eum, qui præter congruum, decentemquè ſui ipſius, & familiæ victum non habet; ſic (poſt alios quos allegat) tenet *Bartholom. Bellencin. de charitatiuo ſubſidio, quæſt. 77. num. 1. Nicol. Boer. deciſ. 135. num. 3. Gaſpar Baeça de decim. tutor. cap. 10. num. 10. Ioann. Gutierr. de tutel. 3. part. cap. 12. num. 6.* diximuſque etiam *quæſt. 28. num. 69.* & latiùs *quæſtione* dicemus *ſequenti.*

11 Idem & in decimis, tributis, † talijs, & collectis Regibus, alijsvè Dominis tẽporalibus debitis, à quibus excuſat paupertas, *l. 4. §. Inopes, D. de muner. & honor. cap. Licèt, 4.* extra *de cenſib. glo. in l. Omnes, la 1. 3. in ordine, verb. Compelletur, C. de annon. & tribut. lib. 10.* Facit *text. in l. Honor, 14. §. De honoribus, D. de muner. & honor. & in l. Illicitas, 6. §. Nè tenuis, D. de offi. Præſid. & tex. in l. Indictiones, 2. C. de annon. & tribut. lib. 10.* tenentq; *Bald. in auth. Defuncto, num. 12. C. ad Senat. Conſ. Tertul. & in l. Etiam, num. 17. C. de execut. rei iudic. Cornel. Beninc. de paupert. ſpeciali 4. princip. num. 26. Franciſ. Marc. deciſ. Delphinat. 198. num. 5. par. 2. & dec. 489. num. 9. & deciſ. 490. num. 7. lib. 1. Palac. Rube. in repet. cap. Per veſtras, §. 1. verſ. Nota ſecundò, nu. 8. vbi eius Addit. Hippolyt. de Marſil. ſing. 619. Sebaſt. de Medi. in tractat. de caſib. fortuit. 2. par. quæſt. 4. num. 13. Gerard. de Petraſanct. ſing. 73. & ſingul. 101. in fin. verſ. Et prædicta faciunt, Remig. de Gonny in tract. de charitat. ſubſid. quæſt. 37. numero 10. & 11. Quintill. Mandoſ. de monitor. quæſt. 37. num. 4. & 5. Petr. Royz. Maur. deciſ. Lituanic. num. 283. Petr. de Auendaño de exeq. mandat. 2. part. cap. 14. num. 33. Roland. à Valle conſil. 66. num. 20. & ſeqq. lib. 1. Cardin. Tuſch. litera C. concluſ. 447. nu. 16. Marius de Apicella allegatione 6. num. 34. Auiles in cap. Prætor. 33. verb. Pobres, num. 1. Nicol. Feſtas in tract. d. extimo, & collect. 4. part. cap. 2. num. 60.* Pro hacquè ſententia faciunt de iure Regio *text. in l. 10. & 11. tit. 33. lib. 9. nouæ Reg. Collect.*

Intelligendum tamen eſt, huiuſmodi exemptionem in collectis, talijs, vel tri-
12 butis extraordinarijs, † & perſonalibus procedere, locumquè habere; ſecùs in realibus, & ordinarijs, in quibus pro ratâ cum alijs contribuere pauper, miſerabiliſquè tenetur, vt ex *Bald.* & alijs proximè relatis colligitur, & notat in ſpecie *Flores Diaz de Mena* (poſt *Bart. & Ioann. de Platea in dict. l. Omnes, C. de annon. & tribut. libro 10. Nicol. Feſt.* & alios) *variar. quæſt. lib 2. quæſt. 21. nu. 130. Ioann. Aloyſ. Ricci. d. reſolut. 115. nu. 3. Sebaſtian. de Medic. in tract. Mors omnia ſoluit, part. 1. num. 103. pag. 4. verſ. Quintò paupertas excuſat ab oneribus perſonalibus, Alexand. Raudenſis de analog. lib. 1. cap. 40. num. 23. & ſeqq.* vbi eum, qui intolerabili paupertate premitur, id eſt, qui operibus ãtùm ſuis
13 viuit, † ab omni onere, contributionequè excuſari, ex plurium ſententia reſoluit. Apud quem etiam *num. 35. & ſeq.* quæ
14 onera ordinaria, † extraordinaria vè dicantur, licet videre. Qui ordinaria, quæ in corpore iuris clauduntur; extraordinaria verò, quæ per accidens, & variabilia à Magiſtratibus, Vniuerſitatibus ve indicuntur, eſſe; pluribus iuribus authoritatibuſque confirmat.

15 Sic nec pauperum tutoribus † decima (aliàs pro labore debita) præſtanda eſt, vt *quæſt. 28. n. 72.* tradidimus.

***

VTRVM

# VTRVM PROPTER paupertatem gabellam, pedagium, vectigal, seu tributum imponere liceat?

## SVMMARIVM.

1 Gabella quotuplex sit? de multiplici eius significatione, quidque sub se cõprehendat? remissiuè.
Quid sit *Tributum, Vectigal*, seu *Pegium?* ibid. remissiuè.

2 Gabellarum, pedagiorum, vel vectigaliũ nouæ impositiones, siue exactiones tam Ciuili, quàm Canonico iure, & Regio improbatæ sunt.

3 Gabella odiosa est, & contra eam in dubio iudicandum.

4 Principi nequè pro bello gerendo licet subditos talliare. Limita num. 10. & seqq.

5 Princeps voluntariè subditos suos talliare, neque pro ratione suæ coronationis, vel quia natus est sibi filius, vel quia vult filiam maritare, ob aliudvè simile non potest.

6 Princeps, qui proprio ipsius commodo absque iusta causa gabellam, seu vectigal imponit; maximam iniustitiã committit, & rapinam, mortaliterquè peccat, ac ministri exigentes, si notoriè iniusta sit exactio.

7 Princeps non debet absquè iustissima causa per noui vectigalis impositionẽ subditos bonis suis priuare, solitisquè stipendijs, ac tributis contentus esse debet.

8 Et aliter faciens, ad exacti vectigalis restitutionem tenetur.

9 Princeps subditis suis grauis existere non debet; sed boni potiùs pastoris, parentisquè vicem præstare.

10 Propter necessitatem, vel paupertatem licet Principi vectigal, seu gabellam imponere subiectis. Amplia num. seqq.

13 Ius collectandi est de Regalibus, nequè alijs, quàm Imperatori, aut Regi, siue ab eis facultatem habentibus permissum est.

14 Et an Regi solùm Romanorum electo huiusmodis ius competat?

15 Talliari possunt vassalli non solùm pro Regis, sed alterius Domini, pauperis redemptione, debentque contribuere.

16 Vassalli pro filia Domini maritanda, si Dominus eam maritare non valeat, collectari possunt.

17 Et etiam pro filia naturali tantùm, vel spuria.

18 Et pro Religionis ingressu.
Vassalli sicut pro matrimonio carnali, sic pro spirituali Domino subuenire tenentur, ibid.

19 Et possunt etiã talliari pro nepte Domini, vel Baronis nuptui tradenda.

20 Intellige, vt num. seq. Si pater pauper sit.

21 Auus dotare neptem si habeat patrẽ diuitem, qui eam dotare possit, non tenetur.

22 Et quando dicatur pater dotare posse, vel non? Dicaturquè in præsenti pauper?

23 Vniuersitas absquè Regia facultate collectam imponere non potest.

24 Limitatur ratione paupertatis.

25 Iure Regio prohibitum est Vniuersitati pro necessitatibus suis collectam vltra trium millium morapetinorum summam imponere, sub grauibus pœnis.

26 Et an in alienatione, vel impositione, quæ ob necessitatem vrgentissimam saltem fiat, locum dicta lex habeat?

27 Episcopi pauperes sumptus, vel charitatiuum subsidium à subditis petere possunt.

28 Ad idquè poterunt subditi per Episcopum compelli.

29 Ecclesiastica etiam districtione, excommunicationisq; sententia.

30 Appellatio in hoc casu executionem exactionis charitatiui subsidij pro alimentis impositi, non suspendit. Amplia num. 32.

31 Nec in pensione data, vel assignata pro alimentis Clerici pauperis.

33 Charitatiuum subsidium à Clericis pauperibus nullum, aut paruum pro sua, suorumq; sustẽtatione beneficium habentibus, exigi non debet.

34 Si sufficiens ad suum, suorumquè victum sit, ad integrum tamen subsidij onus non supersit, pro excessu tenebuntur.

35 Et quid in subsidio, quod hodie in

Hispa-

Hiſpaniarum Regnis Clerici ſoluunt?
36 Vt beneficia debilia non dicantur, quæ requirantur?
37 Beneficium idem, paruum, vel magnũ reſpectu conditionis perſonæ dici poteſt.
38 Arbitrarium Iudici eſt, quòd beneficium magnum, vel paruum dicatur.
39 Vt beneficium dicatur tenue, ad ipſius ſolùm redditus, non ad bona patrimonialia inſpiciendum eſt.

# QVÆST. XXXVIII.

1 QVotuplex ſit gabella, † de multiplici eius nominis ſignificatione, quidquè ſub ſe comprehendat, hac in diſputatione differere omitto. Qui de re latè *Sylueſt. verb. Gabell 1.* *el 1. Card. Dominic. Tuſch. practi concluſ. lit. G. concluſ. 1. per tot. & concl. 7. & 8. Cardin. Franciſc. Tolet. in ſumma, lib. 5. cap. 72. num. 1. & 4.* vbi in horum nominum determinatione Doctores ſibi non conſtare, vnumquè pro alio accipi ſolere dicit. Quidquè ſit *Tributum*? & vnde dicatur? idem ipſe *Cardinal. Tuſch. lit. T. concluſ. 391.* Quid victigal? *litera V. concluſ. 33.* vbi *num. 3.* nomen eſſe generale, omne id quod Fiſco penditur, debeturq; comprehendens. firmat ex *Cuman. conſil. 162.* (incip. *Viſa copia*) *in princ.* Quid *Pedagium*? Idem quoq; *lit. P. concl. 203.* Ex quibus omnibus conſtat; ſæpè huiuſmodi cõfundi nomina, vnumquè quãdoquè pro alio ſumi, *Carol. de Graſsis de effectib. Clericat. effectu 3. num. 2.*

Igitur gabellarum, pedagiorum, vel
2 vectigalium nouas impoſitiones, † ſiue exactiones tam Ciuili, quàm Canonico, Regioquè iure eſſe prohibitas; conſtat ex *nigro, & rubro C. vectig. noua inſtit. non poſſe, l. Locatio, 9. §. Earum, D. de publicc. & vectig. cap. Super quibuſdam, 26* extra *de verbor. ſigni. cap. Prohibemus, 7. de cenſib. cap. Quanquam, 4. eod. tit. lib. 6. Concil. Trident. ſeſſ. 2. de reformat. c. 20.* de iure Reg. *tex. in l. fin. tit. 7. part. 5.*

3 Ideòq; odioſam † eſſe gabellam, contra eamquè in dubio iudicandum, docet *Bartol. in l. Si pupillus, 21. num. 3. D. ad leg. Falcid. Curt. Iun. conſil. 339. num. 5. Angel. conſ. 385.* latiſsimè *Cardin. Tuſch. d. litera G. concluſ. 21. per tot.*

4 Vndè, nequè pro bello gerendo † licet Principi ſubditos talliare, ex *tex. in l. vnic. §. Merito igitur* (ibi, *ſine nouis expenſis publicis conſtitutis*) *C. de Iuſtinian. Codice confirm. & ex authen. vt Iudic. ſine quoq. ſuffrag. §. Illud videlicet, in fin. verſ. Nos autem, collat. 2.* Ita tenet *Guid. Pap. ſingular. 13.* vbi & quòd Imperator,
5 vel Rex voluntariè † talliare ſubditos ratione ſuæ coronationis, vel quia natus ſibi ſit filius, vel quia vult filiam maritare, obquè aliud ſimile non poteſt; adducit *text. in l. fin. in fin.* (ibi, *Expenſis proprijs ſtatuam collocari præcipimus*) *C. de ſtatu. & imagin. Paul. Caſtr. Ioann. Faber,* & alij, quos refert, & ſequitur *Nicol. Boer. deciſ. 126. num. 6.*

Principemq; proprio ipſius commo-
6 do † abſque iuſta cauſa gabellam, ſeu vectigal imponẽtem, maximam iniuſtitiam committere, mortaliterq; peccare; docent *Innocent. in cap Innouamus, de cenſibus, Tabiena in ſumma, verb. Pedagia, nu. 4. Caiet. in ſumm. verb. Vectigalia, Sylueſt. verb. Gabella, 3. num. 2.* latè *Roland. á Valle conſil. 91. num. 30. & 34. & ſeqq. lib. 2.* vbi, Principem tunc & manifeſtam committere rapinam; & mortaliter peccare, miniſtroſquè exigentes, ſi notoriè fiat abſquè iuſta cauſa exactio, vel impoſitio, affirmat.

Non enim debet Princeps ſine iu-
7 ſtiſsima cauſa † per noui vectigalis impoſitionem ſubditos bonis ſuis priuare; ſolitiſquè ſtipendijs, ac tributis debet eſſe contentus, vt inquit *Afflict. in tit. Quæ ſint Regal. verb. Vectigalia, num. 8. Lucas de Penna in l. 1. num. 8. C. de ſuperindict. lib. 10. Roland. á Valle d. conſ 91. nu. 32. & conſ. 1. nu. 57. eod. lib. 2.*

Aliterq; faciens ad exacti vectigalis
8 reſtitutionem † tenetur, ex ſententia *D. Thom. 2. 2. quæſt. 53.* quem refert, & ſequitur *Roland. á Valle d. conſ. 91. nu. 32. Afflict. d. verb. Vectigalia, nu. 3. Hoſtienſ. in ſumma tit. de cenſib. §. Ex quibus, verb. Breuiter puto, Azeued. in l. 1. tit. 11. lib. 6. nouæ Reg. Collect. num. 1. & ſeqq.*

Nec enim grauis ſubditis ſuis debet
exiſtere Princeps, cum boni potiùs Paſtoris, † Parentiſquè vicem eis præſtare
9 debeat, *text. in cap. Cum Apoſtolus, 6. §. Prohibemus, verſ. Cum enim dicat Apoſtolus, de cenſib. Auth. nequè virum, quod ex dote eſt, circa fin. & ibi not. gloſſ. verb. Dicimus autem, collat. 8.* Et tanquam Pa-

ter

ter communis debet ſubditorum commodis inuigilare, *text. in auth. Vt diuinæ iuſſion. ſubſcript. habeant glorioſ. Quæſtor. coll. 8. in princip. & in auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio, in princip. coll. 2.* Senec. de clement. lib. 1. cap. 13. (de Principe loquens) *E contrario is cui curæ ſunt vniuerſa, quamuis alia magis, alia minùs tuetur, nullam non Reipublicæ partem tãquam ſui nutrit, inclinatus ad mitiora.* & cap. 14. *Quod ergo officium eius eſt?* (inquit) *Quod bonorum parentum.* Debentquè ſtudere, vt non exactores Principes; ſed Rectores nominentur; non vt in ſubditos crudeliter ſæuiant, ſed vt illos legaliter amplectãtur, iuxta *tex. in capit. Quia cognouimus, 6. 10. quæſt. 3. tex. in cap. Conquerente, 7. de reſtit. ſpoliat.* latè *Lucas de Penna in l. 1. num. 3. & ſeqq. C. de ſuperindict. lib. 10.* traditquè *Ariſtotel. libro 8. Ethicor.* vbi, quòd Rex ad ſubditos, ſicut Paſtor ad oues ſe debet habere. Idemquè aſſerit *Homerus ad Hemetr. frat. de gubernando Imperio. Xenoph. libro 8. de pædia Cyri.* Boni autem Paſtoris eſt tondere pecus, non deglutire, vt per *Suetonium, & Oroſ.* quos refert, & ſequitur *Roland. à Valle dicto conſ. 91. num. 42.* plura circa hæc adducens *ex num. 39.*

10 Propter neceſsitatem † verò, vel paupertatem, licitè Princeps vectigal, ſeu gabellam imponere ſubiectis poteſt, *textus in dict. l. 1. C. vectig. noua inſtit. non poſſe*, ibi: *Sed ſi adeò tenuis eſt patria tua, &c.* & in *d. l. fin. d. tit. 7. par. 5.* ibi: *Por mejorar algun lugar que eſtá muy pobre*: & alia ferè iura pro contraria parte relata; *Bald. & Paul. Caſtren. in l. Neminem, C. de Sacroſanct. Eccleſ. Socin. Iun. conſilio 98. num. 10. libro 3.* vbi, priùs debere Principem de ſuo ſe præmunire marſupio, quod ſi non ſufficiat, ſubditis imponere collectam poſſe, non aliter, dicunt, *idem Baldus in cap. Conquerente, 16. num. 5. verſic. Quæro vtrùm Reges*, extra *de offic. Iudic. ordinar.* vbi Regis menſa non ſufficiente, charitatiuum ſubſidium poſſe Principem ſubditis imponere, firmat, *Paul. Pariſ. conſilio 25. numero 65. libro 1. Lucas de Penna in dict. l. 1. num. 10. C. de ſuperindict. libro 10. Matthæ. de Afflict. in tit. Quæ ſint Regal. verb. Extraordinaria in princip. & in rubric. eiuſdem titul. numero 85. Guido Pap. quæſt. 551. num. 11. & dict. ſingular. 13. Roland. à Valle conſil. 1. num. 51. lib. 2. & num. 62. & ſeqq.* vbi latè *& d. conſil. 91. num. 22. cum ſeqq. eod. lib. 2. Auguſtin. Beroi. conſil. 81. nu. 7. & ſeqq. lib. 1. Nicol. Boer. d. deciſ. 126. num. 6. & ſeq. Petr. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 57. num. 7.* & fuſiùs *tit. 7. quæſt. 30. num. 10. & ſeqq. Sylueſt. verb. Gabella, el 3. numero 8. Cardinal. Tolet. in ſumma capite 74. numero 5. libro 5.*

Quod non ſolùm quoad vaſſallos immediatos Principis procedit; ſed & me-
11 diatos, † quibus etiam neceſsitate exiſtente collectam imponere poteſt. *Ioannes Blanch. Afflict.* & alij, quos refert, & ſequitur *Roland. à Valle dict. conſilio 1. num. 76. & ſeqq. lib. 2.*

12 Quod & in Dominis † inferioribus, ſuperioremquè recognoſcentibus locum habet. Licèt enim collectandi ius ſit de
13 Regalibus, † nec alijs, quàm Imperatori, aut Regi, ſiue ab eis facultatem habentibus competat, ſitquè permiſſum; *text. in dict. cap. Super quibuſdam, 26. de verbor. ſignific. & in l. Vectigalia, 10. D. de publica & vectig. cap. vlt. quæſint Regal. in vſib. feudor. Philipp. Cornel. conſ. 333. num. 3. lib. 1. Vveſembe. conſ. 27. à num. 10. cum ſeq. lib. 1. Iacob. Menoch. conſil. 32. num. 70. lib. 1. Petr. Salazar de vſu, & conſuetud. cap. 2. nu. 2. & 3.* alios referens *Flores Diaz de Mena variar. quæſt. lib. 2 quæſt. 21. num. 11. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. lit. G. concluſ. 1. num. 9. & 10. & lit. D. concluſ. 26. num. 5. & litera P. concluſ. 203. num. 12. & litera V. concl. 32. per tot. Sylueſt. dict. verb. Gabella, el 3. num. 2. Carain. Tolet. vbi ſupra, cap. 73. num. 1. Roland. à Valle d. conſil. 1. num. 14. lib. 2. & dict. conſil. 91. num. 1. & ſeqq. eod. lib. Azeued. in l. 25. tit. 6. lib. 3. nouæ Reg. Collect. num. 1.* & latiùs in *l. 1. tit. 17. lib. 9. num. 1. & ſeqq.* de iure Regio *text. in l. 1. & ſequentib. tit. 11. lib. 6. nouæ Reg. Collect.*

Adeò, vt quod de Rege dicimus, in
14 Rege tãtùm Romanorum † electo, nondum coronato intelligant quidã: quo tẽpore non Imperator, ſed Rex Romanorũ appellatur: Quod ſenſit *Hoſtien. & Summa Angelic.* relati à *Sylueſt. d. verb. Gabella, 3. num. 2. verſ. Secundò hoc poſſint Reges*, vbi hunc videri fuiſſe ſentẽtiã *dict. cap. Super quibuſdam*, facereque *dictam legem Vectigalia*, 10. dicit.

Tamen

15 Tamen pro redemptione † non ſolùm Regis, ſed etiã alterius Domini pauperis tenentur contribuere vaſſalli, poſſuntquè talliari. Ita tenet *Nicol. Boer. d. deciſ. 126. num. 10.* quod plures ab eo relatos dicit voluiſſe Doctores, idemquè *Auguſt. Bero. d. conſ. 81. num. 7. & ſeqq. lib. 1.*

Nec ſolùm pro ipſius Domini paupertate leuanda; ſed etiam filiorum, vaſſalli ſubuenire tenentur. Pro filia enim
16 Domini maritanda, † ſi Dominus eam maritare non poteſt, vaſſalli poterũt collectari. In eam venerunt ſentẽtiam *Matthæ. de Afflict. deciſ. 265. num. 55. Boer. d. loco, num. 6. & ſeqq.* & ferè omnes alii ſuprà *num. 10.* relati.

Nec dùm pro filia legitima, & na-
17 turali maritanda, ſed etiam naturali † tantùm, vel etiam ſpuria: latè *Nicol. Boer. deciſ. 227. num. 2. & ſeqq. Vrſil. in addit. ad Afflict. deciſ. 265. num. 58. Vincent. de Franch. deciſ. 42. in princip.* pluresquè ex proximè infrà referendis.

18 Et pro Religionis ingreſſu. † Quia ſicut pro matrimonio carnali, ita pro ſpirituali coguntur vaſſalli Domino ſubuenire. *Annan. ſingul. 13. Matthæ. de Afflict. deciſ. 348. Vrſil. ad eundem Afflict. deciſ. 265. numero 59. Barthol. Caſſan. in conſuet. Burg. rubric. 1. §. 4. gloſſa Mariage. numero 4. Iacob. Menoch. de arbitrar. libro 2. caſu 181. numero 3. & 4. Marc. Anton. Natta conſil. 296. num. 4. Mozi. de feud. rubric. de natur. feud. num. 63. Borrin. de ſeruit. vaſſall. part. 4. cap. 6. Thomas Sanchez de matrimon. libro 1. diſputat. 33. numero 31. Anton. Scapp. de iure non ſcripto, lib. 2. capite 29. numero 4. Iacob. Cancer. variar. reſolut. reſolut. 3. cap. 11. num. 213. Camill. Borrell. de præſtant. Reg. capite 20. num. 35. & conſil. 40. numero 11. Marius Giurba* (plures alios referens) *in conſuet. Senat. Meſanenſ. cap. 3. gloſ. 3. num. 25. part. 1. Ioann. Aloyſ. Ricci. collect. 65. part. 1. verſic. Item an debeatur monachanti filiam.*

Nec tantùm pro filia maritanda; ſed
19 etiam pro Domini, vel Baronis nepte † nuptui tradenda, adiuuare debent Dominum vaſſalli. *Petr. Gregor. de feud. par. 7. quæſtione 8. numero 9. Borrin. de ſeruit. vaſſall. 4. parte, capite 7. Freccia in tractatu de ſubfeud. libro 2. authoritate 2. numero 17. Molfeſ. ad conſuet. Neapolit. part. 6. quæſt. 4. numero 13.* latè *Vincent. de Franch. deciſ. 215. per tot. Ioann. Aloyſi. Ricci. dict. collect. 65. verſic. Item debetur, ne auo neptem collocanti, Garſ. Maſtrillus deciſ. 1. numero 7. Marius Giurba dict. cap. 3. gloſſa 3. numer. 23.*

20 Quod ſi pater pauper † ſit, nec dotare poſsit filiam, intelligendum eſt: quo quidem caſu, auus neptem dotare tenetur, in eoquè Doctores proximè adducti loquuntur. Si enim pater diues ſit,
21 filiamvè dotare poſsit, † à dotandi neptem obligatione auum liberat, vt probat *text. in l. Dotem dedit, 6. D. de collat. bonor.* vbi teneri auum propter filium neptes dotare, & ſic filio principaliter onus incumbere dotandi, conſtat. *text.* etiam *in l. Profectitia, 5. §. Si filius, el 2. D. de iure dot.* (prout illum *text.* ad hoc inducit *Ruin. conſil. 138. num. 1. ad fin. lib. 4.*) *text.* quoquè *in l. Non quemadmodum, 8. D. de liber agnoſ.* firmatquè *Bald. in authent. Res quæ, num. 12. C. commun. de legat.* dicitquè receptam ſententiam *Iaſ. in l. 1. D. ſolut. matrimon. num. 27. Ripa num. 74. Socin. Seni. num. 46. Socin. Iun. num. 95. Alex. nu. 19. Alciat. nu. 98. Bulgarin. num. 30. Bolognet. à num. 120. Palac. Rub. in repet. cap. Per veſtras, §. 24. notabil. 3. num. 1. Campeg. de dot. 1. par. quæſt. 18. Aymon Crauet. conſ. 219. num. 3. Aretin. conſil. 17. à numero 13. Franc. Viuius commun. opin. lib. 2. opinio. 99. Iacob. Menoc. conſ. 81. num. 48.* magis communiter receptam ſententiam dicit *Petrus Barboſ. in d. l. 1. 4. parte, num. 111. D. ſolut. matrimon.* vbi pluribus iuribus, rationibuſquè eam firmat, licèt poſtmodum contradicat: tenent etiam *Intriglio. Gabr. Caualc. Franch. Carpa. Surd.* & alij propè infiniti, quos refert, & ſequitur *Marius Giurb. loco prædicto, num. 22. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 259. numero 1. 3. & 7.*

Diciturq; pater in præſenti pauper,
22 nec dotare poſſe, † ſi deducto ære alieno, vel dote, ſalua dignitate, & conditione ſua viuere nequeat. *Aretin. d. conſil. 17. num. 16. Iaſ. in §. Fuerat, num. 116. inſtit. de action. Giurba d. cap. 3. glo. 3. num. 23.* tradit (ex *Bald. Oldral. Immol.* & aliis) *Corn. Benin. de pauper. ſpec. 3. in cõtract. n. 24. & ſeqq. Vincen. Caroc. in tract. de patre filiam ſimpliciter dotante, quæſt. 11.*

Ampliatur præterea ſuprà dicta principalis concluſio, in Vniuerſitate, quæ licèt abſquè Regia facultate † (ex traditis
23 ſuprà *num.* 13.) collectam imponere non poſſit, *tex. in l.* 2. *C. vectig. noua inſtit. non poſſ.* cuius hæc ſunt verba: *Vectigalia noua, nec decreto Ciuitatum inſtitui poſſunt, d. l. fin. titulo* 7. *part.* 5. *vbi gloſſa* 1. *&* 2.

24 Propter paupertatem † tamen, etiam abſquè Principis facultate imponere vectigal, ſeu collectam poteſt: pleniſsimè *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin.* 43. *per tot. Azeued. in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 7. *nouæ Reg. Collect. numero* 1. *& ſeqq.* propè infinitos referens *Flores Diaz de Mena variar. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 12. *& ſeqq. Anton. Theſaur. deciſ. Pedem.* 57. *numero* 4. *&* 8.

Et licèt de iure Regio per *d. l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 7. *nouæ Reg. Collect.* ſub grauibus Vni-
25 uerſitati prohibitum ſit pœnis, † pro neceſsitatibus ſuis collectã vltra trium millium morapetinorum ſummam imponere: adhuc tamen eam vult procedere *Ioan. Yañez Parlador. lib.* 2. *rerum quotidian. cap. fin.* 5 *part.* §. 3. *num.* 36. in alie-
26 natione, vel impoſitione voluntaria. † Quem tamen (propter aperta dictæ legis verba) minùs rectè ſenſiſſe obſeruat *Ioan. Gutierr. de gabel. lib.* 7. *quæſt* 168. *num.* 18. Si tamen vrgentiſsima ſit neceſsitas, etiam *dictæ legis* diſpoſitione ſtante, poſſe Vniuerſitatem abſquè Regia facultate collectam vltra prædictam ſummam imponere, profitetur *Flores Diaz de Mena vbi ſuprà, num.* 48. ita tenentes adducens *Auendañ. in cap.* 14. *Prætor. num.* 8. *Azeuedũ in l.* 25. *tit.* 6. *lib.* 3. *nouæ Reg. Collect. num.* 5. *& Mexiam concl.* 1. *num.* 62.

Ampliatur deinde principalis concluſios in Prælatis Eccleſiaſticis ſuperiorem etiam recognoſcentibus, vt in Epi-
27 ſcopis pauperibus, † qui ſumptus, vel charitatiuum ſubſidiũ à ſubditis petere poſſunt, *text. in cap. Conquerente,* 16. *de offic. Ordin. cap. Cum Apoſtolus,* 6. §. *Prohibemus, & cap. Prohibemus,* 7. *de cenſib. clement. vnic.* §. *In exigendo, de exceſsib. Prælat.* vbi per Scrib. *Nic. Boer. dec.* 134. *num.* 2. latè *Bartholom. Bellencin. de charitat. ſubſid. quæſt.* 14. *&* 16. *per tot. Remig. de Gaonny eod. tractatu de charit. ſubſid. quæſt.* 2. *num.* 2. *& quæſt.* 5. *per tot.* præcipuè *numero* 13. *Alphonſus Aluar. in ſpeculo Roman. Pontif. cap.* 62. *verſic. Itaquè ex ſuprà dictis, Camill. Borrell. conſil. ſiue controu.* 2. *nu.* 20. *Euerard. conſ.* 42. *num.* 15. *Carol. de Graſſ. de effectib. Clericat. ff. Elu* 3 *num.* 270.

Quòd ſi huiuſmodi charitatiuum ſubſidium denegent ſubditi, ad eius præ-
28 ſtationem poterũt per Epiſcopum compelli. † Sic docet *Innoc. in dict. cap. Cum Apoſtolus,* quem ſequuntur *Hoſtien. Anton. de Butr. & Abb. ibi.* Pro eaquè ſententia eſt *text. cum gloſſ. in verb. Exigendo in clem. Frequens de exceſsib. Prælat. & ibid. Paul. de Leaza. & Petrus de Anchar.* Vbi enim charitas non prodeſt, eſt adhibenda poteſtas *cap. Licet, cap. Qui emendat,* 45. *diſtinct. cap. Cauendum,* 10. *quæſt.* 3. Ita in ſpecie *Bald. in dicto cap. Conquerente, numero* 5. *de officio Ordinar.*

Ad idquè Eccleſiaſtica diſtrictione,
29 † excommunicationiſquè ſententia cogi poſſe, obſeruat *Lapus allegat.* 20. per *text. in d. clemen. Frequens de exceſ. Prælat. Nicol. Boer. deciſ.* 136. *num.* 2. *Barthol. Bellenc. d. tract. de charitat ſubſid. quæſ.* 15. *num.* 1. *&* 2. *& quæſt.* 101. *num.* 3. *Remig. de Gaonny. eod. tractatu, quæſtione* 8. *numero* 3. 4. *&* 5. *& quæſtione* 9. *numero* 2. *&* 4.

30 Neque appellatio † in hoc caſu executionem exactionis charitatiui ſubſidii pro alimentis impoſiti ſuſpendit, eaquè non obſtante, præſtandum aſſerit *Barth. Bellencin. vbi ſuprà, quæſt.* 55. Idemquè dixit *Hieronym. Gigas tract. de penſion. quæſt.* 95. *& quæſt.* 35. *num.* 9. in penſio-
31 ne, † quæ pro alimentis Clerici pauperis aſsignatur; ſequitur *Petr. Surd. de aliment. tit.* 8. *quæſt.* 60. *num.* 9. *Stephan. Gratian. diſcep. forenſ. tom.* 3. *cap.* 454. *num.* 2. Et neque per viam grauaminis,
32 vel violentiæ † ad Cancellarias, vel alios quoſuis ſeculares Iudices Clericos poſſe in hoc caſu recurſum habere, tradit (ex pluribus) *Nicol. Boer. dict. deciſ.* 136. *num.* 3.

33 A pauperibus † tamen Clericis huiuſmodi charitatiuum ſubſidium, collectaquè exigi non poteſt, ſi vel nullum, aut paruum beneficium pro ſua, ſuorumquè ſuſtentatione habeant. *text.* eſt *in cap. Licet, & in cap. Apoſtolus in fin. de cenſib. cap* 1. *de Magiſtr. cap. Placuit,* 1. *quæſt.* 2. *Hoſtienſ. Anton. de Butr. & Ioann. de Immol. in dict. cap. Conquerente de offic. Ordin.*

*Ordin. Cardin. in clem. 1. de cenſib. quæſtione 16. Barthol. Bellencin. d. tract. de charitat. ſubſid. quæſt. 30. num. 1. Remig. de Gaonny eodem tract. quæſt. 37. num. 1. 3. 4. 7. 8. & 9. Nicol. Boer. deciſ. 135. num. 3. Geminian. conſ. 85. num. 26. & ſeq. Iacob. Menoch. de arbitrar. libro 2. cent. 3. caſu 216. num. 13. Cardin. Tuſch. litera D. concluſ. 85. num. 2. & ſeqq. Quintillian. Mandoſ. de monitor. quæſt. 37. num. 6.*

Si verò vltra ſuum, ſuorumq; victum Clericus ex beneficio percipiat, licèt ad integrum ſubſidii onus non aſcendat, pro
34 exceſſu † illo tenebitur. Ita (argumento *cap. Procurationes, in fine primi reſponſi*, & quod not. *Hoſtienſ. in ſumma de cenſib. §. fin. verſ. Sed & patet, quòd ſi aliqua Eccleſia*) *obſeruat Remig. dict. quæſt. 37. num. 2.*

Ex quibus idem in ſubſidio, quod
35 hodie in hiſce Hiſpaniarum Regnis † præſtant Clerici (vulgò *ſubſidio, y eſcuſado* dictum) vt ad illud pauperes Clerici, quorum beneficiorum redditus neceſſarii ſunt pro ſua, ſuorumquè ſuſtentatione, non teneantur, dicẽdum deducitur. Quod etiam ex ipſius verbi denominatione ſatis deprehenditur, quaſi ex ſuperfluo; non verò ex neceſſariis ad decentem victum præſtandum ſit.

Ad hoc autem vt beneficia debilia
36 non dicantur, † tria (ſecundum *Domini. de S. Geminia. d. conſil. 85. verſic. Ex quibus concluditur*, quem refert, & ſequitur *Remig. dict. quæſt. 37. num. 16.*) requiruntur. Primum, quòd fructus ad victum ſuum ſufficiant. Secundum, & ad victum familiæ ſuæ. Tertium, quòd pro ſe, & familia ſua victu detracto, pro iuribus ſoluendis Epiſcopalibus, aliiſquè oneribus, ad quæ beneficiatus tenebatur, fructus ſuperſint. Quòd ſi vnum ex his deſit requiſitis, beneficium debile, pauperquè dici, firmat.

Ad idquè perſonæ etiam conditio
37 ſpectanda erit, cuius reſpectu, † magnum, idemquè tenue dici beneficium poteſt; vt (ex *Iacob. Menoch. dict. lib. 2. de arbitr. cent. 3. caſu 216. num. 3. & ſequentibus*) latè tradit *Flamini. Pariſ. de reſignat. benefic. libro 5. quæſtione 6. numero 148. & ſequentib. Paul. Æmill. Verall. deciſ. 65. part. 1. per tot.* præcipuè *num. 2.*

38 Ideòq; arbitrarium † Iudici hoc eſſe, firmat ex pluribus *Pariſ. vbi ſuprà, ex num. 132. & ſeqq.* præcipuè *num. 143. & ſeqq. & Nos quæſt. 4. num. 50. 51. & 52.* plura tradidimus.

Aduertendum autem circa rem hãc, ad hoc, vt beneficium tenue dicatur, vel inſufficiens, non bonorum patrimonia-
39 lium † (ſi ſi nul cum eis decenter Clericus viuere poſsit) ſed reddituum tantùm beneficii rationem habendam, vt (ex *Alphonſ. Oxeda de incompat. benefic. 1. part. cap. 19. num. 42.* & aliis) obſeruat *Flamin. Pariſ. d. quæſt. 6. num. 153. verſic. Nec in hac inſpectione, & n. 154.*

Alia huic accommodari poſſent quæſtioni, quæ ex *præcedenti*, & *quæſt. 28. num. 69. & 70.* ſuppleri poſſunt.

## VTRVM PAVPERI litiganti ſint præſtanda à collitigante & ad viuendum, & ad litigandum alimenta?

## *SVMMARIVM.*

1 Argumentis veritas magis eluceſcit, & vbi grande dubium emergit, diſputare, & articulatè reſpondere debemus.

2 Fraudibus, & malitiis via non eſt aperienda.

3 Nemo contra ſe arma præbere adſtringitur. Intellige vt num. 30.

4 Cum alterius iniuria, vel iactura pauperi fauendum non eſt.

5 Pauperi an teneatur collitigans diues alimenta, litiſquè ſumptus miniſtrare? & num. ſeqq.

7 Pauper coram Ordinario paupertate probata, in cauſa matrimoniali exire Prouinciam ad litigandum in ſecunda, aut tertia inſtantia non cogitur, niſi altera pars & alimenta, & litis expenſas ei velit ſubminiſtrare.

8 Intellectus ad *text. in l. fin. §. Quòd ſi ei, C. de ordin. cognit. & ſeqq.* vſquè ad num. 21. excluſiuè.

9 Bona ſequeſtrata eius præſumuntur, cui ſequeſtrum fit.

Dominium ex poſſeſsione præſumitur, ibid.

10 Poſſeſſor transfert onus probandi in aduerſarium.

12 Alimenta, litiſq; ſumptus ſequeſtrum paſſo miniſtrandi ſunt.

13 Etiam ex bonis ob delictum ſequeſtratis.

14 Et etiam poſt ſententiam alimenta, litiſq; expenſæ debentur, donec Curia ſententiam exequatur.

15 Etſi ei denegẽtur, actione iniuriarum agere poterit.

16 Monachus à Monaſterio, à quo ſe iniuſtè expulſum contendit, alimenta, litis expenſas debet habere.

17 Et idem ſi litiget cũ Abbate, vel eum accuſet.

18 Clerico proprium Prælatum accuſanti alimenta, & litis expenſæ debentur.

19 Monaſterium Monacho diſcorditer ad aliquod officiũ electo, ad quod iudicialiter ſe admitti petit, alimenta, & litis expenſas præſtare tenetur.

20 Collegium tenetur alimenta, litiſquè ſumptus Collegiali ab eo expulſo præſtare.

21 Maritus alimenta, litiſquè ſumptus vxori præſtare tenetur, ſiue vxor agat, ſiue conueniatur, ſiue de adulterio accuſetur; ſiue pro dote recuperanda, vel pro matrimonio ſeparando, aut dirimendo contendat.

22 Intellectus ad *tex. in l. Si inſtituta*, 27 §. *De inofficioſo*, *D. de inoffic. teſtam. & num.* 27.
Quæ concurrant neceſſe ſit, vt alimẽta litiſq; ſumptus præſtari debeant? ibid. & num. ſeqq. & num. 28.
Damnatur ſententia *gloſſæ fin. in l. fin. C. de alendis liber.* ibidem.

23 Intellectus *text. in l. fin. C. de Carbonian. edict.* & num. 27.

24 Ad inducendam obligationem alimẽta, litiſquè ſumptus pauperi collitigãti præſtandi, ſola non ſufficit litigantis paupertas, ſed certa indicia, & præſumptiones pro eo cõcurrant, neceſſe eſt.

25 Sufficitquè aliqua boni iuris præſumptio cum paupertate coniuncta.
Et præſumptionem tum temporis ſtare ſufficit, cum alimenta, litiſquè petuntur ſumptus, licèt poſtmodum cõtra pauperem veniat iudicandum, numero 29.

26 Nec requiritur ad alimenta, ſumptuſquè litis conſequẽdos, ſententiam pro paupere latam eſſe, vel aliam determinatam præſumptionem ſtare.

30 Actori non ſunt danda inſtrumenta ab aduerſario ad fundandam intẽtionem; ſecùs ad iam fundatam iuuandam.

31 Intellectus ad *tex. in l. Imperatores*, 17 *D. de tutel. & rationib. diſtrahend.*

32 Fiſcus litigans cum paupere, de alimentis, litiſque expenſis ei prouidere tenetur.

33 Creditor tenetur pauperi pro debito incarcerato alimenta præſtare. Amplia num. 35. & 39. etiam de iure Regio, & num. 41. Intellige vt num. 38. & 40.

34 Etſi creditor pauperem non alat, Iudex debet illum à carceribus relaxare, & num. 37. vbi de ſtatuto Cataloniæ.

36 Et qualiter cõtra creditorem, qui debitorem fecit incarcerare, ſi abſit, nec alimenta ei præſtet, procedatur?
Alimenta præſtanda debitoribus incarceratis, Iudicis arbitrio erunt taxãda, ibidem.

37 Creditor curare debitorem incarceratum pauperem tenetur, aliter eum Iudex poterit relaxare.

41 Accuſator alimenta, litiſque ſumptus ad ſui defenſionem pauperi accuſato præſtare debet.

42 Aliàs à Curia huiuſmodi expenſę pauperi ſubminiſtrandæ erunt.

43 Collecta pro alendis pauperibus incarceratis imponi poteſt.

44 Si pauperis carcerati remiſsio facienda ſit ad Iudicem ad quem, expenſis Iudicis à quo, remittendus erit.

45 Carceratus ad alium Iudicem remiſſionem petens, ſuis ſumptibus remittẽdus eſt, nec aliàs Iudex remiſsionem facere tenetur.

46 Et idem ſi alius carcerati remiſsionem petat, ſi carceratus ſoluendo ſit; ſecùs ſi pauper, nec ſoluendo; quia tunc expenſis accuſatoris, in eiuſquè defectum, Iudicis requirentis, & vltimo loco, Iudicis requiſiti, remiſsio facienda erit.

47 Diues collitigans an pauperi alimẽta, & litis expenſas teneatur præſtare? Siuè ad vniuerſitatem bonorũ, ſiue pro re particulari, & actione perſonali agatur?

48 Et an hodie pauperi litiganti hæ expẽſæ, etiã vbi pauperũ ſunt Aduocati, & Procuratores, ſint præſtandæ?

49 Et

49 Et an filio, vxori, vel ſimilibus, qui à patre, vel marito alimenta conſequi poſſunt, debeantur? & num. ſeqq. vſq; ad num. 62. excluſiuè.

50 Prouiſio alimentorum, & expenſarum, non niſi pauperi fit, & numero 58.

51 Et ſuperuenientibus diuitijs, ceſſat alimentorum, expenſarumquè prouiſio.

52 Creſcente inopia, alimenta quoquè creſcere debent.

53 Paupertas eſt probanda ab eo, qui alimenta, & litis expenſas deſiderat.

54 Debetquè in ſpecie, & reſpectu effectus, de quo agitur, probari.

55 Pauper non dicitur, qui ab alio alimẽta conſequi poteſt.

56 Obligatio antiquior, & potentior, poſteriori, & minùs potenti præualere debet.

57 Obligatio certa, & indubitata, dubiæ, & incertæ præualere debet. Et certa pro incertis dimittenda non ſunt.

59 Vbi duo adſunt remedia ſubſidiaria, minùs ſubſidiarium præualet.

62 Recipiens alimenta, & litis expenſas, an ea, ſi ſuccũbat, reſtituere, ſi vicerit, compenſare teneatur? & num. ſeqq.

63 Pauper, qui recepit alimenta, litiſquè ſumptus de illis reſtituendis cauere non tenetur.

65 Qui iuſtam litigandi cauſam habet, in expenſis condemnandus non eſt.

66 Secùs in eo, qui iuſtam litigandi cauſam non habuit.
Et quæ ſint iuſtæ litigandi cauſæ? ibid. remiſsiuè, & num. ſeq. propè fin.

68 Expenſæ litis, & alimenta ſemel aſſignata, præſtanda ſunt donec debitum finem lis recipiat.

69 Ab alimentorum, expenſarumquè aſſignatione appellare quoad effectum ſuſpenſiuum non licet.

70 Ad quam vſque ſummam ſit facienda alimentorum, expenſarumquè prouiſio?

71 Quis in præſenti pauper dicatur, Iudicis relinquitur arbitrio.

72 Pauper pauperi huiuſmodi alimenta, litiſquè ſumptus præſtare non tenetur.

73 Nec victum ſuum decentem arctare, aut proprietatem vendere.

# QVÆST. XXXIX.

VT non diffiteor quæſtionem hanc plures illæſæ opinionis, probatiſsimoſquè iuris Authores lato calamo commentarijs ſuis illuſtraſſe (quos ſuſè recenſet *Ioan. à Caſtillo controuer. lib. 3. q. 27. num. 3.*) ſic etiam fatear neceſſe eſt, tùm eius vtilitatem, & frequentiam; tùm (poſt tot ſcripta) dubietatem, eodem *Caſtillo vbi ſuprà, num. 1. & Aluaro Valaſc. conſult. 1. in princip.* teſtantibus. Qui licèt accuratè in eius ſe explicatione geſſerint; præſertim *Caſtillo*, qui aliorum dicta recolligens, difficultatem omnino eneruare curauit: non tamen ſic vota impleuit, fauſtèquè euenit, vt dubitationi locum, difficultatibuſquè præcluderet: quædamquè ab eo dicta confirmatione; quædam ſupplemento videntur egere. Vt igitur aptiùs huius quæſtionis veritas, reſolutioq; deprehendatur (*magis enim veritas elucet, quo ſæpiùs ad manum venit*; vt *Senec. de ira lib. 2. cap. 29.* inquit) & eam tractare exactè; & argumentis (quibus depromitur, magiſq; pariter veritas elucescit, † *l. Munerum, 18. §. Mixta, D. de muner. & honor. cap. Graue, 35. quæſt. fin. glo. in cap. Cum Ioannes Eremita, de fide inſtrum. Iaſ. in l. Cum quidã teſtamento, 6. notab. D. de liber. & poſth. Roland. à Valle conſil. 24. num. 1. & 2.* dicens ex ſententia *Præpoſiti* ibi relati, quòd vbi grande dubium emergit, non paſsim reſpondere; ſed diſputando, articulatèque debemus) vti decreui.

1

Negatiuã igitur partẽ (denegãda alimenta, litiſq; pauperi expenſas, neminemquè ad id adſtringendum dictantẽ) ſuadẽt fundamẽta ſequentia. Primò, quia fraudibus, & malitijs viã aperiri, † ratio prohibet, *l. Cum hi, 8. §. Si cũ lis, D. de tranſact. l. Conueniri, 5. D. de pact. dotal. l. Illud, 7. §. Sed ſi negauerit, D. de tributor. l. 2. C. de indict. viduit. tollend. l. Cum ſponſus, 14. D. de Public. in rem. act. l. Si maritus, 15. §. Legis Iuliæ, verſ. Cæterum, D. ad leg. Iul. de adult. l. vnic. §. Ille etiam, C. de Latin. libert. tollend. cap. vnic. in fin. vt Eccleſiaſt. benef. ſine dimin. confer.*

2

Aperiretur autem, ſi pauperi ad viuendum, & ad litigãdum alimenta, litiſq; expenſæ ab aduerſario miniſtrari debe-

rent. Quis enim (quæso) facilior inueniri, aut excogitari posset modus, per quem suæ quilibet necessitati subueniat? Alienoquè patrimonio, & labore, sine labore fruatur? Quod non vtiquè ferendum est, nec pauperes ad temerè litigandum sunt inuitandi, quod illa fieret occasione.

Secundò hæc firmatur sententia, ex naturali, æqua, Iurisq; authoritate valata ratione; *Neminem cõtra se arma præbere*
3 † *adstringendum.* De qua in *cap. 1. de probat. cap. Qui intendit. 3. quæst. 3. l. Nimis graue, 6. C. de testib. l. Qui accusare, 4. C. de edend. l. vnic. C. de prohibit. sequest. pecun.* Benè facit *text. in l. Hi qui Fisci, 10. D. de postul.*

Tertiò, quia pauperi cum alterius in-
4 iuria, † vel iactura non est fauendum, *cap. Ex tenore, 11. versic. Nos igitur, de foro compet.* tradit latissimè *Petr. Rebuff. 1. to. ad constit. Gallic. tit. de sentent. prouision. artic. 3. gloss. vlt. num. 37.* Nec alteri per alterum iniqua debet inferri conditio, *l. Quoniam, 10. C. de testib. c. Non debet, 22. de reg. iur. in 6.* cum vulgat.

Probatur deniq; ex *text. in l. Imperatores, 17. D. de tutel. & ration. distrah. Imperatores Seuerus, & Antonin. rescripserũt in hæc verba: Cum hoc ipsum quæratur, an aliquid tibi à tutoribus, vel curatoribus debeatur: non habet rationem postulatio tua, volentis in sumptum litis ab his tibi pecuniam subministrari.* Hæc Iureconsulti *Vlpiani* verba.

Ex quibus haud dubiè colligitur, pauperem ab aduersario, quantumuis diuite, alimenta, litisq; sumptus consequi nullo
5 modo posse. † Quã sententiam (ex *Bart. Bald.* & alijs) tenet *Ioan. Petr. Fontan. in tract. de pact. nuptialib. to. 2. clausul. 5. glo. 8. part. 12. num. 43. & seqq.* alijquè infrà referendi tenent.

6 Contraria tamen cõmunis † est, quam defendunt *Guid. Pap. dec. 561.* vbi sic pluries vidisse fieri, & seruari testatur in Curia Parlamenti, *Angel. cons. 245. n. 4. in fin. Rimin. Iun. cons. 255. num. 2. lib. 3. Matthæ. de Afflict. decis. 10. n. 2. & 3. dec. 152. nu. 3. Ioan. Lup. in repet. cap. Per vestras, 1. notab. ampliat. 18. §. 39. numero 3. de donat. inter vir. & vxor. Oldrald. consil. 27. num. 3. Didac. Couar. pract. resolut. cap. 6. n. 5. Simon de Præt. de interpretat. vlt. volunt. lib. 5. interpret. 2. nu. 28. Ioan. Cephal. cons. 127. num. 10. lib. 1. Cordub. de Lara in l. Si quis à liberis, §. Si vel parẽs, n. 47. D. de liber. agnosc. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 46. nu. 6.* plures referens *Pet. Surd. de alimen. tit. 1. quæst. 20. nu. 1. & 2. Pet. Rebuff. de priuileg. scholast priuil. 90. num. 6. Azeued. in l. 3. tit. 10. lib. 4. nouæ Reg. Collect. num. 17. Emman. Suar. in suo thesauro, verb. Paupertas, Ludoui. Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. c. 16. n. 30. Franc. Milan. dec. 56. n. 3. & 47. Cardin. Crecent. decis. 8. de iudic. Paul. Æmil. Verall. decis. 20. n. 2. lib. 1. Seraph. dec. 1089. num. 2. Vincent. Carot. de locato, tit. de fructib. & lit. expens. quæst. 8. nu. 12. post. med. Stephan. Grat. discept. forens. cap. 55. num. 49. S. D. N. Gregor. XV. decis. Rotæ 524. num. 1. Ioan. Aloys. Ricci. decis. Curiæ Archiep. Neapolit. 56. per tot. 1. part.* vbi latè, & *decis. 251. per tot. & decis. 35. num. 13. part. 4. Anton. Ricciull. in tract. de iure personar. extra Ecclesiæ gremium existentium, libro 2. quæst. 21. numero 2. Ioann. Roxas in epit. succes. cap. 33. numero 15.*

Quibus accedit *Sacri Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 20.* dispositio prouidens: Nè verè paupertate co-
7 ram Ordinario † probata in causa matrimoniali, ad litigandum in secunda, aut tertia instantia (nisi altera pars, & alimenta, & litis expensas velit subministrare) exire quis Prouinciam cogatur.

Huius autem communis resolutionis fundamenta sunt *text. in l. fin. §. Quòd si ei, C. de ordin. cognit.* vbi est casus (secundum *Bald.*) quo quis aduersario tam in expensis litis, quàm in sumptibus alimentorum prouidet. *text.* etiam *in l. Si instituta, 27. §. De inofficioso, D. de inoffi. test.* accedit *text. in l. fin. C. de Carbon. edict. text. & gloss. fin. in cap. Ex parte, 11.* extra *de accusat. gloss.* celebris *in l. fin. verb. Agnoscere, C. de erogat. milit. annon. lib. 10.*

Quibus tamen fundamẽtis adhuc sustineri prædictam sententiam non posse, videtur, neque extra dictarum legum casus earum dispositiones extendendas, cum in alijs deficiat ratio, quæ earum cõstitutioni ansam præbuit.

Non itaquè superiori resolutioni fauet *tex. in d. l. fin. §. Quòd si ei, C. de ordin. cogni.* Quæ ex bonis tantùm sequestratis
8 † sequestrum passo, non etiam alijs alimẽta, litisq; expensas ministrari iubet. Durum enim esset, iuriq; ac rationi minimè consentaneum, lite durante alimentis priuari

tuari eum, litiſq; expenſas ex ipſius bonis, vel quæ eius ſaltem de iure præſumuntur, non habere. Bona enim ſequeſtrata
9 eius præſumuntur † cui ſequeſtrum fit; cum ex poſſeſsione dominium præſumatur, *text. in l. Cum res*, 12. *C. de probat. tex. in l. Ob maritorum*, 2. *vbi gloſ. parua, verb. Occupatæ ſunt*, & *ibi Cyn. C. ne vxor. pro marit. Bart. conſ.* 209. *num.* 4. *lib.* 1. *Felin. in cap. Examinata in princ.* (& *ibi eius Addit.*) *de iudic.* propè infinitos referens *Ioſeph. Maſcard. de probat. concluſ.* 540. *num.* 9. & *ſeqq.* vbi de hac materia latè, & *concluſ.* 537. *num.* 8. & *concluſ. ſequenti, num.* 13. plenè etiam *Iacob. Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præſumptione* 65. *ex num.* 9. *vſque ad num.* 22. *Petr. Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 123. *num.* 2. *Anton. Faber in ſuo Cod. definit. lib.* 3. *tit.* 22. *definit.* 18. *per tot.* & *lib.* 4. *tit.* 3. *definit.* 2. *num.* 8.

Eaquè ratione in aduerſarium pro-
10 bandi onus transfert poſſeſſor, † *d. iuribus* ſuprà, *text.* etiam in *l. Exitus*, 35. *D. de adquir. poſſeſſ. tex. in l. Is qui deſtinauit*, 25. *D. de reiuendic. l.* 2. *l. Siue*, 17. *C. de probat. l. fin. C. de reiuendic. l. Circa*, 14. *D. de probat. l. Liberis*, 7. §. *Si quis exſeruitute*, *D. de libera. cauſ.* §. *Retinendæ*, *verſic. Commodum* (aliàs §. *Commodum*) *inſti. de interdict. Bart. in l.* 1. *in princip.* 3. *oppoſit. D. de noui oper. nunc. Bald. in l. Poſſeſſiones, nu.* 1. *C. de probat.* & *in cap.* 1. *n.* 5. *verſic. Aliquando poſſeſſio, de conten. inter dom.* & *fidel. de inueſtit. Ripa in cap. Sæpè, numero* 2. *verſic. Tertium commodum*, extra *de reſtit. ſpoliat. Andr. Tiraquell. de iure primogenit. quæſtione* 17. *opini.* 11. *in fin. Iacob. Menoch. lib.* 6. *præſumpt.* 69. *numero* 1. 2. 3. & 4. & *de adipiſc. poſſeſſ. remed.* 4. *num.* 794. & *de arbitrar. lib.* 1. *caſu* 48. *num.* 12. & 34. idem (*dict. præſumpt.* 69. *num.* 3.) non ſolùm in poſſeſſione, ſed & in quaſi poſſeſsione dicens.

Vnde non tam ratione paupertatis,
11 quàm dominij etiam præſumpti, † & poſſeſsionis, vel quaſi percipiendi alimenta, in caſu *dict. l. fin. C. de ordin. cognit.* alimenta, litiſquè ſumptus pauperi litiganti præſtari debent, in eoquè tantùm *dictæ legis* diſpoſitionem procedere, docet *Bald. ibid. numero* 4. *Ioann. Lupus in repet. cap. Per veſtras*, §. 63. *de donat. inter vir.* & *vxor.* In alioquè caſu locum non habere, ingenuè profitetur *Didacus Couarr. practic. cap.* 6. *numero* 5. decipiquè *Guid. Pap.* & *Cranet.* locis ſuprà relatis, teſtatur, *Aluar. Vallaſſ. dict. conſult.* 1. *num.* 6. Qui nequè ciuili, nequè naturali ratione *dictæ l. fin.* diſpoſitionem in paupere non ſpoliato contra diuitem agente locum habere poſſe putant: ſed tunc demum, ſi ſpoliatus ſit, vel eius bona ſequeſtrata; quo caſu alimenta, litiſ-
12 què ſumptus ſequeſtrum paſſo † ſubminiſtrandos forè; ſine controuerſia eſt, ex *dict. l. fin. gloſſ. in cap. Ex parte*, 11. *de accuſat. vbi Felin. numero* 4. *Cyn. in l. Vbi adhuc, num.* 14. *C. de iure dot. Salycet. Iaſ.* & alij adducti per *Aluar. Valaſc. dict. conſult.* 1. *num.* 1. *Couarr. vbi ſuprà, Franciſc. Curt. in tractat. de ſequeſtris, num.* 10. *Lara in l. Si quis à liberis*, §. *Si vel parens, num.* 45. *D. de liber. agnoſc. Petr. Surd. de alimentis, tit.* 1. *quæſt.* 120. *num.* 6. & *quæſt.* 123. *Stephan. Aufrer. in addit. ad Capellan. Tholoſſ. deciſ.* 477. *Card. Domin. Tuſch. practic. concluſ. litera A. concluſ.* 309. *num.* 16. *Ioann. à Caſtillo d. quæſt.* 27. *num.* 33. *Sigiſmund. Scaec. de appell. q.* 17. *limit.* 7. *num.* 4. *verſ. Sextus caſus eſt, Borgnin. Caualc. deciſ.* 3. *num.* 41. *part.* 1. *Rota Roman. Diuerſor. deciſ.* 79. *par.* 2. *Ioan. Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiep. Neap. deciſ.* 251. *num.* 10. *part.* 2. *Ioann. Baptiſt. Pontan. de aliment. cap.* 13. *num.* 4. *Camil. Borrel. in* 2. *part. ſummæ deciſ. tit.* 37. *num.* 160. & *ſeqq.* quem poſt hæc ſcripta vidi, & *nu.* 171. & 172. de expẽſis ſolutis loquens.

Quod & in bonis ob delictum † ſe-
13 queſtratis procedit, notantibus *Alberic. in d. l. fin. num.* 1. *Pico in l. Poſt contractum num.* 98. *D. de donat. Lara in dict.* §. *Si vel parens, num.* 62. *Valaſc. dict. conſul.* 1. *num.* 2. ita multoties in Prætorijs cauſarum criminalium vidiſſe aſſerendo, *Petr. Surd. de aliment. titulo* 1. *quæſtione* 72. & *quæſt.* 129. *num.* 1. *Carpan. ſuper nou. conſtit. Mediol. in* §. *Omnium, num.* 696. & *ſeqq.* vbi ita quotidie per Senatum fieri, teſtatur; ſequitur *Seſtabian. Guazin. de defenſ. reorum defenſione* 6. *circa priuileg. carcerator. capite* 1. *numero* 2. *Ioannes Aloyſius Ricci. dicta deciſione* 251. *num.* 7.

14 Imò & etiam poſt ſententiam † huiuſmodi alimenta, litiſq; ſumptus ſequeſtrum, vel confiſcationem paſſo donec

Curia ſententiam exequatur, præſtanda ſunt; *Petr. Surd. d. quæſt. 72. num. 1. Sebaſtian. Guazin. vbi ſup. num. 2.* & ita quotidie fieri videmus.

15 Etſi prædicta ei alimenta, & expenſæ denegentur; actione iniuriarum † agere poterit, vt (ex *tex. in l. Si victum, 34. D. de re iudic.*) tenent *Petr. Surd. de alimen. tit. 7. quæſt. 39. num. 6. Borgnin. Caual. de brachio Reg. part. 2. nnm. 291. & ſeqq.* refert, & ſequitur *Guazin. dict. defenſ. 6. num. 3.*

16 Sic & Monacho † in poſſeſsione exiſtenti Monachatus, ſi Monaſterio expellatur, ipſeque quaſi iniuſtè expulſus Monaſterium conueniat; conſequi à Monaſterio, & ad viuendum, & ad litigandum ſumptus debet: vt tenent *Speculat. in tit. Qui ſint filij ſint legitimi, nu. 24. & de inquiſi. §. fin. Bart. in l. Imperatores, D. de tutel. & ration. diſtrah. Franc. Curt. in d. tract. de ſequeſtr. in princip. num. 11. Rota in antiq. deciſ. 1. tit. de accuſat. Aluar. Valaſc. d. conſul. 1. num. 3. Caſtillo d. cap. 27. num. 45. Cornel. Beninc. de pauper. ſpec. 2. in iudic. num. 4. Ioan. Baptiſt. Pontan. de aliment. cap. 13. num. 3.*

Idemquè in Monacho litigante cum
17 Abbate, † vel eum accuſante, firmat *text. in cap. Ex parte, 6. de accuſat. vbi gloſſa*, & Doctor. *cap. Olim, 26. eod. tit.* tenetq; (poſt *Matthæ. de Afflict. deciſ. 10. num. 2. And. Alciat. Nicol. Boer. & Larã*, quos refert) *Alexan. Trentac. variar. reſolut. lib. 1. tit. de alimen. reſolut. 1. n. 36. Caſtillo d. cap. 27. num. 48. & 49. Petr. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 121. per tot. Hieronymus Ceuall. commun. contra commun. q. 780. n. 36. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 46. num. 3. Sigiſmund. Scacc. de apellat. quæſt. 17. lim. 7. num. 4. verſ. Secundus caſus, Ioann. Aloyſ. Ricc. deciſ. Curiæ Archiep. Neapolit. 56. num. 16. par. 1. & deciſ. 251. num. 18. ead. part. & deciſ. 35. n. 7. & 8. part. 4. Marc. Anton. Genuenſis in pract. Eccleſiaſt. quæſt. 575. num. 4. Ioan. Baptiſt. Pontan. dict. cap. 13. num. 3.* vbi, quòd Monacho Abbatẽ accuſanti alimenta, litiſque debentur ſumptus, ſicut debẽ-
18 tur Clerico † proprium accuſſanti Prælatum: allegat *Speculatorem in d. §. fin. de inquiſit. num. 2.* id quod (pluribus adductis) firmat *Petr. Surd. dict. quæſt. 121. num. 11. Cornel. Beninc. dict. ſpeciali 2. in iudic. numero 4. Ioann. Aloyſ. Ricci. dict. deciſ. 56. numero 15. Marc. Anton. Genuenſ. vbi ſupra, numero 3. Ludouic. Peguera deciſ. crimin. 20. num. 5.*

Debenturquè à Monaſterio prædicta alimenta, & expenſæ Monacho ad
19 aliquod officium diſcorditer electo, † ad quod iudicialiter ſe admitti petit, vt decidit *Rota Romana apud Cardinal. Marcell. Crecent. deciſ. 7. tit. de iudicijs* (aliàs 175.) tenentquè *Pontan. vbi ſuprà, num. 3. & Ioann. Aloyſ. Ricci. d. deciſ. 56. num. 19.*

20 Collegiali † etiam à Collegio expulſo præſtandos huiuſmodi per Collegium ſumptus; tenet (poteſt *Bolognet.* ibi relatum) *Aluar. Valaſc. dict. conſul. 1. numero 3. Lara in dicto §. Si vel parens, num. 60. Caſtillo dicto cap. 27. num. 47. Ioann. Aloyſ. Ricci. dict. deciſ. 251. nu. 9. part. 2. Didac. Perez in l. 8. titulo 2. libro 1. Ordinam. verſic. Eſt & aliud dubium.*

21 Vxori † quoque cum marito litiganti alimenta, litiſque ſumptus ab ipſo marito, ſiue agat, ſiue conueniatur, ſunt præſtanda. Ideòquè ſiue pro recuperanda dote remedio *legis Si conſtante, D. ſolut. matrim.* ſiue pro ſeparando, vel dirimendo matrimonio agat, ſiue de adulterio accuſetur, alimenta litiſquè expenſas à marito conſequi debet. Primam ſententiam (quando mulier pro recuperanda dote agit) tenent *Cyn. in l. Vbi adhuc, num. 14. C. de iure dot. Felin. in d. cap. Ex parte, num. 4. de accuſat. Lara in l. Si quis à liberis, §. Si vel parens, num. 68. D. de liber. agnoſc.* quos refert, & ſequitur (ſine hæſitatione in praxi recipi aſſerens) *Aluar. Valaſc. d. conſult. 1. num. 5. verſ. Poſtremò quoquè, Ioan. Bapt. Coſta de re med. ſubſidia. remed. 100. num. 13. Petr. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 118. num. 7. Ioann. à Caſtillo controuer. d. lib. 3. cap. 27. nu. 42. Ioan. Petr. Fontanell. de pactis nuptia. 2. tom. clauſul. 6. 4. par. glo. 2. num. 65. in fin. Ioan. Aloyſ. Ricci. d. deciſ. 56. num. 12. & 13. part. 1.* Idem dicens, ſi mulier poſt mariti mortem cum hæredibus ad reſtitutionem dotis, vel donationis propter nuptias agat, ex *Couarr. & Boer.* ibi relatis, idem *Ricc. deciſione 251. num. 16. part. 2. Lapus in tractatu de illegitim. & nat. comment. 2. §. 3. numero 70. Sebaſtian. Guazin. de defenſ. reor. defenſ. 6. circa priuileg. tanc. rat. cap. 1. numero 1. in fin. Ioan. Roxas in epitom. ſucceſſ. c. 33. num. 13.*

In

In caſu ſeparationis matrimonij, propter conſanguinitatem, vel aliam cauſam, aut pro matrimonio dirimendo, præſtandas à marito vxori expenſas litis, & alimenta, tenuerunt *Abb. Specul. Couar. & Aſſlict.* quos refert *Aluar. Valaſ. dict. conſult. 1. numer. 5. Petr. Rebuf. 1. tom. ad leg. Gallic. tit. de ſentent. prouiſional. art. 3. gloſ. 1. num. 20. Petr. Surd. d. quæſt. 118. num. 1. & 6. Caſtillo d. cap. 27. numer. 41. Petr. Barboſ. in 2. part. rubric. num. 44. in fin. & num. 45. & in l. 1. par. 1. numer. 58. in fin a lib. verbis, & nu. 59. verſ. Vndè & vxori, D. ſolut. matrim. Ioan. Aloyſ. Ricci d. deciſ. 251. num. 14. Ioan. Gutier. Canonic. quæſt. capit. 24. num. 7. Baptiſt. Ferret. conſ. 34. numer. 2. & conſ. 205. P. Thom. Sanchez de matrimon. lib. 10. de diuortio, diſput. 8. num. 28. in fin.*

Deberiquè prædictas expenſas, & alimenta etiam mulieri, quæ de adulterio accuſatur, ad eaquè maritum teneri, docent *Guid. Pap deciſ. 439. num. 4. Nicol. Boeri. deciſ. 225. nu. 2. Ioann. Cephal. conſ. 127. num. 9. & conſ. 714. num. 6 Aluar. Valaſ. d. conſult. 1. num. 4.* poſt antiquiores, quos adducit, *Palac. Rube. in repet. cap. Per veſtras, §. 39. num. 1. & 5. Lara in d. §. Si vel parens, num. 64.* quotidièq; ſeruari in Curia Portugalliæ, teſtatur *Valaſ. vbi ſuprà, Ioann. Botta conſ. 23. ex num. 10. cum ſequentib. Petr. Barboſ. d. 1. par. leg. 1. num. 58. ad fin. D. ſolut. matrimon. Alexand. Trentacin. variar. reſol. lib. 1. tit. de aliment. reſol. 1. num. 37. Cardinal. Dominic. Tuſch. pract. concluſ. litera A. concluſ. 309. in princip. Hieronym. Ceual. commun. contra commun. quæſt. 734. num. 22. & ſeqq. Caſtillo d. capit. 27. num. 40. Anton. à Queſada quæſt. iuris, cap. 18. in fin. Ioann. Gutier. Canonic. d. lib. 1. quæſt. 24. num. 7. Iul. Clar. recept. ſentent. lib. 5. §. Adulterium, num. 17.* communem dicens, *& ibid. Baiard. numer. 19. Sebaſt. Guazin. de defenſ. reor. lib. 1. defenſ. 6. circa priuilegia carcerat. cap. 1. num. 1. Thoma. Treuſan. deciſ. 16. nu. 6. lib. 2. Thom. Sanchez d. diſput. 8. num. 28. Ioan. Baptiſt. Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 100. numer. 12. Proſper Farinac. deciſ. 127. & 250. Cornel. Benincat. ſpeciali 2. in iudic. num. 5. Ioan. Petr. Fontanel. de pact. nuptia. d. 2. tom. clauſul. 6. 4. part. gloſ. 2. nu. 66. & 67. Ioſeph. Ludouic. deciſ. 46 num. 4. Emmanuel Suarez commun. opin. tit. de fructib. & lit. expenſ. tom. 2. num. 112. verſ. Item vxori litiganti, Ioach. Mynſing ſingular. obſeruat. cent. 6. obſeruat. 21. num. 2. 5. 6. & 7. Ioan. Aloyſ. Ricci d. deciſ. 56. num. 11. 1. par. & a deciſ. 251. nu. 13. 2. par.*

Hæc itaquè in his, quorum bona ſunt ſequeſtrata, vel his qui in poſſeſsione, vel quaſi alimenta percipiendi exiſtunt, locum habent, quique ea, nec litis ſumptus aliunde habere poſſunt: ſecùs in alijs obſeruandum, ex prædictis aſſerendum venit.

Minùs etiam ſuperiori principali ſententiæ auxiliatur *text. in d. l. Si inſtituta,* 22
† *27. §. De inofficioſo, D. de inofficioſ. teſtament.* Tum quia *text.* ibi, in nepote; in quo eſt fortior ratio, loquitur: Tum quia non ante à alimenta præſtari pupillo pauperi, quàm poſt primam ſententiam pro eo latã, *textus* ibi iubet, vt notat *gloſ. fin. ibi*, ſingularèquè ad hoc dicit *text. ũ ibid. Ioan. Bolog.* quòd filius teſtamentum patris querelans, non debeat alimenta antequàm primam ſententiam pro ſe reportauerit, habere. Ideoquè hæc omnia ſimul requiſita, vt alimenta litiſquè ſumptus præſtari debeat, deſiderat *Emman. Suar. commun. opinion. tom. 2. d. tit. de fructib. & liti. expenſ. num. 112.* Scilicèt actorem filium, vel nepotem eſſe querelantem patris teſtamentum; paupetem ſore; primãquè pro ſe reportaſſe ſententiam. Ita etiã *Frãciſc. Marc. deciſ. 364. n. 1. par. 2.* quatuor requirens, vt de alimẽtis, litiſquè expenſis fiat à collitigante prouiſio. Primũ, quòd petens ſit filius, Secundũ, quòd ſit pupillus, Tertiũ, quòd in prima inſtantia ſententiam obtinuerit, Quartũ, quòd ſit inops, nec aliunde ſibi poſsit ſubuenire. Quæ ex *d. §. De inofficioſo* colligit. Ita etiam *Ioan. Cephal. conſ. 127. nu. 3. in fin. lib. 1. Petr. Rebuf. de ſentent. prouiſ. art. 1. gloſ. 1. num. 6. Pyrr. Maur. de fideiuſſor. 1. par. ſectio. 3. capit. 8. numer. 2. folio mihi 103.*

Vndè meritò ſententiam *gloſſæ in d. l. Si quis à liberis, 6. §. Si vel parens, verb. Nec decernent, D. de liber. agnoſcend. & in l. fin. gloſſ. fin. C. eod. tit.* (indiſtinctè docentis, ſite ſuper filiatione pendente, alimenta, litiſquè ſumptus ei, qui ſe filium contendit, à reo qui pater deſideratur, ſubminiſtrãdus) damnarũt *Petr. Iacob. de Aren. Cyn. Angel. & Alberic. ibid. in d. l. fin. Bart. in l. Si neget, 7. num. 1. D. de liber. agnoſcend. Quia ſi eſſet vera* (inquit ipſe, *ibid.*

*ibid. in verſicul. Certè*) *ſequeretur abſurditas: quia quilibet ribaldus poſſet ire ad vnum diuitem hominem, & facere quæſtionem filiationis, quia interim deberet alimentari.* Cum quibus etiam tenent, damnaruntquè ſententiam *gloſſæ Iacob. Menoch. de præſumptionib. lib. 1. præſumtion. 35. num. 2. Tiber. Decian. conſ. 60. num. 1. lib. 2. Alexand. Trentacinq. variar. reſolut. lib. 1. tit. de aliment. reſol. 1. num. 32.*

Nec etiam principali ſententiæ vt alimenta litiſquè ſumptus paupertatis prætextu quis conſequi valeat; faciliorem præbet aditum *text. in l. fin. C. de Carbo-*
23 *nia. edict.* † Non enim aliter Carboniani edicti cõmodum deferri voluit ibi textus, quàm ſub perſonis legitimis, ex indubitato matrimonio, cuſtodito partu, & probata legitima ſucceſsione.

Conſtat igitur, non ſola paupertatis ratione alimenta, litiſquè ſumptus pauperi collitiganti ſubminiſtrandos fore; ſed prædictis circunſtantijs, & requiſitis,
24 aliquibusvè eorum concurrentibus, † nec ſolam paupertatem huiuſmodi ius, fauoremquè tribuere, ex latè iam deductis: & ita notarunt *Bart. Bald.* & alij *in d. l. Imperatores, D. de tutel. & ration. diſtrahend.* & poſt multos, ita pro generali regula conſtituit *Didac. Couar. practicar. quæſt. cap. 6. num. 6. in princ. Lara in d. l. Si quis à liberis, §. Si vel parens, num. 48. & 49. Piſtor quæſt. iur. quæſt. 20. num. 1. & 2. Cardin. Dominic. Tuſch. practicar. concluſ. concluſ. 309 nu. 23.* & poſt *Ioan. Lup. Boer.* & alios tradit *Iacob. Menoch. d. lib. 1. præſump. 35. num. 32. Petr. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 110. num. 1. & ſeqq. Caſtillo controuerſ. d. lib. 3. cap. 27. num. 52. & 53. Alexand. Trentac. d. reſolut. 1. numer. 41. verſ. Secundus caſus eſt, Ioan. Aloyſ. Ricc. d. deciſ. 56. Curiæ Archiepiſc. Neapol. num. 4. & 5. par. 1.* reprobantes Guidonis Papæ, & ſequacium ſuprà relatorum ſententiam, indiſtinctè volentium, ſumptus, & alimenta à collitigante diuite pauperibus ſubminiſtranda.

Vt autem prædictæ oppoſitiones ceſſent, in eam ſententiam communiter itum eſt: Quòd licèt ſola paupertas ad obligationem præſtationis alimentorum, litiſq; expenſarum inducendam, ſufficiens non ſit: eam tamen inducat, ſi ſimul cum pau-
25 pertate, aliqua boni iuris præſumptio † ſit coniuncta; quo caſu alimenta, litiſquè ſumptus pauperi collitiganti à diuite præſtandos, tenuerunt *Bart. in d. l. Si neget, D. de alendis liber. Felin. in capit. Si qui teſtium, num. 9. verſ. Secundus caſus,* extra *de teſtib. Palac. Rub. in cap. Per veſtras, §. 39. num. 2. verſ. Ex qua lege, & nu. 3. verſ. Imò quod plus eſt, Speculat. in tit. de inquiſit. §. fin. num. 2. Emman. Suarez* (receptam ſententiam dicens) *commun. opini. tom. 2 ſub rubrica de re iudicata, num. 236. Didac. Couar. practic. d. cap. 6. num. 6. verſ. Ego verò quoad litis expenſas, Matthæ. de Afflict. deciſ. 10. numer. 3. Ludouic. Molina de Hiſpanor. primogen. lib. 2. cap. 16. num. 30. Iacob. Menoch. d. lib. 1. præſumpt. 35. num. 6. Aluar. Valaſc. d. conſult. 1. num. 9. Petr. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 112. num. 27. & ſeqq. & quæſt. 120. per tot. eod. tit. 1. Ioann. à Caſtillo d. cap. 27. num. 13. Hieronym. Zeual. commun. contra commun. lib. 3. quæſt. 757. num. 118. & 119. Rojas in epitom. ſucceſſ. cap. 33. num. 14. & 15. Cardin. Seraphin. deciſ. 173. num. 8. & deciſ. 426. num. 1. & 2. & deciſ. 1098. num. 1. & 2. Proſper Farinac. nouiſſ. deciſ. Rotæ, deciſ. 470. num. 5. part. 2. Cardin. Crecent. deciſ. 8. tit. de iudic. alias 232. Alexand. Trentacin. d. lib. 1. tit. de aliment. reſolut. 1. num. 41. Ioan. Baptiſt. Pontan. de aliment. cap. 13. num. 6. Marc. Anton. Genuenſ. in practic. Eccleſ. quæſt. 575. num. 1. Ioan. Aloyſ. Ricci. d. deciſ. 56. per tot.* præcipuè *num. 4. & d. deciſ. 35. num. 14. par. 4. Ioan. Petr. Fontanel. de pact. nuptial. 2. tom. clauſul. 5. gloſ. 8. par. 12. num. 49. Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 55. num. 49. Rota Roman. apud Alexand. Ludouic. deciſ. 524. num. 2. & deciſ. 189. num. 1. vbi eius Addit. Oliuer. Beltramin. numer. 7. litera A. verſ. Præſumptio boni iuris, Anton. Ricciul. in tract. de iure perſonar. extra Eccleſiæ gremium exiſtentium, lib. 2. cap. 21. num. 1. & 2. Fului. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 54. nu. 70. Camil. Borrel. in ſumm. deciſ. 2. par. tit. 39. num. 325.*

Neque ad huiuſmodi alimenta, litiſq; conſequendos ſumptus ſententiam pro
26 paupere latam eſſe, † vel alia determinata præſumptio neceſſariò requiritur, ſed quælibet boni iuris cum paupertate coniuncta præſumptio Iudicis arbitrio ſufficiens eſt.

Et in ſpecie (non requiri ſententiam in prima inſtantia pro paupere, vt alimenta litiſquè ſumptus à collitigante conſequi va-

valeat, ſi præſumptionem pro ſe habeat) tenuerunt *Petr. Rebuf. de ſentent. prouiſ. art. 1. gloſ. 2. num. 5. Didac. Couar. practicar. d. cap. 6. verſ. Et ſanè, quia opinãtur, Lara in d. l. Si quis à liberis, §. Si vel parens, num. 44. D. de liber. agnoſcend. Ludouic. Molina de Hiſpano. primog. lib. 2. cap. 16. num. 36. Ioan. Cephal. conſ. 127. num. 10. lib. 1. Fului. Pacian. vbi ſuprà d. num. 70. verſ. Sed imò, Iacob. Menoch. d. præſumpt. 35. num. 3. & 4. Beninc. Hieronym. Gabr. Ioſeph. Ludouic. Mandoſ. Simon de Præt.* & alij, quos refert, & ſequitur *Petr. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 112. num. 18. Hieronym. Zeual. commun. contra commun. quæſt. 734. numer. 21. & 757. nu. 117. & 118. Cardina. Dominic. Tuſch. practic. concluſ. litera A. concluſ. 309. num. 20. & ſeq. Marius Giurba deciſ. 5. num. 29. Andre. Fachin. controuerſ. iur. lib. 12. cap. 62.* vbi receptam ſententiam dicit, *& conſ. 42. num. 25. & 26. lib. 1. Ioan. à Caſtillo d. lib. 3. cap. 27. nu. 68. & 69.* veram hanc, & omnino in praxi ſeruandam reſolutionem, in Regioquè *Granatenſi* Prætorio aliquãdo obtinuiſſe, aſſerens, *Ioan. Aloyſ. Ricci. deciſ. Curiæ Neapolit. 251. num. 1. & ſeqq. & num. 11. Ioann. Baptiſta Coſta de ratione ratæ, quæſt. 59. n. 5.* vbi non eſſe mirum, quamlibet præſumptionem ſufficere, etiam quæ in iudicis reſidet arbitrio, modò non captioſum, ſed bene ſit regulatum (ex *Iacob. Menoch. conſ. 491. nu. 33. & Couar. vbi ſup.*) inquit, *Marc. Anton. Genuenſ. in practicabilib. Eccleſ. quæſt. 575. num. 2. Ioann. Baptiſt. Pontan. de aliment. d. cap. 13. nu. 6. & 7. Ioan. Pet. Fontanel. de pactis nuptial. 2. tom. clauſul. 6 gloſ. 2. p. 3. num. 77. & 80.* & expreſsiùs *ibid. par. 4. num. 26. Anton. Ricciul. vbi ſuprà, dict. lib. 2. cap. 21. num. 2. Paul. AEmil. Veral. deciſ. 259. num. 5. lib. 2. Philip. Paſchal. de virib. patriæ poteſt. par. 2. cap. 2. num. 60. Franciſc. Milanè. deciſ. Regn. Sicil. 16. num. 39. lib. 1. Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap. 55. num. 51. Martin. Monter. à Cueua deciſio. 16. nu. 26. 27. & 28.*

Nec huic reſolutioni obſtant prædicta iura in *d. l. Si inſtituta, 27. §. De inofficioſo, D. de inoffic. teſtam.* neque *in l. fin. C. de ordine cognition.* neque *in l. fin. C. de Carbonian. edict.* Quia (præter alias, quæ eis aſsignantur ſolutiones, quæque per ſuprà relatos in huius ſententiæ confirmationem videri poterunt) ea ab omnibus fere recipitur, quæ præfata iura non tam 27 diſpoſitiuè, † quàm narratiuè, exempliquè gratia loqui, habet; quod regulam nõ arctat, *tex. in c. 1. ne Cleric. vel Monach. l. 1. §. Quod vulgo, D. de vi, & vi armata,* cum alijs, *Iaſ. in l. Sicut autem, num 2. D. de re iudic.* Prædictamque ad *§. De inofficioſo* ſolutionem tradiderũt *Iacob. Menoch. conſ. 419. num. 33. Petr. Surd.* (alios referens) *de aliment. tit. 1. d. quæſt. 112. numer. 19. & 20. Caſtillo d. cap. 27. num. 13. & 69.* vbi magis communiter receptam dicit, *Andre. Fachinæ. controuerſ. iur. d. lib. 2. cap. 62. Petr. Ioan. Fontane. de pact. nuptial. tom. 2. clauſul. 6. gloſ. 2. part. 4. num. 26.* & in hanc ſententiam omnes cõcordare, neminemquè diſcrepare, aſſerit: tenentquè alij ex proximè relatis, apud quos aliæ etiam poterunt videri ſolutiones.

Et in *d. l. fin. C. de Carbon. edict.* ſpecie non omnes illas circunſtantias, & requiſita vt prętendenti ſe filium eſſe, ex Carbonianoquè agenti, alimenta, litiſquè ſumptus (ſi pro eo ſufficiens præſumptio adſit) miniſtrentur; neceſſaria non eſſe; tenuerunt *Specul. tit. de primo & ſec. decret. §. Videndum eſt, verſ. Idem quoque, & Matthæ. de Afflict.* quos refert, & ſequitur *Ioachin. Mynſinger. ſingul. obſeruat. cent. 6. obſeruat. 21. num. 3.* quos in id non inueniſſe fateor. Poteſtquè alia aſsignari ſolutio: Dictam nempè legem non omnes illas qualitates ad prouiſionem alimentorum, & expenſarum pupillo faciẽdam, ſed ad bonorum hæreditariorum poſſeſsionẽ (quod magis eſt) præſtandam; qualitates requirere.

Vndè ſententiam eorum, quos ſuprà *num. 22.* retulimus, tria, vel quatuor illa ſimul, vt alimenta, litiſquè ſumptus præſtari debeant, requirentium; meritò (poſt *Didac. Couar. Anton. Cordub.* & alios ab 28 eis relatos) impugnat, † & reprobat *Iacob. Menoch. d. lib. 1. præſumpt. 35. num. 3. & ſeq.* & ante eum *Petr. Rebuf. de ſent. prouiſi. art. 1. gloſ. 2. num. 5.* tenere quoque videtur.

Hac itaquè ſolutione, & fœdere, boniquè iuris pro paupere præſumptione ſtante, cætera quoque ſedantur argumenta contraria. Litigandi namquè temeritas compeſcitur; anſa tollitur, & occaſio; ſimulquè pauperum abſque diuitum iniuria neceſsitati ſubuenitur. Nec per hoc iniqua diuitibus infertur conditio: cum

præ-

præſumptio quę contra eos, in pauperum verò militat fauorẽ, id iure optimo operetur. Potiùſquè videretur iniquum, alimenta, litiſquè expenſas pauperibus in tali caſu denegari: cum non paupertati ſolũ, ſed iuſtitiæ, boni iuris præſumptione valatæ huiuſmodi concedatur fauor.

29 Sufficitquè tum temporis † pro paupere præſumptionem exiſtere, licèt poſtmodum contra eum veniat iudicandum, *text. in l. 1. §. Sedſi certum, D. de ventre in poſſeſſio. mittend. d. l. fin. C. de Carbon. edict. l. 1. §. Intereſſe, D. ſi mulier vent. nomin. vbi gloſ. verb. Sine cauſa.* Satius eſſe, ali non alendum, quàm fame necare alendum, notat, *Noſquè in axiomatib. & locis communib. iur. lit. A. numero* 208. notamus.

Non etiam obiiciendum, ſtare adhùc rationem illam naturalem, *Debere neminem contra ſe arma præbere.* Non enim contra ſe arma præbere dicitur, cuius cauſa iniqua iuris præſumptione vulnerata

30 eſt, † aduerſarijquè bona ſuperata. Proquè contraria parte in ſecundo argumẽto adducta iura, in caſu quo aduerſarius ab aduerſario inſtrumenta ad intentionẽ ſuam fundandam prætendit, loquuntur, ac procedunt; Nos ad iam fundatam, ad cauſamquè proſequendam, quæ non leuem boni iuris ſpecimen pro paupere præſefert, alimenta, litiſquè ſumptus deſideramus. Quo quidem, præſtandos forè, & ipſamet naturalis ratio ſuadet; ne ob pauperum impotentiam veritas occultetur, eorumquè ius pereat: & iura ſtatuunt, vt (præter in principio pro hac parte relata) probat etiam *text. in cap. Finem litibus, 5. de dolo, & cõtum.* Firma eſt enim 33 iuris reſolutio, Quòd licèt actori inſtrumentorum copia ad intentionem fundãdam, præſtanda non ſit: ad iam fundatam verò adiuuandam conceditur, ex *l. Qui concubinam, 29. §. Cum ita, el 2. & l. Prædijs, 91. §. Titio, D. de legat. 3.* notãt *DD. ad l. 1. & vltim. C. de edend.* & ita iudicauit Sabaudiæ Senatus, vt refert *Anton. Fab. in ſuo Cod. definit. lib. 2. titul. 1. defini. 1.*

Denique non obſtat ſuprà dictæ ſententiæ *text. in d. l. Imperatores, 17. D. de tutel. & ration. diſtrah.* Cui tripliciter re-

31 ſponderi poteſt. † Primò, ideo ibi alimẽtorum, litiſquè expenſarum prouiſionem exigenti tutelæ, curæve adminiſtratæ rationem, denegatam fuiſſe; quia pauper nõ erat, nequè aliquid vndè paupertas colligatur petentis rationes ex textu deprehenditur: quo caſu nulla ratio dictat, alimentorum, expenſarumquè prouiſionem faciendam. Secundò, pro exigente rationes præſumptionem ibi non ſtetiſſe: aliter enim ſi extaret, diſpoſuiſſet Lelislator; nec tunc eius procederet diſpoſitio, vt firmarunt *Boſius in tit. de aliment. præſtand. vxori, num. 2. & Petr. Surd. in tractat. de aliment. tit. 1. quæſt. 120. nu. 9.* Tertiò, ex ratione proximè dicta, quia qui rationes exigebant, ad intentionẽ ſuã fundandam, alimenta litiſquè deſiderabant ſumptus, quos iuſtiſsimè denegarunt Imperatores, conceſſuri, ſi iam fundatam proſequerentur, vt ſentit idem *Anton. Faber in ſuo Cod. defini. lib. 3. tit. 21. defini. 1. num. 1.*

Ex quibus, contrarijs reſponſum ſufficienter extat, manetquè firma concluſio, Præſtanda pauperi alimenta, litiſquè ſumptus, ſi pro ſe præſumptionẽ habeat. Quę ampliatur procedere in paupere etiã

32 cum Fiſco litigante, † qui tenetur pauperi de alimentis, neceſſariiſquè expenſis prouidere, argum. *l. 1. §. Quodſi Fiſcus, C. de Carbon. edict.* tenuerunt *Pariſ. de Put. in tractat. Syndic. verb. Expenſæ, num. 2. Palac. Rube. in repet. cap. Per veſtras, d. §. 39. numer. 3. Petr. Surd. de aliment. d. quæſt. 120. num. 15. Anton. Ricciul. in tractat. de iur. perſonar. extra gremi. Eccleſ. exiſtent. lib. 2. quæſt. 21. numer. 4. Nicola. Boer. deciſ. 303. num. 4. Ioann. Aloyſ. Ricci. deciſ. Curi. Archiepiſc. Neapol. 35. numer. 15. par. 4.*

Non ſolùmquè pauperi actori, ſed etiã reo † pro debito ciuili incarcerato ab aduerſario alimenta præſtanda, dixit celebris *gloſ. in l. fin. verb. Agnoſcere, C. de erogat. milit. annon. lib. 12.* tenueruntquè *Specul. in tit. Qui filij ſint legitim. §. fin. nu. 20. in fin. Addit. Bart. in l. Sanctum, num. 3. lit. B. D. de rerũ diuiſ.* dixitquè ſingularem *d. gloſſam Iaſ. in §. Item ſi quis, num. 93. inſtit. de action. & in l. Si victũ, num. 2. & 3. D. de re iudic. Felin. in cap. Ex reſcripto, in fin.* vbi etiam alij, extra *de iureiur. and. Aluarus Valaſc. d. conſult. 1. numer. 8. Petr. Surd. de aliment. titul. 1. quæſt. 69. num. 2. & quæſt. 71. numer. 1. & 2. & quæſt. 118. per tot. Cornel. Beninc. in tract. de paupert. ſpeciali 8. in iudic. numer. 22.* Limitantes per hoc dictum *Bartoli in d. l. Sanctum, D. de rerum diuiſ.*

di-

dicentis: Captum ſuis expẽſis viuere debere, quia intelligi debet, niſi pauper ſit, quia tunc ab aduerſario, qui eum in carcerem detrudi fecit, erit alendus, *Nicol. Boer.* (ſic pluries in Curia deciſum referens) *deciſ.325.num.1.in fin. Anton.Cordub.in d.l.Si quis á liberis,§.Solent,num.37.D.de liber.agnoſcend. Anton. Sola in decret.Sabaud.tit. de captura debit.gloſ.3.num.5.Carol.de Graſ.in tract.de exceptionib.in prælud.nu.115.Ioan. Baptiſt. Coſta de remed.ſubſidia.remed.72.Anton. Ricciul.d.tractat.lib.2.quæſt.21. num.7. & 9.* vbi, quòd ſi pauperi carcerato alimenta non præſtet, qui eum carcerare fecit, per carcerum Viſitatores excarcerari poterit, ex conſtitutione *Pij V.68. in ordin.§.3. & conſtitut. reformat. Pauli V. in §.24.nu.24.Ioan.Hieronym. Epiſcop. Campan. in ſuo Diuerſorio iuris, rubric. 11.cap.10.num.51.Ioann. Aloyſ.Ricci.in deciſ.Curiæ Archiepiſcop.Neapol.56.per tot.1.par.* vbi ita fuiſſe concluſum, teſtatur, & *deciſ.251.num.17.part.2. & in allegat.Ioan.Mariæ Nouar.numer.3.* poſt ipſiuſmet *Ricci.deciſ.109.ead.par.2. Lucas Matthæus de Apicella in tutamine pauperum,tit.4.de ceſsione bonorum, numer.48.*

Et quòd ſi creditor debitorem pauperem carceratum non alat, teneatur Iudex
34 eum è carceribus relaxare, † tradiderũt etiam *Franciſc.Ripa in l.Obligatione,nu.32. D.de pignor. & hypothec. Petr. Gerard.ſingul.73.Nicolaus Boer.deciſ.303. num.2.Ruginel.practic.quæſt.39.nu.68.* vbi ſic deciſum refert, *Ioan.Baptiſt.Pontan.de aliment.cap.11.num.7.Pet. Surd. eod.de aliment.tractat.d.tit.1. quæſt.71. num.3.* communem hanc ſententiam, & ſeruandam dicens, *Proſper Farina.prax. crimin.quæſt.17.nu.149. Aluar.Valaſc.* (ſic ſæpè iudicatum vidiſſe adſeuerans) *d.conſult.1.num.8.Anton.Gamma deciſ. 261.num.1.* vbi, quòd non ſemel ſecundũ hanc opinionem extitit per ſuos Collegas iudicatum, *Auiles in cap.Prætor.cap. 18.verb.Qual conuenga,num.5.Alphonſ. Montal.in l.2.verb.De pany agua,tit.8. lib.3.fori leg.Anton.Cordub.in dict.l. Si quis á liberis,§.Si vel parens,nu.60. cum ſeqq,* & ita per prædictam *gloſ.in d.l.fin. C.de erogat.milit. annon.lib.12.* quotidie iudicari, teſtatur *Melchior Pheb.in deciſ. Luſit.deciſ.3.num.1. & arreſto 2. in princip.* Id quod non ſolùm in paupere publicis adſtricto vinculis; ſed etiam in nobili
35 in domo carcerato † (vulgo, *Preſo en omenage*) procedere firmat, cui etiam à creditore miniſtranda fore alimenta, ſicut publicis vinculis carcerato, deciſum fuiſſe aſſerit, *Carol.de Graſ.vbi ſupr. nu.116. Ioann.Baptiſt.Coſta d.remed.27. Lucas Matthæ.de Apicel.ſupr.d.numer.48.* vbi, quòd ſi creditor, qui debitorem fecit in-
36 carcerare, non reperitur; † citebitur per proclama, & in *tit.1. de quinquennali dilatione,num.214.* inquit, in magna Curia obſeruari regulam: Vt fiat cõtra creditorem citatio, vt ad ſubminiſtrandum expenſas carcerato, ſtante eius paupertate, veniat, primaquè compareat die ad teſtiũ examinandorum ſuper paupertate iuramenta videndum; ac deinde capitur de paupertate informatio, conſtitoquè de ea ſummariè, imponitur decretum, Quòd creditor infra biduum debitori carcerato ſubminiſtret expenſas, aliàs liberabitur. Quòd ſi non infra dictum terminum ſubminiſtret, ſolet aliud interponi decretum: Vt infra aliud biduum ſubminiſtret, aliàs liberetur; & ſi incipit ſubminiſtrare, poſteaquè deſiſtit, decretum, quòd cõtinuet expẽſas, ſeu alimẽta interponitur, aliàs liberetur captus. Quas taxari dicit in magna Curia ſolere expenſas ad rationem ducati vnius pro quolibet menſe, niſi perſona carcerata ſit qualificata, & nobilis, quia tunc Iudicis arbitrio taxatio augebitur. Idemquè dicit, ſi debitor pauper
37 incarceratus infirmatus fuerit, † quia conſtito de infirmitate, ſolet magna Curia illum ad domum creditoris aſportari facere, vt ſuis illum ſumptibus curet, quẽ ſi creditor recipere noluerit, vel ei neceſſaria in infirmitate ſubminiſtrare, illum dimittere, & licentiare Curiam conſueuiſſe firmat, argum. *text. in l.1.§. Sed ſcimus, C.de Latin.libert.tollen.* & ita referentem adducit *Franciſcũ Ant. de Iudic. in ſuo tract. de liquid. inſtrumen.4.conſid. numer.72.* Sicquè ſe bis in ciuitate *Cauæ*, cum ibi Iudex eſſet, anno 1592. obſeruaſſe teſtatur. Sic & *Cataloniæ* ſtare ſtatutum *conſt.4. & 7.titul. de pauper. litigant. & conſt.3. de execut. cenſual.* (quę creditores ad quorum inſtantiam debitores ſunt incarcerati, alere eos debere iubent, aliàs ſi per duos naturales dies ceſſent, relaxandos) aſſerit *Ioan.Petr. Fontanel. in tractat. de pact. nuptialib. tomo 2.clauſul.6.gloſ.2.part.3.numer.71.*

*verſ.*

*verſ. Habebat*, & latiùs 1. *tom. clauſul.* 4. *gloſ.* 18 *par.* 4. *num.* 34.

Hanc tamen opinionem procedere putat, contenditquè *Aluar. Valaſc. ſuprà dicto numer.* 8. in caſibus tantùm, in qui-
38 bus ceſsioni bonorum locus non eſt. † Quia cum pauper carceratus cedendo bonis à carceribus liberetur, *text. in l.* 1. *C. qui bonis cedere poſſunt*: alimenta petere non niſi dum fit ceſsio poterit. Licèt contrarium (adhùc in iſto caſu) dicendum contendat, iudicatumquè dicat *Melchior Pheb. dict. arreſto* 2. Sententiæ tamen *Valaſci* (in puncto iuris) adhæredum puto, eiquè aſſentire videtur *Ioan. Hieronym. Campanil. dicta rubric.* 11. *capite* 10. *num.* 51. vbi ſaltem de debito euidenter apparet, nec debitor defenſionem aliquam legitimam, qua ſe tueri poſsit, habet; non verò aliter. Dum enim de debito euidēter non apparet, vt per debitoris confeſsionem, ſentētiam in rem iudicatam translatam, vel alias legitimas probationes, quæ executionem habeant, quibuſvè exceptio legi-
41 tima obiici non poteſt, cogendus non eſt quis bonis ſuis carere, eorumquè ceſsionem facere: & ſic expreſsè notat *Antonius Gamma dicta deciſione* 261. *numero* 4. *verſiculo*, *Quæ omnia procedunt*, *quando debitor iam eſt condemnatus in certa quantitate ipſi creditori ſoluenda*. Et ita veniunt intelligenda
39 † iura Regia in l. 2. *titulo* 8. *libro* 3. *Fori leg. & in l.* 4. *titulo* 16. *libro* 5. *nouæ Reg. Collect.* diſponentia, teneri creditorem per nouem dies de pane, & aqua debitori prouidere: quòd ſi intra eos ſoluere, aut fideiuſſorem dare debitor non potuerit, creditori (ſi creditor ipſe velit) inſeruire, vt ex operibus ſuis creditori ſatisfaciat, adſtringi: Vt procedant, locumquè habeant, ſi de debito conſtet euidenter, nullaquè ſit legitima debitori exceptio. Et ſic ea etiam diſpoſitione ſtante, tenebitur creditor pauperi debitori lite durante de alimentis prouidere, vt apertè ex earum legum contextura deprehenditur. Quæ ſententia limitanda videtur: Niſi eleemoſynis viuere pauper incarceratus poſsit; tunc enim non ei tenebitur
40 creditor ſubuenire † vt (argum. *text. in l. Iudices*, 10. *C. de Epiſcop. Aud.*) præ-dictam ſententiam limitarunt *Nicola. Boer.* (poſt alios ab eo relatos) *dict. deciſione* 303. *numero* 2. *Cornel. Benincac. dict. ſpecial.* 8. *in iudic. numero* 24. latè *Antoni. Gamma dicta deciſione* 261. *numer.* 2.

Cui tamen limitationi contradicit *Aluar. Valaſc. dict. conſultat.* 1. *numero* 8. *verſiculo*, *Verum tamen ego*. Vbi, quòd etiamſi Confraternitas Miſericordiæ carceratis alimenta præſtet, non ob id creditor à prouiſione alimentorum debitori incarcerato facienda excuſabitur: Cum pietatis cauſa incarceratos confraternitas non de rigore, creditorumvè intuitu alat, nec pauperi incarcerato ex ſolitis eleemoſynis de alimentis prouideret, ſi creditor alimenta debitori præſtaret; & ſecundum hanc opinionem in facti contingentia conſuluiſſe teſtatur. Qua etiam in re multum (iuxta ſuprà dicta) perſonæ operabitur conditio.

Non ſolùm autem carcerato pro debito ciuili alimenta debitori pauperi à creditore præſtanda ſunt; ſed etiam pro crimine † carcerato, qui interim ab accuſatore alimenta, litiſquè ſumptus ad ſui defenſionem habere debet: tradit latè *Nicola. Boer. deciſ.* 325. *per tot. Ioan. Baptiſt. Baiard. in addition. ad Iulium Clar. quæſt.* 46. *numer.* 12. *Sebaſtian. Guazin. de defenſion. reor. defenſ.* 6. *circa priuilegia carceratorum*, *cap.* 1. *num.* 1.

Aliàs à Curia erunt huiuſmodi expenſę ſubminiſtrandæ, † *Matthæ. de Afflict.* 42 *deciſ.* 71. *num.* 2. *Petr. Surd. de alimen. tit.* 1. *quæſt.* 72. *num.* 1. & 2. *Ioan. Baptiſt. Baiard. vbi ſupr. num.* 15. *Borgnin. Cauale. de brachio Regio par.* 2. *nu.* 284. de communi aſſerens, *Sebaſt. Guazin. loco proximè relato*, *num.* 1. & 3. *Philipp. Paſchal. de virib. patriæ poteſtat.* 2. *par. cap.* 2. *nu.* 87. etiam in quocumque delicto *Petr. Surd. vbi ſup. n.* 3. & *Sebaſt. Guazin. n.* 2.

Proquè his pauperibus carceratis alendis (ſi opus ſit) poterit imponi collecta, † 43 cum eos alendi onus ad Communitates ſpectet, vt cōmunem eſſe opinionem teſtatur *Borgnin. Cauale. de brachio Regio d.* 2. *par. nu.* 291. quem refert, & ſequitur *Sebaſtian. Guazin. d. cap.* 1. *num.* 3.

Etſi ad Iudicem ad quem, remiſsio carcerati pauperis facienda ſit; Iudicis à quo, 44 expenſis † mittendum fore, tenet *Ioan. Fab. in l. Minimè*, *C. de appel.* per *text. in l.* 1. *C. de cuſtod. reor. & auth. de defenſor. ciu.* § *Audiunt*, *colla.* 3. *Capel. Tolo. q.* 100.

*nu-*

*numer.* 2. Probaturquè ex *Actis Apoſtolorum, cap.* 27. vbi, quia *Paulus* ad *Cæſarem* appellauerat, eum cum cuſtodibus & Centurione Præſul *Feſtus* ad *Cæſarē* miſit. Eiuſquè expenſis remiſsionem factam fuiſſe, ex eo deprehenditur, quia nulla *Paulus* Apoſtolus habebat bona. Cum aliàs carceratus ad alium Iudicem
45 remiſsionem petens, ſuis ſumptibus † remittendus ſit, vt (ex *Bald. & Cardina. Alexand.*) tradit *Nicol. Boer. deciſ.* 103. *num.* 1. *ex text. in d. l. fin. C. de erogat. milit. annon lib.* 12. nec aliàs Iudex remiſſionem facere teneatur, vt (poſt *Practicā Conrad. tit. de inquiſit. nu* 12 *limit.* 9. *pag.* 249. *col* 2.) oſtendit *Proſper Farina. prima parte praxis criminal. quæſt.* 7. *num.* 39. *in princip. & verſ. Quòd ſi remiſsio, Didac. Couar. practic. quæſt. cap.* 33. *numer.* 5. *Iacob. Menoch. de arbitr. caſu* 228. *num.* 7 *& ſeq.*

Idemquè erit, ſi alius carcerati remiſ-
46 ſionem petat, † eiuſdem namquè carcerati ſumptibus (ſi ſoluendo ſit) facienda erit, ſecùs ſi pauper, nec ſoluendo, quia tunc expenſis accuſatoris, in eiuſquè defectum, Iudicis requirentis, vltimoquè loco, Iudicis requiſiti remiſsionem faciēdam, tradit (ex *Bart. Alex. Boer.* & aliis) *Carauita in ritibus mag. Curiæ, ritu* 235. *num.* 13. *& ſeqq. Didac. Couar. d. cap.* 33. *numer* 5. *Farinac. vbi ſuprà d. num.* 39. *verſ. Altera, & ſic tertia, & in fin. verſic. Bene verum eſt.*

Aduertendum autem, ſuprà traditam concluſionem principalem (quę pauperi litiganti præſumptionem pro ſe habenti alimenta, litiſquè ſumptus à collitigante diuite miniſtrandos, habet) intelligere multos, vellequè procedere in caſu tan-
47 tùm, quo pauper ad vniuerſitatem † bonorum ageret, maiorēvè hæreditatis partem peteret: ſecùs ſi perſonali actione, proquè aliquo ſuo credito, vel re ſingulari contenderet. In qua fuerunt ſententia *Petr. Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 120. *num.* 14 *Stephan. Gratian. diſceptat. Forenſ. cap.* 55. *num.* 49. cùm quibus ſimpliciter tranſit *Ioann. à Caſtillo controuerſ. d. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 14. *Ioann. Baptiſt. Coſta de ratione ratæ, quæſt.* 59. *nu.* 6. *& ſeq. Auguſt. Barboſ. in remiſ. ad leg. Reg. Luſitan. lib.* 2. *tit.* 9. *Dos Contadores, dos ſeitos, è cuſtas*, in hanc quoquè allegans *Aziniū in praxi Florent. §.* 32. *cap.* 2. *ampliat.* 30. *&* 31. *Coller. de proceſ. executi. cap.* 2. *nu.* 95. *& ſeq. par.* 1. *Bernard. Græu. ad pract. Camer. Imperial. lib.* 1. *concluſ.* 43. *conſiderat.* 1. *num.* 10. nouiſsimè etiam *Antoni. Ricciul. de iure perſonar. extra Eccleſ. gremium exiſtentium, lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 6. *Ioan. Petr. Fontanel. de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *glo.* 8. *part.* 12. *num.* 46. Qui omnes, authoritate *Ioan. Lupi in repet. cap. Per veſtras, d. §.* 39. *ampliat.* 18. *num.* 3. *verſ. Imò quod plus eſt*, mouentur. Qui tamen nullo modo id aut dicit, aut probat, neque huius partis ſequaces aliquam legem, efficacemvè rationem adducunt. Quare præſtanda à diuite collitigante pauperi alimenta, litiſquè ſumptus (iuxta à Nobis latè tradita) ſiue pro vniuerſitate bonorum, ſiue pro parte tantùm pauper contendat, indiſtinctè tenendum eſt. Cum vtrumquè ſimul caſum comprehendat tradita ratio, quę miniſtrandos pauperi litiganti piæſumptionem pro ſe habenti ſumptus, & alimenta dictat: Ne per impotentiam ius eorum pereat, veritaſquè opprimatur. Item quia *text. in d. cap. Ex parte*, 11. *& cap. Olim, de accuſation.* fieri prouiſionem diſponunt eis, qui ad vniuerſitatem bonorum nullo modo agunt. Et ſic reperii tenuiſſe *Rotam Romanam ex congeſtis à Farinat. in nouiſſim. par.* 2 *deciſ.* 749. *nu.* 5. reiecta *Surai*, ſequaciumquè diſtinctione: eamquè tenet indiſtinctè ſententiam *Ioan. Cephal. conſ.* 127. *num.* 10. *Ioan. Aloyſ. Ricci. deciſ.* 56. *Curiæ Archiepiſc. Neapolit. numer.* 9. *par.* 1. ſibiquè parùm conſtans *Ant. Ricciul. d. tractat. lib.* 2. *quæſt.* 21. *nu.* 2. *Ioan. Petr. Fontanel. de pactis nuptialib.* 2. *tomo clauſul.* 6. *gloſ.* 2 *part.* 4. *num.* 73. vbi ſemper pro hac ſententia, & contra dictā differentiam Senatum Cataloniæ iudicaſſe, aſſerit, *Oliuerius Beltramin. in annotat. ad deciſ. Alex. Ludouici* (Rotę quōdam Auditoris, poſtmodum què Romani Pontificis) *deciſ.* 189. *num.* 7. *lit. A.*

Dubium tamen eſt, An hodie (cum pauperum Aduocati, Procuratoreſquè vbiq; ſalariati extent) præſtandæ nihilominus
48 pauperi collitiganti hæ ſint expenſæ? † cum illi gratis pro pauperibus poſſulare debeāt, atquè Officiales auxilium præſtare, ſcripturas conficere & acta abſquè ſportularum ſolutione exhibere, vt *quæſt.* 28. deduximus latè. Dicendumque videtur, huiuſmodi expenſas à collitigante diuite pauperi miniſtrandas non eſſe, cum abſque eis cauſam proſequi, iuſque ſuum

va-

valeant pauperes conſeruare, quæ præcipua, & fundamentalis prouiſionis expenſarum fuit ratio, cumquè ea deficiat, ceſſabit, deficietquè earum huiuſmodi exactio. Ita ſentit *Ioann. Botta conſ. 64. nu.* 10. & poſt eum *Ioan. Baptiſt. Coſta de ratione ratæ, quæſt. 95. num.* 11. Dicit tamen *Fontanel. d. tract. 2. tom. clauſ. 6 gloſ. 2 p.* 4. *num.* 57. ſe vnquam ad id in illa Cataloniæ Prouincia, vbi Aduocati pauperum Procuratoreſquè exiſtunt, animaduerſum vidiſſe, ſed indiſtinctè prædictas dari expenſas. Idquè forſan accidere, vel quia viſum ſit, non ſemper talibus cauſam cõmitti poſſe, nec iuſtum eſſe, eorum Patronorum operis pauperes vti obligare; vel quia præter has, aliæ etiam ſunt litis expenſæ. Sicquè in illo Senatu *Bottæ* ſuprà relatam opinionem non practicari, prout neque in hiſce Caſtellæ Tribunalibus practicatur, ſed contraria, vt ſæpè iudicatũ vidi. Faciũtquè pro hac ſententia notata à *Nobis quæſt.* 31. *numer.* 13. & 19. *verſ. Licèt adhùc.* Itẽ quia dato, quòd *Bottæ, Coſtæquè* memorata ratio in eorum opinionem quoad litis expenſas trahere poſſet: quoad alimenta verò (à quibus gratuitum patrocinium non excuſare conſtat) nequiret. Præterea nec ab expenſis excuſabit: Illud namquè ita demũ Aduocati, Procuratoreſquè exhibere tenentur, ſi aliter ſibi pauperes prouidere non poſsint (vt *quæſt.* 28. *num.* 54. adnotauimus) in præſenti verò poſſunt. Quod ſiue pro pauperum iuuamine publicum percipiant, ſiue non ſtipendium, procedet. Cum iam nec paupertatis qualitas (boni iuris ſumum pauperis præbente cauſa) in id adſit; nec Aduocatorum, Procuratorumvè obligatio ſtipendio adaucta ſit; ſed quæ in quolibet anteà erat, in pauperum hodie aſsignatis Patronis reſideat. Deinde, quia etiam de publico ſalariati, pauperes vltra trium millium mora petinorum ſummam (iuxta *Hiſpaniæ*, quã *quæſt.* 4. *num.* 80. prædiximus conſuetudinem) habentes, gratis haud adſtringuntur iuuare. Quam tamen, multoquè etiã maiorem in bonis habentibus (paupertate ad hunc effectum, Iudiciſvè arbitrio probata) alimenta, litiſquè ſumptus à diuite pauperi collitiganti miniſtrandi erunt, vt ſæpè, in ſpeciequè infrà *num.* 54. & 71. notamus. Ex quibus, & Aduocatos, Procuratoreſquè à gratuitu in præſenti caſu patrocinio liberos exiſtere, &

diuites cum pauperibus litigantes (præfatam boni iuris præſumptionem habentibus) ad alimenta, litiſquè ſumptus eis miniſtrandos obligatos apparet.

Aliud præterea non abſimile ſubſequitur dubium. An filio, † vxorivè pauperi, aut quibus eadem ratio eſt, patrem, vel maritum diuitem habentibus, alimenta, litiſque debeantur ab aduerſario expenſæ? In qua pro vtraque parte rationes vrgent, & argumenta. In diuitis fauorem, ne collitiganti pauperi huiuſmodi teneatur prouiſionem facere; inducitur primò, quia ea non niſi pauperibus † ſit, *dictis iuribus ſuprà num.* 7. eſtque communis, concorſque omnium nemine diſcrepante in hac Doctorum ſcribentium materia ſententia: & ita (poſt antiquiores) obſeruarunt *Didac. Couar. Lara, Ludouic. Molina, Menoch. Valaſc. Alexand. Trentac. Cæſar Barz. Cardin. Tuſch. Ludouic. Caſſan.* quos refert, & ſequitur *Caſtil. d. lib.* 3. *cap.* 27. *à num.* 4. *cum ſeqq.*

Ideoque ſuperuenientibus diuitiis † ceſſat alimentorum, expenſarumque prouiſio, vt proximè adducti, pluresque alii relati, & ſequuti à *Ioan. Petr. Fontanel. d. tom.* 2. *clauſul.* 6. 3. *par. gloſ.* 2. *num.* 73. notant. Sicut creſcente inopia, † & alimenta quoque creſcere debent, *Cardin. Franc. Mant.* (poſt alios à ſe relatos) *deciſ.* 331. *numer.* 3. 5. & 6 *Fontanel. vbi ſuprà numer.* 74. & *ſequentib.* Sic iudicatum referens.

Vndè ab eo qui litis expenſas, alimentaque ſibi præſtanda contendit, paupertatem priùs (tanquam intẽtionis ſuæ fundamentum) probari † oportet, *Bart. Paul. Caſtr. Alexand. Iaſo. Deci. Afflict. Benin. Boer. Valaſc. Barzi.* & alii adducti per *Caſtil. vbi ſupr. num.* 5. *Fontanel. d. clauſul.* 6. *gloſ.* 2. 4 *par. nu.* 22. in quo omnes concordare dicit, *Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 552. *numer.* 10. *Rotæ Roman. coram Alexãd. Ludouicio* (tunc eius Auditore) *deciſ.* 189. *num.* 1. *Moli. de Hiſpan. primog. lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 46. *Aluar. Valaſ. conſult.* 7. *nu.* 7. *Alex. Trentac. variar. reſolut. lib.* 7. *tit. de aliment. reſolut.* 7. *nu.* 32. *Ludouic. Caſſan. conſ.* 25. *nu.* 8. 9. & 12. & diximus *quæſt.* 5. *num.* 11.

Debetque in ſpecie, † reſpectu effectus de quo agitur, probari paupertas; ac ideo non generalis paupertatis probatio, ſed talis ob quam non poſsit quis ſe, & litem ſuſtinere requiritur, *Cardina. Se-*

*raphi. deciſ. 426.* quem refert, & ſequitur *Oliuer. Beltramin. in annot. d. deciſ. 189. nu. 7. lit. A, verſ. Paupertas debet probari*, & fuiſsè dictum teſtatur in *Cordub. Capellaniæ, 8. Nouemb. 1610. coram R. P. D. Ortembergo*, diximuſquè *q. 4. n. 81.*

Qui autem ab alio alimenta conſe-
55 qui poteſt, pauper non dicitur, † *Petr. Surd. de aliment. titul. 7. quæſt. 37. à num. 1. & tit. 1. quæſt. 23. numer. 12. & 13. & quæſt. 103. numer. 3. Thom. Sanchez in præcept. Decalog. lib. 1. capit. 14. num. 6. in fin. Ludouic. Caſſanat. conſil. 27. num. 9. & 10.* plures huius ſententiæ referens, *Oliuer. Beltramin. in annotat. ad d. deciſ. 189. numer. 7. verſiculo, Paupertas debet probari, Stephan. Gratian. diſceptation. Forenſ. capit. 132. numer. 46. & diſceptat. 552. numer. 18. Franciſc. Viui. deciſ. 523. numer. 15. Ioan. Petr. Fontanel. d. clauſ. 6. gloſ. 2. part. 4. numero 55.* Et in ſpecie noſtra decidit *Rota Roman. ex congeſtis à Farin. in deciſ. nouiſsi. 2. p. deciſ. 470. n. 5.*

56 Secundò, quia obligatio parentum circa filios, † vel filiorum circa parentes, coniugiſvè circa coniugem, & antiquior, & potẽtior eſt, ac ideo poſteriori, minuſquè potẽtiori aduerſari diuitis cum paupere litigantis obligationi præualere debet, ex vulgatis iurib. notatiſquè à *Nobis quæſt. 11. num. 11. & 16.*

57 Tertiò, quia parentum, † filiorum, vel coniugis obligatio (quando ſaltem maritus indotatam coniugem recepit) certa, indubitataquè eſt, nulluſquè ad obligationis cognitionem deſideratur euentus, ſemper enim de ea conſtat: At collitigantis obligatio dum lis ex integro finem non recipit (quantuncunque pro paupere adſit preſumptio) dubia eſt, & incerta. Certa autem, & indubitata obligatio incertæ, & dubiæ præualere debet, nec certa pro incertis dimittenda ſunt, *l. Cum Titio, D. ad leg. Falcid. l. Nõ quemadmodum, D. de iudic. l. Si ſtipulatus, D. de fideiuſſor. Stephan. Gratian. diſception. Forenſ. tomo 5. capit. 884. nu. 28.*

Et licèt vtrumque remedium (conſe-
58 quendi nempè à parentibus, filiis, vel cõiuge, alimenta, necnon à diuite collitigante) ſubſidiarium † ſit, ſolũquè in defectum aliorum bonorum, vndè percipi alimenta poſsint, concedatur (vt in parẽtibus, & filiis diximus *quæſt. 4. §. 3.* in collitiganteque diuite ſatis ex ſuprà dictis conſtat, præcipuè *nu. 50.*) multo tamen minùs ſubſidiarium remediũ eſt, quod filio aduerſus patrem, vel è cõtra, coniugi vè aduerſus coniugẽ pro alimentis conſequendis, quã quod pauperi litigãti aduerſus collitigantẽ conceditur, ex proximè tradita ratione, ex obligationiſquè origine, quod nemo eſt, qui non videat. Vbi autẽ duo adſunt ſubſidiaria remedia, minus ſubſidiarium † 59 prævalet, vt latè in materia *auth. Præterea, C. vnde vir, & vxor*, in ſecunda huius tractatus parte deducimus.

60 Contrariã tamen ſententiã † (etiam in iſto caſu præſtandas litis expenſas, alimẽtaq; pauperi collitiganti) tenuerunt *Guid. Pap q. 56. Steph. Grati. diſcept. Forenſ. c. 120. n. 52.* hancq; veriſsimã credit reſolutionẽ *Ioan. à Caſtil. d. lib. 3. c. 27. n. 15. & ſeqq.* ſeruandamq; omnino dicit, *nu. 17. in fin.* in cuius cõfirmationẽ reſpondit *Ioan. Baptiſt. Ferret. conſ. 34. n. 9. lib. 1.* in caſu Patauino, in quo lata fuerat ſententia, D. Clementiã eſſe vxorẽ D. Marci Antonii de Sancto Vitor. notarii matriculati diuitis, multumq; ex officio lucrantis, ab ipſoq; alimenta, & litis expenſas, appellatione non obſtante, neque quòd vxor ipſa patrem diuitẽ haberet fore, præſtandas, ac deberi, quẽ refert, & ſequitur *Ioan. Ant. Mangil. in tract. de imputat. q. 168. nu. 1. circa fin.*

Cuius rei rationẽ adducunt ſuprà dicti, quòd leges prouidentes pauperi litiganti de alimentis, litiſquè ſumptibus, non aliorum diuitias, ſed ipſius litigantis reſpexerunt paupertatem.

Præterea, quia licèt à parente filio, vel è contra, aut à coniuge coniugi pauperi alimenta præſtanda ſint, non tamen litis expenſæ, neqs ad id adſtringi poſſunt. Ideoquè penes diuitem collitigantem remanere obligationem contendunt.

Qua tamen in ſpecie (licèt indiſtinctè ſuprà relati miniſtrandos pauperi litigãti litis ſumptus, & alimenta teneant) diſtinguendũ inter alimenta, & litis ſumptus (quorũ diuerſa ratio, obligatioq; diuidua
61 eſt) exiſtimo. Vt pro alimentis † teneantur pater, filius, vel cõiux diuites, quippè anteriori, potẽtioriq; obligatione adſtricti: pro litis verò ſumptibus, collitigãs. Sicut enim pater pro litis ſumptibus pauperi filio non teneretur; nec erit æquũ pro alimentis, ad quę pater adſtrictus eſt, collitigantẽ teneri. Quo in caſu ſuprà relata militant argumẽta, idq; verũ omnino iudico.

Videndum nunc ſupereſt, vtrùm recipiens alimenta, litiſq; expenſas, debeat ea
62 ſi ſuccumbat, reſtituere; † ſi vicerit compenſare? Et (vt antiquiores omittam) *Pet. Surd. de alim. tit. 1. q. 124.* (qui quæſtionē hanc latè diſſerit, præſertim à *num. 4.* ex ſententia *Bart. Maſuer. Boer.* & aliorum) nec imputanda, neque reſtituenda aſſerit. Cuius rationes, & argumēta extollit (veriorē hanc ſententiam dicens) *Ioan. à Caſtillo d. c. 27. nu. 71.* contra *Couar.* & alios, ita etiā tenet *Aluar. Valaſc. d. conſul. 1. n. 7. Vincent. de Franch. deciſ. 114. nu. 1. & ſeq. Ioan. Petr. Fontanel. de pact. nupt. tomo 1. clauſ. 4. gloſ. 18. p. 4. n. 79. & tom. 2. clauſ. 6. gloſ. 2. p. 4. nu. 54. Ioan. Aloyſ. Ric. deciſ. Curiæ Archiep. Neapo. 251. n. 19. & ſeqq. p. 2. Hercul. Mareſco. var. reſolut. lib. 2. cap. 83. nu. 26. Rota in Romana bonorum de Cecchis 14. Nouemb. 1603. coram bonæ memo. Penia, & in Romana Saluiani 27. Mai 1613. corā Cardinali Sacrato*, improbato *Couar.* teſte *Oliuer. Beltramin.* qui (tā ſequitur) *in annot. ad d. deciſ. 189. num. 7. verſ. Sciendum eſt autem, Fab. de Anna. conſ. 102. lib. 2. num. 1.* licèt *ſequentib.* contrarium nitatur defendere.

Vndè deducunt omnes ſuprà dicti, in iſto caſu non teneri recipientē alimenta, litiſquè ſumptus, de reſtituēdo † cauere,
63 contra *Didac. Coua. practi. cap. 6. nu. 7.* & (præter ſuprà relatos, *Boerio* tantum, & *Surdo* allegatis) ita tenet *Pyrrh. Maur. de fideiuſſor. 1. par. ſect. 3. cap. 8. num. 2. verſ. Contrarium tamen, fol. mihi 103. Petr. Surd.* etiam *de alim. tit. 1. quæſt. 125. per tot.* & ita iudicauit *Rota*, teſte *Beltramin. ſuprà.*

Sed licèt prædictam ſententiam (neque reſtituenda, neque cōpenſanda alimenta, & litis expenſas pauperi litiganti præſtita, in caſu ſuccumbentiæ, † quando nempè victus eſt pauper) veram iudicem, omninoq; tenendam, ex ratione *text. in d. l. 1. §. Intereſſe. D. ſi mulier ventr. nomin.* non obſtante eius reſtrictione, quam intendit facere *Couar.* ſuprà, quam etiam tenet ſententia in iſto caſu *Ludouic. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 16. n. 39. 42. & 43. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 1. d. præſumpt. 35. nume. 36. & 37. Borgnin. Caualcan. deciſ. 23. numer. 25. part. 1.* multos alios referens ibid. & *in repertor. eiuſd. 1 part. verbo, Poſſeſſor fructuum.*

In caſu tamen, quo pauper victor extitit, diſtinguēdum puto, Quòd aut aduerſarius iuſtam habuit litigandi cauſam, eaquè ratione in expenſis condemnandus non eſſet, † iuxta *text. in l. Eum quem temerè, 78. D. de iudic. & in l. Properandū, 11. C. eod.* & vtrobique notant Scribētes, *Bald. in l. Generaliter nu. 10. C. de Epiſc. & Cler.* vbi, quòd probabilis cauſa litigādi, ab expenſarum ſolutione excuſat, latè-
64 què proſequitur *num. ſeq.* Eſtquè de iure Regio expreſſus *text. in l. 8. tit. 22. p. 3. & ibid. Greg. Lop gloſſin.* ad huiuſmodi excuſationem iuſtam cauſam in veritate nō requiri, ſed ſufficere eam, quæ iuſta reputabatur, notat. Aut iuſtam litigādi cauſam non habuit, in expenſiſq; condemnandus
24 Secundus ſi incontinenti † non adeſſet factorum melioramentorum probatio; tradit (ex *Bald. conſ. 309. in fin. lib. 2.*) *Menoch vbi ſuprà, num. 572.* cui aſſentit *Marreſ. d. num. 22.*

Adeò autem prædictæ expenſæ, & melioramenta debentur, vt etiamſi res ipſa in qua facta ſunt, vel eademmet pe-
25 rierint melioramēt, † eorum adhuc æſtimationem conſequi poſsit, qui ea fecit, modò abſquè eius culpa perierint; formalis, & expreſſius *text. in l. Sed an vltro, 11. §. 1. & in l. Siuè hæreditaria, 23. D. de negot. geſt. text. in l. Et in totum, 4. D. de impenſ. in reb. dotal. fact. in l. Domus, 61.* (aliàs 58.) *D. de leg. 1. l. Mulier, 22. §. Sed enim, verſ. Sed & ipſe, D. ad Senat. Conſ. Trebell. l. Si neceſſarias, 8. D. de pignor. act. Bart. in d. l. In fundo, num. 6. & 8. D. de reiuendic.* plures referens *Tir. aqu. de retract. conuent. §. 7. gloſſ. 1. num. 10. Marſcot. variar. reſolut. lib. 2. d. cap. 109. num. 7. Menoch. d. remed. 15. num. 112. & 521.*

Quæ tamen ſententia communiter intelligi, & declarari ſolet, locum habere, indubitatamquè in eo eſſe, qui alieno nomine rem detinet, vt in depoſitario, commodatario, negotiorum geſtore, & ſimilibus, vt in *d. l. Sed an vltro, 11. §. 1. & in dict. l. Siuè hæreditaria, 23. D. de negot. geſt. d. l. Planè, 38.* (aliàs 41.) *D. de pet. hæredit.*

In eo autem, qui nomine proprio poſſidet, an re meliorata perempta, debeat nihilominùs melioramentorum expenſas habere? contentio eſt. In qua *Bartol.* diſtinctio tradita in *d. l. In fundo, num. 6. & 8. D. de reiuendic.* (differentiam inter ſimplicem poſſeſſorem bonæ fidei, nullum aliud ius in re habentem, & eum, qui aliquod ius etiam reuocabile habet, conſtituens) frequentiori Doctorum calculo recepta eſt. Vt ille (bonæ fidei ſcilicet ſimplex poſſeſſor) re meliorata perempta, ſumptus, melioramenta nè repetere non poſsit: hic (ius nempè aliquod habens) repetat, vt in *d. l. Et in totum, 4. D. de impenſ. in reb. dotal. fact. & in l. vnic. §. Taceat, verſ. Cum enim neceſſaria, C. de rei vxor. act. & in d. l. Domus, 61. & in dict. l. Mulier, 22. §. Sed enim, verſ. Sed & ipſe*, ita etiam (*Bartolum* ſequendo) tenent *Paul. Caſtr. in d. l. Domus, num. 2. in fin. C. de reiuendic. Alciat. in l. Impenſæ, num. 6. D. de verbo ſignif. Nicol. Boer. d. deciſ. 44. num. 14. Anton Gomez in l. 46. Taur. num. 2.* latè comprobat, & defendit *Petr. Barboſ. in d. l. Diuortio, §. fin. part. 1. num. 63. verſ. Amplia tertiò, & num. 64. & 65.* vbi carpit *Menoch. d. remed. 15. num. 112.* dicentem, ſentire Doctores etiam re perempta bonæ fidei poſſeſſorem expenſas deducere poſſe, ab eoquè cauendum admonet, intelligendoſquè Doctores per illum adductos, in eo, qui præter poſſeſsionem aliquod habet dominium: ita etiam *Roland. à Valle d. conſil. 28. num. 18. lib. 1.* communem dicit *Aluar. Valaſc. de iure emphyt. d. quæſtione 25. numero 25. Pat. Molina dicta diſputat. 463. numero 8. litera E. Hercul. Mareſcot. d. cap. 109. num. 8.*

26 Cuius ſententiæ ea redditur ratio, † Quia bonę fidei poſſeſſor nō aliter, quàm retentionis iure, doli mali exceptione oppoſita, melioramenta conſequitur, idquè ex æquitate *d. l. Sumptus, 49. D. de reiuendic.* ibi: *Verum exceptione doli oppoſita per officium Iudicis æquitatis ratione ſeruatur. d. l. Si in area, 33. D. de condict. indebit.* ibi: *Nullo alio modo, quàm per retentionem impenſas ſeruare poſſe*, text. *in d. l. Paulus, 14. D. de doli mal. & met. except.* cuius verba ſunt: *Paulus reſpōdit, eum qui in alieno ſolo ædificium extruxerit, non aliàs ſumptus conſequi poſſe, quā ſi poſsideat, & ab eo dominus ſoli rem vēdicet; ſcilicet oppoſita doli mali exceptione.* Re autem perempta, retentioni locus non eſt, ideòquè ſumptus in ea factos cō-

ſequi

ſequi bonæ fidei ſimplex poſſeſſor non poterit.

Quæ licèt impugnari ratio valeat, ex æquitate *leg. Si & me, & Titium*, 32. *in fin. D. de reb. credit.* & quod ibi *not. Paul. Caſtr.* ex rationeque *text. in dict. l. Domum*, 5. *C. de reivendic.* & *text.* præcipuè *in l. Quod ſi nulla*, 63. (aliàs 60.) *D. de legat.* 1. vbi hæc Iulianus: *Quòd ſi nulla retentione facta, domum tradidiſſet, incerti condictio ei competet, quaſi plus debito ſoluerit.* Per quem non nudam tantùm retentionem, ſed & actionem, incertique cõdictionem poſt rem melioratam reſtitutam pro melioramentorum æſtimatione conſequenda competere, dixerunt *Practic. Papienſ. in form. reſponſionis rei conuenti, Gaſpar Anton. Theſaur. quæſt. Forenſ. lib. 1. quæſt. 79. num. 2. Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ. tom. 1. cap. 193. num. 25. 26. & 27.* Licèt contradicat, erraſſeque huius partis ſequaces (cũ multis, quos refert) profiteatur *Antonin. de Amat. d. reſolut. 14. num. 54.* Cui contrariæ communi reſolutioni (in caſu præcipuè, terminiſque rei peremptæ) & ipſe adhæreo, cum declarationibus ab eodem *Amato ibi numeris ſeqq.* eidem aſſignatis, qui ad longum, eruditeque materiam proſequitur.

Intelligenda item prædicta communis ſententia, & limitanda eſt, ſi bonæ fidei ſimplex poſſeſſor iudicio particulari,
27 † ſecùs ſi vniuerſali petitione hæreditatis agat; tunc enim licèt res in qua melioramenta facta ſunt, perierit; poterit aliam nihilominùs retinere, quoniam illa tanquam in parte hæreditatis fecit. Sic tradunt *Andr. Tiraquell. de retract. conuent. §. 7. glo. 1. num. 10. in fin. Nicol. Boer. dict. deciſ. 44. num. 14. Andr. Alciat. in l. Impenſæ, nu. 6. D. de verbor. ſignific. Marc. Anton. Peregr.* (communem dicens) *de fidei commiſſ. art. 50. num. 30. part. 1. Anton. Gomez in d. l. 46. num. 2.* latè *Petr. Barboſ. in d. l. Diuortio. §. 1. part. 1. nu. 64. & 65. Pat. Molina d. diſputat. 463. n. 8. lit. D.*

Hinc, alia inter bonæ fidei ſimplicem poſſeſſorem meliorantem; & eum, qui aliquod dominium habet differentia deſcẽdit: vt ſimplex bonæ fidei poſſeſſor fructus cum expenſis, aut melioramentis cõ-
28 penſet; † dominium verò aliquem vè titulum à domino habens, integras, illibataſque melioramentorum expenſas de lucat, abſque eo quòd cum fructibus fiat aliqua compenſatio, cum eos fructus iure dominij adquiſierit; ſimplex verò bonæ fidei poſſeſſor, ex re aliena, & non iure proprio. Ideòque fructus cum melioramentorum expenſis compenſare debere; eſt *text. in cap. Ad noſtram*, 11. *de rebus Eccleſ. alien. vel non text.* expreſſ. *in d. l. Sumptus*, 48. (aliàs 49.) *& in l. Emptor*, 65. *D. de rei vendic.* caueturque nominatim in *l. 41. tit. 28. part. 3. verſ. Empero ſi algunos frutos orentas*, & ibi notat *Gregor. Lopez gloſſ. 5. verb. Que deſcuente en ellas, & d. l. 44. eod. tit. & part. verſ. Empero ſi el eſquilmò algunos frutos*: obſeruant *Curt. Iunt. conſ. 165. numero 15.* vbi teſtatur de communi, *Felin. in cap. Cum cauſa, num. 29. de ſent. & re iudic. Carol. Ruin. conſ. 14. num. 3. & conſ. 38. num. 28. lib. 1. Hercul. Mareſcot. variar. reſolut. d. lib. 2. cap. 112. num. 37. Anton. Capit. deciſ. 93. num. 12. Anton. Gomez d. l. 46. Tauri, num. 2. Arias Pinell. in d. l. 2. part. 2. cap. 4. num. 62. C. de reſcind. vend. Andr. Gaill lib. 2. practic. obſeruat. d. obſeruat. 121. num. 14. Anton. Gamma deciſ. 310. num. 4.* communem dicit *Ludouic. Molin. d. diſput. 463. num. 9. Petr. Barboſ. in dict. l. Diuortio, §. fin. 1. part. num. 41. verſ. Ex qua ratione, Marc. Anton. Peregr. de fidei commiſſ. d. artic. 50. num. 64. in princip. & num. 66.* & alii ex infrà proximè referendis.

Eum autem, qui dominium aliquod (quantuncumque reuocabile) in re habet,
29 computare cum fructibus † expenſas melioramentorum non debere; tradit *gloſſa in d. l. Emptor, 65. verb. Superfluum, D. de reivendic.* vbi communiter Scribentes, *Bart. & DD. in d. l. Sumptus, 49. D. eod. & in l. Inſulam, §. 1. D. ſolut. matrimon. Carol. Ruin. conſil. 24. num. 10. lib. 1. Decius conſil. 518. à num. 2.* vſq; ad fin. *Paul. Caſtren. conſil. 237. num. 4. lib. 1. Tiraq. de retract. conuent. §. 7. gloſſ. 1. num. 4. Nicol. Boer. d. deciſ. 44. num. 16.* latè *Roland. à Valle d. conſil. 28. num. 15. & ſeqq. lib. 1. Iacob. Menoch. d. remed. 15. numero 578. & ſeqq. Bertaz. conſil. 79. num. 19. & conſil. 102. numero 73. Marc. Anton. Peregrin. d. art. 50. num. 64.* communem dicens, nominatimque de marito, emphyteuta, vaſſallo, vſufructuario, emptore, hærede per fideicommiſſum de reſtituendo grauato, conductore, & colono agens, de quibus etiam agendo, latè

pro-

proſequitur *Hercul. Mareſcot. d. lib. 2. cap. 112. num. 38.* cum pluribus ſeqq. vbi de communi *Didac. Couar. variar. lib. 1. cap. 8. num. 4. Gregor. Lopez in dict. l. 41. tit. 28. part. 3. gloſ. 5. verb. Que deſcuente en ellas. Petr. Barboſ. in d. l. Diuortio, §. fin. part. 1. num. 39.* & latiùs *num. 44. Pinell.* (communem ſententiam dicens) *in dict. l. 2. part. 2. cap. 4. numero 62. Ludouic. Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 26. nu. 14. verſ. Nec in hoc caſu, Anton. Gamm. deciſ. 310. num. 5. & 6. Ant. Gabr. commun. concluſ. tit. de adquir. rer. domin. concluſ. 1. num. 4. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin. 58. num. 12. 15. 20. 21. & 34. Ioann. Gart. de expenſ. cap. 23. num. 58. Borgnin. Caualc. deciſ. 44. num. 16. & ſeq. part. 1. P. Molina d. tract. 2. diſp. 463. num. 2. & 13.* vbi communem dicit, *Melchior Pelaez de maiorat. 4. part. quæſt. 32. num. 5. verſ. Et eſt aliud notabile, Andr. Gaill d. lib. 2. obſeruat. 121. num. 4.*

Quod etiam extendit *Hercul. Mareſcot. ſuprà, d. cap. 112. num. 44.* in fructibus ab hærede de reſtituendo grauato
30 poſt purificatum † fideicommiſſum perceptis, ſi in reſtituendo moroſus non fuerit, ſed fideicommiſſarius ipſe, quia tunc hæres fructus lucratur, *l. Infideicommiſſariam, 18. D. ad S. C. Trebell.* Nec cum melioramentis, aut melioramenta cum eis compenſare tenetur, adducit in id *Ioann. Cephal. conſil. 49. num. 22. & 23. lib. 1. Carol. Ruin. conſil. 117. libro 3. Aym. Crauet. conſil. 316. num. 2. Anton. Gabr. concluſ. 121. num. 58. verſ. Fructus autem perceptos poſt diem, lib. 1.* Pro qua ſententia eſt *glo. 1. in d. l. Infideicommiſſariam*, quod aliquibus modis limitat *idem ipſe Mareſcot. d. loco, numero 45. & ſeqq.*

Ex quibus meritò reprehendit *Petr. Barboſ. in d. l. Diuortio, §. fin. part. 1. num. 44. Ioannis Gart. de expenſ. cap. 16. num. 36.* ſententiam, tenentis, maiotatus poſſeſſorem, qui magnas in litibus agitãdis, ad perpetuamquè maioratus vtilitatem impenſas fecit, eas repetere poſſe; ſi tamen fructus pro expenſis ſufficerent,
31 † cum expenſis computãdos. Cuius cõtrarium (ex *gloſſ. in d. l. Emptor, 65.* quam ſingularem ſæpè teſtatur) latè defendit *Barboſ. ſuprà.*

Quod autem ſimplicem bonæ fidei poſſeſſorem debere melioramenta cum fructibus compenſare diximus; limitandum, & intelligendum eſt procedere in
32 fructibus ex re ipſa, † ſecùs in fructibus ex ipſis melioramentis perceptis, quos integros, illibatoſquè bonæ fidei poſſeſſor debet habere, vt tenet (poſt alios ab eo adductos) *Ioann. Gart. de expen. c. 23. num. 56.* vbi communem teſtatur, & receptam ſententiam, aliis etiam relatis tenet, communemquè dicit *Hercul. Mareſ. variar. reſol. lib. 2. cap. 76. num. 30. & d. cap. 112. num. 52. & 53.* vbi communiorem, & in praxi magis receptam, & apud Rotam ſæpè obſeruatam fatetur, & ſecundum eam iudicatum, tentumq; fuit apud *Cardin. Pute. deciſ. 275. lib. 3. Aluar. Valaſc. de iure emphyt. d. quæſt. 25. num. 26.* vbi Luſitanum Senatum quotidiè ſecundum eam iudicare aſſerit, de eademque obſeruantia apud eundem Luſitan. Senat. teſtatur *Anton. Gamma deciſ. 364. in princip.* quod aduerſus nouiores defendit collegas, & ibid. eius *Additi. & deciſ. 49. ad fin.* ſequitur *P. Lud. Molin. d. tract. 2. diſputat. 463. num. 9. Borgnin. Caualcan. deciſ. 28. num. 8. in additione*, quam ad ipſam fecit *ibidem; part. 1. & deciſ. 32. num. 27. part. 2. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 7. num. 12. & 13. Vincent. de Franch. deciſ. 191.* & latiùs *deciſ. 705. per tot.* vbi ita iudicari ſolitum, teſtatur, *Cardinal. Tuſch. practic. concluſ. lit. M. concluſ. 178. nu. 10. & 19. Pelaez de maiorat. d. 4. part. quæſt. 32. à num. 10. cum ſeqq. vſquè ad num. 19. excluſiuè*, magis æquam, & communem dicens, ſentiens etiam (ex *Afflict. deciſ. 85. & Burſat. conſil. 84. num. 37.*) in melioramentis à malæ quoquè fidei poſſeſſore factis procedere, vt nec cum fructibus compenſentur; ſic generalitatem *text. in d. l. 41. & 44. tit. 28. part. 3.* limitans, & intelligens: tenent præterea dictam ſententiam *Franciſc. Stephan. deciſ. 81. nu. 3. & 6. Ioann. Aloyſ. Ricci. Collect. dec. 150. ad fin. Marc. Anton. Pereg. d. art. 50. num. 67. Petr. Surd. deciſ. 282. num. 30. & deciſ. 294. num. 11. Rota Roman. Diuerſor. deciſ. 112. nu. 1. part. 2. & ex collect. d Farinac. nouiſſim. deciſ. 435. num. 15. part. 1. Ioann. Baptiſt. Coſta de ratione rat. quæſt. 136. num. 18.*

Mouentur omnes per *text.* (qui multum pro ea facit) *in l. Cæterum, 32. verſ. Improbè tamen, D. de reiuendic.* Et ex eo, quia melioramenta propria ipſius ſunt, qui ea ſuis ſumptibus fecit, cum &

bonam

bonam fidem habuerit, ſuoſque fructus fecerit; nullaquè in hoc caſu rei domino, cui reſtituenda eſt, iniuria fiat, cū non factis melioramentis, nil plùs quàm fructus ex re ipſa percipiendi, ac computandi forent.

Licèt contrariam ſententiam (imputanda ſcilicet cum fructibus etiam ex ipſis melioramentis perceptis, melioramenta, ſuperiori reſpondentes fundamento) tenuerint *Didac. Couar. variar. lib. 1. cap. 8. num. 4. verſ. Proximæ quæſtioni, & verſ. Quid igitur*, quem ſequuntur *Iacob. Menoch. de recuper. poſſeſſ. dict. remed. 15. num. 609. in fine, & num. 610. Petrus Barboſ. in d. l. Diuortio, §. fin. 1. part., num. 49. verſic. Sed his non obſtantibus*, latè contrariis reſpondens *nu. 51. & 52. P. Thom. Sanchez in præcept. Decalog. lib. 2. cap. 23. num. 105. & num. 147. verſ. Tenetur etiam poſſeſſor bonæ fidei*; & in hanc inclinat *Greg. Lopez in d. l. 41. tit. 28. par. 3. verb. Que deſcuente, in fin.*

Quorum opinio licèt in puncto iuris, de eiuſquè rigore verior videatur: prior tamen contraria, & iuri conſona eſt, & magis æqua. Ita (veram, & æquam dicens) firmat *Peregrin. vbi ſuprà. dicto num. 67.* in iudicandoquè, & conſulendo eam ſeruandam, quia æqua, dicit *Flores Diaz de Mena in addit. ad Anton. Gammā d. deciſ. 364. Marius Giurba in conſuet. Senat. Meſan. cap. 15. gloſſ. 8. num. 4. part. 1. & deciſ. 105. numero 19.* vbi ita ſæpiùs Conſiſtorium teſtatur iudicaſſe, *Muñoz de Eſcobar de ratiocini. tom. 2. computat. 13. à num. 2. cum ſeqq.* ab hac in iudicando, & conſulendo recedendum non eſſe *num. 8.* dicens, cum in forenſibus *Hiſpaniæ* tribunalibus frequentiùs fuerit obſeruata, licèt in puncto iuris contraria *Couarr.* & ſequacium verior videatur. Vnde ipſemet *Couar.* loco proximè relato (in Cæſaraguſtana editione, referens *Aluarum Valaſc.* in eiuſq; ſententiam inclinans) ſe ſcire addit, aliquando in tribunalibus Caſtellæ eodem modo fuiſſe iudicatum, in *Rotaq; Romana* ſæpè ſecundum hanc fuiſſe deciſum, vidimus ſuprà.

Quæ in fructibus etiā poſt litē cōteſtatā ex melioratiōnibus perceptis † ampliatur procedere ſentētia, vt (relato *Peregr.*) contendit *Herc. Mareſ. d. c. 112. n. 54. & ſeqq. Sacca. conſ. 43. nu. 2. Mar. Giurb. in conſu. Senat. Meſan. d. c. 15. gloſ. 8. n. 4.* & ita concludit *Franc. Steph. d. dec. 81. n. 6.* 33

Ac etiāſi bonæ fidei poſſeſſor ad fructuum reſtitutionem fuerit cōdemnatus, † quia adhuc perceptos ex melioratiōnibus, reſtituere, aut cōpenſare non debet, *Thoro in compend. deciſ. verb. Fructus, nu. 4. & verb. Meliorationes, n. 5. Marius Giurba d. nu. 4. in fin. Vincen. de Franch. dec. 705. in princip.* vbi *num. 1.* adeò apud Senatum illum hoc placitum ſeruari, dicit; vt in pluribus ſententiis ad ſui relationem, ſiue in aula, in qua reſidebat latis, hæc apponerentur verba: *Non tamen ex melioratiōnibus perceptis.* 34

Omnia autem ferè dicta de neceſſariis; & de vtilibus quoq; expenſis, melioramentiſque intelligenda ſunt † in vtriſq; enim iura, & authoritates ſuprà adductæ loquuntur. Vnde ſicut poſſeſſor bonæ fidei neceſſarias deducit expēſas: ſic & vtiles † quoq;, probant iura in principio adducta, quatenus in bonæ fidei poſſeſſore de nouo ædificiū in re bona fide poſſeſſa faciēte, arboresve ſerente, aut vineas plātante loquuntur, quę vtiles, nō neceſſariæ dicuntur expenſæ, *tex. in l. Impenſæ, 79. §. 1. D. de verb. ſignif.* & tradunt ſtatim referendi, qui huiuſmodi dicunt vtiles expenſas, à bonæq; fidei poſſeſſore deducēdas, *Part. in d. l. In fundo, nu. 7. D. de rei vendic. Ioan. de Annan. conſil. 32. nu. 10. verſ. Item animaduertendum, Boer. d. deciſ. 44. n. 6. & 7. Bellon. conſ. 65. num. 13. Ioſeph. Ludouic. d. deciſ. Perufin. 24. n. 14. & deciſ. 34. n. 19.* communem dicit *Menoch. d. remed. 15. nu. 517. & 518. Anton. Gomez d. cap. 12. num. 40. Mareſ. var. reſolut. d. lib. 2. cap. 110. nu. 1. Marc. Ant. Peregr. de fideicomm. d. art. 50. num. 38. Pat. Molina dict. tract. 2. diſputat. 463. num. 9. & 10. Roland. à Valle d. conſ. 28. num. 12. lib. 1. Franciſ. Burſat. conſil. 85. num. 32. Hieronym. Magon. deciſ. Florent. 49. num. 24.* & probat apertè *text. in d. l. 41. tit. 28. part. 3.* 35

Idemquè in vaſſallo, † vel emphyteuta, vt (præter plures ex relatis ſuprà, *num. 2. & 3.*) tenent *Guid. Pap. deciſ. 169. Boer. d. deciſ. 44. num. 14. Anton. Gomez dict. numero 40. in fin. verſic. Tertiò infero, Petr. Surd. deciſ. 78. nu. 3. & dec. 30. num. 20. Hieronym. Gabriel. conſil. 80. num. 26. & ſeqq. lib. 2. Rota Roman. Diuerſor. deciſ. 398. nu. 2. part. 1. & dec. 312. num. 12. par. 2. Hercul. Mareſcot. variar. reſolut. dict. cap. 110. numero 9. Peregrin.* 36

*dict. art.* 50. *num.* 40. vbi teſtatur de communi, *Petr. Barboſ. in d. l. Diuortio, §. fin. 1. par. num.* 68. *verſic. Nunc ex ordine reſtat videre, de vtilibus impenſis.*

Proceditquè etiam in hærede de reſtituendo † grauato, *text. in dict. l. Mulier*, 22. §. *Sed enim, verſic. Sed & ipſe, D. ad Sen. Con. Trebell. & in d. l. Domus*, 61. (aliàs 58.) *D. de legat.* 1. & alia iura ſuprà in neceſſariis expenſis loquentia, in eiſquè adducta, obſeruantquè præterea *Carol. Ruyn. conſil.* 135. *num.* 12. *lib.* 3. *Philipp. Corne. conſil.* 180. *num.* 8. *lib.* 4. *Nicol. Bellon. d. conſil.* 65. *num.* 12. *Bened. Capr. conſil.* 55. *num.* 8. *Aym. Crauet. conſ.* 202. *poſt num.* 51. *Hercul. Mareſ. d. cap.* 110. *num.* 7. vbi ita refert tenuiſſe Rotam, *Anton. Gomez variar. tom.* 1. *dict. cap.* 12. *nu.* 40. *in princip. & in verſ. Ex quibus infero, Ludouic. Molina de Hiſpano primog. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 14. *Peregr. d. art.* 50. *num.* 39. *Vincen. de Franch. d. deciſ.* 109. *num.* 1. *Franc. Marçar. de fideicommiſſ. quæſt.* 65.

38 Et in viufructuario, † *text.* eſt in *l. Eum ad quem*, 7. *C. de vſufruct. & habit. & miniſt. ſeruor.* cuius ſunt verba: *Eum ad quem vſusfructus pertinet, ſarta tecta ſuis ſumptibus præſtare debere, explorati iuris eſt. Proinde ſi quid vltra quàm impendi debeat, erogatũ potes docere, ſolemniter repoſces.* & ibi notant communiter Scribentes, *gloſſ.* 1. *in l. Sed ſi quid*, 19. *D. de vſufruct. & quemadm. quis vtat. fruatur, Corne. conſil.* 68. *lib.* 4. *Mareſcot. dict. cap.* 110. *num.* 16. *Anton. Gomez vbi ſuprà, num.* 40. *verſ. Quartò infero, P. Molina d. diſput.* 463. *num.* 2.

Vnde Clericum (qui vt *quæſt.* 4. §. 1. *num.* 94. diximus, vſufructuario comparatur) vel Prælatum debere huiuſmodi
39 vtiles expenſas, † & melioramenta in rebus Eccleſiæ de bonis ipſius Clerici, vel Prælati facta deducere; tenuerunt *Abb. in cap. De multa, num.* 14. *de præbend. & dignit. & in cap. fin. num.* 2. *de pecu. Clericor.* & ibi communiter Scribentes, *Henric. Bohic. in d. cap. De multa, nu.* 14. *Iaſ. in l. Si non ſortem, §. Si centum, num.* 10. *in fin. verſ. Amplia iſtam fallentiam, D. de condict. indebit. Hercul. Mareſcot. d. lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 4. *Nicol. Boer. dict. deciſ.* 44. *num.* 14. *verſ. Idem in eo, qui expenſas fecit, Peregrin. dict. artic.* 50. *num.* 43. *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.* 11. *num.* 16. *Petr. Surd. conſil.* 183. *num.* 6. *Greg. Lopez in d. l.* 41. *tit.* 28. *par.* 3 *gloſſ.* 5. *verb. Que deſcuente en ella, prope finem.*

Coloni † quoq; & inquillini deducere melioramenta vtilia perpetua debent,
40 *text. in l. Habitator*, 59. *D. de reiuendic. & in d. l. Dominus horreorum*, 55. (aliàs 57.) §. 1. *D. locat. Paul. Caſtr. conſil.* 270. *lib.* 2.

Idq; etiamſi culpa coloni, † vel inquillini locatio finita ſit, *dict. l. Colonus*, 61. (aliàs 63.) *D. locat.* In eoque excedit colonus emphyteutam, vt notauit *Iaſ. in l.* 1. *num.* 25. *& in l.* 2. *num.* 28. *C. de iure emphyt. Bald. Aret.* & alii, quos refert, & ſequitur *Marc. Anton. Pereg. d. artic.* 50. *num.* 41.

Habent quoquè ſuprà dicta locum in expenſis, & melioramentis factis ab
42 emptore † in re, quam poſteà remedio *legis* 2. *C. de reſcind. vendit.* auocat venditor. Poterit namquè dum eas non ſoluit, repelli venditor. *Bald. in d. l.* 2. *num.* 51. *quæſt.* 19. *C. de reſcind. vendit.* per *legem Intra vtile*, 40. §. *Vendentibus, D. de minoribus*, quem ſingularem dicit, ſequitur *Alexan. ibid. in addit. ad Bart.* idem etiam *Bald. in l. fin. §. fin. numero* 5. *C. commun. de legat.* Et licèt *Salycet. in d. l.* 2. *quæſt.* 17. teneat contrarium; *Baldi* tamen opinio verior, & receptior eſt, quam (præter *Alex. vbi ſuprà*) ſequuntur *Hieronym. Cagnol. in d. l.* 2. *nu.* 153. *quæſt.* 20. *verſic. Sed non eſt recedendum, Anton. Burg. in cap. Cum cauſa, nu.* 56. extra *de empt. & vendit. Iacob. à Sancto Georg. in l. Si res, §.* 1. *num.* 5. *D. de iure dot. Fabian. de Monte, de empt. & vendit. quæſt.* 8. *num.* 4. *Boer. d. deciſione* 44. *num.* 8. refert, & ſequitur *Hercul. Mareſcot. d. lib.* 2. *variar. quæſt. cap.* 110. *numero* 20. quos omnes per ordinem ex *Ario Pinello in d. l.* 2. *part.* 2. *cap.* 3. *nu.* 1. (eius ſuppreſſo nomine) tranſcripſit, qui etiam ad id adducit text. (quem alii non allegant) *in l. Si prædium*, 16. *in fine, C. de prædiis minor.* latèquè fundamentis *Salyceti* reſpondet *numero* 2. & 3. eandem tenet ſententiam *Pat. Ludouic. Molina de iuſt. & iure d. tract.* 2. *q.* 463. *num.* 13.

Imò & pro huiuſmodi vtilibus impenſis, & melioramentis etiam malè fi-
43 dei † poſſeſſori conſulitur, eaquè conſequi poteſt, ſaltem iuxta diſtinctionem *Bartoli in d. l. Infundo, num.* 11. *D. de*

*rei-*

*reiuendic.* ſi de nouo malæ fidei poſſeſſor non ædificet, ſed ædificio aliquid addat, reficiat, aut ampliet, quem ſequuntur omnes communiter, teſte *Aluaro Valaſc. conſul. 83. num. 19.*

Quin etiam indiſtinctè retentionem malæ fidei poſſeſſori prædictis vtilibus expenſis, melioramentiſquè competere; videtur *text.* expreſſus *in dict. l. Planè*, 41. *D. de petit. hæredit.* obſeruantquè *Sarmient. ſelectar. libro* 1. *cap.* 10. *num.* 10. *Ioann. Gart. Ioſeph. Ludouic. & Portol.* relati à *Petro Barboſ. in dict. l. Diuortio*, 1. *part. §. fin. num.* 80. *D. ſolut. matrimon.* licèt eorum non ſequatur ſententiam, cum quo etiam tenent *Peregrin. dict. artic.* 50. *numero* 20. & (eo non relato per idem fundamentum, iiſdemquè authoritatibus) *Mareſcot. dict. cap.* 110. *nu.* 41. *Iacob. Menoc. d. remed.* 15. *num.* 540.

Quorum tamen præcipuum huius ſententiæ fundamentum traditum à *Peregrino, & Mareſcoto* vbi ſuprà (quia ſcilicet malæ fidei poſſeſſor prædictas faciendo expenſas, donare † videtur) in- 44
efficax iudicari poteſt, ex *l.* 2. *C. de reiuendic. in fin.* ibi: *Si non donandi animo ædificia alieno ſolo impoſita ſint.* Ex quo deducitur manifeſtè, nec malæ fidei poſſeſſorem videri huiuſmodi ſumptus donandi animo feciſſe, niſi aliter de donandi animo conſtet, *text.* etiam *in l. Qui alienum*, 14. *D. de donat.* licèt contradicat *ibi gloſſa* 1. Et ad *text.* (contra primam ſententiam capitalem) *in d. l. Domum*, 5. *in fin. C. de reiuendic.* (vbi *Imperator Gordianus* pro expenſis neceſſariis repetitionem malæ fidei poſſeſſori concedit; pro vtilibus autem, licentiam melioramenta auferendi, ſi ſine prioris rei ſtatus læſione auferri queant) reſpon- 45
deri poſſet, † non ex eo retentionem pro vtilium expenſarum, & meliorationum æſtimatione (ſi auelli abſquè prioris ſtatus læſione nequeant) denegare videri, ex *text. in l. Sed ſi quid*, 19. *D. de vſufruct. & quemadmod. quis vtat.* vbi cauetur, vſufructuarium quid in re vſufructuaria inædificantē, neque tollere, neque refigere poſſe; vendicare tamen poſſe, *vbi not. gloſſ.* 1. *vſufructuarium refigere*, id eſt, *extirpare non poſſe; ſed ad æſtimationem agere, vel ſi diſſolutum ſit ædificium, vendicare.* In hocquè ſolùm caſu inter bonæ, & malæ fidei poſſeſſorem conſtitui differentiam poſſe videtur, ex æquitate *dict. l. Planè*, 41. *D. de petit. hæredit.* vt ſiue res extet, ſiue non, bonæ fidei poſſeſſor eas meliorationes deducat; prædo autem ita demum, ſi res melior ſit facta, vt expreſſè ibi Iureconſultus *Paulus in verſic. Planè*, ſtatuit.

Dictamquè ſeruari ſententiam (deberi nempè expenſarum vtilium malæ quoquè fidei poſſeſſori æſtimationem) dicit ex iuris Regii Luſitani diſpoſitione *Aluar. Valaſc. d. conſuli. 83. num.* 18. & 19. ex quo factum putat, quòd in praxi non ſeruetur abraſio meliorationum vtilium inducta de iure communi per *d. l. Domum*, nunquam ſic vidiſſe aſſerens id iudicatum, ſed ſimpliciter iuberi ſolui, ſiue poſſit abraſio fieri ſine læſione prioris ſtatus, ſiue non. Idquè non iuri ciuili diſſonum (ſic *dicta lege Domum* intellecta) videtur, licèt pro contraria parte communiter allegetur.

Et quod bonæ fidei poſſeſſori huiuſmodi vtiles impenſæ, ac melioramenta (ſicut in neceſſariis diximus) debeantur, 46
etiam re meliorata perempta; † tenent *Bart. in d. l. Infundo, nu.* 8. *D. de reiuendic. Andr. Tiraquell. de retract. conuentionali, §.* 7. *gloſſ.* 1. *num.* 10. *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peraſin.* 58. *num.* 11. latè *Iacob. Menoch. de recuper. poſſeſſ. d. remedio* 15. *num.* 520. *& ſeq. Hercul. Mareſ. d. lib.* 2. *cap.* 110. *num.* 33. videturquè expreſſus *text. in d. l. Planè.*

Nec ſolùm vtiles impenſas ex voluntate domini tacita, vel expreſſa à ſe factas emphyteuta conſequi debet; ſed etiam, 47
quas renitente, † & contradicente domino fecit, vt (poſt *Aluar. Valaſc. de iure emphyt. quæſt.* 25. *num.* 9. *& Ludouic. Molin. de iuſt. & iure tractat.* 2. *dicta diſputat.* 463. *num.* 3. hanc ſententiam tenentes) latè comprobat, & defendit *Ouid. de Amic. de iure emphyt. quæſt.* 74. *numero* 4. *& ſeqq.* nouiſsimèquè multis (ſuo more) relatis *Antonin. de Amat. d. reſolut.* 14. *numero* 5. *& ſeq.* Quia cum iure contractus prædictæ ab emphyteuta meliorationes fiant, domini in contrarium proteſtatio, inhibitioq; illarum repetitionem impedire non valet. Ea enim tunc ſolùm repetitionem inhibitio impedit; cum actus ſola prohibentis, proteſtantiſq; voluntate fieret illicitus. Quam præfati Doctores rationem (præter alias)

reddunt. Quæ, ad contrariaquè reſponſio vaſſallo etiam, & vſufructuario conueniunt.

Ita demum tamen prædictas debent habere expenſas, & melioramenta emphyteuta, vaſſallus, vſufructuarius, &
48 ſimiles, ſi magnæ † ſint, non ſi paruæ, vt in emphyteuta tenent proximè relati: in vaſſallo, *Carol. Ruyn. conſil. 14. num. 2. & 3. lib. 1. Aluar. Valaſc. d. quæſt. 25. num. 12. & ſeq. Arias Pinel. in d. l. 2. p. 2. c. 3. n. 9. C. de reſcind. vendit. Anton. Gammadeciſ. 22. Cald. Pereyr. de nominat. emphyteuſ. à num. 39. P. Molina vbi ſup. num. 4. Roſental. de feud. cap. 10. concluſ. 3. numero 85. Vincent. Carot. de locat. tit. de expenſ. num. 45. Ioann. Gart. de expenſ. cap. 14. num. 12. Antonin. de Amat. d. reſolut. 14. num. 9.*

Sic & in vſufructuario, † colono, &
49 ſimilibus tenet, & proſequitur *Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiſſ. dicto artic. 50. num. 45.* per *text. in l. Hactenus, 8. D. de vſ. fruct. & quemadmod. in l. In rebus, 18. §. Poſſunt, D. commod. vel è contr. l. Omnino, 12. D. de impenſ. in reb. dotal. factis, Pat. Molina vbi ſuprà, Herc. Mareſcot. variar. d. lib. 2. cap. 110. num. 16. Roland. à Valle conſil. 28. nu. 26. libro 1. Iacob. Menoch. dict. remed. 15. num. 552. Petr. Barboſ. in d. l. Diuortio, §. fin. part. 1. num. 36.*

Quæ autem modica, vel magna di-
50 catur impenſa † (reprobata eorum opinione, qui magnas cenſeri volunt, quæ perpetuam rei vtilitatem reſpiciunt, licèt in ſe exiguæ ſint; modicas verò, quæ fructuum tantùm perceptionem, eo tempore quo ab emphyteuta, vſufructuario, maritò, vel ſimilibus ſunt percipiendi, concernunt) arbitrio iudicis eſſe relinquendum (cum pluribus, quos referunt) tenent *Aluar. Valaſc. Cald. Pereyr. & Pat. Ludouic. Molina locis iam relatis*, alter quoquè *Molina de Hiſpanor. primogen. libro 1. cap. 27. num. 6. Menoch. de arbitrar. libro 2. caſu 215. ad finem, Ioann. Gart. de expenſ. cap. 11. num. 16. Arias Pinell. in l. 1. part. 2. numero 70. colum. 3. & 4. C. de bonis matern. Petrus Barboſ. in dict. l. Diuortio, §. fin. numero 36. & ſequenti, Ioſeph. Ludouic. dict. deciſ. Peruſin. 58. numero 7. 8. & 9.*

Igitur ex tam longè petitis à ſolu-
51 tione expenſarum neceſſariarum, vel vtilium paupertatem non excuſare, † ſed omnino pauperem ad earum ſolutionem teneri, venit dicendum. Confirmaturquè ex eo, quòd non ſolùm prædictæ generales regulæ in perſonis non priuilegiatis; ſed etiam in priuilegiatis, quibuſquè pauperes æquiparantur,
52 procedunt. Vt in minoribus † (quorum ſæpè cum pauperibus comparationem fecimus) probat *text. in l. Intra vtile, 40. §. fin. D. de minoriò.* qui non aliter minorem in integrum reſtitui aduerſus fundi venditionem à curatoribus factam deſiderantem, ad eam admittit, quàm expenſis, melioramentiſquè omnibus priùs emptori ſolutis, vbi notat, & intelligit *gloſſa verb. Expenſas*, tam de vtilibus, quàm neceſſariis, *text.* etiam in *l. Si prædium, 16. in fin.* (ibi: *Doli exceptionis auxilio cum vſuris, quas præſtatura eſſes, & ſumptus meliorati prædii ſeruare tantummodo poteſt*) *C. de præd. & aliis reb. minor.*

Adhuc tamen indubitata ſententia eſt, pauperem, qui commodè prædictas expenſas ſoluere non poteſt, ad earum
53 nequaquam ſolutionem † adſtringi, *text.* eſt formalis, & expreſſus *in dict. l. In fundo, 37. §. Finge pauperem, D. de reivendic. & in l. 41. dict. tit. 28. part. 3.* Non enim tunc neceſſariò, vtiliter ve geſtum dicitur, vt eſt *text. ibi*, notantquè *Bart.* & alii ibid. *text. in l. Sed an vltro, 11.* (aliàs 10.) *§. 1. verſic. Quid enim* (cuius ſunt verba: *Quid enim ſi eam inſulam fulſit, quam dominus quaſi impar ſumptui dereliquerit, vel quam ſibi neceſſariam non putauit? Onerauit, inquit, dominum, ſecundum Labeonis ſententiam*) *D. de negot. geſt. l. Ex duobus, 28. D. eodem, l. Si ſeruos, 25. D. de pignor. action. l. Vtilium, 8. D. de impenſi in reb. dotal. fact. l. 2. & ibi notat Bart. C. de præd. & omnibus rebus nauicularior. libro 11. l. Impenſæ, 79. §. Vtiles, D. de verbor. ſignificat. l. 3. §. Sed ſi mutua, D. de in rem verſo, l. 3. D. de contrar. tutel. & vtili action.* Et tenent prædictam ſententiam *Bald. conſilio 116. numero 4. libro 1. & conſ. 372. libro 3. Andr. Tiraquell. de retract. conuent. §. 7. gloſ. 1. num. 5. Aym. Crauet. conſil. 3. num. 19. Arias Pinell in d. l. 2. par. 2. cap. 3. numero 5. C. de reſcind. vend. Iacob. Menoch. de recup. poſſ. ſſ. d. remed. 15. num. 523. & 553. Azeuca. in l. 1. tit. 21. lib. 4.*

lib. 4. nouæ Reg. Collect. num. 71. Marc. Anton. Peregrin. de fideicomm. d. art. 50. num. 33. vbi falli eos dicit, qui magna fabricando super fundis ædificia, auertere dominos à vendicatione eorum sub prætextu melioramentorum maioris quantitatis existimant; nam si dominus est pauper, potest fundum (non etiam restitutis melioramentis) vendicare; & ita in ciuitate Patauii fuisse iudicatum, Corn. Benine. de pauper. quæst. 4. princip. num. 19. Hercul. Marscot. variar. resolut. d. lib. 2. cap. 109. num. fin. & cap. 110. num. 29. Vincent. de Franch. decis. 110. num. 4. Canalc. decis. 44. num. 71. part. 1. Hieron. Magon. decis. Florent. 9. num. 6. allegans Cagnol. in l. 1. num. 73. C. de sentent. quæ pro eo quod interest, quem in actu practico hæc obseruanda clamare dicit, idem Magon. decis. Lucens. 33. numero 27. 28. & 29. Franc. sc. Marçar. de fideicommis. quæst. 66. in fin. num. 20. P. Molina dict. disput. 463. num. 3. vers. Subiungit præterea, & num. 10. vers. Ab hac tamen regula, Ouid. de Amicis de iure emphyt. quæst. 74. num. 10. Stephan. Gratian. decis. 225. in addit. num. 10. & seqq. sic decisum asserens, Rosental. de feud. cap. 10. concl. 43. Ioan. Aloys. Ricci. decis. Curiæ Archiep. Neapol. 229. num. 5. lib. 3. Vincent. Carot. de locat. tit. de expensis, n. 42. Cald. Pereyr. de empt. & vendit. cap. 27. num. 65. Petr. Barbos. in l. Diuortio, § fin. part. 1. num. 75. D. solut. matrim. Antonin. de Amat. resolut. 14. numero 8. Marc. Anton. Genuens. in practic. Ecclesiast. Tricennario 1. quæst. 69. Idem in Ecclesia paupere dicens, talesq; magnas
54 expensas animo Ecclesiam fraudandi † facientem, censuras etiam, & pœnas à Sacro Concilio Tridentino sessione 22. cap. 11. de reformat. contra conuertentes in proprios vsus res emphyteuticas, & alia Ecclesiæ directè, vel indirectè iura latas, incurrere insuper numero 4. addens. Namquè si id liceret, alienandi res Ecclesiæ, non cum vtilitate, sed cum damno notabili, contra prohibitionem Summorum Pontificum in capit. Nulli, de reb. Eccles. non alien. & in cap. 1. eod. tit. in 6. nouus induceretur modus.

Quo fit, vt licèt consanguineus retrahens consanguinei rem ab emptore,
55 teneatur illi necessarias, † vtilesquè impensas reficere, secundum Alberic. in dict. l. Intra vtile, §. 1. D. de minor. & in prima parte statut. quæst. 96.

Non tamen tenebitur, si vt consanguineum à retractu auerteret, nimium
56 magnas, † onerosasque faceret emptor expensas, vt obseruant Nicol. Boer. decisione 47. num. 10. Andr. Tiraquell. de retract. conuention. dict. § gloss. 1. num. 5. Non enim commodum ex malitia sua debet expendens reportare, iuxta vulgaria iura, sibiquè debet imputare, quòd iniustè expenderit.

Onerosæ autem, vel magnæ expen-
57 sæ, † ac melioramenta, ad quæ pauperes non adstringuntur, dicuntur, si ad solutionem, satisfactionemque necessarium sit rem ipsam melioratam vendere, nec aliunde habeat dominus vnde ei, qui melioramenta fecit, soluere valeat, dict. l. Vtilium, 8. D. de impens. in reb. dotal. fact. ibi: *Iniquum enim esset compelli mulierem rem vendere, vt impensas in ea factas soluat, si aliunde soluere non posset.* Vel si laribus auitis carendum domino ad satisfaciendum foret, id est, rebus illis, quas verosimile non est dominum alienaturum, dict. l. Infundo, 39. vers. Finge pauperem, & ibi gloss. verb. Carendum sit, probantque alia proximè relata iura.

Et licèt Petr. Barbos. in d. l. Diuortio, §. fin. num. 66. vers. Quartò amplia, part. 1. D. solut. matrim. præfatam reso-
58 lutionem quoad expensas vtiles † tantùm procedere contendat; proque earum solutione rem melioratam vendi non debere: secùs pro expensis necessariis; quam differentiam colligit ex mente text. in d. l. Impensæ, 79. D. de verbor. significat. vbi Iureconsult. de necessariis, & vtilibus expensis mentionem faciens; in vtilibus tantùm, deducendas non esse, si ob earum solutionem dominus rem melioratam vendere cogatur, decidit: quia tunc, respectu domini vtiliter expensum non dicitur, vt iam notauimus: De necessariis autem non agendo (inquit ipse Barbos.) etiam in hoc casu esse deducendas, & ad rei melioratæ venditionem (si opus est) peruenientes significare videtur; allegat pro hac parte Bart. in d. l. Infundo, num. 6. Boer. d. decis. 44. num. 7. Cæpol. in d. l. Impensæ, num. 4. Petr. Royz. decis. Lusitanic. 5. num. 367.

Contrariam tamen sententiam indistinctè, nominatimquè tam in expensis

vtilibus; quàm neceſſariis, vt ob earum ſolutionem res meliorata vendi non debeat, tenet *Bald. d. conſil. 116. numero 4. lib 1.* per tex. in *d. l. Si ſeruos, 25. D. de pignor. act. & ibid.* notat *idem Bald. Tiraquell. de retract. conuent. d. §. 7. gloſſ. 1. num. 54. Menoch. d. remed. 15. num. 553.* & alii plures ex iam relatis. Cauendum tamen dicit à *Baldo Barboſa*, & alios in vtilibus tantùm loqui expenſis, in eiſque eſſe intelligendos aſſerit. Verè tamen ferè omnes, quos cum *Baldo* pro prima opinione adduximus, indiſtinctè in vtriſq; in vtilibus, & neceſſariis loquũtur expenſis.

Qua tamen in re diſtingui poſſe arbitror, Quòd aut de expenſis neceſſariis ſtrictè, & rigoroſè loquimur; quæ ſi non fierent, res periret, indemniſq; ſeruari non poſſet; & tales expenſas (quatenus neceſſitatẽ non excedunt) præſtandas eſſe, etiã per rei venditionem exiſtimo, cum vtiliter, & neceſſariò impenſum dicatur, neq; in aliquo dominũ grauauerit, imò ei profecerit, qui eas fecit; nè cum alterius iactura dominus locupletetur, cui neceſſarium eas facere expenſas foret.

Aut de neceſſariis expẽſis lato modo, quæ omnino neceſſariæ ad rei conſeruationem non ſunt, licèt eam meliorem vtilioremq; reddant, agimus; de quibus loquitur *tex. in d. l. Si ſeruos, 25. D. de pigno rat. act. & ibi* notat *Paul. Caſtr. num. 4. & 5.* & alii adducti per *Barboſ. vbi ſuprà num. 67.*

Huiuſmodiq; inter expenſas neceſſa-
59 rias ſtricto, vel lato modo † differentiam conſtituit *Nicol. Boer. d. deciſ. 4. num. 5. & 7.* vbi, quòd licèt ſtrictè, & propriè expenſæ neceſſariæ dicantur, quæ in reficiẽdo, non quæ in faciendo conſiſtunt; latè tamen, & minùs propriè, etiã quæ in faciendo conſiſtunt, neceſſarias dici, firmat ex *Alberic. Ias.* & aliis, & *Nos* etiam diximus ſup. In his itaq; expenſis, quæ etiam neceſſariæ dicũtur lato tamẽ modo, quæque ad meliorandũ rem, nõ ad eius neceſſariã reparationẽ tendunt; prior procedit opinio, nec eas deducet, qui fecit, ſi dominus eas cõmodè ſoluere non poſsit, iuxta ſuprà tradita. Imò & in omnino neceſſariis, ſi in refectione plus neceſſariò fuerit expẽſum, vt pro exceſſu ſaltẽ nõ teneatur dominus, ſi cõmodè ſatisfacere expẽdẽti nõ poſsit, ex dictis rationibus dicẽdũ erit.

Hæc autẽ pauperibus ſolũ, non etiã di-
60 uitibus † cõceſſa ſunt. Quantuncũq; enim exceſsiuæ neceſſariæ, vtilesvè factæ ſint impenſæ, ſi abſq; rei vẽditione, vel nouo credito ſolui poſsint; pro eis cõpetit expẽdenti retentio; vt apertè colligitur ex *d. l. In fundo, 39. D. de reiuend. verſ. Finge pauperẽ*, à contrario ſenſu, & *ibid.* notat *Bart. n. 7.* ex *tex.* etiã in *d. l. 41. tit. 28. p. 3.* ibi: *Mas ſi por auentura el ſeñor de la heredad q̃ la vencieſſe en juyzio, fueſſe tan pobre*; notat quoq; *Ant. Gomez in l. 46. Tauri, n. 2. verſ. Tertiò, ſi dominus erat dives*, ſequitur, & defendit *Petr. Barb. in d. l. Diuortio, §. fin. num. 74. & ſeq. par. 1.*

Vt tamen inquantũ fieri poteſt, bonæ fidei poſſeſſori, vtilivè domino neceſſariò, aut vtiliter expẽdenti conſulatur; & ne cũ alterius iactura dominus (quã ũuis
61 pauper) locupletur; præſtare patiẽtiam † debet, ac permittere, vt qui ita expendit, melioramẽta tollat, ſi abſq; prioris rei ſtatus detrimẽto fieri poteſt. Licẽtia tamen & in predicto caſu domino cõceditur, ea ſibi retinere melioramenta, ſi tãtundem, quãtũ alius pro eis ſoluiſſet, ſi ab ædificio ſeparata eſſent. & ipſe rependat; *text.* eſt in *d. l. In fundo, 39. & in d. l. 41. part.* docuitq; *Bald. in d. l. In fundo, 2. notab. & in c. 1. §. Si vaſſallus, fit. hic finit lex, & in auth. Recipitur, n. 2. verſ. Ego conſului, C. de bon. quæ liber. Iaſ. in l. 2. n. 29. C. de iure emphyt. And. Tiraq. de retract. conuen. d. §. 7. glo. 1. n. 6. Marc. Ant. Pereg. de fideicomm. d. art. 50. nu. 78. verſ. Secundus caſus eſt.* & hanc cõmuni calculo receptã ſententiã dicit *Hero. Mareſ. variar. reſol. d. lib. 2. c. 114. nu. 1. Vincent. de Franch. dec. 110. n. 1. Molina de primog. lib. 1. c. 26. n. 16. verſ. Illud autem prætermittendum non erit*; alter *Molina de iuſtit. & iure d. tract. 2. diſput. 463. num. 10.*

62 Nec tamen deſtruendũ erit ædificiũ, † ex iuribus, & authoritatibus ſuprà, ex *tex.* etiã in *l. Prætor, 20. §. Hoc interdictũ prohibitoriũ eſt, D. de noui. oper. nunciat. l. 2. C. de ædific. priuat. Dyn. Bart. Bal. & Angel. in l. Senatus, §. Marcellus, D. de leg. 1.* & alii proximè relati.

Idq; domini efficit paupertas. Si enim pauper non eſſet, melioramenta prout va-
63 lent ædificio iuncta, † ſoluere debebit dominus. Vbicumq; enim melioramẽta ſoluere tenetur, prout ædificio iuncta valẽt, ſoluere dominũ debere; tradit *Bald. in d. §. 1. §. Si vaſſallus, n. 3.* vbi ita cõſuetudine ſeruatũ teſtatur, *& in d. auth. Excipitur, n. 2. C. de bon. quæ liber. Iul. Clar. in §. Feudum,*

*dum, q. 88. n. 2. Rimin. Iun. conſ. 411. n. 2. lib. 4. Ioan. Gart. de expenſ. cap. vlt. n. 5. Herc. Mareſ. d. cap. 114. num. 2.*

Suprà dicta autem principalis concluſio (quę pauperem à melioramentorũ ſolutione excuſat, ſi aliunde abſq; rei melioratæ venditione ſoluere non poteſt) limitanda aliquibus eſt modis.

Primò, quando dominus pauper eadem, † ſimiliavè eſſet facturus, *text.* eſt in *d. l. In fundo*, 39. ibi: *Finge dominum eadẽ facturũ fuiſſe, reddat impenſam, & fundũ recipiat, vſq; eo dũtaxat, quo pretioſior factus eſt. d. l. Sed an vltro*, 11. §. 1. *D. de negot. geſt. text.* etiam (à contrario ſenſu) *in l. 3. Sed ſi mutua, D. de in rẽ verſo*, ib: *Nec debere ex eo onerari dominum, quod ipſe facturus nõ eſſet.* docent *And. Tiraq. d. §. 7. glo. 1. n. 5. Arias Pinell. in l. 2. par. 2. cap. 3. n. 5. C. de reſcind. vend. Hercul. Mareſ. lib. 2. var. cap. 110. n. 30. Molina de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 10. n. 17. Vinc. de Franch. dec. 110. num. 5. Anton. Gom. in d. l. 46. Taur. n. 2. verſ. Primò, ſi dominus aliàs eſſet facturus.*

65 Secundò limita, † quando dominus rem in qua melioramenta facta ſunt, vẽdidit, vel mox venditurus ſit, *d. l. In fundo*, ibi: *Finge eam perſonam eſſe domini, quæ receptum fundum mox venditura ſit, niſi reddit quantum prima parte reddi oportere diximus, eo deducto, condemnandus eſt.* text. in *l. Niſi venalẽ*, 30. *D. eod. tit. de reivend.*

66 Quo in caſu etiam voluptariæ † debent reſici expenſæ, inquantum res ob eas pretioſior facta eſt, pluriſquè vendita, *d. l. In fundo* (quæ in his loquitur terminis) tenentquè *Petr. Barboſ. in d. l. Diuortio, §. fin. num. 104. part. 1. Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ. tom. 3. cap. 437. num. 4. & ſeqq.* idem in domibus ſolitis locari, ſi ob id maiori locentur pretio dicens ex *Alciat. & Rebuff.* locis per eum relatis, *num. 8.*

67 Tertiò † ſuprà dicta limitatur concluſio, quando melioramenta de mandato, vel conſenſu domini facta ſunt, vel ea poſtmodum approbauit: tunc enim vt expenſæ, melioramentaquè ſoluantur, etiam ad rei venditionem (ſi neceſſe eſt) deueniri poteſt, *text. in dict. l. vtilium, 8. D. de impenſ. in reb. dotalib. fact.* vbi ſic ait Iureconſult. Paulus: *Vtilium nomine ita faciendam deductionem quidam dicunt, ſi voluntate mulieris factæ ſint. Iniquum enim eſſet compelli mulierem vendere, vt impenſas in ea factas ſoluat, ſi aliunde ſoluere non poteſt. Quod ſummam habet æquitatis rationem.* text. in *l. 3. §. Sed ſi mutua, D. de in rem verſo*, ibi: *Quia nec procurator hæc imputaret, niſi forte mandatum domini, aut voluntatem habuit.* text. in *dict. l. Si ſeruos*, 25. (ibi, *Vel voluntate debiteris*) *D. de pignorat. act.* docent *Petr. Rebuff. in l. Impenſæ*, 79. *§. Voluptariæ in princ. verſ. Primò vitiatur regula, D. de verb. ſignific. Petrus Barboſ. in d. l. Diuortio, §. fin. num. 88. verſ. His ſic explicatis, Stephan. Gratian. dict. diſceptat. 437. num. 1. 2. & 3.*

Circa hæc autem dubitabilis proponitur quæſtio. Pone, tempore, quo bonæ fidei poſſeſſor, vtilisvè dominus melioramenta, expenſaſquè neceſſarias, aut vtiles fecit; directum, verumquè do-
68 minum diuitem eſſe, † eaſquè tunc abſq; rei melioratæ venditione ſoluere potuiſſe; poſtea tamen cum rem vendicauit, ad eumquè peruenit, pauperem exiſtere, ita vt abſquè rei venditione, vel nouo contracto ad id debito; tales nequeat expenſas, & melioramenta ſoluere; vtrùm adhuc res debeat meliorata vendi, vt de melioramentis, & expenſis dominus ſatisfaciat? Et in affirmatiuam ducor, ex ſuprà dictis proximis rationibus, quia veroſimile eſſet dominum tunc eas expenſas facturum, aut ratum habiturum: ac præcipuè, quia à principio vtiliter geſtum eſſe dicitur; nec exitus attendi debet: elegans, & formalis in terminis *text. in dict. l. Sed an vltro*, 11. §. 1. *D. de negot. geſt.* diximuſquè ſuprà *num. 13.* Et ita (poſt hæc ſcripta) tenentem reperii *Petrum Barboſ. vbi ſuprà, num. 74.* quam reſolutionem apertè ſenſiſſe teſtatur *gloſ. 2. & ibi Bart. in dict. l. vtilium, D. de impenſ. in rebus dot. fact. Angel. in §. Propter, num. 2. & ibi Ias. num. 7. inſtit. de action. Alciat. in l. Impenſæ, num. 9. D. de verbor. ſignific. Conſ. in l. Quod dicitur in principio, D. de impenſ. in reb. dotal. fact. Antoni. Gomez in l. 50. Taur. numero 51.* Licèt in contrarium adhuc vrgere videatur generalis *d. l. In fundo*, & ſimilium ratio, domini paupertatem reſtitutionis faciendæ tempore inſpicientium.

In huiuſmodi autem expenſarum, melioramentorumque taxatione, æſtima-

tione, ſolutioneq; facienda, quod debeat
69 attẽdi tẽpus, † variant, torquenturq, Doctores. Quidam enim tempus, quo expẽſæ factæ ſunt inſpiciendum, nec rationem valoris rei tempore reſtitutionis habendam; ſed tantùm illius ſummæ, quæ verè à principio impenſa fuit, volunt; in qua fuerunt ſententia *Rimin. Iuni. conſ.* 411. *num.* 51. *& ſeq. & conſil.* 455. *n.* 77. *lib.* 4. *Neguſ. de pignor.* 4. *memb.* 5. *par. num.* 11. *Hieron. Gabr. conſil.* 168. *quæſt.* 8. *n.* 111. *lib.* 1. *Andr. Tiraq. de retract. conuen.* §. 7. *glo.* 1. *num.* 8. *Anton. Capit. deciſ.* 92. *n.* 9. *Petr. Anton. Petra de fideicommiſſ. q.* 15. *nu.* 271. *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin.* 58. *num.* 15. & crebriori calculo receptam dicunt *Paul. Caſtr. Cagnol.* & alii, quos adducit *Hercul. Mareſc. variar. reſolutio. lib.* 2. *cap.* 114. *Aluar. Valaſc. de iure emphyt. quæſt.* 25. *nu.* 28. *colum.* 2. *propè med.* Mouentur per *textum in d. l. In fundo*, in illis verbis, *Solum quod impenſum eſt.*

Diuerſum alij (tempus ſcilicèt reſti-
70 tutionis, † non quo melioramenta facta fuerunt, inſpiciendum, ita vt ſiuè minùs, ſiue ampliùs melioramenta valeant, quàm ſit expenſum, reſtitutionis tempus ad earum expenſarum, melioramentorũque taxationem attendatur) maximæ authoritatis aſſeruere Doctores, per *tex. in d. l. Domos*, 61. *in verb. Extantibus, D. de legat.* 1. per quem ita tenent *Bart. ibi num.* 1. *Bald. num.* 1. *Angel. num.* 2. *Paul. nu.* 7. *Iaſ. nu.* 4. *Alexan. Cuman. Ruyn. & Corne.* de quibus per *Mareſcot. ſuprà, num.* 4. *Neguſan. d.* 4. *memb.* 5. *par. nu.* 16. *Roland. à Valle d. conſil.* 28. *num.* 14. *lib.* 1. *& conſil.* 30. *num.* 6. *eod. lib. Ludouic. Molina de Hiſpan. primog. lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 13 *Anton. Gomez in d. l.* 46. *Taur. num.* 3. vbi communem dicit, *Aluar. Valaſc. dict. quæſt.* 25. *num.* 28. *col.* 2. *in fin. verſic. Cæterum, Ioann. Gart. de expen. cap.* 24. *n.* 3. *Petr. Barboſ. in d. l. Diuortio*, §. *fin. n.* 92. *part.* 1. plurimos referens *Melchior Pelaez de maiorat. quarta part. quæſt.* 32. *num.* 20. *&* 21. *Ioann. Cephal. conſil.* 311. *num.* 93. *lib.* 3. communem dicunt *Iacob. Menoch. de recuperan. poſſeſſ. d. remed.* 15. *num.* 557. *Andr. Gail. practic. obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 121. *num.* 12. veriorem dicit *Antonin. Theſaur. deciſ.* 251. *num.* 4. *Marc. Anton. Peregr. de fideicommiſſ. d. art.* 50. *num.* 72. communem quoque teſtatur *Hieronym. Magon. deciſ. Lucenſ.* 33. *in addit. ad num.* 24. *lit. D.* ita per *Rotam Roman. in vna Bononi. bonorum dè Pipinis, coram R. P. D. Aldrobandino*, deciſum aſſerens; idem *Magon. deciſ. Floren.* 49. *n.* 27. *Vincent. de Franc. dec.* 109. *n.* 2. *Franc. Marcan. de fideicommiſſ. q.* 65 *n.* 18. *verſic. Sed circa, in princip.*

In aliam alii iuêre ſententiam, tenentes, huiuſmodi expenſarum taxationẽ ſem-
71 per ad vtilitatem domini, † qui melioramentorum expenſas reſtituere debet, faciendam; veluti, ſi tẽpore quo factæ ſunt, centum fuerint expenſa; reſtitutionis verò tẽpore, quinquaginta tantùm valeant, ſolũ quinquaginta deberi: Quòd ſi quinquaginta fuerint expẽſa; centũ tamen reſtitutionis tẽpore melioramenta valeant: quinquaginta tantùm præſtanda, ex *text. & glo.* in ſæpè *d. l. In fundo, D. de rei vendic.* quæ id apertè monſtrare, cõſtituereq; videtur, ibi: *Reddat impenſas, vt fundum recipiat, vſq; eo dumtaxat, quo pretioſior factus eſt. Etſi plus pretio fundi acceſſerit; ſolùm quod impenſum eſt.* & ibid. notat *glo. verb. Plus pretio, Philipp. Corn. conſil.* 69. *nu. fin. lib.* 1. *Anton. Capit. dec.* 93. *num.* 9. *Roland. à Valle d. conſ.* 28. *nu.* 11. *Andr. Tiraq. de retract. conuent. d.* §. 7. *gl.* 1. *nu.* 8. *& ſeq. Neguſ. d.* 4. *memb. par.* 5. *nu.* 11. *Iacob. Menoch. conſil.* 64. *nu.* 5. *& ſeq. lib.* 1. *Franc. Burſat. conſ.* 71. *nu.* 21. *& ſeq. lib.* 1. *& conſil.* 151. *n.* 140 *lib.* 2. *Card. Tuſc. pract. concl. lit. M. cõcl.* 176. *per tot. Ancharr. Regien. quæſt. familia. q.* 46. *n.* 6. *Borgn. Caualc. dec.* 28. *nu.* 4. *lib.* 1. *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin.* 24. *n.* 25. *& dec.* 58. *num.* 15. *Vincent. de Franch. d. dec.* 109. *num.* 5. *in fin.* vbi ita iudicatum in *Rota Florentina* refert, *Ioann. Gart. de expenſ. d. cap.* 24. *num.* 1. *&* 2. *Anton. Gamma dec.* 137. *num.* 2. *Cardin. Seraph. dec.* 547. *num.* 6. *& deciſ.* 898. *nu.* 1. *& dec.* 1051. *Hierony. Magon. dec. Floren.* 49. *n.* 25. *& dec. Lucen.* 81. *n.* 26. *& ibid. Addit. Hieronym. Gabriel. conſil.* 168. *quæſt.* 8. *nu.* 111. *& ſeq. Rota Roman. apud. Farin. dec.* 650. *num.* 2. *part.* 2. *tom.* 4. *Vincen. Carot. de locat. tit. de meliorat. quæſt.* 2. *num.* 20. *Franciſc. Molin. de ritu nuptiar. lib.* 3. *quæſt.* 73. *num.* 3. *& ſeqq. Cald. Pereyr. de empt. & vendit. cap.* 27. *num.* 10. *&* 11. *Antonin. de Amat.* (poſt hæc ſcripta viſus) *reſolut.* 14. *num.* 62. qui licèt *d. legis Infunao* diſpoſitione inſpecta, facilioremdiſputationem hanc videri dicat; vix tamen ea ſe multis numeris ſeqq. explicat; prædictam quoq; opinionem tenent

*Fran-*

*Franciſc. Marzar. in epitome fideicommiſſ.d.quæſt.65. Petr. Barboſ.in d.l. Diuortio,§.fin.num.91.* Vbi in *verſ. Ex qua ratione* infert, q̃ od ſi tempore ſolutionis tantùm valet melioratio, quantum
72 impenſum eſt, † integrum melior ationis pretium ſoluetur,quantuncumque dominus rei minori ſe impenſa melior ationem feciſſe alleget,ex *l Si quis alicui,27.§.penult.in fin.D.mandat.* Quinimo in dubio
73 expenſum,& † melioratum æquiualere credendum eſt, ſecundum *Aym. Crauet. conſ.408.num.2.& Caualca.deciſ.44.nu. 64.par.1.*

Suprà dictam tamen ſentẽtiam in ſim-
74 plici bonæ fidei poſſeſſore † nullum in re ius habente, multi procedere intelligunt,vt quoad eum, quod minimum eſt hac in ſpecie,melioramentorum ſo'utionẽ,æſtimationeq̃ attendatur. Ita(per *d. l. In fundo, iuncta gloſ. verb. Plus pretio*) tr'did.runt *Carol.Ruyn.conſ.14.num.3. & 4.& conſ.38.num.25.lib.1.& conſil. 117.num.1.lib.2. & conſ.165.numero 6. lib 4.Franciſc.Zoanet.in l.2.numer.126. C.de pact. inter empt. & vendit. Aluar. Valaſc.de iure emphyt.d.quæſt.25.nu.28. in princip. Roland.à Valle d.conſ.28.nu. 18.lib.1.*& (poſt alios quos refert, in hoc tantùm caſu *d.legem* intelligendo) tradit *Hercul.Mareſcot.d.lib.2.variar. reſolut. capit.114.num.8.* vbi ſic tenuiſſe *Rotam Roman.Diuerſor.deciſ 186.num.5.par. 2.*tradit.

75 In eo verò qui dominium † aliquod (etſi reuocabile) habet, procedere *dict.l. Domos,*58.(aliàs 61.)*D.de legat.1.* valoremq̃ melioramentorum reſpectu temporis reſtitutionis faciendæ debere conſequi,docent,profitenturq̃ *Iacob. Menoch.d.remed.15.numer.565. & ſeq. & conſ.1032.num.21.lib.11. & de præſumptio.lib.3.præſumpt.32.num.5.* & alii de quibus per *Mareſcot.ſup.num.10.Anto. Gomez in l.46.Taur.num.3.Andr.Gail. lib.2.obſeruat.121.numer.12.* plenissimè (dictæ legis *Domos* verba perpendens) *Antonin. Theſaurus deciſ.252. numero 2.& ſeqq.Ioan. Garc. de expenſ.cap.fin. num.3.Ioan.Cephal.conſ.311.numer.93. lib.3,Capit.d.deciſ.93.in fin.Cæſar Barzi.deciſ.23.num.15.Macerat.variar.reſolut.lib.1.reſolut.23.num.9.& ſeq. Ponte conſ.52.numer.33.lib.1.Ioann.Anton. Mangil. de imputation. quæſt.136. num. 24.& 40.Mari.Mut.deciſ.51.numer.10. Anton.de Amat. d.reſolut.14.numer.63.* probantq̃ prædictam diſtinctionem, iuriumq̃ compoſitionem *Borgnin.Caualc.d. deciſ.44.nu.63.p.1. Petr. Anton. Petra de fideicommiſſ.quæſt.15.num.261. & 263.Petr. Barboſ. vbi ſuprà num.92. 93.& 94.*vbi hanc receptiorem opinionem,& ab ea non eſſe recedendum, totiuſq̃ Hiſpaniæ admiſſam vſu, profitetur.

Licèt differentiam hanc inter ſimplicem bonæ fidei poſſeſſorem, & dominiũ aliquod habentem,contemnat,improbetq̃ *Marc. Anton.Peregrin. de fideicommiſſ.d.art.50.num.74.& Cardin. Triſch.* (relato *Paul.Caſtrenſ.conſ.270.Viſo puncto,circa fin lib.2.& Marzar. conſil.11. num.9.*)*practica.concluſ.d.liter.M, concluſ.176.num.2.* in vtroque enim quod minimum eſt(iuxta ſuprà dicta *num.71.*) attendendum, abſque diſtinctione firmat.

Ex quibus quàm diuerſę in materia hac ſint ſententiæ, patet. Duos tamen ingenuè fateor caſus, in quibus melioramẽtorum factorum tempus,ad eorum æſtimationem perſoluendam debet attendi.
76 Primus,quando minor, † vel Eccleſia in integrum aduerſus contractum reſtituitur, quia ſi in re huiuſmodi expenſæ, ac melioramẽta ab emptore,vel eo cum quo Eccleſia,aut minor contraxit,facta ſint (ſi plus ſaltem reſtitutionis tempore melioramenta valeant, quàm ſit impenſum) id ſolùm quod impenſum eſt,minor,vel Eccleſia ſoluet.Ita docent *Abb. per text.ibi in cap.1.num.4.de in integ.reſtit. Auguſt. Bero.nu.38.& ſeq.Andre.Alciat.reſponſo 23.in fin.lib.3.Rota Roman. Diuerſor. d.deciſ.186.numer 3.par.2. Hercul.Mareſcot.d.lib.2.cap.114.numer.6.*vbi ſatis eſſe firmat,quòd ille contra quem conceditur reſtitutio,non ſit in damno, tametſi minor, vel Eccleſia fiat locupletior, argument.*leg. Nam hoc natura, D. de condict.indeb.*cum ſimilibus.

Si verò melioramẽta attrita, deteriorataque ita eſſent; vt minùs valeant, quam in eis ſit impenſum, ſecundum præſens tempus ſolutionem expenſarum à minore, vel Eccleſia eſſe faciendam, tradunt *Abb.ſup.d num.4 & ibid. Bero.num.4. verſ.Præterea,*per *leg Quodſi minor,*25. *§.Reſtitutio, D. de minorib.* ne Eccleſia, vel minor, quibus per in integrum reſtitutionem ad vtilitatem, commodumq̃ ſuum

ſuum ſuccurritur, damnum patiatur, plus ſoluendo, quàm ad eos peruenit cum potiùs damnum aduerſatis, quàm Eccleſiæ, vel minoris toleretur. Sequitur poſt alios *Mareſcot. d. cap. 114. num. 7.* plures referens *Marius Giurba in conſuetud. Senat. Meſſanenſ. capit. 15 gloſ. 12 numero 4.* Ex quo ad pauperes etiam ob eorum cum minoribus, & Eccleſia æquiparationem poteſt fieri illatio.

77 Secundus caſus, † in quo factarum expenſarum tempus ad earum ſolutionem faciendam attenditur, & in quo nec incrementum, aut decrementum inſpicitur; eſt, quando aliquis non pro ſe, neque ad ſui vtilitatem, ſed domini cuius res eſt, expendit; caſus in *dict. l. Sed in vltro, 11. D. de negot. geſt. & in l. Si neceſſarias, 8. D. de pignorat. act. & in l. 3. §. Sufficit D. de contrar. & vtili actio tutel.* docent *Barth. Socin. conſil. 26. num. 9. lib. 1. Mareſcot. vbi ſup. num 9. Marius Giurba d. gloſ. 12 numer. 6. Peregrin. de fideicommiſ. d. art. 50. num. 76. verſ. In neceſſariis autem.* Vbi id in neceſſariis tantùm, non etiam in vtilibus firmat.

## VTRVM AB INGRATITUDINE paupertas excuſet?

## *SVMMARIVM.*

1 Ingratitudinis vitium grauiſsimum, & plura aduerſus illud.

2 Ob ingratitudinem quandoque peccatum mortale incurritur, ſi contemptus beneficii accepti contingat.

3 Ingratus amiſsione beneficii accepti punitur.

4 Semel conceſſa à domino libertas nullo regulariter queit reuocari modo.

5 Niſi libertus ingratus domino extiterit. Et quæ ſit ingratitudinis ſufficiens cauſa? ibid.

6 Vaſſallus, aut feudatarius etiam à Principe, nec de plenitudine poteſtatis feudo conceſſo priuari poſſunt.

7 Dominus ſine cauſa deſueſtiens vaſſallum, directo dominio, & ſuperioritate priuatur.

8 Vaſſallus ingratus domino exiſtens, feudo priuari poteſt. Et quæ ſufficiens ingratitudinis cauſa in præſenti ſit? ibid.

9 Donatio ſemel facta reuocari non poteſt: propter ingratitudinem tamen reuocatur, & num. 10. Et quæ ſit ſufficiens ingratitudinis cauſa? ibid. & numero 12.

11 Beneficiatus ſi illius, qui contulit gratiã, efficiatur hoſtis, beneficio priuatur.

13 Filius qui patri indigenti alimenta negauit, exhæredari ob id poterit.

14 Libertus pauper non tenetur alere patronum, priùſquè ſibi, ſuiſquè neceſſaria detrahit.

15 Et idem in ſeruo quoad dominum, de iure Canonico ſaltem, & in terris Eccleſiæ.

16 Et in filio quoad patrem, & in patre quoad filios.

17 Et in vaſſallo, vel ſubdito quoad dominum.

18 Et in donatario quoad donantem.

19 Et in Eccleſia, quæ licèt patronum pauperem alere teneatur: excuſatur ſi præter alimenta neceſſaria Curati, & familiæ, vel præter neceſſarios ad ipſius Eccleſię reparationem, vel ornatum ſumptus, nil ei ſupereſt.

20 Pauper alium pauperem alere non tenetur.
Charitas benè ordinata incipit à ſe ipſo, ibid.

21 Victum ſuum arctare quiſquam non debet, vt alium alat.

22 Nec capitale vendere, ſi redditus ad ſui ſuorumquè ſuſtentationem, necnon alimentandi ſufficiant.

23 Paupertas ab ingratitudine excuſat, nec pauper ingratus dici poteſt, cum ob paupertatem gratum ſe oſtendere nequeat.
Limita & intellige, vt num. ſeq.

## QVÆSTIO XLII.

INgratitudinis vitium adeo graue eſt, † vt alia facilè vincat, ac ſuperet: de quo *D. Bernardus ſuper Cantic.* inquit. *Ingratitudo eſt hoſtis gratiæ, inimica ſalutis, quoniã nihil ita diſplicet Deo, quemadmodũ ingratitudo.* & Se-

1

& Seneca de beneficiis, lib. 4. *Proſe fugienda eſt res ingratum eſſe, quoniam nihil æquè concordiam humani generis diſſociat, ac diſtrahit, quàm hoc vitium.* Et eodemmet *Seneca* teſte, in prouerbiis ipſius. *Ingratus vnus miſeris omnibus nocet.* Foetemque miſericordiæ ingratitudinem exhaurire, aſſerit *Ioan. Aloyſ. Ricci. in collectan. deciſ. deciſ.* 197. probatiſsimum dicens illud.

*Nil magis auertit cœlum à telluris amore*
*Quàm ſcelus ingratæ mentis, quæ corde maligno,*
*Muneris authorem nullo dignatur honore.*

*Quis denique non ingratum deteſtetur hominem, ſibi ipſi inutilem?* (vt cum Senec. *d. de benefic. lib. 4. c. 16.* loquar.) Qui & ingratis ipſis diſplicēt, & de eis ingrati quoque ipſi queruntur. *Non referre beneficiis gratiam* (inquit Senec. eod. de benef. lib. 3. cap. 1.) *& eſt turpe, & apud omnes habetur, Ebuci Liberalis. Ideo de ingratis etiam ingrati queruntur.*

2 Peccatumque mortale † quandoque ob ingratitudinem incurri, ſi contemptus beneficii accepti contingat, docent *D. Thom. & Caietan. 2. 2. quæſt.* 107. *art.* 3. *Didac. Couar. in cap. Cum in officiis, nu.* 31. *de teſtam.* vbi de pluribus tradit nationibus, apud quas contra ingratos actio prodita erat: de quo & *Senec. de ben. f. lib.* 3. *capit.* 6. ſic: *Hoc tam inuiſum vitium, an impunitum eſſe debeat, quæritur? & an hæc lex, quæ in ſcholis exercetur, etiam in ciuitate ponenda ſit; qua ingrati datur actio? quæ videtur æqua omnibus, &c.* Plura etiam ad materiam *Cardin. Dominic. Tuſch. practic. concluſ. lit. I, concluſ.* 131. & 132.

Et ne latiùs in his diuagemur, inter alias, quæ à iure contra ingratitudinis vitium cōſtituta ſunt, ea maximè viget pœna, vt ingratus beneficii accepti amiſſione puniatur. † Vnde licēt ſemel à domino conceſſa libertas nullo regulariter 4 queat reuocari modo, † *l. Si ab eo, 7. C. de liberal. cauſ. l. Sicut ſemel, 20. C. eod.*

5 Si tamen libertus ingratus † domino exiterit: poterit vtique dominus eum in ſeruitutem reuocare, *text.* eſt in *l. 1. C. de reuoc. donat. l. Alimenta, 6. D. de liber. agnoſc. l. 2. C. de liber. & eor. liber. auth. Vt liberti de cætero aureo non indigeant annulo, §. Illud verò, collat. 6. l. 2. §. Sed quemadmodum, C. de bonis quæ liber. tex. in l. Diuus Claudius, 5. & in l. Diuus Veſpaſianus, 7. §. fin. D. de iure patron. gloſ. 1. in l. Ingratus, 20. D. eod.* vbi *text.* ingratū dicit libertum, qui patrono obſequium non præſtat, vel res eius, filiorumvè tutelam adminiſtrare recuſat: ingratumque eſſe libertum, qui patrono in captiuitate, fame, vel paupertate exiſtenti (ſi commodè poterat) non ſit opitulatus; tradit (ex *Ordinam. Luſitan.*) *P. Ferdin. Rebello de obligat. iuſtit. 2. par. lib. 10. de donatione, & promiſſione, quæſt. 9. num. 4.* poſſeque in ſeruitutem reuocari, ſi egentem patronum non alat, iuſtamque ingratitudinis cauſam eſſe, eſt *text. in d. l. Alimenta, 6. D. de liber. agnoſc.*

6 Sic licèt nec vaſſallus, † aut feudatarius ſemel conceſſo feudo, aliquo modo (nec per Principem) priuari poſsint, *cap. 1. de natur. feud.* notant *DD. in l. Digna vox, C. de legib. & in cap Nouit. de iudic. Bald. in d. capit. 1. de nat. feud. & conſil. 326. num. 4. verſ. Pone quod ego, lib. 1. & conſ. 327. num. 8. verſ. Videtur igitur, eod. lib. Alexand. conſ. 124. in princi. lib. 1. & conſ. 203. numer. 9. lib. 6. Paul. Caſtrenſ. conſ. 311. num. 2. verſ. Reſtat autem, lib. 1. & conſ. 142. num. 3. lib. 2.* latiſsimè *Cardinal. Tuſch. practic. concluſ. lit. F, concluſ.* 110. plurimas huic ſententiæ ampliationes aſsignans, *per tot & lit. V, concluſ. 30. per tot. Marc. Anto. Natta conſ. 122. numer. 4. & ſeq. Ioan. Cephal. conſ. 12. num. 6. & conſ. 302. num. 129. & ſeq lib. 3.* vbi, quòd nec de plenitudine poteſtatis id Principi licet. Dominuſque ſine cauſa 7 deſuestiens † vaſſallum, directo dominio, & ſuperioritate priuetur, ſecundum *Angel conſ. 371. num. 2. verſiculo, Non autem licuiſſet.*

8 Si tamen ingratus † domino vaſſallus exiſtat, feudo priuari poterit, vt colligere licet ex *text. in capit. 1. quib. mod. feud. amitt. in vſib feud.* traduntque *Bart. in d. l. Alimenta, §. Imperatores, num. 2. D. de liber. agnoſcend. Ludouic. Roman. in l. Si quis non quaſi, numero 1. D. de adquir. hæredit. Sylueſt. Aldroband. in §. Sciendum, in verb. Ex cauſis, inſtit. de diuinat.* latè *Cardin. Tuſchi d. liter. F, concluſ. 115. per tot & conſ. 116.* Sufficientēq; cauſam priuationis eſſe, ſi cum poſsit alimenta domino deneget, latè defendit *Petr. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 55. num. 16. & ſeqq.* & ſuprà dictam ſententiam

firmant hodie iura Regia *in l.* 8. & 9. *tit.* 26 *par.* 4.

Ita etiam licèt donatio ſemel facta re-
9 uocari non poſsit, † *l. Cum profitearis*, 4. *C. de reuoc. donat.* Nec virtute Imperialis reſcripti, *l Si donationem*, 5. & *l. Poſſeſſionem*, 3 & *l. Velles*, 6 *C. eod. tit.*

10 Propter ingratitudinem † tamen reuocatur, *text. in d.* §. *Sciendum, inſtit. de donat. l. fin. C. de reuoc. donat. auth. Vt liberti de cætero aureo non indigeant annulo*, §. *Illud verò collat.* 6. *capit. fin.* extra *de donat. text.* de iure Reg. in *l.* 10. *titul.* 4. *par.* 5. latè (vt alios omittam) *Cardinal. Tuſch. lit. D, concluſ.* 711. *per tot.* & *litera* 11 *I, concluſ.* 132. Vbi, quòd ſi beneficiatus † efficiatur hoſtis illius, qui contulit gratiã, & ſit ingratus exiſtat, huiuſmodi ingratitudo amiſsionem, reuocationemque beneficii operabitur, tradente plenè *Ludou. Roman. conſ.* 159. *per tot.* & *ibid. eius Aldit numer.* 1 *litera A, verb. Concludo quòd ſit.*

Et in præſenti ſufficientem ingratitu-
12 dinis cauſam † eſſe, donationiſque reuocationi, ſi donatarius alimenta donatori deneget, tenuit *gloſ. in l. fin. verb. Voluerit C. de reuoc. donat.* quam ſequuti ſunt *Ripa in l. Si vnquam. num.* 72. *C. eod. tit. Ioan. de Platea in rubric. C. de decurion. in fin. lib.* 10. *Hieronym. Cagnol. in l. In condemnatione numer.* 2. *D. de regul. iur. Ioan. Lup. in rubric. de donat. inter vir. & vxor.* §. 70. *nu.* 25. *Anton. Gomez de contract. cap.* 2. *num.* 14. *in fin. Iul. Clar. Anton. Cordub. Crauet. Roland.* & alii, quos refert, & ſequitur (hanc latè comprobans aſſertionem) *Petr. Surd. de aliment. tit.* 1. *queſt.* 48. *à num.* 2 *& ſeqq. Cardin. Dominic. Tuſch. lit. D, concluſ.* 711. *n.* 18. Quod ſaltem in donatore omnium bonorum, vel maioris partis, per quam donans pauper efficeretur, aſſerit *Surd. ſuprà numero* 7.

Sic filium qui patri indigenti alimenta
13 negauit, exhæredari † ob id à patre poſſe, ingratitudinisque ſufficientem cauſam eſſe (ex *auth. Vt cum de appellatione cognoſcit*, §. *Cauſas*, & quod ibi determinant Doctores, vt non ſolùm ex ibi cauſis relatis, ſed etiam ſimilibus, exhæredari poſſit filius) pluribus aliis mediis, & argumẽtis firmat *Philippus Paſchal. de virib. patriæ poteſtatis, part.* 2. *capit.* 5. *numer.* 13. *& ſeqq.*

Licèt autem in ſuperioribus aſsignatis caſibus ingratitudo priuationis beneficii accepti, eiuſque reuocationis ſit cauſa, in eiſdem tamen ab ingratitudine excuſat paupertas, ab eaque liberat. Pauper enim
14 libertus † patronum alere non tenetur, *text.* eſt in *l. Si quis à liberis*, §. *penult. D. de liber. agnoſc.* Priùs namque quod ſibi neceſſarium pro alimentis eſt, deducit libertus, nec ingratitudinis incurrit vitium, ſi cum ad ſe ſuoſque alendos tantùm bona habeat; patrono de neceſſariis nõ prouideat, ab eaque tunc obligatione liberatus exiſtit, *text. in d. l. Si quis à liberis*, 5. §. *penut gloſ. in cap. Quicunque*, 16. *queſt.* 7. *Panormit. in cap. Nobis, num.* 9. *de iure patron. Salycet. in l. Dolo, num.* 2. *C. de liber. caſ. Paul. Citand. in tract. de iure patron. art.* 4 *num.* 158. *Marc. Ant. Natta conſ.* 380. *num.* 6. latè firmat *Pet. Surd. de aliment. tit.* 7. *queſt.* 28. *num.* 4. *& ſeqq.*

15 Idem comprobans in ſeruo † quoad dominum (de iure ſaltem Canonico, & in terris Eccleſiæ) *eod. tit. queſt.* 29. *per tot.*

16 Et in filio † quoad patrem, quem alere non tenetur filius pauper *ibid. numer.* 10. *& ſeq.* Idemque in patre quoad filios, *text. in l. penult. in fin. D. de alendis liberis*; latè proſequitur comprobat, & exornat *ipſemet Surd. d. tit.* 7. *queſt.* 8. *per tot. Hieronym. Buccaroni. de different. inter iudic. ciuil. & crimin. differ.* 100. *n. m.* 11.

17 Et in vaſſallo, † vel ſubdito, quoad dominum, *idem Surd. queſt.* 30. *à num.* 2. *cum ſeqq & queſt.* 31. *per tot.* Et in donatario
18 † (non reuocandam illi factam donationem eò quod donatori egenti non ſubueniat, cum ob ſuimet paupertatẽ non poſſit) docet *idem ipſe* (vt alios omittam) *tit.* 1. *queſt.* 48. *num.* 34. *cum trib. ſeqq.* Et in
19 Eccleſia, † quæ (licèt patronum pauperem alere teneatur (vt diximus *queſt.* 4. *n.* 30.) Si tamen præter alimenta Rectoris, & familiæ neceſſaria, vel præter neceſſarios ad ipſius Eccleſiæ reparationem, vel ornatum ſumptus, nihil ſupereſt, excuſari, docet *Petrus idem Surd. d. tit.* 7. *queſt.* 32. *per tot.* id latiſsimè comprobans, & poſt eum plurimos referens *Stephan. Gratia, diſceptation. Forenſ. tom.* 3. *cap.* 552. *numer.* 11. & 14.

Quorum euidens ratio eſt; quia pau-
20 per alium pauperem † alere non tenetur, ab obligatione que alendi (aliàs ſubſiſtente) paupertas eximit, *text. in l. penult. in fin. & in l. Si quis à liberis*, 5. § *fin.* & ibi not. *gloſ. in* §. *Si mater, verb. Neceſſariò.*

D. de

*D. de liber. agnoſc.* Charitas namquè benè ordinata à ſe ipſo incipit, vt in omnũ ore verſatur, & probat *l. Præſes, C. de ſeruit. & aqua*, latè proſequitur *Petr. Surd.* locis proximè relatis, alioſquè referens *Proſper Farinac. deciſ. nouiſſim. Rotæ Roman. tom. 2. deciſ. 470. num. fin.* Firmat *Senec. de benefic. lib. 2. Dabo egenti* (inquit) *ſed vt ipſe non egeam. ſuccurram periturо; ſed vt ipſe non peream.*

21 Nec victum ſuum arctare † quiſquam vt alium alat debet. *Bald. in l. 1. §. Officio, in fin. D. de tutel & ratio. diſtrah. Anto. Cordub. in d. l. Si quis à liberis, §. Si quis ex his, num. 87. & in §. Sed ſi filius, num. 134. Marc. Anton. Natta conſ. 387. num. 8. Petr. Surd. de aliment. d. tit. 7. quæſt. 8. num. 9. quæſt. 29. in princip. ante numer. 1. & quæſt. 14 num. 9. cod. tit. Stephan. Gratian. d. diſput. 552. num. 2.*

22 Nec capitale vendere, † ſi eius redditus ad ſui, ſuorumquè ſuſtẽtationem, nec non alimentandi ſufficiant, tradidimus ex pluribus *quæſt. 4. §. 4. num. 169.*

Sat igitur ex his, ab ingratitudine pau-
23 pertatem excuſare, † conſtat. Neq; enim ingratum dicet quiſquam eum, qui ob impotentiam, vel paupertatem gratum ſe oſtendere nequit, ex *text. in l. Eius eſt nolle, 3. D. de reg iur. & in l. Nolle adire, 4. D. de adquir. hæredit.* & aliis à *Nobis* adductis *quæſt. 17. num. 31. & ſeqq.* Firmaturquè ex *Ouidio lib. 4. de Ponto Eleg. 8.*

*Sed qui quàm potuit dat maxima, gratus abundè eſt,*
*Et ſinem pietas contingit illa ſuum.*

Et Amorum lib. 1. Eleg. 10.

*Nec tamen indignum eſt à diuite munera poſci:*
*Munera poſcenti, quæ dare poſſit, habet.*
*Carpite de plenis pendentes vitibus vuas.*
*Præbeat Alcinoi poma benignus ager.*
*Officium pauper numeret, ſtudiumquè, fidemquè.*

Et *Senec. lib. 4. de benefic. Pauperi viro bono dabo* (inquit) *Sat enim in ſumma inopia gratus, & cum omnia illi deerũt; ſupererit animus.* & iterum ibi. *Dicitur gratus, qui bono animo accepit beneficiũ, atque hic etiamſi vltrà facere nil poteſt; gratus eſt.* & ibi: *Gratus eſt etiam, qui vult tantùm, nec habet huius voluntatis ſuæ vllum alium, quàm ſe teſtem.* dixeratquè, & lib. 2. cap. 31. *Vt gratus ſim, ad Fortunam mittor. Si illa inuita reſpondere non poſſum: ſufficit animus animo.*

Benè tamen hæc monſtrant, & animo
24 gratum † eſſe pauperem debere. Non enim ſicut à mutuo officio, realique (vt ſic dicam) præſtatione pauperem immunem paupertas reddit: ita & gratuito, ſumptuquè carente. In hoc namque pauper ingrati vitium, ſicut in alio diues cõtrahit. Præbet in id (præter iam relata) irrefragabile teſtimonium (ſæpè nominatus, numquam omittẽdus, & cum auiditate, admirationequè ſemper legendus) *Senec. de benefic. lib. 2. c. 30. Non eſt* (inquit) *quòd quiſquam excuſationem mentis ingratæ ab infirmitate, atque inopia petat, & dicat; Quid enim faciã, & quomodò? quando ſuperioribus, dominiſque rerum omnium gratiam referam? Referre facile eſt, ſi auarus es, ſine impendio: ſi iners, ſine opera. Eodem quidem momento, quo obligatus es. Si vis, cum quolibet paria feciſti: quoniam qui libenter beneficium accipit, reddit;* idque ipſum cap. ſeq. proſequitur, & *lib. 3. c. 2.* Cui initium his verbis (noſtram aſſertionem probantibus) fecit. *Denique ad reddendam gratiam, & virtute opus eſt, & tempore, & facultate, & aſpirante fortuna. Qui meminit, ſine impedio gratus eſt. Hoc quod non operam exigit, non opes, non fœlicitatem, qui non præſtat: nullum habet, quo lateat, patrocinium.* Conducuntquè adducta à *Nobis ſupra quæſt. 33. num. 2.*

## VTRVM CREDITOR pauper poſsit ante diem debitorem ſuum conuenire?

## *SVMMARIVM.*

1 Debitor in diem, cogi non poteſt, vt ante diem ſoluat. Limitatur, num. 8. & ſeqq.

2 Creditor ante diem debitorem conueniens, olim cauſam amittebat.

3 Idemquè & in Fiſco ante diem exigente. Limitatur numer. 12. ob Fiſci paupertatem.

4 Hodie duplicantur inducię.

5 Et non ſolùm (ſecundum magis communem opinionem) duplicantur induciæ

ciæ temporis quod ſupereſt: ſed totius quo gaudere debitor ante exactionem debebat.

6 Nec etiam ante diei, vel conditionis euentum, cautio à debitore de ſoluendo poſt temporis, vel conditionis implementum (niſi nouus ſuperuenerit caſus) exigenda eſt.

7 Etſi cautio ante tempus exigatur, induciæ etiam (ſecundum vnam opinionem) duplicantur.

9 Mariti hæredibus ad reſtitutionem dotis rerum mobilium, ſe mouentium, aut incorporalium annus datur.

10 Mulier egeſtate laborans poterit mariti heredes intra annum conuenire, vt eam alãt, vel vt totam hæreditatem, aut partem ſaltem ſufficientem ad mulieris paupertatem leuandam reſtituant, & num. 11.

13 Reſpublica poteſt conductores gabellarum ob eius paupertatem, vt ante diem ſoluant, compellere.

14 Hæres pendente confectione inuentarii, non poteſt perſonalibus, aut hereditariis actionibus conueniri: à paupere tamen poteſt, & num. 15. remiſſiuè.

## QVÆSTIO XLIII.

DEbitor in diem, non ſolùm cogi non poteſt à creditore, vt ante eum † ſoluat, *l. Si mandauero, la* 1. 22. *in ordine, D. mãdat. l. Eumqui Kalendis*, 41. *D. de verbor. obligat. l. Cedere diem*, 213. *D. de verbor. ſignific.*

1

Sed ſi ante diem debitorem creditor conuenerit, olim quidẽ † cauſam, omninoquè ius amittebat, *text. in §. Temporales* (aliàs *§. Appellantur, verſ. Temporales*) *inſtit. de except. §. Si quis agens, inſtit. de actionib. & ibi gloſ. verb. Plus, text. in l. Non ſolùm, la* 1. 8. *in ordine, § fin. verb. Actionem, & in l. Nõ ſolùm, la* 2. 9. *in ordin. §. Tale, verb. Commiſſum, D. de liber. legat. Iaſ. in d. §. Si quis agens, num.* 10. & late hac de re *Farinac. in fragm. crimin. lit. C, à num.* 744.

2

3 Idque in Fiſco † locum habere; eſt *text. in l. Iuſtas, 6. C. de iure Fiſci, lib.* 10.

4 Hodie verò † induciæ (quas vel creditor ipſe ſponte indulſerat; quaſvè actionis natura continet) duplicantur, *text. in §. Plus autem, inſtit. de action. §. Hodi, autem, inſtit. de except.*

Et ſecundum magis communem Doctorum ſententiam, non ſolùm induciæ temporis, quod ſupereſt; † ſed totius, quo gaudere debitor ante exactionem deberet, duplicantur, vt (poſt *Aretin. in d. §. Si quis agens, num.* 7. *inſtit. de action. & Iaſ.* ibi relatos) tradit *Proſper Farina. d. lit. C. num.* 748.

5

Nec ſolùm debitum ante diem exigi à creditore nequit, † cautiovè de ſoluendo poſt temporis, vel conditionis implementum (niſi nouus ſuperueniat caſus) poſtulari, ex *text. in l. In omnibus*, 41. *D. de iudic. & ex l. Inter omnes*, 12. *in fin. D. qui ſatiſd. cog. Aretin. in l.* 2. *numer.* 6. *D. ſolut. matrim. Antoni. Gomez* 2. *tomo, variar. cap.* 3. *num.* 6. *verſ. Confirmatur, Petr. Barb. in d. l. In omnibus, numer.* 2. Qua tamen de re latè per *eundem ibi à num.* 11. *cum ſeqq.* vide.

6

Imò (ſecundum vnam opinionem, quã ipſe refert *inibi Barboſ. num.* 7.) ſi creditor in prædicta ſpecie cautionem, † ad quam debitor non tenetur, petat; tamquã contra plus tempore petentem duplicabuntur induciæ, ex iuribus proximè relatis.

7

Fauore tamen paupertatis, † licet quandoquè creditori ante diem debitum petere. Quamuis enim mariti hæredibus ad dotis reſtitutionem in rebus mobilibus, vel ſe mouentibus, aut in corporalibus, annus detur; † nequè anteà ſuper huiuſmodi rebus dotalibus à ſuperſtite vxore, vel eius hæredibus conueniri queant: *text. in l. vnic. §. Exactio aulæ, C. de rei vxor. act.* Si tamẽ mulier egeſtate † laboret, etiam intra annum mariti hæredes poterit conuenire, vt vel eam alant, (*gloſ. in dict. l. vni. §. Exactio, verb. Reſtituendis, gloſ. fin. in l. penult. D. vt in poſſeſſ. legat. gloſ.* 1. *in l. Diuortio, in princip. D. ſolut. matrim.* quam ſequuntur ibi *Bart. num.* 1. *Alberic. num.* 6. *Roman. num.* 13. *Caſtrenſ. numer.* 5. vbi gloſſæ opinionem communem teſtatur, *Cuman. nu.* 1. *Alex. num.* 16. *Socin. nu.* 17. vbi etiam de communi, & magis communem dicit *Iaſ. ibi. num.* 18. *Salycet. in d. l. vnic. §. Sin autem, numer.* 6. *C. de rei vxor. act. Petr. Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 44. *num.* 11. & *ſeqq.* vbi latiſsimè rationes reddit, ad cõtraria què reſpondet.)

8

9

10

11 Vel integram dotem, † aut partem

ſal-

ſaltem ad vxoris paupertatem leuandam ſufficientem reſtituant. Hanc tenuerunt ſententiam *Iaſ.in d.l.Diuortio, in princ. num.18.D ſolut.matrim.Fulgoſ.in l.2.C. de bon.matern. Anto.Cordub.in l. Si quis à liberis,§. Si quis ex his, num.123. D. de liber.agnoſc.Petr.Surd.vbi ſup.numer.1. Antonin.de Amat. reſolut.49. numer.46.* vbi ſolùm *Marium Mut. in Conſuetud. Panorm.conſuet.47.num.47.* in id allegat, ad eumque qualiter intelligatur, ſe remittit.

Item licèt Fiſcus ante diem petens cauſam (vt diximus) perdat: ſi tamen paupertate, † neceſsitateque ſit adſtrictus, ante
12 diem poterit debitorem ſuum conuenire, ex *text.in l.1.C.de condict. ex lege, vbi* notant *Bart.& Bald.Iaſ.in l.Diem, numer.4.D.de condict.indebit.Hippolyt.de Marſil ſingul.355. incip. Debitor in die, num.1.Petr.Surd.ſup.numer.25. Marc. Anton.Peregrin.de iure fiſci, lib.6. tit.7. num.21.*

13 Et idem in Republica, † quam per *text.illum* dicit ibi *Bald.* poſſe conductores gabellarum propter eius neceſsitatẽ, vt ante diem ſoluant, compellere, quod quotidie fieri, ac practicari proximè citati teſtantur.

Item quamuis pendente confectione
14 inuentarii non poſsit hæres † perſonalibus hæreditariis actionibus conueniri, *text.in l.fin.§.Donec,C.de iure deliber.* à
15 paupere † tamen etiam intra tempora conficiendi inuentarii poſſe; firmabimus latè *par.2.* vbi de hac materia latiùs.

VTRVM DEBITOR EX propria confeſsione, ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit, inſtrumento guarentigio, ſimiliùè cauſa, ad ſolutionem ſtatim poſt condemnationem, vel terminum, ſit compellendus, ſi pauper ſit? vel poſsit, debeatquè illi (ſi petatur) concedi dilatio?

Et quæ?

## *SVMMARIVM.*

1 Contra debitorem ex propria confeſsione in iure facta, iure iurando, ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit, vel inſtrumento guarentigio, executio competit, & num.3.

2 De iure ciuili inſtrumenta quantumuis publica, executionem paratam non habebant.

4 De iure duodecim tabularum triginta dies debitoribus ad ſoluendum dabantur, poſt quem terminum facultas creditoribus debitores ſuos propria authoritate diſtrahendi, erat.

5 De iure ciuili antiquo, iſte terminus condemnatis ad duos menſes in actione perſonali fuit prorogatus.

6 Qui poſtmodùm de iure Codicis ad quatuor menſes fuit extenſus.

7 Et idem de iure Canonico.

8 Idemque ſpatium confeſſo in cauſa ciuili (cum pro iudicato habeatur) cõceditur.
Et quid hodie? Et an in ſponte confeſſis, vel in aliis procedat? ibid.

9 Idem etiam tempus condemnato per ſententiam arbitri conceditur.

10 Et condemnato ex iuramẽto deciſſorio.

11 Et fideiuſſori condemnati.

12 Et an huiuſmodi dilatio debitori ex publico, guarentigioquè inſtrumẽto ſit concedenda?

13 Tempus quator menſium condemnatis ad ſoluendum conceſſum, paupertatis fauore inductum fuit, diuitibuſquè denegatur, ſaltem quando debitum eſt leue, commodèque, & facilè poſſet debitor illud ſoluere, & numer.14.

15 Hodie ex iure noſtro Regio quantum tempus condemnatis ad ſoluendũ detur?

16 Poſt incœptam executionem, intra quod tempus hodie ſit facienda ſolutio, vt debitor à decimæ ſolutione excuſetur?

17 Condemnatus in actione reali, etiam de iure communi ſtatim (iudicis tamen arbitrio) reſtituere tenebatur.

18 Et idem in actione perſonali ad certam rem tradendam.
Dolo verſari videtur, qui ſoluere, vel reſtituere tenetur, nec cum poteſt reſtituit, dilationibuſquè etiam legalibus vtitur. ibid.
Æquiſsima vox eſt hæc, *Redde quod debes.* ibid.

Ægi-

19 Ægyptii ad æs contrahendum faciles erant. Et qua lege mutuam pecuniam accipere deberent? Quaquè punirentur pœna ſi debitū non ſoluerēt?

20 Lex duodecim tabularum debitores non ſoluentes creditoribus ſuis dilaniandos tradi permiſit.

21 Lege Petilia cautum fuit, ne quis ob pecuniam in vinculis detineretur, ſed eius bona eſſent creditoribus obnoxia, cuius poſtmodum conſtitutio à iure Pontificio, Cæſareoq; approbata fuit.

22 Lege Diuina debitores, eorumq; filii creditoribus addicebantur, & ad ſeptimum vſque annum eis pro debito ſeruiebant.

23 De iure noſtro Regio etiam debitores creditoribus ſuis ſoluere non valentes addicuntur.

24 Et an id (etiam prædicta Regia cōſtitutione ſtante) ſi à principio, debitiquè contracti tempore in eadem egeſtate debitor erat, locum habeat? remiſsiuè.

25 Princeps frequenter moratorias literas indulgere aſſolet, apud omneſq; fere nationes conceduntur. Et an etiā decoctis mercatoribus? & num. 26.
Ampliatur num. 38. 39. 40. 41. 43. 44. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 55. 59. & ſeqq. vſque ad num. 69. incluſiuè, & nu. 76. & ſeqq. vſque ad 83. excluſiuè.
Limitatur etiam & intelligitur, vt nu. 70. 72. 73. 74. 75. 83. 94. 95. 96. 98. 101. 103. 104. & 105.

27 Minùs ſoluere dicitur, qui poſt tēpus ſoluit.

28 Princeps in tertii præiudicium reſcripta concedere non ſolet, nec huiuſmodi reſcripta tenent, niſi leue cōtineant detrimentum, modicèquè præiudicent, & num. 29.

30 Exceptio dilatoria eſt modici præiudicii.

31 Reſtitutio denegatur ei, qui aliàs reſtituēdus foret, ſi omiſit opponere, vel probare exceptionem dilatoriam, quia pro modica læſione reſtitutio concedi non ſolet.

33 Ad Principem ſpectat cura qualiter pauperibus debitoribus prouideatur.

33 Solon id primum in ſua Republica ſtatuit, vt debitoribus pauperibus aliqua debiti pars remitteretur.

34 Et quid circa hoc *Iulius Cæſar*, dum Dictatoris officio fungeretur, ſtatuerit?

35 Et quid *Caius Licinius*, & *Lucius Sextus* Tribuni?

36 Creditor non debet ſe acerbū exactorem aduerſus debitorem oſtēdere; *Exactor*, quis propriè dicatur? ibid.
Abſq; periculo non eſt, repetere, ſiue exigere pauperem, qui ſoluendo non eſt, ibid.

37 Moratorię literę ſumma cum ratione, de iuſtitiæ honeſtate, ex præſumptaq; creditoris mēte, vel quæ ſaltem in tali caſu eſſe debebat, conceduntur.

42 Creditores minoris ſummæ non tenentur concurrere, nec conſentire maioris ſūmæ creditoribus, ad quinquennalem dilationem concedendam, ſi debitor pro debitorum ſolutione bona habeat.

43 Ad quod vſque tempus moratoria dilatio à Principe concedi poſsit?

45 Moratoriæ literæ an poſt ſententiā, vel concluſionem in cauſa debitori cōcedi poſsint? & num. 46. 47. & 48.

46 Debitor ex inſtrumēto guarentigio poteſt moratorias literas obtinere, etiā poſt incœptam executionem, & licèt debitor ſit in carcerē detruſus, pignoraq; ei capta, quæ interim illi reſtituēda ſunt. Et quæ ſit diſcriminis ratio inter debitorem ex ſententia, vel inſtrumento? ibid.

49 Literæ moratoriæ an etiam pro debito ex delicto deſcendēti cōcedi poſſint?
Debitor ratione delicti, debitor propriè dici nō poteſt. Idemq; quoad creditorem delicti ratione, ibid.

50 Et an etiam pro debito iurato concedi poſsint dilatoriæ literę? ad illudq; extendantur, tam à ſeculari, quàm ab Eccleſiaſtico Principe conceſſæ? & num. 52. & ſeqq. vſque ad num. 65.
Princeps poteſt tollere iuramentum, ibid. & nu. 50. & nu. 59. 60. 61. & 63.
Contra, num. 57. & 58.

51 Creditorum minor pars concurrere tenetur cū maiori quinquennalē dilationē concedēti, etiā in debito iurato.

53 Diſpoſitio Principis generaliter loquens, ad caſum iuratū non extenditur.

54 Summus Pontifex moratoriam dilationem ſuper debito iurato concedendo ſimpliciter, ſi de iuramento mentio facta non ſit, non videtur voluiſſe iuramento derogare. Secùs ſi de iuramento mentio facta ſit, & certioratus, & n-

55. 56. Et

56 Et an id in Epiſcopo procedat?

59 Conſuetudo facit licitum aliàs illicitum, quando præſertim Euangelicæ doctrinæ non repugnat.

60 Princeps ſuper iuramento vim Apoſtolicam habet.

61 Iuramentum ſemper *ſalua authoritate Superioris* præſtitum intelligitur.

64 Debitor qui literas moratorias in debito iurato vult conſequi, vt tutus ſit, abſolutionem iuramenti priùs debet ab Eccleſiaſtico Iudice obtinere.

65 Etſi Eccleſiaſticus Iudex abſolutionẽ deneget, an poſsit creditor (indulto Principis non obſtante) coram Iudice Eccleſiaſtico ad obſeruantiam iuramenti cogere debitorem.

66 Debitor, qui debitum inficiatus eſt, an dilatione moratoria gaudeat? & nu. ſeq.

Qui dolo, vel lata culpa negat, vel inficiatus eſt, caret impetratis, in mendaciiquè pœnam punitur, ſecùs ſi aliqua iuſta cauſa negauit, ibid. in fin.

Intellectus ad *text. in cap. Super literis*, 20. *de reſcript.* ibid. d. num. 66.

67 Intellectus ad *text. in l. pen. D. de ceſſ. bonor.*

68 Ad ceſsionis beneficium admittitur, qui debitũ inficiatus eſt, ſi iuſtam habuit negandi cauſam.

71 Minoris ſummæ creditores, etiam dotales, concurrere & conſentire debent cum maioris ſummæ creditoribus dilationem quinquennalem debitori concedentibus.

75 Moratoria conceſſa principali, an & in quibus caſibus fideiuſſoribus proſit? & numer. ſeqq. vſque ad 83. excluſiuè.

77 Debitor principalis fideiuſſorem defendere debet, & exceptiones, quæ fideiuſſoribus non communicantur (ratione ſui intereſſe) opponere.

83 Debitor vt conceſſa dilatione moratoria gaudeat, ſatiſdare idoneè debet. Limita, vt num. 89. ſi creditor petat.

84 Et etiamſi talis cautio in moratoria remittatur, præſtanda eſt.

85 Niſi in moratoria clauſula *Non obſtante*, adſit.

86 Debitor diues, & valdè idoneus (cui etiam moratoriæ concedi ſolent ob incommoditatem, grauamenquè in ſolutione facienda) adhùc cautionem præſtare debet.

87 Debitor diues, & ſoluendo ſatiſdare non tenetur, etiam in caſu quo ſatiſdatio requiritur.

88 Cautio præſtanda eſt à debitore, etiam in annali dilatione.

89 Satiſdatio in moratoria dilatione, non niſi à parte petatur, neceſſariò requiritur.

90 Satiſdatio in quinquennali dilatione à maiori creditorum parte conceſſa, non requiritur.

91 In moratoria quinquaginta dierum non requiritur ſatiſdatio, niſi debitor ſuſpectus ſit de fuga.

92 Debitor qui ob paupertatem fideiuſſorem inuenire non poteſt, an à ſatiſdatione cautionem iuratoriam præſtando, vel cum generali hypotheca bonorum, excuſetur?

93 Debitoris iuramento probatur, fideiuſſorem inuenire non poſſe.

94 Debitor quinquennalem prætendens dilationem, paupertatem ſuam probare debet, ſecùs in annali, in qua huiuſmodi non exigitur probatio, ſufficitquè per debitoris iuramẽtum paupertatem probari.

95 Diſpenſationis cauſa ceſſante, ceſſare debet diſpenſatio.

96 Debitor ſecunda non debet gaudere dilatione, licèt ad pinguiorem fortunam non deuenerit.

97 Nec ad ceſsionis beneficium admittitur, ſi poſt dilationis terminum non ſoluerit, ſed in carcerem detruditur.

98 Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum priuilegio non gaudet.

Non eſt diſcooperiendum vnum, vt aliud cooperiatur altare, ibid.

99 Beneficium, *Ne quis conueniatur vltra quàm facere poteſt*, contra exiſtentem in pari, vel maiori neceſsitate non conceditur.

100 Debitor ad ceſsionis bonorum beneficium non admittitur, quando creditor in eadem, vel maiori egeſtate exiſtit.

101 Moratoria conceſſa debitori, eius hæredibus non prodeſt, nec ad eos extenditur.

102 Nec beneficium, *Ne quis conueniatur vltra quàm facere poteſt.*

106 Moratoria dilatione conceſſa, an currant vſuræ?

107 Vſuræ etiam in caſibus in quibus dilatione durãte currunt, exigendæ nõ ſunt, vſquequo finiatur dilatio, nec interim peti poſſunt, ſicut nec principale exigitur.

108 Debitor pendente dilatione ſibi conceſſa, an exigere debitores ſuos poſsit?

109 Tempus moratoriæ dilationis à die conceſsi beneficii, & datæ, non à die preſentationis, vel notificationis currere incipit.

110 Referuntur plures agentes de moratoria dilatione iuſtitiæ, à maiori parte creditorum conceſſa. Et an, & quando decoctis dilatio à creditoribus conceſſa proſit, pactaquè inter eos celebrata teneant, & obligentè remiſsiuè.

111 Maior creditorum pars poteſt debiti partem in totum remittere, minoriſquè ſummæ creditores cum eis tenentur concurrere.

112 Creditores æqualium ſummarum poſſunt quinquennalem dilationem debitoribus concedere, eiſque tenenter cæteri aſſentiri creditores.

# QVÆSTIO XLIIII.

COntra debitorem ex propria confeſsione in iure facta, iureiurando, ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit, vel inſtrumento guarentigio, executionem competere; haud dubia ſunt demonſtrantia iura. In prioribus † tribus eſt *tex. in l. Poſt rem iudicatã, §. 6. D. de re iudic. text. in l. Minor annis, 25. 41. in ordine* (& ibi not. *Bart. in prine. D. de minor. l. 2.* (& ibi communiter Doctores) *C. de execut. rei iudic.* de iure Reg. *l. 15. tit. 11. par. 3. l. 19 tit. 22. l. 2. titul. 13. ead. part. l. 1. & ſeq. titul. 21. lib. 4. nouæ Reg. Collect.* latè *Roderic. Xuar. in d. l. Poſt rẽ iudicatam, notab. 1 num. 1. Petr. Rebuf. 1. tom. ad conſtit. Gallic. tit. de execut. ſentent. Anton. Gabri. commun. concluſ. lib. 2. titul. de execut. rei iudic. Paz in praxi, 1. part. 1. tom. 12. tempore, numer. 1. Octauian. Veſter in praxi lib. 8. capit. vlt. Caſtillo in l. 46. Taur. numer. 2. & ibid. Anton. Gomez numer. 3. Anton. Sola ad conſtit. Sabaud. tit. de ſentent. execut. Robert. Lancellot. de attentat. 2. par. cap. 12. ampliat. 1 num. 8. Iacob. Menoch de arbit. quæſt. 98. Carol. de Graſ. in tractat. de except. in prælud. num. 4.* vbi de communi, & *num. 21. 22. & 23.* vbi latè de confeſsione in iure facta, de qua etiam plenè *Roderic. Xuar. ſuprà notabili 3. per tot. & eius Addit. litera A, nu. 1.* vbi quę, requiſita debeat habere confeſsio, vt executionem mereatur? Et in confeſsione eſt hodie *text. in l. 5. d. titul. 21. lib. 4. nouæ Reg. Collect.* concinitquè *Ouidii* ſententia *lib. 1. de Ponto, Eleg. 7.*

*Non eſt confeſsi cauſa tuenda rei.*

Idem & in debitore ex inſtrumento dicendum eſt. Licèt enim de iure ciuili, inſtrumenta quamtumuis publica executionem † paratam non haberent: *text. in d. l. 2. C. de execut. rei iudic. & in d. l. Minor, 41. D. de minor. & in l. 4. §. Si ex conuentione, D. de re iudic. Alexand. in l. Si Prætor, §. Si iudex, num. 3. D. de re iudic. Socin. in l. Siſe non obtulit, §. Si ex venditione, numer. 6. D. eod. Iaſ. in l. Tale pactum, §. Qui prouocauit, num. 9. & 10. C. de pact. & in l. Cunctos populos, 2. lectura, num. 58. C. de ſumma Trinitat. & fide Catholi. & in l. fin. numer. 6. C. de edict. Diui Adrian. tollend. Didac. Couarr. lib. variar. reſolut. lib. 2. capit. 11. numero 4. Caballin. in 2. part. Milleloq. 655. Ioan. Baldeſ. in addit. ad Roderic. Xuar. in d. l. Poſt rem iudicatam, verſ. Alius caſus poteſt hodie aſsignari, litera A, Paz in praxi, 4. part. tom. 1. in ſummario, numer. 5. Benedict. de Barz. in tract. de guarentig. part. 1. princ. quæſt. 8. verſ. Aliquando autem, Nicol. Boer. deciſ. 295. num. 5. Octauian. Oſaſc. deciſ. Pedemont. 119. num. 2. Catell. Cotta in memorabil. verb. Inſtrumenta publica, Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 77. num. 1. Anton. Padill. in rubric. de iuris & fact. ignor. num. 21. Iacob. Menoch. de arbitrar. caſu 17. num. Antonin. Theſaur. deciſ. 26. num. 1. Franciſc. Becci. conſil. 17. numer. 2. lib. 1. Emmanuel Suarez in theſaur. recept ſententiar. verbo, Inſtrumentum, Cumia ſuper ritib. Regni Siciliæ, capite 16. numer. 22.* communem dicit, idquè vbique affirmare Doctores *Carolus de Graſsis in dicto tractat. de exceptionibus in prælud. numero 1.*

Hodie tamen, idem quod in ſententia, & aliis caſibus executionem paratam ha-

habentibus, & in inſtrumẽtis † conſtitutum eſt, per *leg.* 1. 2. 3. 4. & 5. *d. tit.* 21. *lib.* 4. *nouæ Reg. Collect. & ibid. Azeued. Paz in praxi* 1. *tom.* 4. *part. in ſummario, numer.* 4. & *cap.* 1. *numer.* 23. *Didac. Couar. d. cap.* 11. *numero* 4. plures referens *Ioan. Baldeſ. in addit. ad Roderic. Xuar. in d. l. Poſt rem iudicatam, in declaratione legis Regni, d. verſiculo, Alius caſus poteſt hodie aſſignari, litera A,* vbi ex *Rebuf.* & aliis, idem quoque in *Gallia* obſeruari teſtatur.

Intra quod verò tempus executio facienda ſit, diſſentiunt iura. Primò enim duodecim tabularum iure † triginta dierum ſpatium debitoribus ad ſoluendum erogabatur, poſt quod facultas creditoribus debitores ſuos propria authoritate diſtrahendi dabatur; verba legis ſunt: *AEris confeſſi, rebuſque iure iudicatis triginta dies iuſti ſunto. Pòſt deinde manus iniectio eſto, in ius ducito, ni iudicatũ facito, aut quipſeudo eo iure vim dicito: ſecum ducito, vincito, aut nervo, aut compedibus* 15. *pondo, ne minore, aut ſi voles maiore, vincito ſi voles, ſuo viuito, ni ſuo viuit, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato, ſi voles plus dato, in vinculis* 60. *dies habeto, inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitiis perducito, quantæquè pecuniæ iudicatus erit prædicato. Tertiis autem nundinis (ſi interpactus non ſit) capitis pœnas dato, aut trans Tiberim peregre vanumito, & ſi plures forent, quibus reus eſſet iudicatus, tertiis nundinis partes ſecanto, ſi plus, minuſue ſecuerunt, ſine fraude eſto.* quam refert *Marcheſanus, de commiſſionib.* 3. *part. de commiſſione ſuper dilatione moratoria, capit.* 1. §. 1. *num.* 2. *Annæus Robert. rer. iudicatar. lib.* 2. *cap.* 5. *pagin. mihi* 376. De qua lege, & eius ſeueritate meminerunt *gloſ. in l.* 1. *verbo, In eo, in fin. C. qui bonis ceder. poſſunt, Alciat. lib.* 1. *pareg. cap.* 32. *Couar. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 1. *Alexand. ab Alexand. geniali. lib.* 6. *cap.* 10. *Budæus in in addition. ad Pandectas, tit. de in diem adiectione, Hieronym. Magius miſcel.* 1. *cap.* 8. *Aulus Gelius noctium Atticar. cap.* 10. *col. pen. Carol. Sigon. lib.* 1. *de antiquit. iuris ciuil. Romanor. cap.* 6. *Petr. Barboſ. ad l. Si debitori,* 21. *num.* 174. *D. de iudic. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 183. *numer.* 4. *Octauian. Veſter in praxi, lib.* 8. *cap.* 6. *num.* 5. & 28. *Antonin. Theſaur. deciſ.* 153. *numer.* 1. latè *Philip. Peſchal. de viribus patris poteſtat.* 2. *par. cap.* 1. 9. *num.* 84. & *ſeq.*

Huiuſmodi autem 30. dierum ſpatium ad duos menſes † in actione perſonali fuit de iure ciuili antiquo Digeſtorum debitoribus ſententia damnatis prorogatũ per *text. in l. Debitoribus,* 31. *D. de re iudicat. gloſ. fin. in l. Si debitori,* 21. *D. de iudic. vbi Petr. Barboſ. numer.* 168. 172. & *ſeq.*

Poſtmodumquè de iure Codicis ad quatuor † menſes extenſum, ex *text. in l.* 2. & 3. & *fin.* §. *fin. C. de veſtur. rei iudic. gloſ. fin. in l.* 1. *D. iudicat. ſolui,* notarunt-què *Didac. Perez in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *Ordina. pag.* 538. *col. fin. Vincent. Carot. de remed. contra præiudic. ſentent. vel damnoſas executiones, except.* 53. *num.* 1. *Gregor. Lopez in l.* 5. *tit.* 27. *part.* 3. *gloſ.* 1. *Alex. Trentacinq. variar. reſol. lib.* 3. *tit. de ſolutionib. reſolut.* 1. *numer.* 2. *verſ. Marcus Antonius, Dionyſ. Gothoſred. in d. l. Si debitori meo,* 21. *liter. S, D. de iudic. & ibid. Petr. Barboſ. num.* 169. & *numer.* 172. & 176. vbi etiam in id adducit *Hermonopolum in promptuario iuris, lib.* 1. *cap.* 4. *pag.* 31. *adfin.* obſeruarequè *Duarenum in eadem l. Si debitori, & Cuiac. lib.* 3. *obſeruat. cap.* 39. tradit.

Idemquè de iure Canonico † tempus conceſſum eſt, *text. in cap. Quoad conſultationem* 15. *de ſentent. & re iudic. & in cap. Quærenti,* 6. *de offic. & poteſt. iudic. deleg.* eſtquè receptiſsimum, vt aſſerit *Nicola. Boerius deciſ.* 45. *numero* 1. & cum eo *Petr. Barboſ. vbi ſuprà numero* 177.

Et id ipſum tempus quatuor menſium, etiam in iure confeſſio † in cauſa ciuili (cum pro iudicato habeatur, *l.* 1. *D. de confeſſ.*) obſeruandum erit, probaturquè in *l. Certum,* 6. § *fin. D. eod. tit.* cuius ſunt verba: *Confeſſi vtique poſt confeſſionem, tempora quaſi ex cauſa iudicati habebunt,* per quem ita tenẽt *Felin. in d. cap. Quærenti, num.* 7. extra *de offic. & poteſt. iud. deleg. Vincent. Carot. d. except.* 53. *num.* 3. *Petr. Barboſ. ad d. l. Si debitori, num.* 163. & *ſequenti*. Licẽt de generali conſuetudine *idem ipſe ibi, numero* 189. & *ſequenti*, pluribus relatis, hodie confeſsis in iure decem tantum dierum ſpatium, non verò, quod condemnatis datur, concedi teſtatur, probari tamen in eo loco vbi lis vertitur huiuſmodi

conſuetudinẽm debere, aliter concedi dilationem, quæ iudicatis datur, & *numero* 191. Quod an in ſpontè confeſsis, aliiſvè procedat? per *eum ibi numer ſeqq.* videre licebit.

Condemnatus autem non ſolùm per ſententiam Iudicis Ordinarii, ſed etiam
9 arbitri, † prędicti temporis dilatione gaudet, ſuſpendique interim ſententiæ executionem debere, docent *Bart. in l. 3. quæſt. 1. D. de legat. 1. Bald. in d. c. Quærenti (vbi* etiã *Felin. limit. 3.) de offic. delegat. Iaſ. in d. l. Debitoribus, num. 7. D. de re iudic. Vincent. Carot. d. except. 53. nu. 5.* Cum arbitria adinſtar iudiciorum redacta ſint, *Iulio Paulo* authore in *l. 1. D. de recept. arbitr.*

10 Et in condemnato ex iuramento † deſciſſorio obſeruant *Aſini. de execut. §. 9. cap. 101. num. 8. Bellon. in §. Omnis, num. 4. inſtit. de verb. oblig. Carot. vbi ſup. numer. 3. verſ. Idem in condemnato ex iuramento deſciſſorio.*

Nec ſolùm huiuſmodi dilationem principali concedi debitori, ſed & eius
11 fideiuſſori, † eſt *text. in d. l. fin. §. fin. C. de vſur. rei iudic. gloſ. fin. in d. l. 1. D. iudicatum ſolui, Vincent. Carot. d. loco, numero 2.*

Ex quibus & indebitore ex publico,
12 † guarentigioquè inſtrumẽto idem (imò à fortiori) videbatur aſſerẽdum; cum potentior ſit res iudicata, quippè, quæ de iure communi executionem merebatur, nõ verò publicum inſtrumentum: ideoquè non minori ſpatio ad ſolutionem debet arctari debitor ex inſtrumento, quàm ex ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit. Qua tamen de re videndus *Carot. d. except. 53. num. 4. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 77. num. 5. Iacob. Menoch. de arbitrar. caſu 17. num. 5. Borgnin. Caualc. deciſ. 48. num. 45. par. 2.* & alii adducti per *Carot. ſuprà.*

Quod quidem tempus, dilatioquè ſpe-
13 ciali paupertatis † fauore conceſſa fuit, vt ex dictis iuribus huiuſmodi tempus concedentibus colligitur; *gloſ. in dict. l. Si debitori, 21. Verbo, Dandum, D. de iudiciis, & in d. l. Debitoribus, 31. verb. Cõtumaciam, D. de re iudic.* Diuitibus namq; huiuſmodi denegatur ſpatium, vt monſtrant iura, & gloſſæ relatæ, notantquè *Cyn. in l. vnic. §. Exactio, C. de rei vxor. actio. Ripa in l. Ita ſtipulatus, num. 81. D. de verbor. obligat. Alexand. in d. l. Debitoribus, num. 21. ad fin. Felin. in d. capit. Quoad conſultationem, num. 9. ad fin.* extra *de offic. & poteſt. iudic. deleg.* veriorem & æquiorem ſententiam dicit *Addit. ad Roman. ſingul. 365. Vincent. Carot. vbi ſuprà, num. 17. Petr. Barboſ. ad d. l. Si debitori, 21. num. 180. D. de iudic.*

Quod tamen verum credit *Carot. ſuprà*, ac procedere, quando debitum eſt
14 leue, † commodèquè & facilè poſſet debitor illud ſoluere: cũ quo ſentit *Barboſa vbi ſuprà.* quem ſuper hoc plenè agentem conſule, *num. 183. ad num. 188.* incluſiuè.

De iure verò Regio Partitarum qua-
15 drimeſtre à iure communi nouiori debitoribus pauperibus conceſſum, ad decem † tantùm dierum ſpatium redactum fuit, per *leg. 5. titulo 27. & l. 7. titulo 3. partit. 3.*

Quod & de recentiori Ordinamenti, Regięquè nouæ Collectionis iure in debitore pecuniarum confirmatum eſt; coarctatum tamen, ſi ſententia, & condemnatio ſuper aliis rebus mobilibus, ſiue immobilibus ſit: in quibus vſquè ad tertium tantùm diem executionem differri; exinde verò executioni ſententiam mandari, diſponit *text. in l. 13. titul. 16. lib. 3. Ordinam. & l. 3. tit. 17. lib. 4. nouæ Reg. Collect.*

Quidquè circa hoc obſeruetur, conſtitutumquè ſit in Portugalliæ Regno, tradit *Petr. Barboſ. d. loco, numer. 179. & ſequentib.*

Poſt tranſactum verò huiuſmodi tempus, incœptamquè executionem, intra
16 vnum † naturalem diem debitor (etiam pecuniæ) ſoluere debet, poſt quẽ (licèt in continenti ſoluat) ad decimam, & expenſas tenetur, ex diſpoſitione *text. in l. 21. tit. 21. lib. 4. nouæ Reg. Collect.* Quod hodiè ad tres naturales dies (ſeptuaginta ſcilicèt & duas horas, ex hora incœpte executionis) per *Pragmaticã ſanctionem latam in Curiis Matriti, ac promulgatam anno 1619. die 21. Iulii*, correctum eſt.

Condemnatus verò in actione reali,
17 † etiam de iure communi ſtatim reſtituere tenebatur, neque aliqua ei dabatur dilatio, arbitrio tamen Iudicis; *text. in §. 1. inſtitut. de offic. Iudic. gloſ. in dict. l. Si debitori, 21. verb. Dandum, D. de iudic. gloſ. 1. in fin. in l. 3. D. de vſur. gloſ. in d. c. Quærenti, verb. Quadrimeſtre.* extra *de offic. deleg. gloſ. in l. Si cum exceptione, §.*

Quod

*Quodſi homo, & ibi Bart. & in §. Quatenus, D. de eo, quod met. cauſa, text* de iure Regio in *d. l. 5. titul. 27. & l. 7. titul. 34. part. 3. Bart. in l. fin. C. de execut. rei iudic. & in l. Cum res, §. Si Stichus, notab. 3. D. de legatis 1. Iaſ.* (receptam ſententiam dicens) *in dict. l. Debitoribus, num. 13. D. de re iudic. & in l. Si arrogator, numero 60. D. de exceptio. Nicola. Boer. quæſt. 45. numero 9. Aſini. in praxi de execut. §. 9. capit. 101. numero 8.* & alii, cum quibus tenet *Vincentius Carot. de except. contra præiud. ſentent. vel damnoſas execut. d. except. 53. text.* ad id etiã allegans *in d. l. vnic. §. Exactio, C. de rei vxor. action.* vbi exactio dotis in rebus immobilibus fit in continenti, *Petr. Barboſ. in dict. l. Si debitori, numer. 179. D. de iudic.*

Idemquè & in obligatione perſonali ad certam rem † tradendam, quam ſtatim tenetur reſtituere condemnatus, ceſſatquè in eo caſu dilatio, *Vincent. Carot. dict. except. 53. numero 12. verſiculo, Ampliatur ſecundò*, allegat *gloſſam mag. in fin. in dict. l. Infideicommiſſi, 3. D. de vſur.* quæ tamen id non dicit, probat autem *dict. Regia l. 5. titulo 27. part. 3.* Videndusquè circa hoc *Petr. Barboſ. in dicta l. Si debitori, num. 178. & 199.* 18

Dolo enim verſari videtur, qui ſoluere, vel reſtituere tenetur, nec cum poteſt, reſtituit, dilationibusquè (etiam legalibus) vtitur; argument. *l. 1. §. Eſt autem, & ibi notat Paulus Caſtrenſis, D. de poſiti.*

Vndè æquiſsimam dicebat *Seneca libro 3. de benefic.* hanc vocem, *Redde quod debes.* Indequè factum eſt, vt contra debitores creditum ſoluere differentes, apud plures nationes grauiſsimæ, ac diuerſæ conſtitutæ fuerint pœnæ.

19 *Egyptii* † cum olim ad æs alienum contrahendum faciles eſſent, ad ſolutionem verò tardi, fallaciisquè ad creditores circunueniendos vterentur; ne liceret eis corpora, quę libera ſunt, obligare; *Aſychis AEgypti* Rex hanc promulgauit legem: Ne aliter pecuniam mutuam accipere liceret, quàm ſi debitores patrum cadauera pignori obligaſſent. Eàdemquè lege cautum eſt, vt ſi debitor æri alieno non ſatisfaceret, neque in paterno, neque in alieno quouis ſepulcro ſepelliri fas eſſet, vt teſtatur *Herodot. & Diodon Siculus* adducti per *Annæum Robert. rerum iudicatar. libro 2. capit. 5 folio 373.*

20 Ex duodecimquè tabularum † iure tantus fuit contra debitores non ſoluentes rigor; vt eos creditoribus dilanien dos tradi permiſerit, vt ex d. iam relata lege conſtat, ſcripſeruntque *Aul. Gelli. Carol. Sigon. Couar. Menochi. Theſaur.* & alii *num. 4.* adducti.

Cuius tamen legis immanitas (quaſi magis ad terrorem, quam ad vſum tenderet) è media iuriſprudentia penitùs fuit 21 ejecta, eique lex ſucceſsit *Petilia*, † quane quis ob pecuniam in vinculis detineretur, ſed eius bona eſſent creditoribus obnoxia, fuit cautum, vt affirmat *Liuius 1. decad. lib. 8.* Quæ poſtmodũ lex à Cæſareo, Pontificioquè iure fuit approbata in *l. Ob æs, 12. cum auth. ſeq. C. de action. & oblig. & in cap. 2. extra de pignor.* latè tradit *Philipp. Paſchal. de viri. b. patr. poteſtat. 2. part. capit. 9. numer. 84. & ſequenti.*

22 Lege etiam Diuina † debitores, eorumque filii creditoribus addicebantur, & ad ſeptimum vſque annum eis pro debito ſeruiebant, *Deuteron. cap. 15. & Regum lib. 4. cap. 4.*

23 Cui ſimiles ſunt leges Regiæ † in *l. 2. titul. 8. lib. 3. Fori leg. & in l. 11.* ibi: *E otroſi ſean entregados del cuerpo del debdor.* & in *l fin. in fin. tit. 20. cod. lib 3. Fori leg. text. in l. 4. titul. 16. lib. 5. nouæ Reg. Collect.* fueratquè etiam *lex Styli*, quam longiſsimo teſtatur vſu receptam *Gaſpar Baeça de inope debitore, capit. 1. numero 56.*

Vtrùm autem hæc eadem Regia diſpoſitio, ſi à principio, † debitiquè contracti tempore, in eadem egeſtate debitor conſtitutus erat, locum habeat? videbimus *quæſt ſeq.* 24

Ex quibus omnibus (de iure præſertim Regio) debitorem quantumuis pauperem ſtatim à creditoribus in prædictis caſibus, ex præfatiſquè obligationibus conueniri poſſe, executionique nulla, vel minima data dilatione, locum forè, elicitur. Circa quod tamen aduertenda, quæ ſequenti notamus quæſtione.

Licèt autem pauperum debitorum iure Regio deterior ſit facta conditio, quàm anteà iure fuerat Communi; adhùc tamen patens eis, faciliſquè aditus relictus eſt, quo ab inſtantibus creditoribus, eorumquè acerbitatibus liberentur, ſufficientiquè temporis ſpatio

ſolutionem commodè facere valeant, ſequè poſsint tueri, ac interim executionis fulgur euadant, Principem adeundo, eiquè offerendo preces, quatenus eorum paupertate, & impotentia attenta, moratorias dignetur literas concedere: quas
25 frequenter aſſolet Princeps † indulgere, *text.* eſt in *l.2. & in l.Vniuerſa*, 4. *C. de precib.Imperat.offerend.* & ibi Scribent. bonus de iure Regio *text.in l.*33.*tit.*18. *part.*3.*& in l.*4.*titul.*24. *ead.par.* Et ſic quotidie has moratorias Regias literas pauperibus, ruſticiſquè laboratoribus cõcedi, teſtatur *Azeued.in l.*2.*tit.*14.*numer.* 33.*& ſeqq.lib.*4.*nouæ Reg.Collect.Caſtillo de Bouadilla in Politica, lib.*2. *cap.*16. *num.*125.*& lib.*3. *cap.*13. *num.*20. *Gaſpar Rodrig.de annuis reddit.cap.*9. *num.* 16.*&* 26.*lib.*3. *Marc. Anton. Cucch. in tractat.de morator. præſcript.nu.*14. vbi tales dilationes vbiquè ferè apud Italos Principes, Romæ, Venetiis, Mediolani, atquè aliis Principum Curiis in vſu eſſe, dicit, *Rebuf.in tract. de liter. dilator.& annalib.& quinquennal. Antonin. Theſaur.deciſ.Pedemont.*186 *per tot.Vincẽt. Carot.de remed.contra præiudic.ſentent. vel damnoſas execution.except.* 168.*nu.* 1.*Carol.de Graſ.in tractat. de except. ad mater.ſtatut.excludent. omnes exceptiones, except.*32. *num.*3. *Lucas Matthæ. de Apicella in tutamine pauper.tit.*2.*de moratoria Principis, num.*2.*verſ.Alii verò*, vbi, quòd tota die Principes has literas concedunt, *Alexand.Trentacinq.variar. reſolut.lib.*3.*tit.de ſolut.reſolut.*1. *num.*1. *Pyrrh.Maur.in tract.de fideiuſſor.*1. *par. princip.in prælud.*3.*particulæ, & ſectionis, c.*2.aliàs 11. *per tot. Nicol.Genua.de ſcriptura priuat.lib.*3. *tit. de literis iudicialibus, ſeu dilatoriis, vel moratoriis, numer.*1.*& ſeqq.*

26 Sic & decoctis † mercatoribus quotidie Principes, eiuſque Miniſtros ſaluicõductus literas concedere ſolere, ne intra certum tẽpus moleſtentur, teſtatur *Ioan. Baptiſta Marcheſan. de commiſsion.*3. *par.cap.*1.*de commiſsione ſuper dilatione moratoria, num.*49. niſi malitioſè decoctis, ex *Verallo deciſ.*273.*p.*1. *Bald. Caccia.* & aliis, *& num.*69. ita etiam *Mattb. Luc.de Apicella vbi ſuprà num.*33. pulchrè *Anton.Hering.de fideiuſſorib.cap.*5. *num.*104.*Oſuald.Hilliger.in Donel.enucle.lib.*22. *capit.*9. *lit.H, Meland. Moll.* alioſque in id allegans, qui decoctoribus, & abuſoribus, qui bona ſua obligurierunt dilationem moratoriam denegandam aſſerunt, eis tamen concedendam, qui fortunæ iniuria ad egeſtatem deuẽnere: quos in fœlices debitores appelat. Et quid in dilatione iuſtitiæ? infrà notabimus.

Nec obſtat per huiuſmodi conceſsionem ius tertii lædi, minuſquè videri ſolui creditori, cũ minus ſoluere dicatur, qui † poſt tempus ſoluit, *l. Si cui*, 12.*§. fin. D. de verb.ſignific.* vbi hæc *Iureconſul.Caius* adiicit, *Minus ſoluit, qui tardius ſoluit: nam & tempore minus ſoluitur.l.*1.*§.Editiones, verſ.Nam dies ſolutionis*, & ibidẽ notat *gloſ. verb. Summa, D. de edend.§. Tempore, inſtit.de actionib.*

Ideoque tales dilationes, moratoriaſq; literas concedi non poſſe, cum in tertii
28 vertantur præiudicium, † huiuſmodiquè reſcripta, nec ſolere Principes concedere, nec valere, probat *text.in l. Reſcripta*, 7. (ibi: *Niſi fortè ſit aliquid, quod non lædat alium, & proſit petenti*) *C. de precib. Imper.offerend. text. in l. Authoritatem*, 3.*& ibi gloſ. verb. verb. Poſtulatis, C. vnde vi, text.in l.*2.*§. Merito ait Prætor, D.ne quid in loco publico, text. in l.Nec auus*, 4. (ibi: *Nec in cuiuſquam iniuriam beneficia tribuere, moris eſt noſtri*) *C. de emancipat.l.Impuberi*, 41.*D. de adminiſtrat. tutor. l. Sciendum*, 18. *D. ex quib. cauſ.maior. capit.Reſcripta*, 25. *quæſtione* 2.

Cui reſpondetur obiectioni: reſcripta, quę ius tertii aliquantulum, non tamen
29 grauiter † lædunt, iuſtè concedi poſſe, *text.* (ſic intelligendus) *in d.l.*2.*§. Si quis à Principe, D.ne quid in loco publico*, & ibi notat *gloſ.fin.in ſecunda ſolutione, text. in l.*1.*§. Sunt autem qui putant, D.ne quid in flumine publico, text.in l.Si quis ſepulcrum*, 12. *D. de religioſ.& ſumptib.funer.* Et in terminis, & caſu noſtro (in quo tertius leuiter læditur, principaleque ius integrum conſeruatur) eſt *text.in l.Quoties* 2.*C.de precib.Imperat.offerend.gloſ.in d. l.Reſcripta*, 7.*verb.Non lædat, C.eod. & in d.l.Nec auus*, 4.*verb. Iniuriam, C.de emancipat.* & expreſsior de iure Regio *text.* in terminis *in d.l.*33. *tit.*18. *part.*3. ibi: *E tal carta como eſta mandamos que vala, como quier que reciba por ella algun agrauiamiento aquel a quien deuen el debdo, por todo eſſo en ſaluo finca lo ſuyo.* Præponderat enim damnum, quod pauper debitor ex accelerata, & in tempeſti-

ua

tua ſolutione pateretur; ei, quod ex dilatione creditori ſequi poſſet, cum tantùm differatur aliquandiu, non ex toto debitum extinguatur, aliquidvè de ipſa principali ſorte, nec vſuris (ſi debebantur, vt latiùs infrà) detrahatur, ſed ſaluũ creditoris remaneat ius. *Neque enim* (vt inquit Vlpian. in l. Debitori meo, 21. D. de iudic.) *magnum damnum eſt in mora modici temporis.* Etiamquè ſi tempus nimis breue non ſit: ex eo enim quod huiuſmodi moratoriæ dilationis exceptio, dilatoria eſt; modici † etiam eſt præiudicii, vt argumentum præſtat (præter *text. in d. l. Quoties, 2. C. de precib. Imper. offer. & d. l. Part.*) text. in *l. Si fideiuſſor, 29. §. Quædam, D. mand.*

Quo fit, vt reſtitutio † denegetur ei, qui aliàs reſtituendus foret, ſi opponere, vel probare exceptionem omiſit dilatoriam, cum pro modica læſione reſtitutio concedi non ſoleat, *text. in l. Scio, 4. D. de in integ. reſtit.* vbi id in ſpecie notat *Bald. & in l. Peremptorias, num. 18. C. ſentent. riſcindi non poſſe, Felin. in capit. Fraternitatis, num. 6. verſ. Fallit ſecundò*, extra *de teſtib. Marc. Anton. Cucchu.* (latè hanc comprobans ſententiam) *de morator. præſcript. num. 157. & tribus ſequentibus.* Quanto autem tempore dilationes hæ concedi poſſint? videbimus infrà.

In his igitur poſſunt, & ſolent facilè Principes reſcripta, moratoriaſquè literas concedere. Quinimò ad Principes † qualiter pauperibus debitoribus prouideatur, ſubleuamenque præſtetur, cura ſpectat, *text. in auth. De non cligend. ſecundo nubent. in princip. & in auth. Vt determinat. ſit numer. §. Cum verò, auth. De fideiuſſorib. §. Agnoſcant*, ibi: *In fœlicibus debitoribus auxiliamur.* Inde Ouid. de Pont. lib. 2. Eleg. 1.

*Regia (crede mihi) res eſt ſuccurrere lapſis.*

Quæ aliquibus Principibus, Legislatoribuſque adeo cordi fuit; vt nõ ſolùm pauperibus debitoribus dilationem concederent; ſed aliquam debiti partem (creditoribus quantumuis inuitis) remitterent. Inter quos *Solon* † (Athenienſium ſapientiſsimus Legislator) id primum in ſua Republica ſtatuit, vt debitoribus pauperibus aliqua remitteretur debiti pars; vt in eius vita *Plutarc.* tradit, cuius meminit *Cona. lib. 4. c. 24. nu. 7.* eius referens verba, quæ ſunt: *Hoc primum in Republica conſtitutum, cum debita decreto reſcidiſſet, & debitorum remiſſione fœnoris mediocritate leuatos pauperes, ſatis ſibi factum putaſſet. Et hanc humanitatem, & benignitatem Syſachthiam vocaſſe.* Quod verbum *debitorum leuamen* ſignificat. Mentionem quoque de his faciunt *Petr. Gregor. lib. 22. Syntagm. cap. 14. Renatus Chopin lib. 3. de morib. Pariſ. tit. 2. nu. 9. Annæus Rober. lib. 2. rer. iudic. c. 5. & lib. 4. c. 18.*

*Iulius Cæſar* † dum Dictatura fungeretur, non ſolùm creditores in ſortem principalem, & ad eius ſolutionem quidquid intereſſe nomine à debitoribus accepiſſent, computare edicto iuſsit: ſed etiã quoad debiti principalis reſiduum, teneri creditores in ſolutum bona ſoli recipere, habita conſideratione, factaquè taxa valoris, quem ante bella ciuilia habebant, decreuit. In quo quarta fere valoris pars creditoribus minuebatur.

*Caius* item *Licinius*, † & *Latius Sextus* Tribuni, legibus ſanxerunt, vt computatis à creditoribus in ſortem ad debiti ſolutionem vſuris, reliquum quod ſupereſſet, tribus annis æquis portionibus ſolueretur, referunt *Petr. Greg. & Renat. Chop. vbi ſuprà.*

Nec creditor ipſe acerbum ſe exactorem † aduerſus pauperem debitorem oſtendere debet, vt inquit *Vlpian. in l. Si bene, 33. D. de vſur.* ibi: *Dum modò non acerbum ſe exactorem, nec contumelioſum præbeat, ſed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum inſtantia humanum.* & magis in terminis probat *Imperatoris Valẽtiniani* reſpõſum *in nouella poſt Codic. Theodoſianum, tit. 7. de indulgentiis. Debita* (inquit) *non oportet exactione finiri, ſed humanitate, & miſeratione.* Hãcque erga debitores pauperes creditorum humanitatem, diuinæ quoque literæ ſuadent: *Exodi cap. 22. Si pecuniam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, nõ vrgebis eum tamquam exactor.* vbi *Abulenſ. quæſt. 15 fol. 240. Exactorem* creditorem intelligit, qui cum magna duritia, & auſterè debita petit, impotẽtèquè debitorem opprimit. De quo per *Iſaiam* conqueritur Dominus, *cap. 58. Ecce in die ieiunii veſtri inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis.* vbi ex *D. Hieronym.* interpretatur *Nicol. de Lyra* verbum illud *Repetitis*, id eſt, *Exigitis.* Additq; *ibid. D.* idem *Hieronym. col. 2.* nõ eſſe abſq; periculo repetere, ſine

exigere pauperem, qui ſoluendo non ſit; ita etiam expendit *Michael Solon* 1. *par. de iuſtit. quæſt.* 62. *art.* 8. *controuerſ.* 3. *col.* 959. Dicitur què *Deuteronom. capit.* 24. *Cùm repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius vt pignus auferas, ſed ſtabis foris, & ille tibi proferet, quod habuerit. Sin autem pauper eſt, non pernoctabit apud te pignus ſed ſtatim reddes ei ante ſolis occaſum, vt dormiens in veſtimento ſuo benedicat tibi, & habeas iuſtitiam coram Domino Deo tuo.*

Ex quibus ſumma cum æquitate, ſummaquè cum ratione, ac de iuſtitiæ honeſtate † moratorias literas pauperibus debitoribus per Principem concedi conſtat. Idque etiam ex præſumpta creditoris mente, vel quæ ſaltem in tali caſu eſſe debebat, ſecundum benè ordinatam charitatẽ, vt tenent, lateque firmant (contrariis reſpondendo) *Marc. Anton. Cucch. d. tract. de morat. præſcript. num.* 7. *& ſequentib. Antoni. Theſaur. deciſ.* 186 *num.* 3. *Oſuald. Hilliger. in Donel. enuclet. lib.* 22. *cap.* 9. *lit. E, & lit. N, pag.* 272. *col.* 2. *in princip.* Cuius libet appendicis loco verba referre. *Ex quibus omnibus* (inquit) *iam liquet, hoc ius non ita odioſum eſſe, aut æquitati aduerſari, ſed (modò abuſus abſit, qui frequens eſt) iuxta requiſita relata, ſummam rationem habere, etiam naturalem, ac legi Diuinæ, charitatiquè Chriſtianæ conuenientem. Vide Theſaur. deciſ.* 186. *num.* 3. *Meland. Com. Camer. part.* 2. *titul.* 102. *Nam nec graue inde diſpendium creditori l.* 21. *de iudic. neque aufertur ei, quod differtur. Coler. part.* 1. *capit.* 4. *num.* 14. *Siquidem ſaluum ei ſeruatur ius crediti, vt & interim impediatur præſcriptio. Vide Trentacinq. d. reſolut.* 1. *num.* 28. *& vſuræ currant, &c.* Firmant pariter *Lucas Matthæ. de Apicella in tutamine pauper. titul.* 2. *de moratoria Principis, n.* 4. *& ibid. Maurit. Apicell. in additi. ad eundem, lit. B, Nicola. Genua de ſcript. priuat. d. lib.* 3. *tit. de liter. iudicialib. ſeu monitoriis, num.* 4. & alii ex ſuprà relatis.

Quæ concluſio multipliciter ampliatur, ac reſtringitur. Ampliatur primò, non ſolùm ſi à Rege ſuperiorem non recognoſcente; ſed etiam ab eius Senatoribus, † ſiue Auditoribus moratoriæ literæ concedãtur, *Antonin. Theſaur. d. deciſ.* 186. *num. fin. Oſual. Hilliger. in Donel. enuclead. lib.* 22. *capit.* 9. *litera G.* ſupponuntquè alii relati in princip. Ab his tamen cum cauſæ cognitione dari, nec aliter debere, determinat *Regia lex* 15. *titulo* 5. *lib.* 2. *nouæ Reg. Collect.*

Ampliatur ſecundò, & in dominis † recognoſcentibus Superiorem, quibus etiam huiuſmodi poteſtatem conceſſam eſſe, probat *Marc. Anton. Cucch. dicto tractatu numero* 36. adducit *text.* pro hac parte *in l. In fraudem, §. Fiſcalibus, D. de iure fiſci*, à contrario ſenſu, *& Bart. in l. Quidam cum filium, D. de verborum obligation.* vbi ſtatuere poſſe Ciuitatem ne creditores intra tres annos debitores ſuos moleſtent, firmat; idquè ſupponere dicit omnes Doctores *in d. l. Quoties, C. de precib. Imper. offer.*

Contrarium tamen in Dominis recognoſcentibus ſuperiorem de iure, vel de facto, tenuerunt *Paulus Caſtrenſis in l.* 1. *§. Qui Magiſtratum, numero* 9. *D. quod quiſque iur. per text. & gloſ. ibi, Lucas Matthæ. Apicel. in tutam. pauper. dict. titulo* 2. *numero* 2. *Carauit. ſuper ritib. Regni Siciliæ, ritu* 287. *numero* 3. *Bobadilla in Politica libro* 2. *capite* 16. *numer.* 125. *Carol. de Graſ. in tract. de except. ad ſtatutum, excludens omnes exceptiones, exception.* 32. *numero* 45. *Nicola. Genu. dicto titulo de liter. iudicialib. quæſtio.* 2. *Anton. Theſaur. deciſione* 298. *in fin. Vincent. Carot. de remed. contra præiud. ſentent. vel damnoſ. execut. exceptio.* 168. *numer.* 6.

*Paul.* tamen *Caſtrenſ. & gloſ. in dicta l.* 1. *§. Qui Magiſtratum, verbo, Noui iuris* (quorum authoritate cæteri in hanc ſententiam trahuntur) in Iudice, vel in Poteſtate, non in ipſomet Domino poteſtatem tribuente, loquuntur. Quare *Antonii Cucchi* argumentũ ſtare videtur, cui & ſequens patrocinatur ampliatio.

Amplia tertiò in Prælatis † Eccleſiaſticis, etiam Superiorem in Eccleſiaſticis recognoſcentibus, vt in Epiſcopo, qui Princeps Eccleſiæ ſuæ dicitur, *text. in capite Quorum vices,* 6. *diſtinction.* 86. *capit. Duoſunt,* 10. *diſtinctio.* 96. latè hanc firmans ſententiam *Ioann. Aloyſ. Ricci. in deciſ praxis Epiſcop* 97. *num.* 1. *& ſeqq.*

Amplia quartò, dictam procedere concluſionem non ſolùm quoad pauperes debitores nihil, vel parum habentes, ſed etiam ſi plura bona habeant, †

in-

indigeant tamen ſecundum eorum conditionem, vel ſi ſolutis tunc debitis, grauis immineat egeſtas, detrimentum, vel damnum, vt apertè demonſtrãt *dict. l. 33. tit. 18. part. 3.* & alia iura dilationem huiuſmodi permittentia, & latiùs infrà. Vidimuſquè anno præterito 1623. generalem incolis ciuitatis *Hiſpalenſis* ob tardum nauium ex Indis aduentum, quouſq; Hiſpaniam appellerent, dilationem conceſſam: multos etiam ditiſsimos debitores in Curia Regia, aliiſquè locis ob commodæ ſolutionis difficultatem tunc obtinuiſſe dilationem: aduerſuſquè Fiſcum, proquè pecuniis ipſi debitis in Regio Indiarum Senatu concedendam iudicatum.

Aliter autem in quinquennali dila-
42 tione, † quæ à maiori parte creditorum conceditur, in qua, nec concurrere, nec conſentire minoris ſummæ creditores, ſi bona ſufficientia debitor pro omnibus habeat, teneri; ſed neceſſariò ſoluere debitorem debere, ex *l. fin. C. qui bonis cedere poſſunt*, & aliis iuribus defendit *Lucas Matthæ. de Apicella in tutamin. pauper. titul. 1. de quinquennali dilatione, num. 153.*

Amplia quintò principalem concluſionem, vt non ſolùm ad quinquennium prædicta dilatio, moratoriæquè literæ
43 concedi poſsint; ſed etiam citra, † infra tamen decennium, ne grauiter creditores lædantur. Ita tenet *Gregor. Lopez in d. l. 33. tit. 18. part. 3. gloſſ. 1.* poſt *Alber. in d. l. Quoties, C. de precib. Imperat. offerend. Anton. Cucch. in d. tract. de morat. præſcrip. num. 192. Azeued. in l. 2. tit. 14. lib. 4. nouæ Reg. Collect. num. 41.* Etſi non defuerint, qui & vſquè ad triginta annos arbitrium ſuum in dilatione concedenda Principem extendere poſſe, ſcripſerint: dixitquè nominatim *Ægid. Bellam. in cap. Quæ in Eccleſiarum, de conſtit. nu. 16.* ibi: *Vnde quia perſonalis actio durat vſq; ad triginta annos; vſq; ad illud tempus poteſt Princeps dare dilationem; non vltra. Alberic. in d. l. Quoties, num. 22. & ibid. Odofred. & Salycet. num. 3.*

Licèt talem dilationem concedi nec poſſe, nec extendi vltra quinquennium, voluerint (per *d. l. fin.* ibi: *Quinquennale ſpatium, C. qui bon. cedere poſſ.*) *Paul. Caſtrenſ. in d. l. 2. C. de precib. Imperat. offerend. in fin. Thoma Zerol. in praxi Epiſcop. verb. Literæ quinquennales, verſ. Quartò iſtæ literæ, Ioann. Baptiſt. Marcheſan. in tract. de commiſsion. 3. parte, cap. 1. de commiſsione ſuper dilat. morator. num. 21. Carol. de Graſſis d. excep. 32. num. 95.* & in practica obſeruari dilationem dari quinquennalem, dicit *Alexan. Trentac. variar. reſolut. lib. 3. tit. de ſolutionib. reſolut. 1. numero 2. in fin. Nicol. Genua de ſcript. priuat. lib. 3. tit. de Annalib. & quinquennal. dilation. num. 4.* vbi, quòd ſi vltra concedantur; nec quoad quinquennium tenebunt, ex *Thom. Zerol. d. loco*; eandem etiam firmat cum *Genua* ſententiam *Anton. Faber in ſuo Codice lib. 1. tit. 9. de precib. Imperat. offerend. definitione 17.* pro ea allegans *Petrũ Rebuff. in tract. de liter. dilator. artic. 1. gloſſ. 1. num. 6.* argument. *cap. Cui de non Sacerdotali, & in cap. Si eo tempore, de præben. in 6. & in l. Si ſponſus, §. Generaliter, D. de donat. inter vir. & vxor.*

Primam tamen ſententiam tenent etiam *Alexan. conſ. 216. lib. 2. Marc. Anton. Natta conſ. 591. nu. 1. & ſeqq. Pyrrh. Maur. in tract. de fideiuſſorib. 1. parte, princip. in prælud. ſect. 3. cap. 2.* (aliàs 11.) *in fine*, ſenſitquè *Anton. Cucch. ſupra num. 144. & ſeq.*

Amplia ſextò, vt etiam lite pendente
44 † poſsint huiuſmodi literæ impetrari, *Ioan. de Amic. conſil. 150. num. 7.* Ante
45 ſententiam † tamen, vel concluſionem in cauſa, ſecundum *Guidon. Pap. deciſ. 97. & 320. Marc. Anton. Natta conſ. 233. num. 45. Anton. Theſaur. deciſ. 186. nu. 7. Alphonſ. Modit. variar. reſolut. libro 2. §. Principum placita, dubitat. 3. num. 3. Maurit. Apicella in addit. ad Lucam Matthæ. Apicell. in tutam. pauper. d. tit. 2. num. 16.* & in numeris ipſius, ex *nu. 518. ad num. 522.* In debito namquè, quod ex ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit, deſcendit, & à qua non poſsit appellari, moratoriis reſcriptis locum non eſſe; tenet *Anton. Faber in ſuo Codice deciſ. d. lib. 1. tit. 9. de precib. Imperat. offerend. definit. 13. & definit. 20.* Idem dicens ſiue iam à Supremo Magiſtratu, ſiue ab inferiore Iudice condemnatus quis ſit; *Nicola. Genua de ſcript. priuata d. lib. 3. tit. de literis iudicialibus, ſeu dilatoriis, vel moratoriis, num. 30. & ſeq. & num. 35. & 36.* Vel ſi ſententia ſit de proximo ferenda; cum paria ſint, cõdemnatum quem iam, vel de proximo condemnandum eſſe, vt latè *quæſtione 4. §. 2. numero 124.* ante-

ceden-

cedentibus, & ſequentibus diximus.

Diſsimile enim conſtituit ius *Anton. Faber d. lib. 1. tit. 9. definit. 5.* inter condemnatum, debitoremq; per ſententiam;
46 vel per inſtrumentum † guarentigium. Quia licèt vtrumq; pariter executionem paratam habeat: Inſtrumentum, ex vi ſtatuti, priuatoquè iure; Sententia verò, quæ in rem iudicatam tranſiuit, ex iuris communis diſpoſitione (vt iam ſuprà notauimus:) In materia tamen de qua agimus, non eodem gaudere priuilegio; quia debitor ex inſtrumento guarentigio poteſt moratorias literas obtinere, non ſolùm ſi executio nondum facta ſit; ſed etiam cum iam ſequuta eſt, detruſuſquè debitor in carcerem; adhuc enim ſuſpendi debere executionem, & à carceribus relaxandũ, captaq; pignora debitori per literarum impetrationem reſtituenda; nec interim currere dilationis tempus; iudicatum teſtatur *idem ipſe Faber ſuprà, definit. 2. in fin. definit. 5. & definit. 14.* rationem reddens, quòd ius illud ſtatutarium executionem inſtrumentis guarentigiis concedens, ad priuatam creditorum tãtùm vtilitatem pertineat; non etiam ad publicã, ad quam è contrario maximè ſpectat rerum iudicatarum authoritas. Fortiorem autem in hanc eandem ſententiam, diſcriminiſquè cõfirmationem rationẽ pariter reddit *Nicol. Gen. vbi ſuprà, n. 37. & 38.* Quia ſcilicet creditor ex inſtrumento, vel partis confeſsione, litibus, ac ſumptibus vexatus non eſt, ſicut creditor ex ſententia. Quas omnes rationes congeſsit *Oſuald. Hillig. in Donel. enucl. d. lib. 22. cap. 9. lit. H. & lit. L. verſic. Nec iudicio conuicto, & verſ. Vt & vis inſtrumenti,* vbi rationem quoquè addit, quia reſcriptum contra rem iudicatam non valet, *l. vltim. C. ſentent. reſcind. non poſſ.*

Quorum tamen intelligi poterit procedere opinio, ſi de huiuſmodi qualitate in literarum impetratione mentio facta non ſit: ſecùs ſi facta, iuxta infra proximè dicenda.

Et ex iam facta ſententiæ, inſtrumẽtiquè guarentigii æquiparatione, vt ſicuti ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit, executionem meretur; & inſtrumentum quoquè guarentigium; ſic in vtroq; pariter caſu moratoriæ literæ cõcedi poſ-
47 ſint; † defendit *Anton. Cucch. de morat. præſcript. num. 112. aliiſquè ſeqq. & Vincent. Carot. de remed. contra præiudicia-les ſententias, vel damnoſ. execut. excep. 168. num. 12.* Durum videri dicens contrarium, cum tales moratoriæ literæ non impugnent ſententiam; ſed ſolutionem differãt; bonum tamen eſſe, vt difficultas ceſſet, ſtatum cauſæ narrare, ex *Roland. à Valle conſil. 31. num. 17. lib. 2. Afflict. deciſ. 220. num. 13. & Natta conſil. vltim. num. 5. lib. 1.* Et in iſto caſu pluries vidiſſe impetrari à debitoribus moratorias poſt latam ſententiam, factamquè adiudicationem pro creditoris ſatisfactione, teſtatur *Carolus de Graſsis dicto tract. de except. ad ſtatut. exclud. omnes except. except. 32. num. 44.* Poſſeq; Principem hoc in caſu moratorias literas cõcedere; ex pluribus concludit *Maurit. Apicell. in addit. ad patrem, titulo 2. ad num. 16. num. 523. & 524.* ex numeris ipſius. Debet tamen (vt dicebamus) fieri de hoc mentio, vt difficultas ceſſet.

Nequè narrare ſententiam ſufficit;
48 ſed rem etiam iudicatam † (ſi adeſt) *Alexand. conſil. 94. num. 3. lib. 2. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 3. caſu 202. num. 47. Vincent. Carot. vbi ſup. d. num. 12.* Aliàs ſubreptitia gratia rederetur, *Carol. de Graff. dict. except. 32. num. 44. in fin. Nicol. Genu. d. tit. de liter. iudicial. lib. num. 40.*

Amplia ſeptimò, vt etiam in debito
49 ex delicto † deſcendente moratoria dilatio proſit, ſecundum *Roman. & Deciũ,* contra *Alexand. ibi in l. 1. num. 93. D. ſi cert. pet.* latè proſequitur, & defendit *Marc. Anton. Cucch. d. tractat. num. 28. & 29. Matthæ. Brun. de ceſsione bonor. quæſt. 26. num. 13. & ſeq.* plenè (contrariis reſpondendo) *Alexan. Trentac. var. reſolut. d. lib. 3. tit. deſolut. reſolut. 1. n. 13.* Licèt tandem cõtrariam vti communem tenere velle; primam tamen veriorem de iure videri dicat, & cum eo tenet etiam *Matthæ. Apicell. d. tit. 2. nu. 24. & ibid. eius Addit.* plures (licèt mendoſè aliquos) huius referens opinionis; alios quoquè pro ea adducit *Proſper Farinac. in praxi crimin. quæſt. 29. num. 23.* à qua tamen ipſe diſſentit, & cum eo *Nicola. Gen. vbi ſuprà, num. 45. & ſeqq. & Bouadill. in politica, lib. 2. cap. 16. num. 125. Anton. Faber d. tit. 19. definit. 20.*

Qui tamen (contra primam ſententiam tenentes) quando delicti mentio facta non eſt, loquuntur, ſuntque intelligẽdi: quia tunc in generali moratoria dila-

tio-

tione debitor ex delicto non includitur. Debitor enim ratione delicti, nõ eſt propriè debitor, nec creditor ea ratione, propriè creditor dicitur, ex *Bart. in l. 1. D. ſi cert. pet.* Ideòquè talem generalem dilationem (ſi de delicto facta mentio nõ ſit) debitorem ex delicto nõ comprehendere, moratoria ſquè literas ad eum non extendi; notat *Genua ſuprà, & num. 59.* vbi hanc veriſimam ſententiam dicit, quam etiam ante eum tenuerant *Ludouic. Roman. ſingular. 182. Bartholomæ. Cœpol. in l. Creditores, n. 3. D. de verb. ſignif. Franc. Ripa in d. l. 1. nu. 97. D. ſi cert. pet. Ant. Theſaur. deciſ. 182. nu. 2. Boui. in tract. de ſtatut. vrb. præſcript. gloſſ. 21. num. 71. Marc. Anton. Peregrin. in tract. de iure Fiſci, lib. 6. tit. 7. num. 22. Iacob. Menoch. de arbitrar. libro 2. cent. 3. caſu 337. num. 17.* alios referens *Carol. de Graſſ. d. excep. 32. num. 23. & 24. Oſuald. Hilliger. in Donel. enucl. d. lib. 22. cap. 9. lit. H. verſic. Quarè nec debitores*; qui tamen modò in hanc, modò in illam inclinat, nec pedem figit.

Amplia octauò principalem procedere concluſionem, locumquè etiam in
50 debito iurato habere, † ſecundum *Guidon. Pap. quæſt. 194. Iaſ. in l. fin. num. 22. D. qui ſatisd. cog.* & poſt multos ita concludit *Franc. Burſat. conſil. 364. num. 30. lib. 4.* relatus per *Addit. Antonini Theſauri d. deciſ. 186. Tapia ſuper. 4. lib. iur. Regal. rubric. 19. de morator. & ſaluoconduct. num. 7. verſic. Sextò, Mauri. Apicel. in addit. ad tutam. pauper. tit. 2. de morator. Principis, ad numer. 18. in numeris ipſius, num. 526.* vbi Principem poſſe tollere iuramentum affirmat, ex *Afflict. deciſ. 111. num. 14. & in conſtit. Reg. conſtit. Diuæ memoriæ*, cum aliis adductis per eundem *Mauri. Apicell. in tractat. de donat. 2. part. cap. 5. quæſt. 50. Petr. Surd. conſil. 299. num. 9. verſ. His verò, & num. ſeqq. lib. 2.* Qui etiam non facta iuramenti mentione, ad contractum iuratum hanc Principis conceſsionem extendi, ſi eius qualitatis ſit, vt ea etiam expreſſa dilationem non negaret Princeps, contendit.

Et in moratoria à maiori creditorum
51 parte † conceſſa (vt etiam minor debeat maiori parti in debito iurato aſſentiri) tenet *Franciſ. Viui. deciſ. 268. num. 2.* vbi ſic variis vicibus, & cauſis, in ſacro Concilio practicari vidiſſe teſtatur.

Verum tamen eſt, requiri debitorẽ in huiuſmodi literarũ ſupplicatione, in conceſsione vè Principem mentionem de iu-
52 ramento facere; † alias ad debitum iuratum conceſſam à Principe dilationem non extendi, obſeruant *Ludouic. Roman. ſingul. 7.* vbi latè *eius Addit. Iaſ. in dicta l. Quoties, num. 2. C. de precib. Imp. offerend. Afflict. deciſ. 5. num. 2. & 3. Boer. deciſ. 296. numero 5. Annan. ſingul. 463. Thom. Grammat. deciſ. 12. numero 1. & ſeqq. Alexan. conſil. 27. num. 5. lib. 1. & conſil. 38. num. 5. & 6. lib. 3. Marc. Ant. Cucch. d. tract. num. 57. vſquè ad num. 70. Carolus de Graſsis d. except. ad materi. ſtatut. excluden. omnes except. except. 32. num. 37. Franc. Anton. de Iudice in tract. de liquid. inſtrum. in 4. conſid. Ioan. Gutierr. de iuramen. confirmat. part. 1. cap. 65. num. 2. Oſuald. in Donel. d. cap. 9. lit. L. verſic. Quarè nec generales induciæ, Azeued. in l. 2. tit. 14. lib. 4. nou. Reg. Coll. n. 37. & 38. Gregor. Lopez in l. 33. tit. 18. p. 3. Roland. à Valle conſil. 31. num. 10. & ſeqq. lib. 2. Luc. Matthæ. Apicella in tutam. paup. d. tit. 2. de moratoria Principis, num. 17. verſ. Aduerte tamen, & ibid. Maurit. Apicell. in addit. ad num. 18. ex num. ipſius, num. 525. Petr. Surd. d. conſil. 299. num. 1. & ſeqq. Iacob. Menoch. de arbitrar. caſu 203. nu. 14. & caſu 337. num. 19. Proſper Farinac. dict. quæſt. 29. num. 22.*

Diſpoſitio enim Principis generali-
53 ter loquens, ad caſum iuratum † non extenditur. *gloſſ. fin. in auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit. gloſſ. fin. in capit. Cum non deceat, de elect. in 6. Alexand. conſil. 27. num. 5. lib. 1. Iaſ. in d. l. Quoties, num. 2. C. de precib. Imper. offer. Afflict. deciſ. 5. num. 2. Feder. de Sen. conſ. 272. Brun. à Sole in compend. reſol. propoſ. iur. in verb. Princeps licet, Natta conſil. 233. num. 1. Gram. d. dec. 12. num. 1. Carol. de Graſſ. dict. except. 32. num. 6. Thom. Ferat. cautel. 55. num. 2. & ſeqq.*

Id quod & in dilatione à Summo
54 Pontifice conceſſa, † ſi de iuramento mẽtio facta non ſit, procedit: quia ſimpliciter dilationem concedendo, iuramento voluiſſe derogare non videtur, *text. in cap. Conſtitutus, 19. de reſcrip. d. cap. Cum non deceat (vbi gloſſ. verb. Effectus) de elect. in 6. Abb. in cap. 1. num. 7. de his, quæ fiunt à maiori part. cap. Iaſ. in d. l. Quoties, num. 2. C. de precib. Imper. offer.* plu-

res

res alios allegans ſequitur *Carol. de Graſſ. d. except. 32. num. 7. Antonin. Theſaur. d. deciſ. 186. num. 5. Luc. Matthæ. de Apicell. d. tit. 2. num. 17. Nicol. Genu. de ſcrip. priuat. d. lib. 3. tit. de liter. iudicialib. num. 17 Thom. Ferrat. d. cautel. 55. nu. 3. & ſeqq. Oſuald. in Donel. enucl. dict. lib. 22. cap. 9. litera L. verſic. Planè nec ipſe Pontifex, Petr. Surd. d. conſ. 299. num. 3.*

Licèt ſi de iuramento facta fuiſſet à
55 debitore mentio, † dilationem concedendo à iuramento quoquè abſoluere videatur, profiteatur *Marc. Anton. Cucch. d. tract. num. 60.* allegat *Anton. Gaium in rubric. de excep. num. 13.* ſequitur *Anton. Theſaur. vbi ſup. & Luc. Matthæ. Apicell. d. num. 17. col. 2. in princip. Nicol. Genu. d. loco, num. 15. Alexan. Trentac. variar. reſolut. libro 3. titulo de ſolut. reſolut. 1. num. 12.*

56 Quod in Epiſcopo † procedere negant *Theſaur. & Apicella d. locis, & Genua vbi ſup. num. 16.*

Per Principes tamen ſeculares dilationes conceſſas, ad debita iurata nequè
57 extendi, † nequè ſuper eis poſſe concedi, tenuerunt *Curti. Iun. conſil. 98. num. 7. Alexand. conſil. 38. num. 7. lib. 3. Felin. in cap. Conſtitutus, num. 20. de reſcript. Bauer. de virib. iuram. priuileg. 21. Seraphin. eod. tract. de iuram. priuileg. 22. num. 4. Anton. Gabr. commun. concluſ. tit. de iureiur. concluſ. 5. num. 21. Marc. Anton. Cucch. d. tract. num. 62. Marc. Anton. Natta conſ. 591. num. 17. Fuſc. in ſuis ſingular. lit. D. nu. 11. circa med. Iacob. Menoch. d. caſu 203. num. 14. in fin. & caſu 337. num. 20. Surd. d. conſil. 299. nu. 2. Garauit. in ritib. Regni Siciliæ, ritu 287. num. 6.* vbi etiam *Troiſ. num. 11. Anton. Theſaur. d. deciſ. 186. num. 4.* dicens cum hac ſententia tranſiuiſſe Senatum, *Farin. dict. quæſt. 29. num. 22. Roland. à Valle dict. conſil. 31. numero 13. & ſeqq. lib. 2. Franciſ. Burſat. conſil. 345. num. 30. lib. 4. Nicol. Gen. d. tit. de liter. iudicalib. nu. 10. & ſeqq.* veriorem, & communiorem hanc dicens *num. 11.* nec ab ea recedendum, *Bonif. de ſtatut. præſcrip. gloſſ. 21. num. 70. Thom. Ferret. cautel. 55. num. 2. Carol. de Graſſ. d. except. 32. num. 4. 5. & 6. Vincen. Carot. de remed. contra præiud. ſent. vel damnoſ. execut. except. 168. numero 14. Ioan. Bapt. Marcheſ. in. in tract. de commiſſ. ſeu reſcript. 3. part. cap. 1. de commiſſ. ſuper dilat. morat. num. 50. & ſeqq. Luc. Matthæ. Apicell. dict. tit. 2. num. 17. Alexan. Trentac. d. lib. 3. tit. de ſolut. reſolut. 1. num. 11. & 12. Anton. Faber in ſuo Codice, lib. 1. tit. 9. de precib. Imperat. offeren. definit. 20. Camill. Borrell. ſuper pragm. Odia lit. §. 1. gloſſ. 3. num. 26.* omnium latiſsimè ( quem poſt hæc ſcripta vidi ) *Anton. Corneus de abſolutione forenſi, part. 3. quæſt. 5. per tot.*

Rationem reddunt, quia Princeps
58 ſecularis iuramentum remittere † non poteſt, nequè circa contractus iuratos diſpenſare, idquè ad Romanum Pontificem expectare, ex *text. in cap. Venerabilem, de elect. cap. Nouit, de iud. cap. Cum contingat, cap. Debitores, de iureiurand. Felin. in cap. 1. num. 21. eod. tit. & in cap. 2. num. 3. de ſponſalib. Alexand. conſil. 27. num. 7. & 8. lib. 1. & conſilio 37. num. 27. lib. 2. & conſil. 38. num. 7. libro 3. Iaſ. in l. fin. numero 23. D. qui ſatiſd. cog. Doct. in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. public. Hoſtienſ. in cap. Quantò,* extra *de iureiur. Curt. Senior conſil. 43. num. 15. Thom. Gramm. dict. deciſ. 12. num. 4. Marcus Anton. Natta dicto conſilio 233. numero 1. & conſil. 368. num. 7. libro 2. Carol. de Graſſ. d. except. 32. numero 5. Petr. Surd. d. conſil. 299. num. 2. Couar. in cap. Quamuis pactum, 1. part. §. 3. num. 22. verſic. Contrarium, Barboſ. in l. 1. part. 1. num. 77. D. ſolut. matrim. Gutierr. in auth. Sacramenta puberum, numero 46. C. ſi aduerſ. vendit. Azeued. in l. 11. nu. 3. tit. 1. libro 4. nouæ Reg. Collect. Ledeſm. Azor, & Enman.* relati à *Sanchez in præcept. Decalog. lib. 3. cap. 22. num. 13.*

59 Quod ſi de conſuetudine † huiuſmodi moratoriæ literæ etiam pro debito iurato à Principe ſeculari concedi ſoleant, limitari conſueuit. Cum conſuetudo illicitum alias, licitum efficiat, quando præſertim Euangelicæ doctrinæ non repugnat. Cum nec in iſto caſu de tollendo, vel reſcindendo iuramento agatur: ſed de ſolutione (cuius gratia appoſitum eſt) ob debitoris neceſsitatem, & indigentiã aliquantulum differenda, ex *Modern. Pariſi.* iudicio *in additio. ad Alex. conſil. 205. libro 2.* & ita per *Senat. Pedemon. anno 1586. 28. April.* deciſum refert *Anton. Theſaur. d. deciſ. 186. num. 6.* non ſolùm in dilationibus annalibus, ſeu biẽnalibus; ſed etiam quinquennalibus. Cuius quidem in omnibus ferè partibus conſuetudinis exiſtentiæ teſtantur *idemmet Theſaur.*

*ſaur. ſuprà, Nicol. Boer. deciſ. 296. nu. 5.* de conſuetudine Aquitaniæ, *Ant. Caius in addit. ad Angel. Aret. in rubric. de except. num. 13.* de conſuetudine Galliæ, *Carauit. rit. 287. Magn. Curiæ Vicariæ,* de conſuet. Regni Neapoliani, *Nicola. Gen. d. tit. de liter. iudicialiò. num. 18. & ſeqq.* vbi apud omnes conſuetudine peræquè obſeruari, *Vincent. Carot. d. except. 168. num. 17. Carol. de Graſſ. d. except. 32. num. 8.* vbi ſemper ita in Regno *Siciliæ* practicari vidiſſe, & ſic quotidiè ſeculares Principes, vel eorum Miniſtros prædictas literas præſtare aſſerit, iuramento non obſtante, *Ioann. Bapt. Marchef. de commiſſ. d. 3. part. cap. 1. de commiſsione, ſuper dilat. morat. num. 56. Luc. Matthæ. Apicell. d. tract. tit. 2. num. 17. col. 2. in princip. Alex Trentac. variar. reſolut. d. reſolut. 1. tit. de ſolut. num. 12. verſic. Carauita.* Idquè in controuerſiam, diſputationemquè in terris iſtas literas concedentium trahendum non eſſe, firmant *Deci. conſil. 352. in fin. Petr. Surd. d. conſil. 299. num. 15. Vincent. Carot. d. except. 168. num. 17. Carol. de Graſſ. d. loco, & Nicol. Gen. ſuprà, num. 22.*

Principem enim legemvè ciuilẽ vim
60 Apoſtolicam † ſuper iuramento habere; probat *text. in l. fin. in princip. D. ad municip. gloſſ. & Bart. in l. Adigere, §. Quamuis, D. de iurepatronat. Iaſ. in l. Non dubium, n. 26. C. de legib. Grãm. d. deciſ. 12. nu. 15. Petr. Surd. vbi ſup. nu. 14. Nicol. Intriglio. conſil. 19. num. 13. lib. 1. Carauit. d. ritu 287. num. 10. Carol. de Graſſ. d. except. 32. num. 9. Couarr. in d. cap. Quamuis pactum, 1. part. §. 3. n. 22.* Et poſt hæc ſcripta ſic intrepidè, optimiſquè rationibus firmantem vidi *P. Ludouicum Molin. de iuſtit. & iur. tom. 1. diſput. 149. num. 12. & 13. tract. 2.* poſſequè ex rationabili, & legitima cauſa, quandoquè id ciuile, & politicum bonum poſtulat, ſecularem Poteſtatem iuramentum relaxare; cuius probat ſententiam (intelligendo vt ibi per eum) *Pat. Sanchez in præcept. Decalog. d. libro 3. cap. 22. numero 15. Oſuald. Hilliger. in Donel. enucl. dict. lib. 22. cap. 9. litera L. verſic. Verius tamen puto,* qui nec conſuetudinem ad id requiri, nec ab ea quidquã Principẽ emendicare, nec appoſitum iuramentum ordinariam Principis poteſtatem tollere, putat.

Iuramentumquè ſemper ſalua autho-
61 ritate Superioris † intelligi præſtitum, probat *text. in l. fin.* (vbi id notat *Alexan. num. 2. Iaſ. num. 6. & ſeqq. Paul. Caſtr. n. 2.*) *D. qui ſatiſd. cog. cap. Venientes, de iureiuran. cap. Conſtitutus, de reſcriptis, dict. l. fin. in princip. vbi Bartol. D. ad municip. Decius* (in terminis noſtris) *d. conſ. 352. num. 8. Gram. vbi ſup. num. 16. Petr. Surd. dict. conſil. 299. num. 5. lib. 2. Franc. Burſat. conſil. 334. num. 14. lib. 3. Nicol. Bander ſingul. 1. numero 17. & ſequentibus.*

Hanc deinde inter aſſerẽtes poſſe Principem ſecularem debitoribus moratorias literas etiam in debito iurato concedere, & huiuſmodi in eo poteſtatem denegantes, componere intendunt controuerſiam multi: vt priorũ ſententia vbi ſimpliciter
62 eſſet iuratum: † Secunda, quando in ſpecie non prætendere, aut opponere moratoriam, procedat. Ita *Paul. Fuſc. in ſuis ſingular. d. lit. D. num. 11. Carauit. d. ritu 287. num. 11. Vincent. Carot. dict. except. 168. num. 17. in fin. Carol. de Graſſ. d. except. 32. n. 11.* licèt ibid. in illo Regno Siciliæ huiuſmodi moratorias literas vtroquè caſu concedi dicat, *Alex. Trentac. variar. reſol. d. lib. 3. reſol. 1. tit. de ſolut. num. 24. Nicol. Gen. de ſcript. priuat. d. tit. de liter. iudicial. ſeu dilator. num. 45. & ſeq.*

63 Adhuc tamen in vtroquè caſu † poſſe ſecularem Principem has literas debitori concedere, ſi de iuramento certior in ſupplicatione factus ſit; & ſuperiùs dicta firmant, & tenent in ſpecie *Cyn. Salycet. & Iacob. in d. l. fin. C. ſi contra ius vel vtilitat. public. Caſtrenſ. in d. l. fin. num 3. & Iaſ. num. 22. D qui ſatiſd. cog. Franc. Anton. de Iudic. in tract. de liquid. inſtrum. conſ. 4. num. 65.* Cenſeriquè cum iuramento diſpenſare Principem, & ſic ſeruari quotidiè, refert *Carauit. vbi ſupra,* ſequitur *Luc. Matthæ. Apicella d. tit. 2. de morator. Princip. numero 18. verſic. Ego tamen limito, vbi eius Addit. Maurit. Apicell. num. 531. & 532.* hanc defendit, & quòd nec tunc contraueniẽs dicatur periurus, ſecundum *Frecciam de præſent. inſtrum. 9. part. quæſt. 15. á num. 151. cum ſeqq.*

Vt autem ceſſet difficultas ſibi debent proſpicere debitores, abſolutionem
64 iuramenti † priùs à iudicè Eccleſiaſtico obtinendo, quod facere poſſunt, *Salycet. in d. l. fin. num. 87. C. ſi contra ius, vel*

vti-

*vtilit.public. Oldrad. conſ.* 92. *poſt med.* tradit (ex *Rebuff.* & aliis) *Antonin. Theſaur.d.deciſ.* 86.*num.*6. *propè fin.* ſic paſſim in *Gallia* ſeruari referens *Vincent. Carot. dict.except.* 168. *numero* 20. hanc (vt ſecuri ſint) debitoribus præſtans cautellam, de eadem conſuetudine teſtatur *Alexand. Trentacinq. d. reſolut.*1. *numero* 12. *verſic. Ego in puncto iuris, Iacob. Menoch. de arbitrar. dict. caſu* 203. *num.*15. *Nicol.Genua dict.lib.*3.*tit.de liter.iudicial.ſeu dilator.num.*47.*Carol. de Graſſ.d.excep.*32.*num.*16. *Luc. Matthæ.Apicell.d.tit.*2. *num.*17.*col.*2. *verſic. Aduerte tamen,in verb.Tertiò limitatur.*

Circa hæc autem notandum, quòd vbi abſolutio iuramenti poſtulata fuit;nō
65 tamen obtenta,† poterit creditor (ſecularis Principis indulto non obſtante) coram Iudice Eccleſiaſtico ad obſeruantiam iuramenti cogere debitorem, & ſic per indirectum ſaluumconductum impedire,ſecundum *Anton. Corne. de abſolut. d iurament.part.*3.*quæſt.*5.*num.*53. & *Marcheſa.* quos refert, & ſequitur (ſatis notabile in practica id dicens) *Vincent.Carot.d.except.*32.*num.*19. Quòd ſi *Molinæ*, ſequaciumquè ſententiam ſuprà proximè *num.*60.relatam probemus,non hæc probanda, nec vtilis, aut neceſſaria, imò ſuperflua, inutiliſquè cautela videtur.

Amplia nonò has moratorias literas
66 etiam ei,qui debitum inficiatus eſt,† poſſe concedi, ſecundum *Petr. Paul.Pariſ. conſil.*100. *lib.*3. vbi nulla lege reperiri expreſſum, per negationem tale beneficium amitti profitetur, vt eum referunt *Anton.Cucch.d.tract.de morat.præſcrip. Theſaur.* infra proximè referendus, & *Nicol. Genua d.tit.de liter. iudici.ſeu dilator.num.*43.

Quod tamen ego in eo verum iudico, qui aliqua, etiam leui cauſa, abſquè dolo tamen,vel lata culpa negauit. Et ita ſententia eorum, qui per inficiationem huiuſmodi beneficium amitti dicunt, intelligi, limitariquè poteſt. Quam tenuerunt *Cucch. vbi ſuprà,Theſaur. d.dec.*186. *nu.*7. *verſ. Quintò declaratur, Luc.Matthæ.Apicel.d.tit.*2. *nu.*18.*vbi eius Addit. num.*530. *Nicol. Gen. vbi ſuprà, nu.*41. 42.& 43. *Alexan. Trentanc. d. tit. de ſolut. reſolut.*1. *num.*8. *verſ.Animaduertendum.* Aliter enim poſt litem conteſtatam etiam ante ſententiam, vel concluſionem in cauſa, non poſſe debitorem huiuſmodi literas poſt inficiationem obtinere ſequeretur. Cuius contrarium tradidimus *ſuprà ampliatione* 6. vbi etiam poſt ſententiam concedi poſſe oſtēdimus. Facitquè *text. in l. Alia*, 8. *C.de his quibus vt indign.*

Neq; fundamenta contrariam ſentētiam tenentium multum vrgent; *Theſaur.* enim, & ſequaces ea ratione mouentur: Quòd ſicut mendax precator caret impetratis(*cap.Super literis*,20.*de reſcript.*)ſic & in iſto caſu in mendacii pœnam dilationis fauore careat. Cui reſponderi poteſt, *textum* ibi loqui quando ſupplicatio ipſa Principi porrecta mendacium continet, cuius ratione reſcriptum impetratum fuit. Iuſtum eſt enim, vt qui Principem fefellit,eius fauore careat, & ne ex malitia ſua commodum reportet. Secùs autem forè dicendum quando à Principe non per mendacium moratorias literas obtinuit debitor, licèt in iudicio debitum inficiatus fuiſſet, ſi iuſtam præſertim negandi cauſam habuit, quo caſu nec reſcriptū, in quo ignorantię cauſa aliquid falſum fuiſſet expreſſum, vel ſuppreſſum, inualidaretur,vt probat ipſemet *text.in d.cap.Super literis*, firmantq; latè deducta per *Ioann. Aloyſ.Ricci.deciſ. Curiæ Archiep.Neapol.*9.*nu.*6.& *ſeqq.par.*4.

Vndè,meritò *Bald.in cap.*1.§.*Si vaſſallus,ſi de feud. fuer.controu. inter dom. & agnat.* (quem citat *Alex. in l.Etiam*, §.*Licèt,D.ſolut.matrim.*) limitat omnes leges,quæ volunt, negantes, vel inficiantes puniri: *Si dolo, vel culpa negaſſent*, ſecùs ſi ex aliqua iuſta cauſa. Sequitur(eos referendo) *Vrſil.in addit. ad Matthæ. de Afflict.deciſ.*379. *num.*3. Et in emphyteuta abſquè dolo, vel lata culpa negante,vt ab emphyteuſi non cadat, licèt aliàs caderet;tradit (ex multis) *Aurel.Corbul. de iure emphyt.cap.*1.*num.*12.

Nequè *text. in l.pen.D.de ceſsione honor.* (quem pro ſuprà dicta contraria ſententia adducit *Alexand. Trentacinq.* præcitato loco, *variar. reſolut. lib.*3.*tit. de ſolut. reſolut.*1.*n.*8.*verſic.Animaduertendum*)eam aliquo modo probat.† Tan
67 tummodò enim *Vlpian.* ibi ad ceſsionis bonorum beneficium admittendum debitorem non eſſe, antequam debitum agnoſcat,condemnetur, vel in iure confiteatur, aſſerit. Vnde etiam poſt negationem, vel inficiationē,ſi debitum agnoſcatur,

tur, ad ceſsionis beneficium debitorem admittendum, ſupponit *Conſultus*; non verò ante debiti agnitionem, rationibus adductis per *gloſſam ibi verbo Non debet.*

Quodquè ad ceſsionis beneficium,
68 qui debitum inficiatus eſt, † ſi iuſtam habuit negandi cauſam, admittatur; latè oſtēdit *Matthæ. de Afflict. dict. deciſ. 379 per tot.* vbi *num. 4.* Sacrum Conſilium etiam poſt ſententiam contra debitorem ex iuſta cauſa negantem latam, admittendum ad ceſsionis beneficium, tenuiſſe dicit.

Amplia decimò huiuſmodi moratorias literas poſſe Principem ad inſtātiam debitorum creditoribus etiam ignorantibus,
69 † vel inuitis concedere, vt concludit *Franciſ. Viuius deciſ. 38. num. 2. & ſeqq.* ita iudicatum non ſemel aſſerens, refert, & ſequitur *Nicol. Genua de ſcrip. priuat. tit. de Annalib. & quinquennal. dilation. num. 43.*

Multis pariter aliis limitari poteſt principalis concluſio modis, qui tamen ampliationum (ſi Principis ſcientiā, eiuſquè in iiſdem conceſsionem addamus) vices tenerent.

Limitari primò igitur poterit in cauſa dotis,
70 † vel alimentorum, in qua moratoria dilatio (niſi nominatim & in iſto caſu fuerit cōceſſa) nō prodeſt, locumvè habet, vt latè tradit *Marc. Anton. Cucch. de morator. præſcript. num. 87. vſquè ad numer. 95. Petr. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 7. num. 2. Vincent. Carot. de remed. contra præiudic. ſentent. num. 35. Bapt. de Sancto Blaſ. de priuileg. dot. priuileg. 289. Carauit. d. ritu 287. num. 19. vbi Troiſ. numero 12. Thom. Zerol. in praxi Epiſcop. verbo Literas quinquinnales, ver. 5. Carol. de Graſſ. d. except. 32. n. 26. Nicol. Genua vbi ſuprà, tit. de literis iudicialibus, ſiuè moratoriis, num. 62. & 64. Alexand. Trentacinq. variar. reſolut. d. lib. 3. tit. de ſolution. reſolut. 1. num. 22. Pyrrh. Maur. de fideiiſſor. 1. part. princ. in prælud. 3. p. & ſection. cap. 2. (aliàs 11.) num. 4. Lucas Matthæ. Apicell. in tutam. pauperum, tit. 2. de moratoria Principis, num. 19. vbi eius Addition. num. 533. & tribus ſeqq. Philipp. Paſchal. de virib. patriæ poteſtat. 2. part. cap. 9. num. 68. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 222. num. 32. & ſeqq. Anton. Faber d. tit. 19. definit. 20. Vincent. de Franc. ſtatim rendus nu. 2.* Et pluries per Viceregem, & eius Collaterale Conſilium iſtas dilatorias per annum, etiā aduerſus dotes, dummodò certum quid interim creditori ſoluatur, concedi profitetur *Carauit. d. ritu 287. num. 19.*

In dilatione autem moratoria ex iuſtitia, à maiori creditorum parte conceſſa, conſentire,
71 † concurrere què minoris ſummæ creditores etiam dotales teneri, obſeruant *Alexand. in l. Si conſtante, § Quoties, num. 11. D. ſolut. matrimon. Vincent. de Franch. deciſ. 219. per totam*, præcipuè *num. 5. Carol. de Graſſ. d. except. 32. num. 27. Ioan. Baptiſt. de Sancto Blaſ. Carauit. Apicell. Alexan. Trentac. Vincent. Carot. & Genua* locis proximè relatis.

Item & ſecundò, ſicut Principis debitori cōceſſa dilatio ad debitum ex cauſa dotis non extenditur; ſic nec ad debita minorum,
72 † penſionum domorum, comeſtibiliumquè pretium. Quos ſimul congeſsit caſus *Nicol. Boer. deciſ. 296. num. 6.* eoſquè ſigillatim ſuit proſequutus *Marc. Anton. Cucch. d. tract. de morat. præſcrip. ex num. 95. cum ſeqq. num. 100. & 104. Vincent. Carot. in tract. de locato, & conducto, part. 5. tit. de verb. ſignific. queſt. 16. num. 2.* vbi idem in ſalariis, penſionibus, vecturis equorum, & ſimilibus dicit, & *in tractat. de remed. contra præiudic. ſentent. vel damnoſ. execut. d. except. 168. nu. 34 & 35. Carol. de Graſſ. d. except. 32. num. 25. Iacob. Menoch. de arbitrar. d. caſu 203. num. 18. Alexan. Trentac. variar. reſolut. d. lib. 3. tit. de ſolut. reſolut. 1. nu. 15. & 16. Ludouic. Mexia in pragm. panis, concl. 1. num. 165. Nicol. Genua de ſcript. priuat. d. lib. 3. tit. de literis iudiciabus, à num. 67. vſquè ad 71. Azcued. in d. l. 2. tit. 14. lib. 4. nouæ Reg. Collect. num. 39. Auendañ. de cenſib. cap. 110. num. 1. & 3. Lucas Matthæ. Apicell. in tutam. pauper. d. tit. 2. de morat. Princip. num. 20. vbi eius Addit. num. 542. & tit. 1. de quinquennali dilatione num. 121. verſ. Idemquè iudicandum eſt, Oſual. Hilliger. in Donel. enucl. d. lib. 22. cap. 9. lit. M. fol. 272. col. 1. circa med. verſic. Vnde idem puto, Bouadill. dicto lib. 2. cap. 16. nu. 125. Antoni. Faber d. tit. 19. defin. 20. & definit. 11.* vbi idem dicit, teſtaturquè
73 decisum in debitō pretii rei venditæ, † etiam nō comeſtibilium, ne detur iniquitas, vt venditor & rem, & pretiū retineat, contra *leg. Bona fides, 50. D. de act. empt.*

Hæc

Hæc tamen (quantum ad penſiones domorum attinet) intelligenda ſententia
74 eſt, vt conductionis tempore durante, † quo conductores in tenuta bonorum cõductorum exiſtunt, procedat; ſecùs eo finito; quia ordinarium tunc reputatur debitum, ſecundum *Menoch. dict. caſu* 203. *num.* 18. & 19. *Vincent. Carot. d. tract. de loc. & conduc. tit. de beneplacito, q.* 16. *Garſ. Maſtrill. in commen. ad indul. gen. cap.* 46. *num.* 15. *Vrſill. ad Afflict. dec.* 288. *num.* 1. & alii, quos refert, & ſequitur *Maurit. Apicella in addit. ad patrem d. tit.* 2. *ad num.* 20. *ex num. ipſius, num.* 540. idem pro mercibus, & vecturis tenere ſuprà dictos addens.

Limitatur tertiò principalis concluſio,
75 vt non quoad fideiuſſores † (niſi in ſupplicatione de eis nominatim ſit facta mentio, pro eiſquè moratoria conceſſa) locum habeat, ſecundum *Bald. Cyn. & Salycet. in d. l. Quoties, C. de precib. Imp. offer. Aret. in rubric. inſtit. de except. nu.* 13 *Bart. in l. Cum filiusfam. §. Si ſtipulatus ſum, num.* 2. *D. de verb. ſignific. Iaſ. in d. l. Quoties, num. fin. Marc. Anton. Cucch. d. tract. num.* 122. *& ſeqq. Lancell. Corrad. in templo iudic. lib.* 1. *cap.* 1. §. 4. *tit. de Imperatore, ver. Debitori dilatio indulgetur, num.* 10. *Fab. de Anna. conſil.* 82. *num.* 7. *lib.* 1. *Azeued. in d. l.* 2. *tit.* 14. *lib.* 4. *nouæ Reg. Collect. num.* 42. *Iacob. Menoc. de arbitra. lib.* 2. *cent.* 3. *d. caſu* 203. *nu.* 26. & *caſu* 337. *num.* 22. *Carauit. d. ritu* 287. *num.* 16. *Proſper Farinac.* (communem dicens) *d. quæſt.* 29. *num.* 25. *Nicol. Gen. de ſcript. priuat. d. lib.* 3. *tit. de literis iudicialibus, vel moratoriis, per tot. Vincent. Carot. d. except.* 168. *num.* 23. *Ioan. Bapt. Marcheſan. in tract. de commiſſ.* 3. *part. cap.* 1. §. 1. *de commiſsione ſuper moratoria dilatione, num.* 25. & 27. *Carol. de Graſſ. d. except.* 32. *num.* 37. *Lucas Matth. Apicella in tutam. paup. tit.* 1. *de quinquennali dilatione, num.* 81. & *Maurit. Apicel. in Addit. ad eundem in tit.* 2. *de moratoria Principis, ad nu.* 22. *ex num. ipſius, nu.* 573 *Tapia ſuper lib.* 4. *iu. noui. tit. de moratoria, rubric.* 19. *verſ.* 21. *Rouit. ſuper prag.* 3. *de ceſſione bonor. nu.* 30. *Garſ. Maſtril. d. comment. ad indul. gen. cap.* 46. *num.* 5. & 6. *Alexand. Trentac. variar. reſolut. d. lib.* 3. *tit. de ſolut. reſolut.* 1. *numero* 25. *Ioann. Bernard. Muſcatel. in prax. fideiuſſ.* 2. *part. quæſt.* 9. *Matthæ. Brun. de ceſſ. bonor. quæſt.* 8. *num.* 6. *Boui. de ſtatutar. vrbis præſcriptione, gloſſ.* 21. *nu.* 64. & 65. *Petr. Surd. conſ* 327. *num.* 23. *lib.* 3. *Pyrrh. Maur. de fideiuſſor. ſecund. par. princip. ſect.* 9. §. 10. *per tot. Cæſar Barz. deciſ.* 78. *à num.* 15. *cum ſeqq.*

Ratio eſt, quia cum huiuſmodi fauor principalem debitorẽ reſpiciat; eius perſonam egredi nõ debet, *l. Exceptiones*, 7. *D. de except. l. Quia tale*, 13. cum ibi notatis, *D. ſolut. matrim. l. Etſi fideiuſſor*, 24. *D. de re iudic.* aduertunt omnes proximè citati, alias etiam rationes adducentes.

Multis tamen ſublimitationibus hęc ſubiacet limitatio. Primò, vt fideiuſſor etiam comprehendatur, ſi aliàs morato-
76 ria inutilis † debitori redderetur, ſecundũ *Bart. in l. Stichum*, §. *Quod vulgò, D. ſolut. matrim. Alex. & Socin. in l. Cum filiusfam.* §. 1. *D. de verb. ſignif. Vincent. Carot. d. except.* 168. *nu.* 24. & *except.* 25. *num.* 142. *Carol. de Graſſ. vbi ſup. num.* 41. *Nicol. Gen. d. tit. de literis iudic. ſeu morat. quæſt.* 1. *num.* 16.

Ideòquè vt fideiuſſor dilatione principali conceſſa fruatur, præſtari cautela fideiuſſori ſolet, vt principali debitori litem denunciet, vtq; in iudicio compareat, & in ſe iudicium ſuſcipiat, inſter, idquè debitor opponat, ſua intereſſe dicendo. Aliàs enim fideiuſſori contra principalem daretur regreſſus, in effectuquè de nihilo moratoria ſeruiret, & quod vna via prohibetur creditori, ad id alia admitteretur, vt aduertit *Anton. Heringi. de fideiuſſor.* 4. *part. cap.* 27. *num.* 52. *Petrus Surd. deciſ.* 301. *num.* 16. latè proſequitur (alios adducens) *Pyrrh. Maurit. ſuprà, num.* 12. 15. 16. & 17. Vbi id ex eo etiam firmat, quia principalis debitor fideiuſſo-
77 res conuentos defendere, † ac exceptiones, quæ fideiuſſoribus non communicantur, ratione ſui intereſſe opponere poteſt, ex *Bart. in l. Ideinquè*, §. *Generaliter, D. mandat. Fabro, & Aret. in* §. 1. *inſtit. eod. Arias Pinel. in l.* 2. *part.* 2. *cap.* 33. *nu.* 44. *C. de reſcind. vend. Hering.* ſuprà dicto loco, & aliis.

Sublimitatur ſecundò, quando mo-
78 ratoria ex motu proprio † Principis conceſſa eſſet, quia tunc etiam fideiuſſoribus prodeſt, ex ſententia *Salycet. in d. l. Quoties, num.* 4. *verſ. Secundò verò caſu, C. de precib. Imper. offer. Marc. Anton. Cucch. de morat. præſcrip. num.* 137. *Petr. Rebuff. ſuper conſtit. Galli. tit. de lit. dilat. art.* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 42. & 43. *Fab. Anna*

*d. conſ.*

*d. conſil. 82. numero 5. Carolus de Graſſ. dict. except. 32. num. 42. Ioann. Baptiſt. Marcheſan. d. 3. part. capite 1. §. 1. de commiſsione ſuper moratoria, num. 41. & 42. Pyrrh. Maur. vbi ſuprà, numero 13. Nicol. Gen. d. quæſt. 1. numero 8. 9. & 10.*

Sublimitatur tertiò, quando fideiuſ-
79 ſor beneficio † cedendarum non renunciauit, *Cucch. vbi ſuprà, numero 139. Fabius Anna dict. conſil. 82. numero 10. Valent. Franc. de fideiuſſor. cap. 3. numero 154. & ſequentib. Carolus de Graſsis* ſæpè repetito loco, *numero 43. Bernard. Moſcatell. in praxi fideiuſſor. d. 2. parte, quæſt. 9. Anguiſ. conſil. 142. num. 2. lib. 3. Anton. Hering. d. cap. 27. num. 76. cum ſeqq. Pyrrh. Maur. dict. 2 part. princip. ſect. 9. §. 10. num. 14. Vincent. Carot. d. except. 168. num. 26. Nicol. Genua d. quæſt. 1. num. 12. & 13.* vbi explicat, quòd ſi creditores ad ſolutionem fideiuſſorē vrgeāt, poterit ſe offerre paratum ſolutioni, modò per ipſos creditores ſibi contra principalem debitorem actiones cedantur, quas cum illi (efficaciter ſaltem dilatione debitori conceſſi durante) cedere non poſſint, ab agendo contra fideiuſſorem, qui huic cedendarum actionem beneficio non renunciauit, arcendos, ſatis manifeſtè deducit.

Et idem quando fideiuſſor beneficio
80 fideiuſſorum, † non renunciauit (de quo in *auth. Præſente, C. de fideiuſſor.*) obſeruant *Anton. Cucch. ſuprà, nu. 138. Carot. d. loco, nu. 28. Alexand. Trentac. variar. reſolut. d. lib. 3. tit. de ſolut. reſolut. 1. n. 25. verſic. Secunda eſt.*

Sublimitatur quartò in obligationi-
81 bus faciendi, † in quibus dilatio principali conceſſa, fideiuſſori prodeſt, *Bald. in d. l. Quoties, num. 4. verſ. Finaliter, C. de precib. Imperat. offerend. Ioann. Baptiſt. Marcheſan. vbi ſupr. num. 24. Graſsis d. num. 43. verſ. Quartò intelligas, Carot. d. except. 168. num. 27. Genua vbi ſupra, num. 15.*

Sublimitatur quintò in moratoria de-
28 bitori per maiorem creditorum, † partem conceſſi, quæ ſi fideiuſſori etiam ſuffragatur. *Felin. in cap. 2. numero 34. de conſt. lib. Vrſil. ad Afflict. dict. decis. 228. numero 1. Burſat. conſil. 214. numero 29. lib. 2. Bard. in tractat. de tempore vtili, & continuo, numero 8. verſic. Sic in ſuprà dictis, Anton. Heringi. de fideiuſſor. d. 4. part. cap. 27. numero 69. Nicol. Genua d. quæſt. 1. num. 11. Pyrrh. Maur. d. §. 10. num. 11. Valent. Franch. de fideiuſſorib. cap. 3. num. 172. & ſeqq.* Pluresque alias ſublimitationes videri per ſuprà dictos poterunt.

Limita quartò principalem concluſionem, vt debitor dilatione cōceſſa gaudere non poſsit, niſi de reſtituendo debi-
83 tum poſt eam, idoneam cautionem † præſtet, *d. l. Vniuerſa, 6. C. de precib. Imper. offerend. d. cap. Vniuerſa, 25. quæſtione 2. Abb. in cap. Quoad conſultationem, numero 23. de re iudic. Guid. Pap. quæſtione 109. Marc. Anton. Cucch. d. tractat. numero 53. Marc. Anton. Natta conſilio 591. numero 1. libro 3. Annan. ſingul. 463. Vital. de clauſul. clauſ. Nihil nouari appellatione pendente, numero 3. Hieronym. Cagnol. in dicta l. 2. num. 46. C. de precib. Imperator. offerend. Afflict. deciſione 378. numero 1. vbi Vrſil. num. 3. & dicta deciſ. 288. numero 1. Proſper Farinac. (communem dicens) quæſt. 29. num. 27. Vincent. Carot. d. except. 168. num. 42. Ioann. Baptiſt. Marcheſan. de commiſsion. 3. parte, capite 1. §. 1. de commiſsione ſuper dilatione moratoria, numero 31. Alexand. Trentacinq. dicto libro 3. titulo de ſolut. reſolut. 1. numer. 6. Paul. Fuſch. ſingul. litera D. numero 11. Lancellot. Corrad. in templo iudic. lib. 1. capite 1. §. 4. de Imperatore, in verbo Debitoribus dilationem indulgere, numero 8. Thom. Zerol. in praxi Epiſcop. in verbo Quinquennales, verſiculo 2. Cumia ſuper ritibus Regni Siciliæ, capite 80. numero 10. & capite 95. numero 27. Lucas Matth. Apicella in tutam. pauper. titulo 2. de moratoria Principis, numero 3. & 6. vbi Maurit. Apicella in addit. numero 466. Nicola. Genua de priuata ſcript. dicto libro 3. titulo de Annal. & quinquennal. dilat. numero 13.* communem dicens, *Petr. Barboſ. ad leg. In omnibus, numero 9. & 10. & ad leg. Si debitori, 21. num. 153. D. de iudic. Antonin. Faber in ſuo Codice, titulo 9. de precibus Imperator. offerend. definitione 6. & definit. 20. propè finē, verſicul. Si cauere Oſualdus Hilliger. in Donel. dicto libro 22. capite 9. litera N.*

Amplia iſtam limitationem, etiamſi
84 talis cautio in moratoria remittatur. † Remiſſione namquè non obſtante, præ-

dictam cautionem præstare debitor tenetur, ob magnam, quæ inde creditori insurgeret, læsionem, *gloss. fin. in fin. & ibid. Doct. in d. l. Vniuersa, C. de precib. Imperat. offer. Carauit. d. ritu* 287. *numero* 5. *Carol. de Graff. de except. ad mater. statuti exclud. omnes except. d. except.* 32. *num.* 9. *Vincent. Carot. de remed. contra præiudic. sentent. vel damnosas execut. d. except.* 168. *num.* 43. *Alexand. Trentacinq. d. resolut.* 1. *num.* 7. *Lucas Matthæ. Apicell. vbi supra, d. num.* 6. *Nicol. Genu. d. loco, nu.* 15. & 16. vbi eam verisimam sententiam dicit.

Omnes tamen prædicti hanc eandem limitant ampliationem, si in moratoria in-
85 esset clausula *Non obstante*, † quia tunc non desideraretur cautio, & absquè ea, dilatione debitor frui posset, & sic (præter eos) tenent etiam *Ias.* (intelligendus ita) *in d. l. Quoties, num.* 15. *C. de precib. Imperat. offerend. Ioann. Bapt. Marches. d.* 3. *par. cap.* 1. §. 1. *de commiss. super dilat. morat. num.* 32. & *seqq.* & *Genua vbi sup. num.* 17.

Hanc præterea quartam limitationem secundò amplia, vt etiamsi debitor sit di-
86 ues, † valdequè idoneus, procedat. Adhuc enim prædictam cautionem præstare debet, *Alexand. in l. Diuortio,* §. *Interdum, num.* 11. *D. solut. matrim.* & *in l.* 1. *nu.* 12. *D. qui satisd. cog* sequitur *Vincent. Carot. d. except* 168. *num.* 48. *Luc. Matthæ. Apicell. d. tit.* 2. *n.* 12. *Carauit. super ritu* 173. *n.* 9. *Carol. de Graff. d. except.* 32. *nu.* 118. Quibus etiam tales moratorias literas concedi posse, ac solere; & suprà diximus; & frequenter in hisce Regnis maioratuum Dominis, Marchionibus, Comitibus, aliisquè magnatibus ære alieno grauatis, necnon mercatoribus, & bancharijs, ob instantem aliquam necessitatem, cuius ratione tunc commodè soluere non possunt, videmus concedi. Aliàs enim nisi iusta inesset causa, diuiti (vt iam notauimus) huiusmodi non foret concedenda dilatio.

Ideòq; omnino requiritur satisdatio, quia aliquo modo suspecti sunt. Cũ aliàs debitor diues, & soluendo (etiam vbi sa-
87 tisdatio requiritur) satisdare † non teneatur. *l. Quicumque, la* 2. 7. *in ordine,* vbi notat *Bart. C. de fund. patrimon. lib.* 11. *Ludouic. Roman. cons.* 67. *n.* 4. & *ibi Mand. in verb. Possidere, Marc. Anton. Natta cons.* 267. *num.* 3. & 4. *lib.* 2. *Borgnin. Cauale. decis.* 8. *num.* 19. *part.* 2. *Ferret. de præsent. instrum. part.* 7. *quæst.* 6. *n.* 7. *Petr. Surd. cons.* 36. *nu.* 14. & *decis.* 183. *n.* 10. *Toro in c mpend. decis. Reg. ver. Cautio, an sit præstanda, etiamsi statuto caueretur, Maurit. Apicell. in addit. ad patrem, in tutam. pauper. d. tit.* 2. *de moratoria Principis, ad nu.* 12. *in num. ipsius, n.* 493. & 495. *Petr. Barbos. ad d. leg. Si debitori, num.* 156. *D. de iudic.*

Ampliatur 3. prædicta 4. limitatio, vt
88 etiãsi moratoria annalis † sit, debeat cautio præstari, ex *d. l. Vniuersa, C. de precib. Imperat. offer. Nicol. Boer. d. decis.* 296. *num.* 2. *Anton. Thesaur. decis.* 91. *num.* 2. Nisi in contrarium suaderet stylus, *Luc. Matthæ. Apicell. in dict. tit.* 2. *de morat. Principis, num.* 8. *Nicol. Genua d. lib.* 3. *titulo de Annali & quinquennal. num.* 11. & 12.

Sublimita tamen eandem quartam limitationem (quæ satisdare debitorem debere, vt moratoria sibi concessa frui possit, habet) & intellige si à creditore
89 oppositum, † sitq; satisdatio petita: secùs si non contradicat, nec petat: tunc enim etiam non data satisdatione moratoria gaudebit debitor, ex *text. in l. Si quis filium,* 5. *Stipulatio. D. de collat. bonor. l.* 2. §. *Quod ait Prætor, D. quod legat.* ibi: *Non ergo offerre debet satisdationem, sed petenti moram non facere, gl. ff. & Doct. in d. l. Vniuersa, Ripa in l. Ita stipulatus, num.* 8. *ver. Quintò dubitatur, D. de verb. sig. & in l.* 4. §. *Hoc autem iudicium, nu.* 4. *D. de damno infect. Decius cons.* 607. *n.* 3. *Marc. Anton. Cucch. de morat. præscript. num.* 53. *Hippol. de Marsil. in rubr. de fideiussor. num.* 145. *Abb. consil.* 96. *nu.* 4. *Vrsil. in addit. ad Afflict. dec.* 378. *nu.* 3. *Matthæ. Brun. de cess. bonor. quæst.* 21. *numero* 2. *Lancellot. Corrad. in templo iudic. lib.* 1. *cap.* 1. §. 4. *de Imperatore, in verb. Debitoribus dilationem indulgere, numero* 11. *Carol. Ruyn. consil.* 26. *numero* 33. *lib.* 4. *Petr. Surd. consil.* 124. *numero* 1. & 2. *Lucas Matthæ. Apicell. in tutam. pauper. d. tit.* 2. *de morat. Principis, num.* 6. *versic. Quam conclusionem,* & *num.* 7. *vbi eius Addit. numero* 466. *Carauit. ritu* 189. *numero* 5. & *dict. ritu* 287. *num.* 5. *Vincent. Carot. d. except.* 168. *num.* 44. *Carol. de Graf. d. except.* 32. *numero* 100. pluribus mediis hanc comprobans sententiam ex *numero* 103. *ad numer.* 117. *Francisc. Marc. decis.* 33. *numero* 2. *prima parte*, latè etiam com-

pro-

probat, & defendit *Marcheſan.d.3.part. capit.1.§.1. de commiſsione ſuper dilat. morat.num.14.& ſequentib.vſquè ad 21. Nicol. Genua. d.tit.de Annal. & quinquennal.num.18. & ſeqq.* vbi pluribus ad *num.31.* firmat, *Pyrrh.Maur. in tract. de fideiuſſor.1.part.princip. in prælud.3.particulæ, & ſectionis, cap.2. (aliàs 11.)nu.1.Alexan.Trentacinq.variar. reſolut.d.lib.3.tit.de ſolutionib.reſolut.1.num.8.Petr.Barboſ.in d.l.Si debitori,num.155. D.de iudic. Andr.Gaill. practic.obſeruat.libro 2.obſeruat.46. numero 14. Oſuald. dict. libro 22. capite 9. litera N. verſic. Sed ita ſi creditores petant.*

Sublimita ſecundò, in quinquennali
90 delatione à creditoribus † conceſſa, in qua non requiritur ſatiſdatio, ſecundum *Vrſil. in addit. ad Afflict. deciſione 288. numero 2.* vbi ſic multoties vidiſſe in praxi ſeruari dicit, contra *Roman. conſ.419. in fin.* tenetq; cum *Vrſillo, Luc.Matthæ. Apicella dict.tit.2.numero 8. & ibidem eius Addit. Gregor.Lopez in l.5.tit.15. part.5.gloſſ.fin. Paz in praxi,4.parte, 1.tom. cap.6. num.5.* Quidquè hodie in mercatoribus fallitis obſeruetur, vide *text. in l.fin. adfin. tit.19.lib.5.nouæ Reg.Collect.*

Sublimita tertiò, in moratoria quin-
91 quaginta dierum, † in qua ſatiſdatio non niſi debitor ſuſpectus ſit de fuga, deſideratur. Bonus *text.* (ita ab *Antonin. Theſauri Additionatore* intellectus *deciſ.186. col.fin.*) *in d.l.Si debitori,21. D.de iudic.* quem ſequitur *Maurit. Apicell. in addit. ad Patrem d.tit.2.ad num.8.ex numer. ipſius,num.466.in fine.*

Sublimita quartò, vbi debitor fideiuſ-
92 ſorem ob paupertatem inuenire † non poteſt, quia præſtita iuratoria cautione, dilatione(remiſſa ſatiſdatione)fruetur: cum aliter illuſorium huiuſmodi redderetur beneficium, ſic tradente *Cornel.Beninca. de paupertate, ſpeciali 8.in iudiciis,n.34.* per notata in *auth.Generaliter, C.de Epiſcop. & Cleric.& in l.1. D.qui ſatiſd.cog. Greg.Lopez*(omninò videndus) *in d.l.33. tit.18.part.3.gloſſ. verb.Fiadores*; ſentit *Anton.Faber in ſuo Codice, libro 1.tit.9. de precib.Imperat.offer.definit.20. circa fin. verſic.Si cauere nullo modo velit, nec iurato quidem, Farinac. dict. quæſt. 29. num.30. Nicol. Genu.dict.tit.de Annal. & quinquenn.dilat.numero 31. vſquè ad num.38. Petr. Barboſ. in l. Diuortio, 8. §.Interdum,num.27.D.ſolut.matr.*

Vel forte cautionem cum generali hypotheca bonorum ſufficere dicunt iidē ipſi *Gregor. Lopez,& Beninc. vbiſuprà, num.35.* Huiuſmodiquè iuratoriam cautionem cum generali hypotheca bonorū preſtandam fore, aſſeruit *Ioſeph.Ludouic. deciſ.Peruſin.63.num.9.part.2.* eumquè referens *Proſper Farinac. vbi ſup.* Hæc ſimul congeſsit *Oſuald.in Donel.enucleat. d.lib.22.cap.9.lit.N.*

Et licèt hoc in caſu iuratoriam cautionem non ſufficere tenuerint aliqui, inter quos *Roland. à Valle conſilio 43. numero 9. libro 2. Anton. Heringi. de fideiuſſor.cap.5.n.132.Pyrrh.Maur.de fideiuſſor. dicta 1. parte princip. in prælud. 3. particulæ, & ſectionis, cap.2. (aliàs 11.) num.2.& cap.25. (aliàs 34.) num.22.*

Intelligi tamen debent, vbi moratoria ob aliquam aliam quàm paupertatis cauſam conceſſa eſt, quia tunc ſatiſdatio omninò requiritur; ſecùs ſi paupertatis ratione, ob quam fideiuſſorem inuenire non poteſt debitor, quia iuratoria ſufficiet cautio. Hanc tradiderunt diſtinctionem, tenueruntquè ſententiam *Cornel Beninc.* iam citato loco, *Gregor. Lopez vbi ſupra, Bald. Nouell. in tract.de dote,part.8.priuileg.12.Staphil. de liter. iuſſit. cap.Vlterius pro declaratione, numero 12.* latè *Ioann. Baptiſta Marcheſan. de commiſsion. dict. 3.part. cap.1.§.1. de commiſsione ſuper dilatione moratoria, numero 21. & ſequentib. Ioſeph. Ludouic. dict. deciſ 63. num.9. Carolus de Graſsis d.except.32.num.119. Farinac. dicto numero 30. Vincent. Carot. dict. except. 168. num. fin. Pyrrh. Maur. dict.cap.25. (aliàs 34.)num.13. Lucas Matthæ. Apicella dicto titulo 2. numero 11.& ibi eius Addit. num.492. & in tractatu de donat.1.parte, cap.2. quæſtione 7. Garſ. Maſtrill. in commento ad indult. gen. cap.46. num.20. Alexand. Trentacinq. vbi ſupra, numero 9.* Hodiequè in partibus huius poſt ordinationem quandam ibi allegatam, teſtatur (cū Zang.quem refert) obtinere *Oſual.d. cap.9. litera N.* quouiſquè caſu iuratoriam ſufficere cautionem Galliæ pragmaticos aſſerere, tradit *Anton. Faber dicto lib.1.tit.9. definit.21. num.4.* & cum eo *Oſuald.* vbi proximè.

Quod autem fideiuſſorem debitor non inueniat, per ipſius debitoris iuramẽ-
93 tum † (cui ſtatur) probare ſufficit, ſecundũ *Accurſ. in l. 1. in verb. Fideiuſſoribus, propè med. D. qui ſatiſd. cog. Cattel. Cott. in memorab. verb. Iuramentum probat, Iuli. Clar. in pract. crimin. quæſt. 46. numer. 15. Anton. Scap. de iure non ſcripto, libro 5. cap. 74. num. 5. Maurit. Apicell. in addit. ad patrem in tutamin. pauper. dict. tit. 2. de morat. Princip. num. 492. ex numer. ipſius Camill. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 60. de iuramento, nu. 219. & 220.*

Limita quintò principalem concluſionem, ſi debitor dilationem prætendens paupertatem ſuam non probaue-
94 rit, † ad quinquennalem ſaltem dilationem impetrandam; in annalibus namquè nulla exigitur probatio, debitoriſquè iuramento pauperem ſe dicentis ſtatur. Firmant vtrumquè *Boeri. d. dec. 296. num. 1. 2. & 3. Quintillian. Mandoſ. in regul. 10. Cancell. quæſt. 4. caſu 62. Marc. Anton. Cucch. de morat. præſcript. nu. 23. & ſeqq. Anton. Theſaur. dicta deciſ. 186. num. 6.*

95 Limita ſextò in debitore diuite, † & ſoluere ſtatim commodè valente, licèt creditor locupletiſsimus ſit, cum huiuſmodi dilationes miſerationis cauſa conceſſæ ſint, *l. Si cum mulier, 16. §. Cum intra, D. de compenſat. Cucch. vbi ſupra, num. 106. & 149.* Imò cum ob paupertatem concedantur; aduenientè pingiori fortuna, dilatio ceſſabit, ſtatimquè tenebitur debitor creditori ſuo ſatisfacere; cum diſpenſationis cauſa ceſſante, ceſſare debeat diſpenſatio, ex iurib. vulgat. notat *Andreas Tiraquell. de cauſa ceſſante, 1. parte, numero 91. 92. & 93. Azeued. conſil. 34. num. 31.* & in terminis *Lucas Matthæ. Apicell. d. tract. & tit. 2. num. 15. Marc. Anton. Cucch. vbi ſuprà, num. 154.* Et in quinquennali dilatione à maiori creditorum parte conceſſa idem dixit, latè proſequutus *ipſemet Apicell. ſuprà tit. 1. num. 155. 156. & 157. Oſuald. Hilliger. in Donel. enucl. d. lib. 22. cap. 9. litera N. pag. 272. col. 2. verſic. Sedſi interim*, allegat *l. 4. §. 1. de mun. & l. 8. de vac. muner.*

Licèt autem debitor ad meliorem fortunam non deuenerit, & poſt dilationis conceſſæ terminum aliam impetra-
96 uerit, † ea gaudere non debet, iuxta *text. in cap. Cæterum, 3. de reſcript.* obſeruat (poſt *Petr. Rebuff.* ibi relatum) *Anton. Faber in ſuo Codice, lib. 1. d. tit. 9. defin. 1. & 20. verſic. Autſi iam ſemel anteà idem beneficium impetrauerit.*

Nec, ſi poſt conceſſæ dilationis terminum non ſoluerit, ad ceſsionis benefi-
97 cium admittetur, † ſed in carcerem detrudendum, dicunt *Marcheſa. de commiſsion. ſuper dilatione morat. commiſ. 4. cap. 1. numero 11. & ſeq.* quem refert, & ſequitur *Nicola. Genua dicto titulo de Annalib. & quinquennalib. dilationib. num. 34. & 40. Cæſar Barzi. deciſ. 78. num. 3. in fin. Alexand. Trentacinq. d. reſolut. 1. num. 30. Anton. Hering. de fideiuſſor. cap. 5. num. 227. Oſuald. vbi ſuprà, verſic. Denique hoc beneficio.* Et ſi contradicentes referat *Afflictũ deciſ. 278. Ranchin. & Ferrer. ad Guidon. Pap. quæſt. 97.*

Limita ſeptimò principalem concluſionem, ſi creditor pauper eſt, † quia pri-
98 uilegiatus, contra pariter priuilegiatum priuilegio non gaudet; vt in terminis tradit *Antonin. Theſaur. dict. deciſ. 186. num. 7.* vbi hanc clauſulam in hiſce dilatoris literiis inſeri, hiſquè verbis in eis Senatum vti, teſtatur: *Si creditor in eadem, vel maiori egeſtate non ſit, &c. Matth. de Afflict. deciſ 377. Antonin. Faber d. definit. 20. verſic. Si contra pauperiorem beneficium hoc impetretur, Oſuald. Hillig. in Donell. enucleat. d. lib. 22. cap. 9. litera M. col. 272. in princ.* Nequè enim vt vnum altare cooperiatur, aliud erit diſcooperiendum, iuxta *text. in cap. Cum cauſam, de præbend. & dignit.*

Inde fit, beneficium *Ne quis conueniatur vltra quàm facere poteſt*, contra
99 exiſtentem in pari, † vel maiori egeſtate non concedi, *Bart.* (communiter receptus) *in l. Maritum, numero 4. D. ſoluto matrimonio, Alexand. & Zaſi. numero 20. Baldus in leg. 2. numero 5. C. quod cum eo, Barbat. in capit. Oduardus, numero 2. extra de ſolut. Anton. à Padill. in l. Si Præſes, numero 8. C. de ſeruitut. & aqua. Didacus Couarr. in regula Poſſeſſor, 2. parte, §. 2. numero 4. verſic. Hinc etiam deducitur, Auileſ. in cap. 18. Prætor. gloſſa, verb. Qual conuenga, numero 7. poſt verſicul. His & aliis, Ioannes Gutierr. de iuramen. confirmat. 3. parte, cap. 15. num. 4. Matthæ. Brun. deciſion. bonor. 4. pa. t. princip. quæſt. 20.*

*quæſt.* 20. *numero* 30. *Marius Giurba deciſ.* 42. *numero* 3. *Marc. Anton. Genuen. in praxi Archiepiſcop. cap.* 3. *numero* 14. *Petr. Barboſ. in dicta l. Maritum, num.* 46. *verſic. Quartò principaliter, Matthæ. Apicella in tutam pauper. tit.* 4. *de ceſſione bonor. num.* 19. *verſic. Idem dicimus, & num.* 29. *Petr. Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 78. *num.* 34. 35. & 36. magis communem dicens, *Ioann. Bapt. Coſta de remed. ſubſidia. remed.* 28. *num.* 7. *Laderch. conſil.* 30. *num.* 70. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 799. *num.* 7. & 8. *Oſuald. in Donell. enucleat. lib.* 27. *cap.* 9. *lit.* OO. *in annot.*

Sic & in beneficio ceſsionis bono-
100 rum, † ad quod contra creditorem in pari, ſeu maiori egeſtate exiſtentem debitor non admittitur, ſecundum *Brunum d. tract. de ceſſ. bonor.* 4. *part. princip. quæſt.* 13. latè (contrarius reſpondendo) *Matthæ. Apicell. vbi ſuprà, titulo* 1. *de quinquennali dilatione, numero* 60. & *titulo* 4. *de ceſſione bonorum, num.* 69.

Limita octauò principalem concluſionem, vt moratoria conceſſa debitori,
101 eius hæredibus † non proſit, neque ad eos extendatur, ſic tradentibus *Vincent. Carot. d. except.* 168. *numero* 38. *Carol. de Graſſ. d. except.* 32. *num.* 47. & ab eo relatis *Troiſi. d. ritu* 287. *numero* 15. & *Fuſc. d. ſingul. lit. D. num.* 11. *Alexand. Trentacin. variar. reſolut. d. lib.* 3. *tit. de ſolut. reſol.* 1. *n.* 29. *Nicol. Gen. d. lib.* 3. *tit. de literis iudicialib. ſeu morat. quæſt.* 4.

Idem quoquè in beneficio, *Ne quis con-*
102 *ueniatur vltra quàm facere poteſt*, † dicentibus, vt ad hæredes non tranſeat, ex ſententia *Bruni de ceſſione bonor. quæſt.* 6. *num.* 8. 4. *quæſt. princip.*

Limita nonò, vt Princeps ſecularis dilationem ad ſoluẽdum debitum Eccle-
103 ſiæ † nequeat concedere. Ita *Iacob. Menoch. de arbitr. d. caſu* 203. *n.* 20. ex aliiſq; etiam *Carol. de Graſ. ſuprà, nu.* 35. & 36. *Nicol. Genu. d. loco, tit. de liter. iudicialib. ſeu morator. in princip. num.* 65. & 66. *Maurit. Apicell. in addit. ad patrem, d. tit.* 2. *ad num.* 20. *ex num. ipſius, num.* 545. plures alios referens, vbi *num.* 547. diſtinctionem aſsignat; an habuerit ortũ à laico, in Eccleſiamquè, vel perſonam Eccleſiaſticam cum ſua trãſierit cauſa, vel nõ, *Ant. Fab. in ſuo Cod. d. lib.* 1. *tit.* 9. *definit.* 20.

Limita decimò principalem conclu-
104 ſionem, vt in debito de recẽnti † contracto locum non habeat, *Iacob. Menoch. vbi ſupr. num.* 24. *Alexand. Trentacinq. d. loco, num.* 17. & 18. *Anton. Faber dict. definit.* 20. *num.* 18. *Oſuald. Hilleger. in Donel. enucleat. d. lib.* 22. *cap.* 9. *litera I. pag.* 271. *col.* 1. *verſic. Non enim ſi nuper.* Hùcquè reſpicit de iure Regio *text. in l.* 7. *tit.* 19. *libro* 5. *nouæ Reg. Collect.* quatenùs decernit: *Y anſi miſmo ſean auidos, y juzgados por alçados, è incurran en las dichas penas, ſi ſe les prouare auer tomado algunas mercadurias fiadas, ò preſtadas, ò dineros preſtados, ò a cambio ſeis meſes antes que quebraren, ò faltaren de ſus creditos, ò pidiere, ò quiſiere ſeguir los dichos pleytos, è no los pueda ſeguir en tal caſo, ni aprouecharſe del remedio que el derecho le dà de la mayor parte de acreedores.*

Nec ad debita Fiſcalia † extenditur,
105 ex *text. in l.* 3. *C. de precib. Imperator. offeren.* plures referens *Carolus de Greſſis dict. except.* 32. *numero* 22. latè etiam *Nicol. Genua dict. lib.* 3. *titulo de liter. iudicial. vel morator. in princip. num.* 48. & *ſequentib. Marc. Anton. Peregrin. de iure Fiſci, lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 22. *Maſtrill. Tapia*, & alii, quos refert, & ſequitur *Maurit. Apicella vbi ſupra, num.* 537. & *ibidem Matthæ. Apicella, d. num.* 20. *Anton. Faber d. definit.* 20. *verſ. Aut contra Principem ipſum.*

Plures aliæ ampliationes, & limitationes præfatæ principali regulæ, concluſioniquè aſsignari poſſent, quas per ſuprà relatos videre licet, principaliboſque poſitis acquieſcimus.

Inſpiciendum autẽ reſtat, An mora-
106 toria dilatione pendente, currant vſuræ? † Qua in re communis diſtinctio eſt, quòd aut ante dilationẽ debebantur, currebantquè vſuræ, aut non; vt primo caſu (dilatione conceſſa non obſtante) currant, *Salycet. in d. l. Quoties, nu.* 6. *C. de precib. Imper. offer. Vrſil. ad Affict. deciſ.* 5. *nu.* 4. *Vincent. Carot. d. except.* 168. *nu.* 21. *Maſtrill. deciſ.* 16. *n.* 4. 6. & *ſeqq.* Quod vel ex cõuentione accidere poteſt: vel quia licèt expreſsè cautũ nõ ſit; per priùs tamen debitor in mora per hominis, vel diei interpellationẽ cõſtitutus erat; vel ſi ab annuo cenſu ex *Nicolai Pap. Bulla* debitũ deſcẽdat; quibus caſibus, etiam intra dilationẽ, non factaquè ſuper vſuris ſoluendis prouiſione, præſtandæ erunt, nè Principis

reſcriptum, ita vt diſpendium in iure iam quæſito creditori afferat, interpretetur. Sic in iſto vltimo caſu tenet *Felician. in tract. de cenſib. 2. p. lib. 3. c. fin. in fin. verſ. Antequam verò hinc diſcedam*, quem refert, & ſequitur *Petr. Nun. de Auendañ. eod. tract. de cenſib. cap. 110. nu. 1. & n. 5.* contra *Gaſp. Roderic. de annuis reddit. lib. 3. quæſt. 9. à num. 16. cum ſeqq.* oppoſitum tenentem. Idemq; in cenſu emphyteutico (vt dilatione pendente, currant vſuræ) obſeruat ipſe *Auendañ. ibidem, num. 3.*

Aut priùs non currebant, & nec durante dilatione currere incipient. Ita deſtinguit *Salycet. in d. l. Quoties, num. 3. verſic. Item quæro, Vrſil. ad Afflict. d. deciſ. 5. in fin. Luc. Matthæ. Apicell. d. tract. de tutam. pauper. tit. 2. de moratoria Princip. num. 36. Maſtrill. ſuprà.* Et in effectu prædictam ſequitur diſtinctionem *Alexand. Trentacinq. variar. reſolut. dict. lib. 3. tit. de ſolut. reſolut. 1. num. 26.* vbi dilatione pendente vſuras caſu, quo licitè peti poſſunt, currere (contra *Cyn. in d. l. Quoties, quæſt. 5. & Alex. conſil. 216. num. 14. lib. 2.* ab eo relatos vſuras non currere, tenentes) defendit; eamq; approbare videtur *Anton. Faber dict. tit. 9. definit. 8. & Oſuald. in Donel. enucl. dict. lib. 22. cap. 9. litera N. pag. 272. colum. 2. circa princip. verſic. Siquidem ſaluum.*

Adhuc tamen in caſibus, in quibus dilatione pendente vſuræ currunt, earũ differẽdam quouſq; finiatur dilatio exactio-
107 nem, † nec interim (ſicut nec principale) peti poſſe; adſeuerant *Auend. d. cap. 110.* 110
*num. 3.* pulchrè *Luc. Matthæ. Apicella d. tract. tit. 1. de quinquennali dilatione, nu. 178.* & ita in cauſa Syndicorum Camberienſium, & Ioannis de Conſtãce 8. Id. Iunii 1591. per Senatum iudicatũ refert *Antoni. Faber in ſuo Codice d. lib. 1. tit. 9. de precib. Imperat. offer. definit. 8. in fin.*

Ex multorum præterea ſentẽtia notandum, dilatione debitori conceſſa durã-
108 te, nec debitores licere conuenire ſuos: † æquum eſt enim, vt quod quiſquè iuris in alium ſtatuerit, eodem ipſe vtatur, *tex. in l. 1. & tot. tit. D. quod quiſq; iuris.* Huius fuerunt voti *Afflict. deciſ. 66. Fuſch. dict. ſingul. lit. D. num. 11. Ioan. Bapt. Marcheſa. de commiſſion. ſuper dilat. morat. dict. 3. par. cap. 1. §. 1. num. 23.* ſequitur *Carol. de Graff. d. except. 32. num. 93.*

Contrarii (dilationem debitori conceſſam non efficere, quo minùs debitores ſuos conuenire debitor poſsit) *Pet. Rebuf. de liter. dilat. art. 1. gloſ. 1. n. 9. Ant. Faber vbi ſupra, defin. 19.* rationes aſsignans, obſeruatumq; fuiſſe dicens in perſona *Petr. Fauerii Latinienſis, menſ. Ianuar. 1597.* ſequitur *Oſuald. Hilliger. d. lib. 22. cap. 9. lit. K.*

Tempus autem moratoriæ dilationis
109 à die conceſsi beneficii, † datæquè, non à die præſentationis, vel notificationis currere, obſeruant *Guido Pap. quæſt. 109. Petr. Rebuff. vbi ſuprà, num. 4. ex l. 2. C. de diuerſ. reſcript. Matthæ. Brun. de ceſſ. bonor. quæſt. 26. num. 3. Boui. in tractat. de ſtatutar. præſcript. gloſſ. 21. num. 72. Cumia ſuper ritib. Regni Siciliæ, cap. 80. num. 9. Carol. de Graff. d. loco, num. 48. per text. in cap. Eam te, 7. de reſcript. & cap. Dilectus, el 2. 27. in ordin. de præbend. c. 2. de decim. Vincen. Carot. d. excep. 168. num. 4. Anton. Faber ſup. definit. 3. Alexand. Trentacinq. d. lib. 3. variar. reſolut. tit. de ſolut. reſolut. 1. num. 27. Nicol. Intrigliol. in ſingular. ad conſtit. Regni Siciliæ, ſingul. 132. lib. 1.*

Pauca de quinquennali moratoria à maiore creditorum parte conceſſa (quæ de iuſtitia appellatur) diximus, cuius alia poſſet formari ſpeciale; Quod nempè licèt ſuum cuiquè factum noceat, nequè res inter alios acta aliis præiudicet (vt iuribus vulgatis) paupertatis tamen fauore, noceat. De qua iuſtitiæ moratoria dilatione latiſsimè (præter antiquiores in
110 locis ordinariis) egerunt † *Cornel. Beninca. de paupert. ſpeciali 8. in iudic. numero 31. & ſeqq. Marc. Anton. Cucch. d. tract. de morat. præſcript. Paz in praxi, 1. tom. cap. 9. per tot.* omnium pleniſsimè *Lucas Matthæ. Apicella in tutam. pauper. tit. 1. de quinquennal. dilat.* per 214. *numeros* materiam proſequens, & *ibidem eius Addit. Maurit. Apicella, idem Matthæ. Apicella titulo 3. per totum, de remiſsione debitorum, Philipp. Paſchal. de viribus patr. poteſt. 2. parte, capit. 9. ex numer. 65. cum ſeqq. Ioann. Bapt. Marcheſ. de commiſſ. d. 3. parte, cap. 1. §. 1. de commiſsione ſuper dilat. morat. num. 73. cum ſeqq. Mari. Anton. Macerat. variar. reſolut. libro 2. reſolut. 18. per tot. Pyrrh. Maur. de fideiuſſor. 1. part. princip. in prælud. ſect. 3. cap. 2. (alias 11)*

per

*per tot.* ad longum *Alexand. Trentacinq. variar. reſolut. lib. 3. d. tit. 1. de ſolut. reſolut. 1. num. 12. & reſolut. 2. per tot. & reſolut. 3 per tot. Antoni. Faber d. tit. 19. definit. 21.* & aliis *ibidem.* Videndumſquè integer *titulus 19. lib. 5. nouæ Reg. Collect.* vbi, quando, & in quibus caſibus ruptis, vel decoctis à creditoribus dilatio conceſſa profit, pactaquè, & conuentiones inter eos celebratę teneant, & obligent?

Qua in re adnotare inter alia libet, maiorem creditorum partem non ſolùm ad quinquennium dilationem concedere poſſe; ſed etiam debiti partem remittere,
111 † concurrerequè, & conſentire minoris ſummæ creditores in partis remiſsione debere, *text. in l. Suum hæredem, 8. § Hodie, & l. Sequenti, D. de pact.* vbi per Scribentes, *Matthæ. de Afflict. deciſ. 288. per tot.* præcipuè *numero 2.* Latiſsimè *Luc. Matthæ. Apicell. vbi ſuprà, d. tit. 3. de remiſsione debitor. per 25. numeros.* Debent tamen ad id requiſita concurrere, de quibus per *Marium Anton. Macerat. d. reſolut. 18. per tot. & Anton. Fab. dict. definit. 21. verſic. In quinquennalibus requiritur*, ab eoquè adductos. Eſtquè expreſſa determinatio *in l. 6. tit. 15. part. 5.*

Nec ad huiuſmodi quinquennalē concedendam dilationem maior creditorum pars, maiorumvè ſummarum concurrere
112 neceſſariò debet; ſed æqualium † ſufficiet, ex *text. in l. fin. C. qui bon. ceder. poſſ.* quem ad id expreſſum, tenerequè omnes ibi, dicit *Nicol. Genua, de ſcript. priuat. d. lib. 3. tit. de Annalib. & quinquennalib. dilat. n. 41. Franc. Viui. dec. 38. n. 1. lib. 1.*

## VTRVM ACTIONEM naſci contra pauperem paupertas impediat? Vel obligationis ſaltem executionē etiā hodiè, donec melior debitori ſuperueniat conditio, ſoluerequè poſsit, differat?

## *SVMMARIVM.*

1 Actio contra pauperem naſcitur debitorem, nec exactio differtur, licèt tempore, quo contraxit impotens ad ſoluēdum eſſet. Contrà num. 4. & ſeqq.

2 Debitor (quantuncumquè pauper) arreſtari, & detineri pro debito poterit, & num. 27. Intellige, vt num. 32.

3 Qui ab alio redemptus eſt, poteſt pro redemptionis pretio donec illud ſoluat, retineri.
Mutuum recipiens, ſeruus eſt fœnerātis, ibid.

5 Rei impoſsibilis promiſsio inutilis eſt, vbi impoſsibilitas à natura prouenit, non ab accidenti, & num. 28.

6 Inutilis redditur actio, quam inopia debitoris excludit.

7 Cōductori non remittitur merces propter bellū, quod iam cōductionis tempore vigebat, nec propter peſtem, vel ſterilitatem imminere ſolitam.

8 Propter ſterilitatem, vel peſtem remiſsio mercedis regulariter fit.

9 Arcis cuſtodiam belli tempore ſuſcipiens, etſi vi extrahatur, tenetur.

10 Cōductor domus ruinoſæ ſcienter, nō poteſt ob eā cauſam ante finitū locationis tempus (niſi priùs integra penſione ſoluta) ab ea migrare, ſecùs ſi vitium ignorabat.
Nec ob timorem mali aeris, vel malorum ſpirituum, ſi conductionis tempore conductor ſciuit, recedere licet, niſi integra penſione ſoluta, ibid.

11 Creditor, qui minùs idoneos, paupereſq; fideiuſſores accepit, eis contētus eſſe debet, nec de nouo erit ſatisdandū. Et etiamſi ignorantiam creditor alleget, quia id ſibi debet imputare.

12 Creditor ſi à principio ſatisdationēnō petiit, eam poſtmodum petere nequit, niſi noua (nec leui) ſuperueniēte cauſa.

13 Debitor ſuſpectus, etiā die feriato non ſolùm ob hominum neceſsitates; ſed in honorem Dei, capi poteſt.

14 Intellige ſi ſuſpitio poſt contractum emerſit, nō ſi tēpore contractus aderat.

15 Cōtrahēs cū aduena, vel forēſi, quē ſtatim receſſurū putaret, non poterit eum ibi conuenire, ſed domicilij eius ſequi, nec cautionē, vel ſecuritatē aliquam ab eo poterit exigere, cum eius fidem ſequutus videatur.

16 Pro euictione vēditor, niſi noua ſuperueniat cauſa, ſatisdare non tenetur.

17 Beneficium *legis 2. C. de reſcind. vend.* ſcienti læſionem (ex communi Doctorum traditione) non competit.

18 Cautio iuratoria malis imbuto moribus nõ, niſi tempore quo cõtraxit eiuſdẽ eſſet conditionis, defertur, & nu. 19.

20 Fideiuſſor, qui diu in fideiuſsionis nexu ſtetit, etiam ante ſolutionẽ, vel condemnationem ab ea liberari iuſtè petit. Vel ſi malè ſubſtãtia debitor vti cœperit, & num. 21. Limita, vt num. ſeq.

23 Mulier ob mariti inopiam dotem repetere poteſt, niſi cum paupere viro contraxiſſet, & num. 24.

Vagabundo ſcienter nubens, eum ſequi tenetur, ibid. d. num. 24.

25 Paupertas executionẽ in ciuilibus impedit, & ſeqq. præcipuè numer. 39. Et an vltra tempus, quod iudicatis miſerationis cauſa datur? num. 27. & ſeqq. Et an etiamſi poſt contractum ſuperueniat? num. 36.

26 Debitor etiam poſt interpellationem, ſi ſoluendo à principio non erat, idquè notum creditori, non conſtituitur in mora.

28 Intellectus ad *text. in l. Cõtinuus*, 137. §. *Illud*, *D. de verb. obli.* & n. 30. & ſeq.

29 Debitor ſub conditione, verè debitor eſt, licèt interim ſuſpenſa ſit exactio.

31 Intellectus ad *text. in l. Incendium*, 11. *C. ſi cert. pet.*

33 Intellectus ad *Regias leges* debitores creditoribus addicentes.

34 Obligatio quantitatis in qua expreſſa, & euidens difficultas adeſt; an in contractibus ſaltem ſtricti iuris vitietur?

38 Exceptio quælibet legitima, quæ intra decem dies fuerit probata, in executione admitti debet, eamq; impedire.

## QVÆSTIO XLV.

PRæcedenti proxima præſens quęſtio eſt, illiuſq; declaratoria. In ea enim indiſtinctè egimus, An debiti exactio, vel executio ob paupertatem differri poſsit, vel debeat, aliquo temporis ſpatio à lege, vel à Principe, maiorivè creditorum parte conceſſo? Nunc verò ſequitur videre, An ſi obligationis contractæ tẽpore paupertas debitoris adeſſet; obligationis effectũ, actionẽq; naſci impediat? Vel exactionem ſaltem differat, non ſolùm ad legale ſpatium, quod miſerationis cauſa cõceditur, vel ex Principis gratia (quod ad quinque, vel decem ad ſummum annos, ex probabiliori ſententia, vt diximus, extenditur) ſed etiam vſquè ad tempus, quo debitor ſoluendo abſq; alicuius termini præfinitione ſit? Quæ quidem quæſtio, & admodum ſubtilis, & multum eſt in foro neceſſaria, cum nil frequentius, quàm huiuſmodi poſsint accidere obligationes, à pauciſq; tacta. Quare eã ex profeſſo tractare decreui.

Igitur prima fronte reſpondendum videtur (nemoquè forte negaret) & actionem naſci, & exactionem vltra tempora miſerationis cauſa conceſſa non differri,

1 † licèt tempore, quo debitor contraxit, ſeq; obligauit, pauper, impotenſq; ad ſolutionem, obligationiſquè ſatisfactionem eſſet. Quod & ex traditis præcedẽti quæſtione deduci poteſt, & probare videtur expreſſè *text. in l. Continuus*, 137. §. *Illud*, *D. de verb. oblig.* vbi *Venuleius* Iureconſultus talem proponit quæſtionem. *Illud inſpiciendum eſt: An qui centum dare promiſit, ſi atim teneatur? An verò ceſſet obligatio, donec pecuniam conferre poſsit? Quid ergo, ſi nec domi habeat, nec inuenit creditorem? Sed hæc recedunt ab impedimento naturali, & reſpiciunt ad facultatem dandi.* & ibi: *Si ab eo ſtipulatus ſim, qui efficere non poſsit, cum alii poſsibile ſit; iure factam obligationem Sabinus ſcribit.* Ex quorum *Venulei*, & *Sabini* reſpõſis, obligationem ſtatim efficacem, validamq; eſſe, nec ob paupertatem, inopiãq; vitiari, executionemvè differendam conſtat. Debitoremquè quantuncumq; pau-

2 perem arreſtari, † & detineri pro debito poſſe, notarunt *Maſuer. in praxi, tit. de execut. & ſubbaſtat.* poſt *Angel.* & alios, *in l. Pro hærede*, §. *Si quid tamen*, *D. de adquir. hæredit.* quos (cum aliis) refert. & ſequitur *Petr. Pechius, in tract. de iure ſiſtendi, par. 2. cap. 4. nu. 1.* Vbi, quòd talis debitor non multò aliter, quàm is, qui ab

3 alio redemptus eſt, † donec pretium redemptionis ſoluerit, detinetur. *l. Senatus*, 43. §. *fin. D. de legat. 1. l. Qui teſtamento*, §. *Poteſtatis. D. qui teſtam. facere poſſunt*, *l. 2. & fin. de poſtlimin. reuerſ. l. Si patre redempto*, 15. *D. eod. tit. de capt. & poſtlimin. reuerſ. Mutuum namq; recipiens* (vt Prouerb. c. 22. dicitur) *ſeruus eſt fœneratis.* Creditoriſq; ſeruũ quodãmodò debitorẽ eſſe, notauit *gloſſ. in l. 3. C. de nouat.* cẽſẽreq; leges debitores creditoribus ſuis addicientes, de quibus ſuperiori egimus quæſtione.

Con-

Contrariam tamen ſententiam plura iura, authoritateſquè ſuadent (paupertatem ſcilicèt, & obligationis ortum impedire, † exactionemquè ſuſpendere.) 4 Probat primò *text. in l. 3. §. Qui ita ſtipulatur* (aliàs incipit, *Si quis ita ſtipulatur*) *D. de eo quod cert. loco*, vbi qui ſe ad dandum, vel ſoluendum certo loco, die certa non adiecta obligat, ne interim peti poſſit, dum illuc pecunia remitti non valet, cauere intelligitur. Verba text. ſunt: *Qui ita ſtipulatur, Epheſi* 10. *dari, ſi ante diem quàm Epheſum peruenire poſſit agat, perperam ante diem agit. Quia & Iulianus putat, diem tacitè huic ſtipulationi ineſſe.* text. elegans *in l. Interdum*, 73. *& in d. l. Continuus*, 137. §. *Cũ ita ſtipulatus ſum, D. de verbor. oblig.* text. etiam ad propoſitum *in l. Inſulam*, 58. §. 1. *D. locat.* ibi: *Eatenus autem obligationem contrahi puto, quatenus vir bonus ſpatio temporis æſtimaſſet, quia id actum apparet eſſe, vt eo ſpatio abſolueretur, ſine quo fieri non poſſet.*

Si verò intra diem certum ad dãdum, vel ſoluendum, ſe quis adſtrinxerit, intra quem præſtari impoſsibile ſit, inutilis obligatio eſt, *d. §. Qui ita ſtipulatur, in fin.* ibi: *Quare verum puto, quod Iulianus ait, eum qui Romæ ſtipulatur, hodie Carthagini dari, inutiliter ſtipulari.* text. in *§. Loca, inſtit. de verb. oblig.* Impoſsibilem namque obligationem promiſsionemvè inutilẽ eſſe, vulgaria iura clamitãt, *§. Impoſsibilis, inſtitut. de inutil. ſtipulat.* cum aliis iam ſuprà relatis.

Vndè deducitur, eum qui ſe pro certa ſumma ad diem certum obligauit, cuius præſtatio ob paupertatem ei impoſsibilis eſt, quia nec vnde ſoluere, aut conſequi, compararivè poſsit habet; hac impotentia liberari, ortumquè obligationis impediri. Ita docet *Bart. in d. §. Illud, nu. 3. & 4.* in contractibus ſaltem ſtricti iuris, de quibus latiùs infrà.

Si autem abſque certi diei, vel temporis adiectione facta obligatio fuerit, exactionem quouſque melior debitori ſuperueniat conditio ſuſpendi, idquè tacitè videri actum, reſpõdendum (ex citatis iuribus) videtur.

Cui tamen argumento ſatisfieri poteſt, rei impoſsibilis promiſsionem inutilem eſſe, vbi impoſsibilitas prouenit à natura, 5 † non ab accidenti, reſpõdẽdo iuxta *textum in d. l. Continuus*, 137. *§. Illud, de verbor. oblig.* hanc approbãtem diſtinctionẽ, ibi: *Sed hæc recedunt ab impedimento naturali, & reſpiciunt ad facultatem dãdi.* De cuius interpretatione latiùs infrà Nobis erit agendum.

Pro ſuprà dicta etiam ſententia, einſq; confirmatione facit *text. in l. Itaquè fullo*, 12. *D. de furt.* quæ furti actionem fulloni contra furem pro veſte, quæ illi polienda data fuerat, & ſurrepta concedit, quia cum cuſtodiam præſtare debeat, pro ea poteſt à domino conueniri: ſi tamen pauperi fulloni data ſit, furtoquè ſublata, contra eum denegatur domino actio. Verba text. ſunt: *Itaquè fullo, qui curanda polienda veſtimenta accepit, ſemper aget, præſtare enim cuſtodiam debet. Si autem ſoluendo non eſt, ad dominũ actio* 6 *redit. Nam qui non habet quod perdat, † eius periculo nihil eſt.* Concinit text. in *l. Nam is*, 6. *D. de dolo mal. Nam is nullam videtur actionem habere* (inquit text.) *cui propter inopiam aduerſarii inanis eſt actio.* text. etiam in *cap. Olim, el.* 1. 16. *in ordine*, extra *de reſtit. ſpoliat.* ibi: *Verùm quoniam inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit.* facitquè text. in *l. Titius*, 76. (*vbi gloſ. & Docti.*) *D. de procur.* cum aliis; eleganter *Valer. Marcial. epigram. lib. 2. epigram. 3. ad Sextum.*

*Sexte nil debes, nil debes, Sexte, fatemur,*
*Debet enim ſi quis ſoluere, Sexte, poteſt.*

Firmatur tertiò, & potentiùs ex *text. in l. Qui bona*, 13. *§. De illo, D. de damno infecto*, vbi ſic ait Vlpian. *De illo quæritur, an inquillinis ſuis dominus ædium cauere poſsit? Et Sabinus ait, inquillinis non eſſe cauendum. Aut enim ab initio vitioſas ædes conduxerunt, & habent quod ſibi imputent: aut in vitium ædes inciderunt; & poſſunt ex conducto experiri: quæ ſententia verior eſt.* Per quem *text.* conductori 7 nõ remitti mercedem propter bellum, † quod iam tempore conductionis vigebat, dicit *ibi Bald.* Ei namque imputandum, qui conditionem, ſtatumquè rei ſciens, contraxit. Sequitur *Alexand. conſ. 6. in fin. lib. 2. & conſil. 112. in fin. lib. 1. Cattel. Cott. in ſuis memorabilib. verb. Guerra, & verb. Conductor, Ripa in tractat. de peſte, numer. 44. Marc. Anton. Natta conſ. 46. num. 7. & conſ. 110. num. 9. Laurent. Syluan. conſ. 40. num. 29. Roland. à Valle conſ. 9. nu. 25. lib. 1. Franc. Burſet. conſ.*

conſ.11.*num.*27.refert, & ſequitur *Petr. Surd.conſ.*374.*num.*20.& 21. latè *Vincent.Carot.in tract.de locat. & conduct. 4.par.tit.de remiſsione mercedis,quæſt.*8. *num.*3.vbi, quòd remiſsionis facultatem ſcientia tollit,vt puta ſi periculum belli, peſtis,vel ſterilitatis imminere ſolitæ cõductor ſciebat,allegat *Riminal.Seniorem conſ.*33.*num.*10.& 11. *Neuizan. conſil.* 82.*num.*10.& 13. *Afflict.deciſ*365.*nu.*8. *Riminald.Iun.conſ.*49.*num.*6. *& conſil.* 92.*num.*5.*lib.*1.*Roland. á Valle conſ.*52. *num.*29.*lib.*1.dicitquè communem ex *Ioſeph.Ludouic.Ioan.Lup.Ioſeph.de Ruſtic.* aliiſquè relatis ibidem.

8 Cum regulariter propter ſterilitatem, bellum,vel peſtem ſoleat fieri remiſsio, † *cap.Propter ſterilitatem,*3. *de locat. l.Si merces,*28.§.*Vis maior,D.eod.& l.Licet, C. eodem tit.* latè proſequitur idem *Carot.vbi ſuprà,quæſt.*1.*per tot.* pulchrumquè ſui ipſius factum,remiſsionemq; vindemiarum ſuarum propter ſpem mentitam,emptoribus à ſe factam, Plinius refert,*epiſtolar.lib.*8. *Caluiſio ſuo* ſcribens.

Inde etiam eſt, cuſtodiam arcis tempo-
9 re belli † ſuſcipientem, etſi vi extrahatur,teneri.Ita *Ioan. Andre. ad Specul.ſuper rubric.de locato,Boſsius de remiſsion. merced.conduct.nu.*85.*Cattel. Cott. Roland.*& alii ſup.*Vincent. Carot.d. quæſt.* 8.*num.*4.*& num.*12.*in addit.*

Conductor item domus ruinoſæ, quã
10 locationis tempore ruinoſam eſſe ſciuit, † non eam ob cauſam ante finitum locationis tempus (niſi priùs integra penſione ſoluta) è domo migrare poteſt, ſecùs ſi vitium ignorauit;*text.in d.l. Qui bona,*§. *De illo,l.Inquillino,*33.*D.de damno infect.gloſ.in l. Habitatores*, 30.§.*fin. in verb.Verè, D.locat. Bald. conſ.*366.*per tot.lib.*1. *Andre. Gail.lib.*2.*obſeruatio.* 29.*num.*10.*Carot.d.tit.de remiſ.merced. quæſt.*8.*num.*20.*infin.*vbi,nec mali aeris, malorumvè ſpirituum timore recedere conductori licere,niſi penſione ſoluta, ſi tempore contractus ſcientia aderat,reſoluit,ſic *Guidonem Papam deciſ.*630. licere conductori propter malum aerem à domo conducta recedere,dicentem,limitans.

Quartò pro ſuprà dicta ſententia facit *text.in l.Si is á quo,*3.§.*Si ſemel,D.vt in poſſ.ſ.legat.* vbi ſic ait Vlpian. *Si ſemel fuerit ſatisdatum,quæſitum eſt, an etiam rurſus cauendum ſit,ſi fortè dicatur,egenos fideiuſſores fuiſſe datos? Et magis eſt, vt cauere non debeat, hoc enim Diuus Pius reſcripſit Pacuniæ Liccinianæ. Ipſa enim facilitati ſuæ expenſum ferre debet, quæ minùs fideiuſſores idoneos accepit.* Et in hanc eandem eſt *text.in l.Si ab arbitro,* 10.*D.qui ſatisd.cog.*ibi: *Multoquè magis ſi ſua voluntate accepit fideiuſſores contẽtus his eſſe debet.* Qui apertè probant,cre-
11 ditorem,qui minùs idoneos, † pauperesquè fideiuſſores accepit, eis contentum eſſe debere,nec de nouo ſatisdandum, tenentque *Angel.*& alii in *dict.l.Si ab arbitro,Cattel.Cott.in memorab.verb.Debitor non poteſt allegari,Anton.Gomez variar.lib.*2.*cap.*13.*num.*7.*Ioan. Gutierr. de iuram.confirmat.cap.*16.*num.*22.*par.* 1.*Caſtillo controuerſ.lib.*4.*cap.*59.*num.* 25.*Petr.Surd.conſ.*18.*num.*1.*& ſeqq.* vbi etiam id procedere dicit, ſi ignorantiam creditor alleget, quia qui cum alio contrahit,vel eſt, vel eſſe debet non ignarus conditionis eius,iuxta vulgarem iuris regulã. Eiuſquè cum quo contrahit conditionem contrahentem ſcire preſumi, docent *Petr.Barboſ.in l.In omnibus, num.* 70.*D.de iudic.Anton. Hering.de fideiuſſor.cap.*8.*num.*77.*& ſeqq.* vbi, nec ditari quem poſſe,obſtare dicit, quia ea, quæ à Fortunæ euentu pendent,incerta ſunt.

Ideoquè ſi nec fideiuſſores ab eo cum
12 quo contraxit accepit(niſi noua ſuperueniat cauſa) † aliam nequibit creditor cautionem poſtulare, vt probant dicta iura, ex quibus(multiſquè authoritatibus relatis) hanc comprobat ſententiam *Petr. Barboſ.in d.l.In omnibus, numer.*58. *& ſeqq.*latiſsimè hac de re agens, omninoq; videndus, vbi etiam *num.*65. non leuem ad id paupertatis caſum ſufficere, aduertit.

Firmatur 5. principalis ſuperior ſententia ex eo, quia licèt debitor ſuſpectus
13 capi poſsit, † *l.Ait Prætor,* 10.§.*Debitorem,*vbi notat *Bart.numer.*1.*D.quæ in fraud.credit.gloſ.in princip.inſtit.de act. ver.In iudicio*, cum qua omnes tranſire teſtatur *Aldroband. ibi & Iaſ. num.*72. allegans etiam *gloſ. in capit.*1.§.1.*verb. Poteſtatem, de pact.iuram. firmand. in vſib.feudor.* & aliam *in* §. *Neceſsitatem, verb.Detinere,in auth.Vt iudic.ſine quoquo ſuffrag.coll.*2. Die quoque feriata,nõ ſolùm ob neceſsitatem hominum(vt probat *text.in cap.fin.de iudic.*per quem dicit expeditum *Iaſ.in d.princip.inſtitut.*

de

*de action.num.77.*) Sed & in Dei honorem,*gloſ.in l.Dies feſtos,*10.*verb.Fideiuſſionis,C.de feriis,Bart.in d.l.Ait Prætor,* §.*Si debitorem,numer.*2.*& ibid.Andre. Barba.in eius addit.lit.D, D.de his quæ in fraud.credit.Iaſ.d.princip.inſtitut.de action.num.*77.*Barthol.Socin.regul.*78.*Ancharran.conſ*95.*num.*1.*& conſ.*112.*in fin.Alexand.Trentacinq.* (plures referens) *variar.reſolut.lib.*3.*tit.de ſolut. reſolut.*10.*num.*26.*Roderic.Xuar.in l.*2.*Fori leg.lib.*2.*tit.*11 *nu.*20.*&* 21. vbi eſt *text.* & notat eius *Addit.*

Id tamen ita demùm, ſi ſuſpitio poſt
14 contractum emerſit; † non ſi iam tempore contractus aderat, procedit, argum. *d.l.Qui bona,*12.§.*De illo, D. de damno infect.d.l.Si is à quo,*§ *fin.D.vt in poſſeſſ. legat.& in l fin.C.de ſpons.* tenet *Bart.in l.fin.* (per illum *text.*) *D.de feriis,Bald.in l.Si pro ea,in princip. D. mandat.& in rubric.numer.*5. *C. quæ in fraud. credit. Angel.in l.Nemo carcerem. C. de exact. tribut.lib.*10.*& in d.l.Si ab arbitro,*§.1. *D. qui ſatisd.cog Aretin. in l* 2. *numer.*6. *D ſolut.matrimon.Cornel. Benincac. de partubert ſpeciali* 8.*in iudiciis num.*8.*cum duob ſeq. Cattel.Cotta in ſuis memorab. d.verb.Debitor non poteſt,Pariſ.de Put. in tractat.de ſyndicat. in tit. de capturis, verſ Captura,nu.*6 *&* 8 *Franciſc. Becci. conſ*220.*num.*1.*&* 19.*lib.*1.*larè Ioſeph. Ludouic.deciſ.Peruſ.*41. *per tot Roland.à Valle conſ*65.*numer.*8 *& ſeqq.lib.*3. vbi pleniſsimè, *Iacob. Menochi. de arbitrar. lib.*2.*caſu* 87.*numer.*16. *Bellon.conſ* 29. *num.*10.*Petr.Barboſ.in l. Hæres abſens,* § *Proinde.numer.*120. *D.de iudic. Petr. Surd.conſ.*68.*num.*5. Contraquè Aduocatos,vel Aſſeſſores, qui debitorem tamquàm ſuſpectum de fuga detineri conſulunt,nulla priùs fide Iudici facta, quòd tempore contractus ſoluendo debitor erat:inuehit *Angel.* (mille capturas ob id irritas feciſſe aſſerens) in §.*Supereſt,num.* 84.*inſtitut.de action.& in d.l. Si ab arbitro,*§.1.*num.*2.*D. quiſatisd. cog.* quem ſequuntur *Alexand.Iaſ.Aretin.Deci.* & alii adducti per *Surd.ſuprà, Doct. in l.*2. (*vbi Caſtrenſ.num.*95.*& Ripa,nu.*37.) *D. ſolut. matrimon.Hippolyt.de Marſil. ſingul.*284.*Socin.dict.regul.*78.*Alexand. Trentacinq.d.reſolut.*10. *numer.*5. *Petr. Pechi. in tractat. de iure ſiſtendi. part.*2. *cap.*5.*num* 24.*Ioan. Gutier. d.*1.*part.de iur.confirm.cap.*16.*num.*22. & alii ſuprà.

Sextò pro eadem parte facit *text.in d. l.Hæres abſens,*19.§.*Proinde,D.de iudic.* Ex qua contrahenti cum aduena, vel forẽſi, quem ſtatim receſſurum recederevè
15 poſſe,putaret, † illum inibi (in contractus nempè loco) conueniẽdi facultas denegatur,domicilium què eius ſequi compellitur; nec cautionem, vel ſecuritatem aliquam ab eo ſic contrahenti exigere cõceditur. *Nũquid dicemus,eum qui à mercatore quid comparauit aduena, vel ei vendidit,quem ſcit inde confeſtim profecturum;non oportet ibi bona poſsideri,ſed domicilium ſequi eius?* (Cõſultus ait.) Qui enim cum tali contrahit eius fidem ſequi videtur,ſuſpectumquè dicere nõ poteſt, idquè ſibi debet imputare, *gloſ.in l.*2.§. *Sed etſi dubitetur, D. eod. titul.Roderic. Xuar. in dict. l.*2. *Fori leg.lib.*2. *titul.de los emplaçamientos, verſ.Vlteriùs nota iſtum textum, num.*5. *&* 7. plures referens, *Ioan.Matienz.in l.*3.*titul.*16.*lib.*5. *nouæ Reg.Collect.gloſ.*1.*numer.*8. *&* 9. *Borgnin. Caualc.deciſ.*2. *num.*5. *part.*1. communem dicit *Petr.Pechi. in tract. de iureſiſtend.*2.*par.cap.*4.*num.*2. *Carauit, in ritib.magn.Curiæ,ritu* 70. *num.*8. & hanc ſibi placere dicit ſententiam *Alex. Trentacinq.variar.reſol.d.lib.*3.*titul. de ſolut.reſolut.*10.*num.*8.*verſ.Contra hanc opinionem,* firmat latiſsimè *Petr. Barboſ. in d.l.Hæres abſens,d.*§. *Proinde, a num.* 116.*cum ſequentib.* præcipuè *num.*121.*& ſeqq.*

Septimò facit,quia venditor pro euic-
16 tione ſatisdare, niſi noua † ſuperueniat cauſa,non tenetur, *l. Habitatio, num.*18. §.*fin.* (*vbi Bart.Bald.& Salyc.*) *D.de peric.& commod. rei vendit.l.fin.*§.1. (vbi etiam *Bart.Bald.& Salyc.*) *C.de reſcind. vendit.* plures referens *Gaſpar Caualin. in tractat.de euict.*§.2.*num.*8.*Petr. Surd. conſ.*68.*num.*5 *lib.*1.

Octauò facit communis Doctorum traditio, quæ beneficium legis ſecundæ,
17 C.de reſcind.vendit.ſcienti leſionem † vltra dimidiam iuſti pretii non concedit. Eo namquè caſu,partim vendere;partim præſumitur donare,per *text. in l. Quæritur,*14.§.*Si venditor, D.de ædilit. edict. Alexand.conſ.*126.*numer.*1.*lib.*2 *Decius conſ.*883. *num.*1. vbi communem dicit, communem etiam profitetur *And. Gail. practicar.obſeruat.lib.*2.*obſeruat.*29 *numer.*11.*Roland.a Valle conſil.*9.*num.*26. *lib.*1.

Nonò

Nonò firmatur, quia licèt cautio iuratoria malis moribus imbutis non defera-
18 tur: † (vt latiùs ſuo dicemus loco, notatquè *Roder. Xuar. in l. 2. tit. 3. lib. 2. Fori leg. in princ. num. 6. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 18. nu. 36.*) idem tamẽ ipſe ibi, *nu. 37.* id niſi tempore quo contraxit eiuſdem eſſet conditionis limitat,
19 † quia tunc cautio ſufficeret iuratoria: cũ hoc ſibi debeat creditor imputare.

Decimò, quia etſi fideiuſſor, qui diu in fideiuſſione ſtetit, etiam ante ſolutionem, vel condemnationem à fideiuſſionis
20 nexu liberari † poſsit exigere, *text. in l. Lutius Titius, 38. §. Non abſimilis, D. mandat. cap. fin.* extra *de fideiuſ. gloſ. in l. Si pro ea, 10. verb. Feceris, C. mandat. Alex. in l. Facere, 29. nu. 1. D. ſolut. matr. Guid. Pap. deciſ. 117. nu. 1. Matth. de Afflict. deciſ. 241. nu. 3. verſ. Secundò ſi diu ſtetit in obligatione, & ibid. Vrſil. num. 4. Bartholom. Socin. regul. 191. Eugen. conſ. 89. num. 40. Aluar. Valaſc. conſult. 36. num. 1. & 2. Iacob. Menochi. de arbitrar. lib. 2. cent. 1. caſu 41. num. 2. Pyrrh. Maur. in tract. de fideiuſſor. ſect. 5. cap. 3. num. 32. fol. mihi 323.*

Vel etiamſi diu in fideiuſsione non ſteterit, debitor tamen malè vti
21 † ſubſtantia cœperit, *d. l. Lutius Titius, 38. infin. D. mandat. d. l. Si pro ea, 10. C. eod. & d. capit. fin.* extra *de fideiuſſor. Afflict. vbi ſuprà, num. 3. verſ. Quintò ſi cœpit, Pyrrh. Maur. d. loco, num. 18.* & alii ex proximè relatis.

Qui tamen ſcienter pro paupere fide-
22 iuſsit, † pro eo vè qui fideiuſsionis tempore bona ſua dilapidabat (etiamſi diu in fideiuſsione ſteterit) liberationem petet ineptè, ex *text. in l. Si creditores, 15. §. Planè, D. de priuileg. credit.* Cuius ſunt verba: *Planè in recenti aditæ hæreditatis audiendi erunt, qui ſuſpectum poſtulant. Cæterum ſi probentur paſsi eum in hæreditate morari, nec quidquam in eum poſsint obiicere criminis, quaſi doloſe verſato eo; non debebit poſt multũ tẽporis ad hanc neceſsitatem compelli.* ex dict. *l. 3. §. Si ſemel, cum lege ſequenti, D. vt in poſſeſſ. leg.* & magis in terminis eſt *text.* (à contrario ſenſu) *in d. l. Si pro ea, 10. C. mandati,* per quẽ ita in ſpecie notat ibi *Bald. numero 2. Ioann. Faber in §. Si quis autem, numero 1. & ibid. Bellon. numer. 4. inſtitut. mandat. idem Bald. conſil. 315. numero 1. lib. 4. Hippolyt. de Marſil. in rubric. D. de fideiuſſor. quæſt. 31. num. 216. Pyrrh. Maur. ſuprà dict. capit. 3. numero 19. Andre. Gail. practicar. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 84. num. 2. & obſeruat. 29. num. 9. eod lib.*

Vndecimò, principalis firmatur aſſertio, quia licèt mulier ob mariti inopiam
23 dotem repetere poſsit, † *text. in capit. Per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. l. Si conſtante, 23.* (*vbi gloſ. ordin.* & communiter Doct.) *D. ſolut. matrimon. text. in l. Vbi adhùc, 29.* (*& ibi gloſ. & Doct.*) *C. de iure dot. text. in l. In rebus, 30. in fin. verſiculo, Cum conſtante, eod. tit. auth. de æqualit. dot. §. Illud quoque, verſiculo, Nos autem, coll. 7. text. in l. 29. titulo 11. par. 4.*

Id tamen in muliere, quæ cum paupe-
24 re † contraxit locum non habet; tunc enim dotis repetitionem ei denegari (cũ mariti conditionem approbaſſe, viſa ſit) firmatur argumento *text. in l. Inter cauſas, 26. §. Abeſſe, D. mandat. in l. Promittendo, 42. §. Si à debitore, D. de iure dot. & in l. Si legibus, 16. C. de Epiſcop. Aud.* tenentquè *Iacob. de Arena, Petr. Cyn. Bald. Angel. & Roman. in d. l. Si conſtante, D. ſolut. matrimon.* vbi communem dicit *Iaſ. numer. 172.* verioremquè, & magis æquitati conſonam *Practic. Papienſ. in forma libelli, quo agitur ad dotem, Ioann. Lup. in repet. d. cap. Per veſtras, in princip. §. Et propter iſta forte, in princip. in 2. ampliat. Pariſ. de Put. vbi ſup. d. verſiculo, Captura, numer. 9. Petr. Surd. conſ. 374. num. 22. lib. 3. Andr. Gail. d. obſeruat. 84. numer. 1. lib. 2. Petr. Barboſ. in dict. l. Si conſtante, num. 23. verſ. Item ſecundò, Anton. Gomez in d. l. 50. Tauri, numer. 33. col. 5. infin. verſ. Quod tamen limita, & intellige, P. Ludouic. Molin. de iuſt. & iure, tract. 2. diſput. 430. num. 5. Paul. AEmil. Gal. in tract. de exceptionib. tit. 4. except. 9. nu. 15. Ioann. Bapt. Coſt. de facti ſcientia, & ignor. centur. 2. diſtinct. 80. num. 15.*

Bonus deniquè hanc adiuuat ſententiã *text. in l. fin. §. His illud, C. de ſponſal. lib. & arrhis,* vt ſimilia alia omittamus; quod què de muliere vagabundo ſciẽter nubẽte, vt eum ſequi teneatur, tradunt (poſt *Tiraq.* alioſquè ibid. adductos) *Did. Cou. de ſponſal. 2. p. c. 7. n. 7. Menoch. de arbit. caſu 469. nu. 4. 5. & 7. Emman. Rodr. in ſum. p. 1. c. 2. nu. 15. Sanch. de matr. lib. 1. diſput. 41. nu. 5. Farin. quæſt. 142. nu. 272.*

Ex

Ex quibus omnibus, vel obligationis ortum impedire impotentiam, atquè inopiam, quæ à principio extitit; vel eius ſaltem executionem, aut exactionem ſuſpẽdere, donec melior pauperi ſuperueniat conditio, idque tacitè videri actum, ac ſibi imputare debere creditorem, qui cum paupere contraxit, haud dubiè deducitur.

Paupertatemquè executionem in ciuilibus ſuſpendere, † tenent *Abb. in cap. Cum olim, 16. num. 2. de reſtit. ſpoliat. Sebaſt. de Medic. in tract. de caſib. fortuit. 2. par. quæſt. 4 num. 19.* aliiquè infrà *nu. 37.* referendi. 25

Conducit, quod tradit *Alexand. in l. Quod te mihi, num. 9. col. 2. ante med.* Debitorem ſcilicet, etiam poſt interpellationem in mora non conſtitui, ſi à principio non erat ſoluendo, † idquè notum creditori erat. Idem quoquè tenet *Salycet. ibidem, num. 24.* præſupuè *in fin. Bartoli* diſtinctionem obligationis quantitatis, vel ſpeciei, improbans. 26

*Paulus* tamen *Caſtrenſis* ſuſpendendam ſolùm executionem in obligatione quantitatis pro tempore, quod miſerationis cauſa † iudicatis datur, nec ampliùs expectandum, incarcerariquè pro debito poſſe, niſi ad ceſsionis bonorum beneficium confugiat, contendit, tenentquè alii in *d. l. Continuus, §. Illud, D. de verb. oblig.* per illum *text.* qui capitalis eſt, & vnicus in materia. 27

Cui tamen reſponderi poteſt: † *Conſultum* ibi differendam debiti executionem non negaſſe; tantumquè An contrahi poſsit obligatio eius rei, cuius difficilis præſtatio eſt, non ſolùm quando impedimentum à natura prouenit; ſed etiam ex parte eius, qui eſt obligatus agere. Inquè hoc vltimo caſu, obligationem à principio tenere, reſpondit, nec ſuſpenſam eſſe, donec pecuniam conferre poſsit debitor: non tamen executionem, vel exactionem contra pauperem, donec conferre pecuniam poſsit, ſuſpendendam, inficiatus eſt. Imò, tunc ſuprà relatæ doctrinæ contra eum, qui cum paupere contraxit, militât. Et hoc inter difficultatem à natura vel ex accidenti diſcrimen vertitur: vt illa vitiet contractum à principio: hæc executionem tantùm ſuſpendat, ex *dictis iuribus ſupra in princip.* pro hac parte *nu. 4.* adductis, & ex *§. fin. inſtitut. de inutil. ſtipulat.* 28

Facit quod etiam dixerunt aliqui: Debitorem ſub conditione, verè debitorem eſſe, † neque in tempus cõditionis obligationem ſuſpenſam, ſed verè à principio extare, ſuſpenſam tamen interim exactionẽ, vt per *Antoni. Theſaur deciſ. 235. num. 3.* aliqua in huius rei confirmationẽ adducens. In diem què debitorem, verè debitorem eſſe firmauit *Anton. Faber in ſuo Cod. defini. lib. 3. tit. 7. definit. 14. numer. 1.* 29

Nec ſuprà dicta interpretatio aliquam vim, vel controuerſiam cum verbis dicti *§. Illud*, patitur: in ò initium tantùm † obligationis, non eius executionem, vel exactionẽ reſpicere; ex eis manifeſtè deprehenditur; & ita eũ *text.* intelligit *ibi Bart. nu. 5.* vbi de dicto *§. fin. inſt. de inut. ſtipulat.* opponendo, hæc adiicit: *Sed contra hoc, inſtitut. de inut. ſtipulat. §. fin. Solue, non poteſt agi quoad effectum executionis, vt ibi, ſed quoad effectum condemnationis ſic.* 30

Et licèt ſtatim opponat *ibidem*, ſecundum hoc, non poſſe exigi, qui in pecunia non habet, nec cõdemnatum in carcerem detrudi; & ſic bonorum ceſsionem neceſſariam non eſſe, cõtra *legem 1. C. qui bon. cedere poſſunt.* (Quo argumento, & ratione, *Bartoli* ſententiam ſuprà relatam, improbãt *Paul. Caſtrenſ.* & alii in *d. §. Illud*) velitquè ſatisfacere idem *Bart. ibi*, inter obligationem dandi ſpeciem, vel quantitatem diſtinguendo: vt primo caſu differatur executio, non ſecundo: ea motus ratione; quia ſicut caſus non liberat debitorem; ita nec difficultas vltra tẽpus, quod iudicatis datur, exactionem impediat, per *text. in l. Cum res, 47. §. 1. D. de legat. 1.* quam etiam differentiam conſtituit in *d. l. Quod te mihi, numer. 14. D. ſi cert. petat.* inter quantitatis, vel ſpeciei obligationẽ, vt debitor ob præſtationis difficultatem in mora conſtituatur, vel non: Adhùc tamen ſuſtineri huiuſmodi in præſenti caſu diſtinctionem nõ poſſe, idemquè in obligatione quantitatis, & ſpeciei dicendum forè videtur ex eodemmet *text. in d. §. Illud*, vtrumquè impotentiæ præſtandi quantitatem, vel ſpeciem æquiparãte caſum, ibi: *Quia in pecunia, & in Sticho illud commune eſt, quod promiſſor in præſentia dare non poteſt.* Ad quod notat *text.* hunc *Alexand. in d. l. Quod te mihi, numero 9. col. 2. circa princip. & ibidem Salycet. num. 24. verſ. Ego verò teneo, quod*

*idem*

*idem ſit in obligatione quantitatis, quod ſpeciei.*

Nec *text. in d. l. Cum res*, 47. §. 1. *D. de leg.* 1. (ſupra à *Bartolo* adductus) eius probat ſententiam; nec quando legatum ſpeciei, vel quantitatis præſtandum ſit; ſed vbi, determinat.

Nec pariter æquiparatio *Bartoli* de caſu ad difficultatem (quod ſicut caſus nõ liberat debitorem; ita nec difficultas impediat exactionem) procedit. Non enim ſequitur neceſſariò: Caſus non liberat debitorẽ; ergo nec ob caſum differtur exactio, vel caſus dilationem non præſtat. Cuius aſſertionis plurima poſſent adduci exempla, in quibus, licèt caſus non omnino liberet, præſtat tamen dilationem. Idquè ipſum, ſupraquè principalem relatam ſententiam (*differendam ob impotentiam, etiam quantitatis exactionem, caſumquè obligationem principalem non perimere*) probat elegans deciſio text. in *l. Cum quidam*, 7. *C. de condit. inſert.* vbi *Imperator Iuſtinianus* talem proponit queſtionem: Si quis liber eſſe iuſſus ſit ſub conditione ſi centum, vel quid aliud hæredi alterivè præſtiterit, qui dum quantitatem, vel rem ſub cuius præſtationis conditione libertas relicta eſt, afferebat, incurſu latronũ, hoſtium, vel alio caſu amiſit, an & abſque illius rei, vel quantitatis præſtatione libertas ſeruo competat? omninoquè à tali obligatione liber remaneat? vel donec rem, vel quãtitatem præſtet, ei libertas denegetur? Libertatemquè ſtatim ſeruo competere, non tamen obligationem rem, vel quantitatem dandi ob caſum, impotentiamvè ſequutam, extinctam eſſe, licèt eius exactio ſuſpendatur, reſpondet. Imperatoris verba ſunt: *Cum quidam teſtamẽto condito libertatem ſeruo ſuo de reliquit ſub conditione*, Si ſuo hęredi certum numerum ſolidorum præſtaret, vel aliam quandam ſpeciem, vel vicarium ſeruum; *ille autem ſeruus non in eodem loco conſtitutus, vbi etiam hæres fuerat, herili teſtamento cognito, properabat ad hæredem cũ ipſo, quod iuſſus erat dare hæredi, ſed in medio latronum, vel hoſtium incurſione, vel alio fortuito caſu peremptum eſt, quod portabat: Quærebatur inter antiquos, ſi præpediretur libertas, quia hoc dare ſeruus nõ poteſt propter memoratum fortuitum caſum? Itaquè veterum dubietate quieſcente, Nobis placuit, vt & libertas omnimodò competat, & commodum, quod hæredi, vel extraneo relinquitur, non abſtrahatur. Ex quacunque igitur cauſa impediatur, ſiue per hæredem, ſiue per eum cui dare aliquid iuſſus eſt, ſiue per fortuitos caſus: in libertatem quidem ipſe omnimodo perueniat, niſi ipſe ſeruus noluerit adimplere conditionem: obnoxius tamen conſtituatur poſt libertatem hæredi, vel ei cui dare aliquid iuſſus eſt, &c.* Cuius textũs deciſio noſtram quoq; firmat. Cui nec obſtat *d. l. Incẽdiũ*, 11. *C. ſi cert. pet.* adducta per *Bart. in d. §. Illud*, quia ſolùm obligationis reſpicit radicem, † eamquè ob caſum ſuperueniẽtem non perire determinat; non tamen obligationis effectum, executionemvè ſuſpendendam negat. *Incendium* (inquit textus) *ære alieno non exuit debitorem.* 31

Vndè vera ſuprà tradita à Nobis reſolutio redditur, caſu quo à principio † difficultas, ſeu impoſsibilitas præſtandi quãtitatem adfuit: in quo rationes ex *num.* 4. *cum ſeqq.* adductæ militant, in eoq; *Bartholi* ſententia *in d. §. Illud, numer.* 5. (diſtinctione impotentiæ præſtãdi ſpeciem, vel quantitatem reiecta) locum habebit. Quam etiam in iſto caſu (dicta diſtinctione contempta) tenet *Salycet. in d. l. Quod te mihi, num.* 24. *in fin. D. ſi cert. petat.* 32

Opinio verò *Pauli Caſtrenſis*, & aliorum, quando poſt contractum, vel obligationem ſuperuenit indigentia, intelligi poterit, tuncquè forſan ad bonorum ceſsionis beneficium confugere debitorem, aut in carcerem detrudi, neceſſarium erit; quod & contrariam proximè citandorum indiſtinctè paupertatem executionem ſuſpendere tenentium, opinionem ſuſtinet. Si tamen præfatam teneamus diſtinctionem, ſecundum eam intelligendæ *Regiæ leges*, † quæ creditori debitores addicunt, venient: de quibus *quæſt. præcedenti, num.* 23. & 24. egimus. 33

Imò plus voluit *Bart. in d. §. Illud, nu.* 3. & 4. quòd ſi in obligatione quantitatis expreſſa, euidenſquè difficultas adſit, † vitietur obligatio, eiuſquè (in contractibus ſaltem ſtricti iuris) ortus impediatur. Cuius ſententiam impugnat (falſam dicens) *ibid. Angel. num.* 2. addens, quòd ſi notoriè mendicus, & ab amicis omnibus deſtitutus mille marchias promitteret auri, teneret obligatio, ex *d. §. Illud.* Cui (quantum ad obligationis validitatem) aſſentior; expreſſus enim in id videtur *text. in dict. §. Illud.* Differendam tamen 34

obli-

35 obligationis executionem, † tenendum exiſtimo cum *Bart. ibid. d. nu.* 5. ſpeciei, vel quantitatis præſtationis differentia reiecta, cum *Alexand. & Salycet.* ſuprà relatis, pluribuſque aliis nouiſsimè adductis per *Maurit. Apicell. allegat. 6. nu.* 19. Qui idem etiam vbi paupertas obligationem ſequuta eſt, † firmat, differendamq; tunc quoque executionem, ſi abſque debitoris culpa accidat. Quidquid autem in hoc tenendum ſit, veram in caſu iſto à Nobis traditam ſententiam, tenendamq;

36

37 exiſtimo, debiti nempè exactionem, † donec debitori melior ſuperueniat conditio, ſoluereq; poſsit, differēdā. Nullaq; facti diſtinctione, paupertatem executionem ſuſpendere, aſſeruit *Franciſc. Ripa in l. Qui pro Tribunali numer.* 3. *D. de re iudic.* quam etiam ſimpliciter (per *d. l. Si ab arbitro*, 10. *D. qui ſatisd. cog.*) tenet aſſertionem *Marta de iuriſdict.* 4. *par. cent.* 1. *caſu* 42. *num.* 25. vbi debitorem qui tēpore contracti debiti pauperrimus erat, pro eo capi non poſſe, firmat, & *Perſonal. conſ.* 45. *num* 19. Cui & auxiliatur ſententiæ, quā ex *Cardinal. Franciſc. Toleto* in ſpecialibus quæſtionum calce adiectis *nu.* 8. 9. & 10. retulimus.

Quæ omnia etiamſi debiti contracti inſtrumentum publicum, guarentigiatūque ſit confectum (ſtante adhùc *legis Regiæ* 1. & 2. *tit.* 21. *lib.* 4. *nouæ Reg. Collect.* diſpoſitione) procedere, non dubium eſt: cum per eas legitimæ, quæquè intra decē

38 dies † probatæ fuerint exceptiones non repellantur; quin ex earum verbis, communi praxi, Doctorumque ſententia admittātur; vt (multis dictarum legum pōderatis, perpenſiſque verbis) tradit *Paz in praxi* 5. *partis, tom.* 1. *cap.* 3 *nu.* 34. *verſ. Item executionem impediunt nondum exceptiones ſuprà relatæ*, fuſiſsimè *Ioan. Parlador. rerum quotidianar. lib.* 2. *cap. fin.* 5 *part.* §. *Vndecimò, per tot.* Quod & apud *Supremum Senatum* obtinuit, in cauſa *Marchioniſſæ del Valle* cum *Petro de Mendoça*, quæ ſe pro debitis filiorum *Marchionis del Valle* mariti ſui fideiuſſionis vinculo creditoribus adſtrinxerat; à quibus cum ad ſolutionem (præfatę obligationis virtute) Marchioniſſa vrgeretur: à Senatu (egeſtatis ſuæ prætextu, eaquè probata) Regium impetrauit diploma, ne pro tunc, & vſquequo aliud iuberet Senatus, contra eam inſtrumenta mādarentur executioni, ejuſq; interim ſuſpēderetur effectus.

## VTRVM SPOLIATVS ante omnia ſit reſtituendus, vbi qui ſpoliauit pauper eſt?

## *SVMMARIVM.*

1 Spoliatus ante omnia reſtituendus eſt, omni exceptione poſtpoſita.

2 Nec ſi vnus nummus deficiat, reſpōdere tenetur ſpoliatus.

3 Ante omnia reſtituendus ſpoliatus eſt, ſiue iuſtus, ſiue iniuſtus poſſeſſor ſit.

4 Et ſiue re corporali, ſiue incorporali ſit ſpoliatus, vtili ſaltem interdicto vnde vi.

5 Interdicto vnde vi, ſpoliiquè actione non ſolùm contra ipſummet ſpoliatorem, ſed etiam contra quoſcunque ad quos res ipſa peruenit, agi poteſt.

6 Nec antè auditur qui ſpoliauit, quàm rem cum fructibus, & expenſis reſtituat, non ſolùm perceptos, & ſtantes; ſed qui percipi potuerunt, & numero 7.

8 Fructus præſtandi ab ſpoliatore, in loco rei vbi ſpolium fuit commiſſum, præſtandi ſunt.

9 In fructibus reſtituendis, an ſpoliatoris, vel ſpoliati perſonæ ſit habenda ratio?

10 Pauper qui ſpoliauit antequam fructus, expenſaſquè reſtituat, audiendus eſt.

## QVÆSTIO XLVI.

1 DErquam vulgatum eſt, ſpoliatum ante omnia reſtituendum, † neque ante ſpoliantem fore audiendum, omniquè exceptione poſtpoſita de ſpolio cognoſcendum; *text.* eſt *in l. Si quis ad defendendum*, 7. *C. ad leg. Iul. de vi public. l.* 1. *C. ſi per vim, vel alio modo, l.* 1. *D. de vi, & vi armata*, *cap. In literis*, 5. *cap. Cum quis*, 6 *cap. Conquerente*, 7. *cap. Sæpè*, 18. *extra de reſtit. ſpoliat. cap.* 1. 3. *quæſt.* 1. *cap.* 2 *& per tot.* 2. *quæſt.* 2. *Ripa in l. Naturaliter*, §. *Nihil commune, num.* 47. *D. de adquir. poſſeſſ. & ibi Rub.*

*Rub.numer.*142.*Socin.regul.*30.*Oldrald. conſ.*124.*in princip.Paul.Caſtrenſ.conſ.* 213.*in princip.lib.*2.*Iacob. Menothi. de recup.poſſe.remed.*1.*num.*12.*Card. Seraphin.deciſ.*1345.*num.*5. latè *Anton. Gabriel commun.cõcluſ.tit.de reſtit.ſpoliat. concluſ.*1.*Petr.Surd.de aliment.titul.*8. *priuileg.*96.*num.*3.*Vincent.Carot.deciſ.* 129.*num.*1.& 2.pleniſsimè *Cardina.Dominic.Tuſch.practic.concluſ.liter.S. concluſ.*385.

Quod adeò procedit, vt ſi vnus num-
2 mus ſpoliato deficiat, † in aliis reſpõdere non teneatur,ex ſententia *Baldi* per *text. ibi in d.cap. Conquerente, num.*1. *de reſtit.ſpoliat.* & proſequitur *Rota Romana Diuerſor.deciſ.*652.*num.*2.*par.*2.*Ouidi, de Amic.de iure emphyt.quæſt.*7.*num.*6. *verſ.Quodſi ſpoliato.*

3 Siue etiam ſpoliatus iuſtus, † ſiue ſit iniuſtus poſſeſſor, ante omnia enim erit reſtituendus,in priſtinamquè reponendus poſſeſsionem,*text.in d.l.*1.§.*Qui à me, in l.Colonus,*12.*l. Cum fundum,*18.§.*Emptorem quoque,D.de vi,& vi armat.l.*1. §.*Denique,D.quod vi,aut clam,d.cap.In literis,*5. extra *de reſtit.ſpoliat.l.Si quis adſe fundum,*7.*C.ad leg.Iul.de vi public.* tenent *Bald conſ.*135.*in princip.lib.*2.& *conſ.*307.*in princip.lib.*3. *Ripa in d.*§. *Nihil commune,num.*47.communem dicit *Menoch d.remed.*1.*quæſt.*11.*nu.*110. *Cardin.Tuſch.d.concluſ.*385.*numer.*17. *lit.S.& concluſ.*373.*nu.*1. *Borg.Caualc. de vſufruct.num.*6.*Vincent.de Franch.d. deciſ.*129.*num.*4. latè *Grauet. conſ.*140. *num.*2.3.& 4.*Anton. Faber in ſuo Cod. definit.*18.*lib.*4.*tit.*3.*defin.*2.*num.*2.

4 Et ſiue re corporali,† ſiue incorporali ſpoliatus ſit(vtili ſaltem interdicto vnde vi)vt contra *Azonem*, & *Accurſ.* probat *Bart.in l.*3.§.*vnde vi,num.*3.*D.de vi,& vi armat.* cuius ſententiam amplectitur *Menochi.d.remed.*1.*quæſt.*8.*num.*81.& 82. alios pro ea adducens, tenet etiam *Tuſch.concl.*375.*num.*1.*d.lit.S.*

Non ſolùmquè contra ipſummet ſpo-
5 liatorem † interdictum vnde vi, ſpoliq; actio competit,ſed etiam contra quoſcũquè ad quos res ipſa peruenit,*text.in d.l.* 1.§ *fin.D.de vi, & vi armat.& in l.Si plures,*9.*eod.tit.Ripa in d.cap.Sæpè, nu.* 8.*de reſtit ſpoliat.Matthæ.de Afflict.deciſ.*118.*in fin. Robert.Marant. de ordin. iudic.diſt.*7.*num.*28.*Menoch ſuprà q.*14. *num.*152. proſequitur latiſsimè *Tuſch.d. liter.S.concluſ.*375.*per* 22.*numeros,Cardinal.Seraphin.deciſ.*1262.*num.*1.

Nec antè eum qui ſpoliauit,quàm rem ipſam, fructuſquè & expenſas vſque ad
6 obolum reſtituat, † poſſe audiri, probat *text.in d.l.*1.§.*Ex die,D.de vi, & vi armat.& in l.Videamus,*38.§.*In Fauiana, D.de vſur.gloſ.in capit.*1. *verb. Reſtitui,* extra *de reſtit.ſpoliat.ex text.in cap.Grauis, eod.tit.*vbi per Scrib. *Bald.in d.cap. Conquerente,num.*1.*de reſtit.ſpoliat.Panormit.in cap.Accedens,el* 2.*num.*5. (& *ibid.Andre.Barbat.num.*27.) *vt lite non conteſtat.Ripa in d.l.Naturaliter,*§.*Nihil commune,num.*50.*D.de adquir.poſſeſſ. Alciat. reſponſo* 370.*num.*5. *Plotus in l. Si quando,nu.*732.*C.vnde vi,Iacob. Menoch.d. remed.*1.*num.*306.& 412. *Petr. Paul.Pariſ.conſ.*1.*num.*147.*lib.*1. *Cardinal.Tuſch.d.lit.S. concluſ.*380.*per tot. Bertrand.conſ.*114.*num.*1.*lib.*4. *Hieron. Gonçalez in regul.*8.*Cancellar.gloſ.*2.*nu.* 25.*Cæſar de Graſ.deciſ.*41.(*aliàs* 3.)*nu.*8. & 10.*tit.de reſtit.ſpoliat.Achil.de Graſ. eod.tit.deciſ.*17.*num.*1.id tritiſsimum dicens,*Paul.AEmil.Veral.deciſ.*207.*num.* 5.*part.*2.& *deciſ* 171.& 184.*par.*3.

Non ſolũq; fructuũ ſtãtiũ,& percepto-
7 rum;ſed etiam eorum,qui percipi potuerunt, † reſtitutionem faciendam, tradit *Cardinal.Iacob.Pute.decſ.*373.*num.*1.2. & 3.*lib.*1. ex pluribus Rotæ deciſionibus,ſcilicèt *deciſ.*10.11.& *fin.de reſtitut. ſpoliat.in antiq.& deciſ.*34.*tit. de re iudicat.*etiam in antiquis *Achil. de Graſ.d. tit.de reſtit.ſpoliat.deciſ.*20.*num.*3.qui & *deciſ.*19.*num.*1.fructus ſoluendos ab ſpoliatore, etiã conſumptos, inque loco rei,
8 † in quo fuit commiſſum ſpolium,præſtandos aſſerit; Quod maximè vtile aduertit;propter vſuras, cambia, & recambia,etiam quòd pecuniæ pro fructibus cõſumptis ſoluendæ eſſent, ita deciſum referens *num.*2. *ibidem.*

An verò in huiuſmodi fructuum reſti-
9 tutione ſpoliatoris,ſpoliatæve perſonæ † ſit habenda ratio? vt nempè tot reſtituantur,quot ſpoliatus;an verò quot ſpoliator percipere poſſet? vide *text.in l.Fructus,* 35.& *ibid.gloſ.verb.Potuerunt, & in l. Nauis,*62.§ *fin.D.de reiuendic.in l.Apud Iulianum,*41.(aliàs incipit *Aphricanus*) §.1.*D.de legat.*1.*in l.Si de poſſeſsione,*4. *C.vnde vi,& in cap.Grauis,* 11. extra *de reſtit.ſpoliator.*quibus reſtituendos fore fructus,quos ſpoliatus percipere potuiſ-

ſet,

ſet,probatur: etſi *text.in l.Domum,5.C. de reiuendicat.* ſufficere ſi præſtentur, quos ſpoliator percepit, vel percipere fructus potuit,oſtendat.Qua de re videndus latè *Menoch.d.remedio 1.num.414. cum ſeqq.*

Paupertas tamen ſpoliatoris operatur,vt ante fructuum etiam,expenſarumquè reſtitutionem pauper,qui ſpoliauit, audiatur, † ac ei decernatur commiſſio, vt poſſeſsione, requè ipſa principali reſtituta, conſtito de paupertate expenſis, & fructibus ad finem vſque litis reſeruatis;ad vlteriora procedatur, deque negotio principali tractetur, vt tradit *Octauian.Veſter in praxi Romanæ Curiæ,libro 4.capite 4.de dolo, & contumac.numero 9.& libro 7.capite 1.numero 8.& lib.8. c.3.de reſtit.in integr. numero 12. Lancellot.de attentat.3.par. capit.fin.numero 93.& numero 154 & ſequentibus,in noua impreſsione,Staphil. de liter.iuſtit.§. penult.in fin. Ioan. Baptiſt.Marcheſan.de commiſsion.2.part. capite 2.de commiſsione ſuper nullitatibus,numero 64.folio mihi 153. Hieronym.Gonçalez ſuper dict.regul.8.Cancellar.gloſ.2.numero 25.Stephan.Gratian.deciſione 110.in addit.ad numer.10. num.5.Hercul.Mareſcot.variar.reſolut. libro 1.capite 86.numero 33.Rota Roman.deciſione 363.in fin.part.2.ex collectis à Farinac.* & nouiſsimè eadem *Rota Romana, coram R.P.D.Alexandro Ludouic.*(ad Summi Pontificatus apicem poſtmodum euecto) *deci.361.nu.3.* vbi ita fuit deciſum. Reſeruandoſquè in finem litis fructus, dixit etiã *Rota coram R.P.D.Coccino,Decano,& Rota in Elenen.præceptoriæ,5.Iunii 1609. coram R.P.D.Mançanedo.* Ne ſi aliter fieret, bonam quamtumuis cauſam ob impoſsibilitatem dimittere cogeretur pauper. Et ita in pauperum cauſis in præſenti reſcribere *Signaturam* ſolere: *Conſtito de paupertate, dimiſſa poſſeſsione tantùm, reſeruatis fructibus, & expenſis in fine litis,&c.* teſtatur *Oliuer.Beltram.in annotat.ad Gregor.XV. dict. deciſ.361.numer.5.*

*liter.B.*

10

## VTRVM EXEMPTVS priuilegio exemptionis aduerſus pauperem gaudeat?

## *SVMMARIVM.*

1 Exemptus, vel Iudicem Conſeruatorem habens,coram illo, & non alio conueniendus eſt,& num.6.
2 Priuilegium dicitur lex priuata.
3 Et adſtringit fortiùs,quàm generalis lex; cum ſpecialis prouiſio generali deroget.
4 Statutum poteſt legi derogare.
5 Satutum tanto fortius eſt,quanto ſpecialius.
7 Exemptus aduerſus pauperem priuilegio exemptionis non gaudet, & num.12.
8 Pauperes ne extra Prouinciam trahantur, vtque alios ipſi trahant, priuilegio gaudent.
9 Nec poſt primam ſententiam Prouinciam exire pauperes compelluntur.
10 Nec poſſunt huiuſmodi priuilegio renunciare.
11 Nec ceſsionis bonorum beneficio, remiſsiuè.

## QVÆST. XLVII.

EXemptus,vel Iudicem Conſeruatorem habens, coram illo, & non alio conueniri debet, † *text.in capit.1.de priuileg.in 6.cap.Sanè,9.de priuileg.& exceſsib.priuilegiator.* 1

Priuilegium enim ſuum cuique ſeruandum eſt,cum lex priuata dicatur, † *l.1.C.de Theſaur.lib.10.l.fin.C.de inoffic.teſtam.cap.Priuilegia,2.diſtinct.* 2

Fortiùſquè adſtringit, † quàm generalis lex, *text.(& ibi gloſ.magiſt.verb. Plus)in capit.Quamquam,6.diſtinct.23.* Cum ſpecialis prouiſio generali deroget prouiſioni, *text.in l.In toto,41.D.de regul.iur.text.in l.Seruis vrbanis.97.§.fin. D.de legat.3.* vbi plures concordates adducit *gloſ.ver.Derogat,vulgar.regul.in c.* 3

*Generi* 34. *de regulis iuris, in* 6. *Menoch. conſil.* 141. *numero* 26. *cum ſequentibus, & numero* 37. *Surd. de aliment. tit.* 2. *quæſt.* 15. *numero* 130. *& titul.* 9. *quæſt.* 8. *& deciſione* 255. *numero* 21. *& conſilio* 352. *numero* 1. *Gutier. practicar. quæſt. libro* 3. *quæſtione* 24. *numero* 6. *Cæſar Argel. de contradict. legit. quæſt.* 2. *num.* 112. *Cardinal. Tuſch. litera G, concluſione* 32. *& concluſ.* 36. latè *Nos in axiomat. & locis commun. iur. litera G, numero* 13. *& ſequentib.*

4 Ex quo, poſſe ſtatutũ legi derogare, † dixit *gloſ. in l. Nec ex prætorio*, 28. *D. de regul. iur. & in l. Neque pignus*, 46. *ver. Priuatorum, D. eod.* latèque conſuluit *Paul. Caſtrenſ. conſil.* 192. *numero* 2. *verſ. Sed & talis, lib.* 1. *Riminald. conſ.* 333. *numero* 2. *lib.* 2. *Iacob. Menoch. conſilio* 4. *num.* 14. *lib.* 1.

5 Et quanto magis ſtatutum eſt ſpeciale, † tanto fortius, vt per *Alexand. in l. Gallus, §. Ille caſus, D. de lib. & poſthum. Corne. conſil.* 66. *in fin. Aretin.* & alios, quos refert, & ſequitur *Andre. Alciat. in tractat. de præſumpt. præſumpt.* 36. *nu.* 2. *regul.* 3.

Ideoque huiuſmodi exemptiones, ac priuilegia à Pontifice, vel Rege conceſſa
6 ad vnguem ſunt ſeruanda, † neque poſſunt à quoquam infringi, dictis iuribus ſuprà, & notat *Ioann. Andre. in addit. ad gloſ. dict. capit.* 1. *de priuileg. in* 6. *verbo, Exemptionis.*

7 Paupertas tamẽ efficit, † vt exemptus aduerſus pauperem exemptionis priuilegio non gaudeat; tradit in ſpecie *Cardinal. Marcel. Crecent. deciſione* 16. *in tit. de priuileg.* (aliàs 223.) *num.* 2. vbi, quòd probata paupertate, & impotentia eundi ad Magnum Magiſtrum, ibiquè litigandi, ac cauſam proſequendi, non poteſt pauper (vigore priuilegiorum Magno Magiſtro, ac Ordini Hieroſolymitano conceſſorum in Maltam euocandi, vbi magnus reſidet Magiſter) coram eo litigare cogi, quia licèt priuilegia ſint ampliſsima, & prægnantiſsima, clauſulas derogatorias habentia: nũquã tamen (ſecundum *Dominos in vna Pampilonẽſi Prioratus ſancti Crucifixi, coram D. Mohedano*) videtur ſublatum priuilegium in corpore iuris clauſum, ad *gloſ. & Bart. in Authent. Qua in Prouincia, C. vbi de crimin. agi oport. Bald. & Paul. Caſtrẽſ. in l.* 2. *§. Omnes, de iud. Roman. conſ.* 498. *col.* 6. *& Felin. in cap.* 1. *col.* 9. *de reſcript. & in capit. Nonnulli, eodem titul. concluſ.* 16. prout eos in id *Cardinal. Crecent.* citat.

Pauperibus autem conceſſum priuile-
8 giũ eſſe, † ne extra Prouinciam trahantur, vtque ipſi trahere alios poſsint, inque *legis vnicæ, C. quando Imperat. inter pupillum, & vidu.* diſpoſitione pauperes contineri; poſt multos, latè tradit *Ioann. Bapt. Marcheſan. de commiſsion.* 2. *part. de commiſsione auocat. cauſ. §.* 2. *per tot.* præcipuè *numero* 13. *& 17. & Crecent. vbi ſuprà numer.* 1. dicemuſquè *quæſt.* 52. quodque notauimus *quæſt.* 39. *numer.* 7. vide.

Idquè poſt primam quoque ſenten-
9 tiam † obſeruare *Curiam Romanam*, teſtatur *Achil. de Graſ. deciſ.* 27. *tit. de reſcript.* vbi, quòd paupertas mulieris conuentę ſola ſufficit, vt ad partes etiam remotas remittatur cauſa, nec à Curia Romana etiam poſt primam ſententiam auocetur.

Imò plus tenet *Marcheſan. vbi ſuprà num.* 20. huiuſmodi non poſſe priuilegio
10 † renunciari, cum miſerationis cauſa cõceſſum ſit, ex *Felin. in capit. Si diligenti, num.* 3. *de foro compet. concluſ.* 4. *Neuiza. Bald. Salycet. Afflict.* & aliis. Simile adducens de miſerabili ceſsionis † beneficio, ex pluribus ibi relatis, dicemuſquè latiùs *quæſt.* 49. *num.* 17.

Exemptum denique priuilegio exem-
11 ptionis aduerſus pauperes † miſerabileſquè non gaudere, ſtatuit, determinatquè expreſſè *Sacrum Concilium Trident. ſeſſione* 7. *cap.* 14. *de reformat.* in cauſa mercedum, miſerabiliumquè perſonarum, hæc adiiciens. *Clerici ſeculares, aut regulares extra monaſterium degentes, quomodolibet exempti, etiamſi certum iudicem à Sede Apoſtolica deputatum in partibus habeant: in aliis verò ſi ipſum iudicem non habuerint, coram locorum Ordinariis (tamquam in hoc ab ipſa Sede delegatis) conueniri, & iure medio ad ſoluendum debitum cogi, & compelli poſsint, priuilegiis, exemptionibus, Cõſeruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduerſus præmiſſa nequaquã valituris.* & ſeſsione 14. capit. 5. de reformat. ibi: *In cauſis verò mercedum, aut miſerabilium perſonarum, huius ſanctæ Synodi ſuper hoc decretum in ſuo robore permaneat.*

(·:·)

VTRVM

## VTRVM ACTIO PERSONALIS contra tertium non contrahentem, vbi ſaltem debitor principalis pauper eſt, nec ſoluendo, detur?

## *SVMMARIVM.*

1 Actio perſonalis contra debitorem ipſum, vel eius hæredes datur, nõ contra tertium.

2 Actio perſonalis nec fundi poſſeſſorem ſequitur.

3 Statutum diſponens, vt inſtrumenta guarentigia executioni mandentur, & ne contra ea alia exceptio, niſi ſolutionis opponi poſsit, quoad principalem debitorem, non quoad tertium procedit.

4 Pro alterius debito nemo tenetur, conuenirivè poteſt.

5 Nec filius pro patre, vxor pro marito, aut contrà.

6 Statutum diſponens vt vnus pro alterius debito teneatur, validum non eſt.

7 Paupertatis fauore actio perſonalis contra tertium datur, & numero 8.
Repetitio indebiti ſoluti aduerſus eum conceditur cui pecunia profecit, ſi cauſam habuit lucratiuam, vbi indebitum pauperi, nec ſoluendo præſtitum, ſolutumque eſt, d.num.7.

8 Mutuans pecuniam pauperi, & exiſtenti non ſoluendo, qui ex ea filiis præſtitit alimenta, poterit contra filios (habentes forte res maternas, vel aliàs diuites) agere.

9 Vxor diues pecuniam, quâ vt ſe, coniugemque aleret, mutuam maritus recepit, ſoluere tenetur.

10 Et non ſolùm pecuniam, pro alimentis neceſſariis mutuam à marito receptam; ſed ad ſtatus conſeruationem.
Honor & vita in iure æquiparantur, ibid.

11 Filii, vel vxor pro penſionibus domorum, quas pater, vel maritus pauper, vt ſimul habitarent, conduxêrunt, conueniri poſſunt.

12 Vel pro expenſis in emendo, ſuſtinendoquè curru, quo vxorem (ſi id eius depoſceret conditio) duceret.

13 Vel ſi merces emptas recipiat, eaſquè vt filios, ac vxorem aleret, reuendiderit, quamuis immediatè reuenditarum rerum pretium in alimenta non conuertatur.

14 Intelliguntur prædicta, quando qui pecuniam in dictis caſibus recepit, pauper, nec ſoluendo erat, ſecus ſi pauper tunc non eſſet.

## QVÆST. XLVIII.

1 PErſonalis actio contra debitorem ipſum, † vel eius hæredem, non contra tertium dari ſolet, *text. in l. Non aduerſus*, 15. *C. ſi certum petatur*, cuius ſunt verba: *Non aduerſus te creditores, qui mutuam ſumpſiſti pecuniam, ſed eius cui hanc crediderás hæredes experiri; contra iuris formam euidenter poſtulas. l. Si is*, 8. *C. depoſiti; Si is qui depoſitam à te pecuniam accepit* (inquit textus) *eam ſuo nomine, vel cuiuslibet alterius mutuo dedit, tam ipſum de implenda, ſuſcipiendaquè fide, quàm eius ſucceſſores teneri tibi, certiſſimum eſt. Aduerſus eum autem, qui accepit, nulla actio tibi competit, niſi nummi extent, tunc enim contra poſſidentem vti reiuendicatione potes.* text. in *l. His ſolis*, 49. *D. de condictione indebiti. His ſolis pecunia condicitur, quibus quoquo modo ſoluta eſt, non quibus profecit* (Conſultus ait) *text. in l. Eũ cui*, 13. *C. de actionibus & obligationibus*, *Decius conſilio* 187. *numero* 1. *Petr. Paul. Pariſ. conſilio* 32. *numero* 103. *libro* 1. *Ioann. a Caſtillo de vſufruct. capite* 58. *numero* 8. *Franciſc. Milane. deciſione* 19. *numero* 11. *Ioann. Cephal. conſilio* 352. *numero* 23. *Petrus Surdus conſilio* 17. *numero* 10. *& deciſione* 236. *numero* 8. Quod & agnouit *Seneca de benefic. libro* 5. *Sicut pecunia* (inquit) *ab eo petitur cui credita eſt, quamuis ad me illa aliquo modo venerit.*

2 Nec fundi poſſeſſorem † perſonalis obligatio ſequitur, *text.* eſt *in l.* 1. §. *Si hæres, D. ad Senat. Conſult. Trebel. & ibi gloſ. verb. Sequitur. text. in l. fin. §. fin. D. de contrahẽd. empt. l. In cauſæ. la* 1. 14. *in ordine, §. Interdum, D. de minor. gloſ. in l. Ea lege, 3. in verb. Alienaret, in princ. C. de condi. ob cauſam.*

Ex quibus fit, quòd ſi ſtatutum diſponeret, vt inſtrumenta guarentigia executioni mandentur, nec contra ea, niſi ſolutionis exceptio poſsit opponi: quoad
3 principalem † debitorem ſolum, non quoad tertium procedat, vt obſeruant *Bald. in l.* 1. *numero* 6. *C. commun. delegat. Iaſ. in l. Iuris gentium, §. Prætor. numero* 9. *D. de pact. & in l. Certi condictio, §. Quoniam. numero* 11. *D. ſi cert. pet. Decius conſil.* 198. *numero* 5. *Roman. conſil.* 417. *numero* 7. *Roderic. Xuar. in l. Poſt rem iudicatam, limitat.* 1. *D. de re iudic.* plures referens *Vincent. Carot. deciſ.* 128. *num.* 5.

Vndè dicendum omnino videtur, efficere non poſſe paupertatem, vt tertius cum quo contractum non eſt, pro principali debitore perſonali poſsit actione conueniri. Nemo enim pro alterius de-
4 bito tenetur, † conuenirivè poteſt, *text. in l. vnic. C. vt null. ex vicar. pro debit. alien. lib.* 11. *l. Hac definitione, C. de omni agro deſerto, eod. lib.* 11. *& id §. Quia verò, in Auth. Vt nulli iudicum, collat.* 9. *l. Prouidendum,* 23. *C. de decurion. lib.* 10. *l. Obæs, & Auth. ibi poſita, C. de action. & obligat. Non enim habet rationem, alium quidem eſſe debitorem, alium verò exigi.* vt inquit Iuſtinian. Imperator *in Authent. Vt non fiant pignorationes pro aliis perſonis, collat.* 5.

5 Nec etiam filius pro patre, † vxorvè pro marito, & è contra, vt *tot. titul. C. ne filius pro patre, & C. ne vxor pro marit. d. §. Quia verò, in d. Authent. Vt nulli iudic.* Deuteronom. capit. 24. *Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus: ſed vnuſquiſque pro peccato ſuo morietur. Hippolyt. de Marſil. ſingul.* 224. *numero* 1. *Petr. Gregor. de conceſ. feudi, part.* 7. *quæſtione* 8. *numero* 21. *Marius Giurba in conſuetudinib. Senat. Meſan. capit.* 7. *gloſ.* 15. *num.* 1. *par.* 1.

Imò nec ſtatutum diſponens, vt vnus
6 pro alterius † debito teneatur, valebit, ſecundum *Bald. Iaſ. Anchar. Imol. Frãc. de Are.* & alios quos refert, & ſequitur *Hippolyt. de Marſil.* loco proximè citato.

7 Verum tamen eſt, paupertatis fauore † actionem perſonalem contra tertium dari, probatquè *gloſ.* notab. *in d. l. His ſolis,* 49. *D. de condict. indebiti,* dicens, quòd ſi indebitum ſolutum eſt ei, à quo repetitur, qui pauper eſt, nec ſoluendo; eademmet actio contra tertium cui profecit datur, ſi cauſam ſaltem lucratiuam habuit, argum. *leg. fin. D. per quem fact. erit, & leg. Planè, la* 2. §. 1. *D. de leg.* 1. quam ſequuntur communiter *Doctor.* teſte *Bart. ibidem in d. l. His ſolis.* Notans pariter, quòd ſi mutuaui pecuniam pauperi, & exiſtenti non ſoluendo, qui ex ea alimen-
8 tauit filios, potero contra filios, † qui res fortè maternas habent, vel aliàs diuites ſunt, agere. Et licèt relinquat cogitandũ; eam tamen ſententiam probant *Iaſ. & Angel. ibid. idem Iaſ in l. Si & me & Titium,* 32. *num.* 3. *verſ. Item facit iſta lex, quòd ſi mutuaui, D. ſi cert. petat. Ludouic. Roman. ſingul.* 213. ſingulare dicens, ex eoquè limitandum *tit. C. ne filius pro pat. Franc. Crema ſingul.* 37. *Marſil. d. ſingul.* 224. *in fin. vbi* etiã *eius Addit. Ioan. Lup. in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor. §.* 66. *Illud autem, numer.* 6. *verſ. Etſi forte,* valde commendat *Crot. in l. Frater à fratre, numer.* 9. *D. de condict. indebit. Vincent. Carot. deciſ.* 128. *numer.* 9. *verſ. Et hanc opinionem,* vbi (poſt longam diſputationem) hanc tenet ſententiam, quã in princip. d. quæſtionis pulcram, vtilẽ, valdequè delectabilẽ dicit, *Anton. Gam. deciſ.* 366. *numero* 6. *in fin. Petr. Surd. de aliment. titulo* 8. *priuileg.* 48. *numero* 5. *& ſequenti, & conſ.* 420. *numero* 1. communem profitetur. Quod in paupertatis fauorem conceſſum eſſe; teſtatur *Gaſpar Baeça de inope debitore, capit.* 1. *num.* 53. *& 54. in fin.*

Et idem quoad vxorem dicendum eſt. Si enim maritus ſit pauper, mutuum què
9 vt ſe vxoremquè aleret, recipiat; † illam pecuniam ſoluere tenebitur diues vxor. Ita voluere *Ioan. de Platea in l. Vxorem, in fin. C. de decurionib. lib.* 10. *Ioan. Lup. ſuprà numer.* 5. *Crema d. ſingul.* 37. *Baeça* loco proximè relato *d. num.* 54. *Gamma dict. deciſ.* 366. *numero* 7. *Cordub. de Lara in l. Si quis à liberis, §. Si quis ex his, numero* 101. (veriorem, ac receptiorem dicens) *D. de liberis agnoſcendis,* qui ex *num.* 38. *vſque ad nu.* 115. hanc diſputat quæſtionem, in eaq; reſidet ſententia,

*Ioan.*

*Ioan. Matienz. in l. 9. titul. 5. lib. 5. nouæ Reg. Collect. gloſ. 4. num. 2. vbi* etiam *Azeued. num. 31. & ſequentib. Caſtillo in l. 61. Tauri, num. 22. 25. & 26. Petr. Surd. d. tit. 8. priuileg. 48. numer. 6. & conſil. 367. num. 28.* & latiùs *conſ. 420. per tot.* præcipuè *num. fin. P. Ferdinand. Rebello de obligat. iuſtit. lib. 6. ſect. 1. quæſt. 2. num. 8. Marius Giurba in conſuetud. Senat. Meſſanenſ. capit. 9. gloſ. 3. nu. 10. part. 1. Hieronym. Ceuall. commun. contra commun. quæſt. 727. a numero 41. vſque ad 94. Stephan. Gratian. diſceptat. Forenſ. cap. 107. numero 3. & 4. & capite 108. numer 29. libro 1. & capite 713. numero 6. 7. 8. & 9. tom. 4.*

Nec ſolùm dicta pro expenſis à patre, vel marito in alimentis ad vitam omnino neceſſariis factis procedit opinio: ſed etiam pro factis ad ſtatus conſeruationem. † Cum enim honor, & vita in iure æquiparentur, *l. Iuſta cauſa, 9. D. de manumiſ. vindict.* vbi ſic Marcianus: *Iuſta cauſa manumiſſionis eſt, ſi periculo vitæ, infamiæue dominum ſeruus liberauerit.* & Paulus in *l. Iſti quidem, 8. §. Quòd ſi dederit, D. de eo quod met. cauſ. Quod ſi dederit* (inquit) *ne ſtuprum patiatur vir, ſeu mulier: hoc edictum locum habet: cum viris bonis iſte metus maior, quàm mortis eſſe debeat. Damhouder. in Enchirid. parium, verbo, Infamia*; & notauimus iam *quæſt. 4. §. 4. numero 177. & in axiomat. & locis commun. iuris, litera H, numero 48. & ſequenti*: æquũ eſt, vt ſicut ius multa aliàs non concedenda ad conſeruationem vitę permittit: ita & ad honoris conſeruationem multa aliàs non conſentienda conſentiat. Sic formaliter inquit *Anto. Gamma d. deciſ. 366. num. 7.* limitans per hæc *Tauriſtarum* placitum *in l. 60. Tauri, & Alphonſi Montalui in l. 14. lib. 3. tit. 20. Fori leg.* dicentium, ad ſolutionem debitorum, quæ maritus conſtante matrimonio contraxit, vxorem non teneri.

11 Vndè & pro penſionibus domorum, † quas pater, vel maritus pauper, vt cum muliere, filiiſque habitaret, conduxit, poterunt filii, vxorvè ſi maritus, vel pater ſoluendo non ſint, conueniri. Notant in ſpecie *Surd. Hieronym. Ceual. Azeued. & Stephan. Gratian. dict. locis.*

Quinimò, & pro expenſis in emendo, 12 ſuſtinendoquè curru † factis, quo (ſi id eius depoſcat conditio) ducatur vxor, ex ſententia *Petr. Surd. conſ. 367. numer. 28.* aſſentitquè *Antoni. Gamm.* loco iam relato.

Nec ſolùm ſi pater, vel maritus pauper debitum contrahens pro filiis, aut vxore alendis mutuam pecuniam, vel fru- 13 mentum acceperit; ſed etiamſi merces † emptas recipiat, eaſquè vt illos alat, reuendat: pro huiuſmodi namquè debito conueniri poſſe filios, pauperiſvè vxorem, licèt immediatè mercium reuenditarum pretium in alimenta non conuertatur, ſed emantur ex pretio merces, pluribus comprobat mediis *Petr. Surd. dict. conſil. 420. numero 2. & ſequentibus*, à nemine tactum reperiſſe aſſerens. Pro qua benè facit ſententia *text. in l. Si iſſa res, 18. D. de eo quod met. cauſ.*

Hęcquè (ex *Angeli* opinione *in dict. l. His ſolis, numero 1. in fin. verſiculo, Credo tamen, D. de condi. indeb.* quem ſequitur *Ioan. Lupus in d. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 66. numero 6. ad fin. verſiculo, Credit tamen Angel.*) procedũt etiã tempore contracti debiti maritus, vel pater 14 inops † eſſet. Imò in iſto tantùm caſu locum habere, non ſi eo tempore maritus, vel pater diuites, ſoluendoquè extitiſſent; quia tunc filii, vel vxor ex eo locupletiores facti non eſſent: cum ad prædictas expenſas maritus, paterquè tenerentur: voluerunt *Petr. Surd. de aliment. dicto priuileg. 48. numero 6. ad med. verſiculo, Sed ſanè prima opinio, & Stepha. Gratian. diſceptat. Forenſ. cap. 713. num. 10. & 11.* aduertens, in his loqui terminis *Laram, Azeued. Matienz.* alioſquè ab eo relatos.

## VTRVM PAVPER ALIVD pro alio inuito creditore ſoluere poſſit?

## *SVMMARIVM.*

1 Aliud pro alio inuito creditore ſoluendum non eſt.

Nec etiamſi melior creditori offeratur conditio, num. 4.

2 Legatarius cui centum, quæ penes campſorem extant, legata ſunt, quòd ſi hæres ea non præſtiterit, vinea relinquitur, non alia centum,

ſi vineam velit, ab hærede accipere tenetur.

Limita, & intellige num. ſeq.

5 Debitor aliud pro alio inuitus ſoluere non cogitur.

6 Res vna pro alia retineri non poteſt.

7 Pauper poteſt vnum pro alio ſoluere. Amplia num. 9. 10. 16. 17. & 20.

Cenſuarius qui ad paupertatem deuenit, an rem cenſualem vendendo, aut eam æſtimatam in ſolutum dando, liberetur? dicto numero 7. in fin. remiſſiuè.

8 Iulius Cæſar dum Dictatura fungeretur, edicto iuſsit, vt non ſolùm creditores in ſortem principalem, & ad eius ſolutionem, quidquid intereſſe nomine à debitoribus accepiſſent, reciperent: ſed etiam vt ad debiti reſiduum bona ſoli in ſolutum accipere tenerentur, ad bellorum ciuilium tempus æſtimatione facta.

10 In pecunia numerata, & non aliter, vel ſimpliciter ſoluere iurans, an æſtimationem ſoluendo debitor pauper liberetur? & numero 11. 12. 13. & 14.

12 Vt diſpoſitio *Authent. Hoc niſi debitor, C. de ſolut.* locum habeat, quænam requiſita, qualitateſquè deſiderentur, debeantquè concurrere? remiſſiuè.

14 Iuramentum, *rebus ſic ſtantibus* intelligi debet.

15 Abſolutio iuramenti an in prefatis caſibus, vt periurium euitetur, fauoriquè *d. Autent. Hoc niſi debitor* ſit locus, neceſſariò ſit obtinenda?

16 Debitor qui *d. Authent.* fauori renunciauit, an ſi paupertate prematur, aliud poſsit pro alio ſoluere? liberetur què æſtimationem preſtando? & num. 17. & 18 Et quid ſi renunciatio generalis ſit, omni legum auxilio? remiſsiuè num. 19.

17 Ceſsioni bonorum renunciari non poteſt.

21 Mercatores an *d. Auth.* fauore, priuilegioquè fruantur? remiſsiuè.

22 Creditores decoctorum an aliud pro alio accipere compellantur? remiſsiuè.

Debitor quæ bona vt *d. Authent.* beneficio gaudeat, creditori offerre, in ſolutumquè dare debeat?

# QVÆSTIO XLIX.

1 NEſcit nemo regulã, *Aliud pro alio inuito creditore † ſoluendum non eſſe*, de qua in *l. 2. §. Mutui datio, D. ſi cert. petat. l. Si ſe non obtulit*, 4. §. *Ait Prætor, D. de re iudicat. l. Item liberatur*, 6. §. *Qui paratus, D. quibus modis pig. vel hypothec ſoluit. l. Eum à quo*, 16. *C. de ſolut. l. 3. titulo* 14. *part.* 5 *g'oſ fin.* & communiter Doctores *in dicto §. Mutui datio, & in dict. l. Eum à quo, Roma. conſil.* 163. *in princip. Paul. Caſtrenſ. conſil.* 47. *numer.* 3. *lib.* 2. *Gozad. conſil.* 27. *numer.* 27. *Tiraquel. de retract. conſanguin. §.* 1. *gloſ.* 7. *numero* 21. *Philip. Corne. conſil.* 149. *numero* 7. *libro* 4. *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ.* 64. *numero* 4. *Ioan. Gutier. de iuramẽt. confirmat.* 1. *par. capit.* 29 *numero* 1. *& ſequentibus, & practic. quæſt. libro* 1. *quæſt.* 146. *num.* 16. *Honded. conſ.* 18. *numero* 24. *Cephal. conſilio* 195. *numero* 3. *& ſequenti. Hieronym. à Laurent. deciſ. Auinio.* 132. *numero* 2. *Antonin. Theſaur. deciſ.* 153. *numero* 1. latè *Pyrrh. Maur. in tractat. de ſolut. oblat. & retent. capit.* 7. *numero* 1. *& ſequentibus, Ludouic. de Auendañ. in tractat. de cenſib. capit.* 110. *numer.* 9. *Ludouic. Cenſ. de cenſib.* 1. *part. capit.* 1. *articulo* 3. *numero* 4. *Rota Roman. apud Alexand. Ludouic. deciſ.* 352. *numero* 1. *& ſequentibus, Cardinal. Tuſch. litera S, concluſ.* 354.

Ex quo dicebat notanter *Bart. in l. Talis ſcriptura, num.* 3. *in fin.* (per illum textum) *D. de legatis* 1. quòd ſi teſtator legauit mihit centum, quæ erant penes cam-
2 pſorem, † & ſi ea mihi hæres non præſtaret, teneretur vnam mihi vineam dare; ſi hæres illa centum, quæ penes campſorem erant, expendit, velitquè alia mihi centum dare, ea recipere non cogor, ſed debeo vineam ex præfata regula habere, quem ſequitur *Iaſon in dict. §. Mutui datio, numero* 8. *verſiculo, Tu amplia, Pyrrh. Maur. vbi ſupra, numero* 14. *Petrus Surd.* (communem dicens) *conſ.* 217. *numero* 31. Quod tamen quando pecu-
3 nia fuiſſet in ſaculo tamquam ſpecies † deſignata, procedere intelligendum eſt, ſecùs ſi vt quantitas adnumerata, vt aduertit *Bartoli Additionat. in dict. l. Talis ſcriptura, litera A, & ibidem Iaſon nu-*

*mero*

*mero* 11. communem dicens, quos refert, & ſequitur *Pyrrh. Maur. dicto numero* 14.

Nec aliud pro alio recipere compellitur creditor, etiamſi melior † ei offeratur conditio, *text. in l. fin. D. de vſu, & habitat. §. Præterea, inſtit. de actionibus, authent. Offeratur, & ibi gloſ. C. de lit. conteſtat. Salycet. in l. 1. C. de procurat. Petr. Surd. conſ.* 201. *num.* 2.

Sicut autem creditor aliud pro alio recipere non compellitur; ita nec debitor † inuitus aliud pro alio ſoluere cogitur, vt in *l. Domini prædiorum*, 5. *C. de agricol. & cenſ. lib.* 11. *Ripa in d. l.* 2. *§. Mutui datio, nu.* 29. *D. ſi cert. pet. Pyrrh. Maur. d. capit.* 7. *numer.* 6. *Petr. Surd. conſ.* 201. *num.* 3.

Nec vna res pro alia retineri † poteſt, *text. in l. Si ex ea pecunia*, 16. *C. de rei vendic. l. Quamuis*, 2. *C. de pignor. l. Si maritus*, 19. *C. de diſtract. pignor. Philip. Corne. conſ.* 207. *numero* 3. *lib.* 1. *Pyrrh. Maur. vbi ſuprà, num.* 9. apud quem plures huius rei ampliationes videri poterunt.

Pauperi † tamen vnum pro alio ſoluere, conceſſum eſt, *text. in Authent. de fideiuſſor. §. Quod autem, collat.* 11. *Authent. Hoc niſi debitor, C. de ſolut. l. Si quis argentum*, 35. *§. Sin autem donator, C. de donat.* Quibus iuribus probatur, quòd quando debitor eſt pauper, ad ſoluendumquè impotens, & diligentiã pro inueniendo emptorem adhibuit, neque inuenerit, volueritquè tot bonorum poſſeſsionem deſignare, quæ ad ſummam debitam aſcendat, liſta bonorum creditori oblata, & cautione de euictione præſtita: ad ſolutionẽ in pecunia non poterit debitor præciſè adſtringi, cogẽduſq; erit creditor tot de bonis accipere debitoris, quot debitam ſummam impleant: & de iure Regio eſt *text. in l.* 3. *titul.* 14 *part.* 5. *gloſ. & Doctores in d. §. Mutui datio, Roman. ſingul.* 815. *Iaſ. conſil.* 9. *numero* 22. *& ſequentibus, lib.* 1. *Alciat. Parerg. libro* 10. *cap.* 23. *Capel. Tholoſ. quæſt.* 68. *& ibid. eius Addition. Anton. Capit. deciſ.* 42. *numero* 5. *Gaſpar Baeça de inope debit. capit.* 1. *numero* 46. *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin.* 64. *per totam, Antoni. Theſaur. deciſione* 153. *numero* 3. *Ioann. Gutier. de iurament. confirmat.* 1. *part. capit.* 29. vbi latè *& d. quæſt.* 146. *num.* 1. *& ſequentibus, libro* 1. *practic.* luſè quoquè *Marian. Freccia lib.* 2. *de ſubſ. ſed. q.* 18. *& 19. pag.* 204. *& 205. Marc. Anton. Natta conſ.* 344. *nu.* 3. *& 4 lib.* 2. *Franc. Burſat. conſil.* 9. *n.* 51. *lib.* 1. *Pyrrh. Maur. de fideiuſſor.* 1. *part. princip. ſect.* 3. *cap.* 7. *in prælud. num.* 1. *& ſeqq. folio mihi* 100. *Anton. Heringi. eodem tractat. de fideiuſſor. cap.* 18. *num.* 72. *folio mihi* 393. *Hieronym. a Laurent. d. deciſ.* 132. *numero* 1. *Marc. Antoni. de Amat. deciſ. ſeu caſu* 91. *num.* 15. *Ioan. Aloyſ. Ricci. in praxi variar. reſolut. reſolut.* 115. *numero* 2. *Philip. Paſchal. de viribus patriæ poteſtat.* 2. *part. capit.* 9. *numero* 75. *Ludouic. de Auendaño de cenſibus d. capit.* 110. toto eo capite agens: An cenſuarius, qui ad paupertatem deuenit, rem cenſualem reddendo, vel eam æſtimatam in ſolutum dando liberetur? quam etiam latè pertractauit *Gutierrez d. quæſtione* 146. *per tot.*

Conuenit huic rei, quod iam alibi notauimus, *Iulium Cæſarem* dum Dictaturã fungeretur, edicto iuſsiſſe, † vt non ſolùm creditores in ſortem principalem, & ad eius extinctionem quidquid intereſſe nomine à debitoribus accepiſſent reciperent: ſed etiam vt ad debiti reſiduum bona ſoli in ſolutum accipere, facta taxatione, habitaquè conſideratione ad tempus bellorum ciuilium tenerentur, vt tradit *Suet. Tranquil. in Iul. Cæſar. Plutarch. in vita eiuſdem, Anton. Auguſt. lib. de leg. & Senat. Conſult. cap. de leg. Iulia de fundo dotali, pag.* 90.

Suprà dictaquè concluſio etiamſi ſolutio in pecunia numerata, & non aliter, † fuiſſet promiſſa (ſecundum magis communem opinionem, de qua teſtatur *Antonin. Theſaur. d. deciſ.* 153. *num.* 3. *in fin.*) procedit.

Quinimò etſi in huiuſmodi obligatione (ſoluendi in pecunia numerata, & non aliter) adeſſet iuramentum. † Adhùc enim æſtimationem ſoluendo pauper debitor pecuniam non habens, iuramento non obſtante obligationi ſatisfaceret, ſecundum *Ioſeph. Ludouic. d. deciſ. Peruſin.* 64. *ex numero* 8. *cum ſequentib.* vbi latiſsimè hanc confirmat ſententiam eam magis communem dicens, ſicquè notantem allegans *Benintend. deciſ. Bonon.* 28. poſt *pract. Papienſ. in tit. form. reſponſ. in actione hypothecaria, in verſic. Exceptionem, numero* 4. *Romanus conſilio* 153. *Federic. de Senis conſilio* 60. *Iaſ.*

*conſ.9.ver.Aggredior,lib.1.*& ſic voluiſſe (ſatis doctè) *Cephal. conſil.195.lib.2. in princip. Honded.conſ.18.numer.39. cum ſequenti, & conſilio 34. numero 26. libro 2.*

Licèt ad præciſè in pecunia numerata ſoluendum ſic promittentem, iurantemque debitorem adſtringi, voluerint alij; probãtque *Alexand.conſ.37.numero 27. lib.2.Ripa in d.§.Mutui datio,numer.28. Gozad.conſ.32.num.9. & ſequentib.Roland.d Valle conſ.6.numer.44.lib.1.Gaſpar Baeça d.capit.1.num.50.Gregor.Lopez in l.3.titul.14.part.5 gloſ.2.Ioann. Gutier.d.cap.29.de iurament. confirmat. numer.5. & d.quæſt.146.num.21.Cæſar Barzi.deciſ.Bononi.40.num.5.Hieronyd Laurent.d.deciſ.132.numer.2.verſiculo, Et propter iuramentum,Honded. vbi ſupra,numero 48. Antonin. Theſaur.d. deciſ.153.num.14. Hieronym. Gabri.conſ. 127.num.17.& ſequenti,lib.1.Vincent. de Franch.deciſ.81.numer.5.& ſequentibus,Tiber.Decian.conſilio 13.numer.59. libro 2. Philipp. Paſchal. de viribus patriæ poteſtat.2.part.d.capit.9.numer.76. Rota Roman. apud Alexand. Ludouic.* (ſummum poſtmodum Pontificem) *deciſione 352. numero 5. Bertazol. de clauſulis, clauſula 41.gloſ.5. numero 4. verſiculo, Vel ſi interuenit iuramentum.* Contrariam *Ioſephi Ludouici*, ſequaciumq; opinionem intelligentes procedere, vbi ſimpliciter † centum,& non in pecunia, nec in alia re ſoluere promiſſum eſt: tuncque (quando nempè aliud non eſt additum) *d.Authent. Hoc niſi debitor, C.deſolut.* conſimiliumque iurium diſpoſitioni locum fore, putantes; ſi qualitates adſint requiſitæ, de quibus † per *Ripam in d.l.2.§. Mutui datio, numero 25.Lucic. Roman. dict. conſilio 163.* latiſsimè *Pyrr. Maur. de fideiuſſor. dict.1. part. ſectione 3. capit.7. numero 5. vſque ad 18.* incluſiuè, vndecim aſsignantem, vt *dictæ Authent. Hoc niſi debitor* locus ſit. Et ſic fore intelligendam *Ioſephi Ludouici* prefatam ſententiam † teſtatur, *Antonini. Theſaur.d.deciſ.153. num.14.* vbi hanc diſtinctionem,& intelligentiam probare dicit *Senatum*; ſequitur *Ioann. Gutier.d.quæſt.146.lib.1.practic.num.21.* aſſentitquè *Vincent. de Franch. d. deciſ. 81.num.3.*

Quæ ſanè ſententia,& diſtinctio,quãdo qui ſic iurauit,obligationis † tempore pauper erat, procedere validiùs poterit. Si enim in pecunia, & non in alia re ſoluere iurauit; non eſtimationem præſtando liberabitur; ſecùs ſi poſt iuramentum inopinatus impotentiæ ſuperueniens caſus iuramento implendo obſtiterit, vt probant *Ioan.Vincent.Honded. conſ.18. num.44.volum.1.Gutier.d. numer.21. in fin.& de iuram.confirmat.d. cap.29. numer.5.& Hieronym.à Laurent. d.deciſ. 132.nu.1.* Cum iuramentum, quelibetq; iurata promiſsiõ *rebus ſic ſtantibus* intelligi debeat,*text.in l.Cũ quis,38.in princip.& in l.Stichum,95.§. Vſumfructum, D.deſolut.text.in capit.Quemadmodum, 25.& ibi gloſ.verb.Conditio, & verbo, Oculos,* extra *de iureiurand.capit.2.in fine renuntiat.* tradunt in terminis (poſt *Bald.Rip.Purpur.* & alios, quos refert *Hieronym.à Laurẽt.vbi ſup.*) *Ioſeph. Ludouic.d.deciſ.64.num.17.Petr.Paul.Pariſ. conſ.97. numer.59.lib.1. Roland.à Valle conſ.7.numero 57.libro 3. Gaſpar Baeça d.capit.1.numero 50.Ioan.Gutier. d.capit.29.numero 6.* latè firmat *Philipp. Paſchal.de virib.patriæ poteſtat.d.2.par. capit.9.ex numero 89.cum ſequentibus,* in conſilio, quod ibid.adiecit, *Vincẽt. Honded.d.conſ.18.num.46.* & diximus *quæſt. 14.num.3.*

An autem in prædictis caſibus abſolu- 15
tionem † à iuramento, vt non incurratur, viteturquè periurium, vtque dictæ *Authent.* fauori locus fiat, ſit obtinere neceſſe? vide *Ioſeph.Ludouic.d. deciſ.64. numer.19. 21.22.23. & 24. Gutier. dicta quæſt.146.numero 21. & Antonin. Theſaur.d.deciſ.153.* ab ipſo relatum, abſolutionem neceſſariam eſſe, ſentientes. Quã tamen in præſenti neceſſariam omnino eſſe, negant aſſeueranter *Honded. d. conſ. 18.nu.52.* (Ioſephi Ludouici opinionem contemnens, paruiquè eius hoc in caſu authoritatem faciendam dicens, quippè quæ nec lege, aut ratione fulcitur) *Baeça d.numer. 50.Philipp.Paſchal.d.capit. 9.numer.101.in fin.* firmantquè notata à *Nobis in 2. huius tractat. par. quæſt.65. num.26.*

Quid præterea, ſi debitor ſpecialiter *d.* 16
*Authent.* fauori renunciauit, † an nihilominus ſi paupertate prematur, aliud poſſit pro alio ſoluere? libereturquè æſtimationem præſtando? videre oportet. Et liberari tenet *Ioſeph. Ludouic. dict. deciſ. 64. numero 6.* ex *Bart. Alexand. Imol.* & aliis

& aliis magis cõmuniter *in l. Alia §. Elegãter, D. ſolut. matr. & modern. Arimi.* ab ipſo relato *in tractat. de ceſsione bonor. quæſt. 29.* quem latiſsimè hunc articulum examinare dicit, præſertim *num. 13. Vincent. de Franch. d. deciſ. 81. num. 3. Greg. Lopez in d. l. 3. tit. 14. part. 5. verb. Del judgador, in fin.*

Qui ea mouentur ratione; quòd ſicut ceſsioni bonorum renunciari non
17 poteſt † (vt tenent *Alberic. Angel. Dyn. Cardina. Specul. Ioann. Fab. Cuman.* & alii, quos refert *Antonin. Theſaur. deciſione 36. num. 2.* magiſquè communem dicendo *Iacob. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 183. num. 18. Didac. Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 1. num. 7. Franc. Becci. conſil. 10. num. 6. Ioſ. ph. Ludouic. ſuprà, num. 13. Camill. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 61. de iurament. abſolut. habilit. & relax. num. 52. & num. 54. & 55.* vbi nec interpoſito iuramento, talem valere renunciationem, imò nec ab eo abſolutionem, aut relaxationem hoc in caſu deſiderari, & abſque ea renunciationem iurantem ad ceſsionis bonorum beneficium admitti tradit, *Vincent. de Franch. d. deciſ. 81. num. 8.* vbi, huiuſmodi ceſsionis bonorum renunciationem non valere, in dies ſeruari, & ita tenuiſſe Senatum aſſerit *Theſaur. ſuprà, & in dict. deciſ. 153. numero 13.* magis communem dicit *Philipp. Paſcha. de virib. patriæ poteſtat. dicta 2. parte, capite 9. numero 54. & numero 97. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. litera P. concluſ. concl. 4. num. 69. & lit. C. concluſ. 19. num. 2. & ſeqq.*) ita nec beneficio *dict. Auth. Hoc niſi debitor*, carcerationique fiendæ. Hanc què ſententiam iuuat, quod *quæſt. 47. nu. 10. & in ſpecialibus*, in huius 1. partis calce adiectis, *nu. 5.* notauimus.

18 Contrariam tamen ſententiam † (cõmunem videri dicens, ſemperquè ſecundum eam iudicaſſe Senatum) tenet *Antonin. Theſaur. d. deciſ. 153. num. 13.* vbi (ſuperiori proximæ rationi, argumentoquè reſpondens) differentiã inter vtramquè renunciationem conſtituit. Ideò ceſsionis bonorum renunciationem non valere dicens; quia ad perpetuos carceres per eam ſe obligat renuncians; ſecùs in *dictæ Auth. Hoc niſi debitor* renunciatione: quia licèt ea interpoſita, bona ſua in ſolutum dare (iuxta *d. auth.* diſpoſitionem) debitor nequeat: poterit tamen bonis cedere. Et cum *Theſauro* tenent etiam *Bertazol. de clauſul. d. clauſul. 41. gloſſ. 5. numero 4. verſ. Sed tamen, Ioann. Gutierr. de iuramen. confirmat. d. cap. 29. num. 3. & 4. Vincent. de Franch. d. deciſ. 81. per tot.* vbi ita per Dominos trium Aularum deciſum teſtatur, *Philipp. Paſchal. dicto cap. 9. num. 77. Pyrrh. Maur. de fideiuſſorib. 1. part. ſect. 3. cap. 7. num. 20. Rota Roman. apud Alexan. Ludouic. deciſ. 352. num. 5.*

19 Et an etiam generalis † omniũ legum, & iuris auxilio ſufficiat renunciatio? vide per *Gutierr.* & alios ex proximè relatis.

Præterea ad *dictæ Auth. Hoc niſi debitor* materiam, eiuſquè pariter extenſionem notandum, ad hodiernũ etiam retra-
20 ctum † pro rebus Progenitorum venditis recuperandis, oblata argenti maſſa, licèt pecuniam non habeat, ſi ex hoc creditori damnum non ſequatur, admitti coniunctum, vt notat *Gregor. Lopez in dicta l. 3. titulo 14. partit. 5. gloſſa 2. verbo Entrega de otras, propè med. verſ. Quod nota.*

21 An autem mercatores † *d. Auth.* fauore gaudeant? vide *Ioſeph. Ludouic. d. deciſ. 64. num. 24. & 26.*

Et an etiam decoctorum creditores
22 † aliud pro alio accipere compellantur? vide *Bembenut. Strach. de decoct. part. 3. num. 42.*

Quæ verò bona, vt *d. Auth.* beneficio
23 fruatur debitor, efferenda creditori ſint, in ſolutumquè danda; non ſatis de iure communi conſtabat, variæquè in hac cõtrouerſia fuerunt Doctorum ſententiæ, vt ex relatis *num. 7.* licet colligere, fuſèq; egit *Ioſeph. Ludouic. d. deciſ. 64.* & latiùs *deciſ. 65. per tot. & Pyrrh. Maur. dicto cap. 7.*

Hodiè verò per *d. l. 3. tit. 14. part. 5.* Iudicis arbitrio relinquitur, ibi: *A bien viſto del judgador.* notatquè *ibidem Gregorio Lopez, & Gutierrez dicto cap. 29. de iurament. confirmat. 1. parte, numero 2. verſic. Hodie eſt.*

VTRVM

VTRVM A SENTENtia alimentorum (quoad effectum ſaltem ſuſpenſiuum) in fauorem pauperum lata, vel à ſententia mercedis, eiuſq; taxatione appellari poſsit?

## SVMMARIVM.

1 Appellatio omni caſu regulariter permiſſa eſt, niſi expreſſè prohibeatur.
2 In dubio appellationi locum fore, iudicandum eſt.
3 Et etiam in caſibus, in quibus alioquin appellatio prohibita eſt.
4 Appellatio an & quando in alimentorum cauſa admittatur? & num. ſeqq.
5 Appellatio quoad vtrumquè effectum in alimentorum cauſa conceditur, quando alimentandus ſuccubuit.
6 Appellatio denegatur, quando res dilationem non patitur.
7 Ratio, quæ ſola reddi poteſt, pro expreſſa habetur.
8 Venter non patitur dilationem.
10 Appellatio nec in cauſa pia, nequè denegatur in dote, ſi celeritatis ratio, periculiquè in mora abſit.
11 In alimentis pauperi ſiue officio Iudicis debitis, ſiuè iure actionis, denegatur appellatio. Et etiam adultis, ſtante adhuc lege Regia, de qua ibid. & numer. 20.
12 In alimentis actionis iure debitis, appellatio conceditur; non in debitis officio Iudicis, niſi pauperi debeantur: quia vtroq; caſu quoad effectū ſuſpenſiuum denegatur appellatio, & numer. 13.
14 Appellatio non denegatur, ſi alimenta præterita petantur.
15 Fauor alimentorum futurorum in alimentis præteritis ceſſat.
16 Alimenta præterita hac in ſpecie, quæ dicantur?
17 A ſententia alimentorum pro paupere lata, non datur appellatio, ſiue de omnibus alimentis, ſiuè de eorum parte tractetur, & duobus numeris ſequentibus.
18 Habitatio, alimentorum appellatione continetur.
19 Idem dicendum eſt de parte quoad partem, quod de toto quoad totum.
20 Intellectus ad *text. in l. 6. tit. 18. lib. 4. nouæ Reg. Collect.* & nu. ſeq.
21 Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur vbi abſonus reſultat intellectus.
22 Sententia mercedis, eiuſquè taxationis pro paupere lata inappellabilis eſt.
23 In charitatiuo ſubſidio pro pauperis Epiſcopi alimentis impoſito, non admittitur appellatio, nec ſuſpendenda executio eſt. Nec in pēſione pro pauperis Clerici alimentis aſsignata.

## QVÆST. L.

APpellatio regulariter omni caſu permiſſa eſt, † niſi prohibeatur expreſſè: probat *text. in l. 1. D. de appellat. l. In maioribus*, 20. *C. eod. l. Si is quem*, 4. *C. de liberal. cauſ. l. 2. §. Si is, qui ex libertinitate, D. quando appellandum ſit, cap. De appellationibus*, 11. extra *de appellationib. gloſſ. in l. Qui reſtituere*, 68. *verbo Reſtituitur, D. de reiuendic. Bald. in l. vnic. circa princip. C. ſi de momentan. poſſeſſ. Socin. conſil. 195.* (incip. *Circa primum*) *num. 1. lib. 2.* & *conſil. 39. nu. 1. lib. 4. Alexand. conſil. 113.* (Viſo themate) *num. 3. verſic. Hoc præmiſſo, lib. 5. Andr. Tiraquel. de priuileg. piæ cauſ. priuil. 153. Andre. Fachin. controuerſ. iur. libro 1. cap. 77. verſic. Probatur hæc ſententia Octauian. Veſter in praxi, lib. 7. cap. 3. num. 1. Oſaſc. deciſ. 61. num. 6. verſic. In contrariam*, pleniſsimè *Scacc. de appellat. quæſt. 17. num. 1.* & *ſeqq.* 1

Etſi quādo dubium ſit, an appellationi deferendum ſit necnè, † pro ea iudicandū (appellationi ſcilicet locum fore) teſtantur *gloſſ.* & *Doct. in cap. Vt debitus, 59. verb. Ex rationabili cauſa, de appellat. Innoc. in cap. Dilectus, el 2. de reſcrip. Bal. in l. Properandum, §. Sin autem, nu. 5. C. de iudic. Angel. in l. Quoniam Iudices, C. de appellat.* & alii, quos refert, & ſequitur *Andr. Tiraquel. in tract. de iudic. in rebus exig. ferend. verſ. Nonò facit, Chriſtofor. de Paz de tenut. 1. par. cap. 4. num. 9. Scacc. vbi ſuprà, dict. num. 1. Robert. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 5. num. 8.* 2

Petr.

*Petr. Surd. conſ.* 163. *num.* 3. *verſ. Secundò fundatur, & num.* 4. *lib.* 2. *& de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 60. *num.* 1. 2. *&* 3. vbi, id etiam in caſibus, in quibus alioquin pro-
3 hibita eſt † appellatio, dicit procedere, ſecundum *Bart. in l.* 1. *num.* 6. *D. nil nouar. Ang. in l.* 1. *§. Interdum, num.* 4. *D. à quib. appellar. non licet, Bald. conſil.* 141. *num.* 1. *lib.* 1. *Hieronym. Grat. conſil. fin. num.* 11. *& num.* 51. *verſic. Vltimò inſiciari, libro* 2. *Deci. in d. cap. Vt debitus, num.* 23. quos refert, & ſequitur *Cæſar Contard. in l. vnic. C. ſi de moment. poſſ. ſ. fuerit appellat. limit.* 27. *num.* 2. *verſ. Contrariam tamen opinionem.*

4 Ex quibus & in alimentorum cauſa † appellationem dari, tenuerunt multi, vt (ex *Speculat. Ioan. Andr.* & ab eis adductis) teſtatur *Andr. Tiraq. de priuileg. piæ cauſ. priuileg.* 153. *propè fin. verſ. Fuerunt enim multi*, ex eiſdemque tenet etiam *Vital. in tract. de clauſul. clauſu. An poſsit alimentis renunciari? col.* 10. *Petr. Surd. de aliment. d. priuileg.* 60. *num.* 8.

Licèt contrariam ſententiam veriorem dicat idemmet *Surd. ibid.* quam defendit ex *num.* 5. *cum ſeqq.* & poſt eum plenè (cuius eſt materia) *Sigiſmun. Scacc. de appellat. quæſt.* 17. *num.* 9. *& limit.* 7. *per tot. eiuſdem quæſtionis*, nè alios propè infinitos hac de re agentes referamus, quos latiſsimo calamo (vt eius moris eſt) congeſsit *Marius Giurba in conſuet. Senat. Meſanenſ. cap.* 7. *gloſſ.* 15. *num.* 12. *& ſeqq. par.* 1. *& Nos quæſt.* 39. *n.* 69. diximus.

Veritas tamen, & concordia harum diſſentientium opinionum eſt, quæ ſpeciale, priuilegiumque noſtrum conficit, ac firmat. Vt prima nempè opinio (appellationem in alimentorũ cauſa etiam quoad vtrumque effectum concedi defendẽtium) ſi diues alimenta prætendat, intelligatur: Secunda verò (negantium) ſi alimenta pauper expoſcat, pro eoque ſit lata ſententia, procedat. Tunc namq; appellatio ſuſpenſionem nequaquam operabitur, eaque non obſtante, executioni mandabitur ſententia, vt huius partis iam relati notant ſequaces, & *Lancellot. Gall. in conſuet. Alexand. in ver. Solidos, quæſt.* 6. *num.* 27. Nec antè admittitur appellans, quàm alimenta pauperi ſoluat; *Petr. Sur. de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 96. *num.* 1. *& d. priuileg* 6. *numero* 2. vbi etiam allegat *Lancellot. Octauia. Oſaſc.* & alios, & ita fuiſſe deciſum in Rota teſtatur *Paulus Æmil. Verall. deciſ.* 118. *lib.* 1. *Cæſar Contard. in l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ. limit.* 3. *num.* 56. *&* 57.

Diximus, *Si pro paupere alimenta petenti ſit lata ſententia non fore eius executionem ſuſpendendam, nec quoad id appellationem admittendam*: Vbi enim ali-
5 mentandus ſuccubuit, † quoad vtrumque effectum admitti appellationem, tradunt *Iacob. Menoch. de adipiſcen. poſſeſſ. remed.* 4. *numero* 876. *Petr. Surd. d. priuileg.* 60. *num.* 25. *& ſeqq. Molfes ad Reg. Neapol. conſuet. quæſt.* 4. *p.* 5. *num.* 20. *Martin. Coller. de alimen. cap.* 15. *num.* 7. & alii, quos refert, & ſequitur *Marius Giurba d. cap.* 7. *gloſſ.* 15. *num.* 16. *Marqueſan.* loco proximè referendo, *num.* 175.

Ratio enim ob quam in prædicto caſu appellatio quoad vtrumque effectum non admittitur, eſt, quia res dilationem non patitur, tuncque appellationem non
6 dari, † probat *text. in l. fin. D. de appellat. recip. in l.* 1. *D. de feriis, & in cap. fin.* 2. *quæſt.* 6. *& in l. De pupillo,* 5. *§. Si quis rius, D. de noui oper. nunciat. Cæſar. Contard. in d. l. vnic. num.* 17. *in vltima ratione decidendi, C. ſi de moment. poſſeſſ.* plenè *Ioan. Baptiſt. Marqueſa. de commiſſ. part.* 1. *§.* 1. *de commiſſ. appellat. in cauſ. alimentor. num.* 166. *& ſeqq. Scacc. de appellat. d. quæſt.* 17. *limit.* 7. *num.* 12. *& ſeqq.* cum aliis etiam antecedentibus. Et eſt Regia in terminis *lex* 6. *tit.* 18. *lib.* 4. *nouæ Reg. Collect.* cuius ſunt verba: *Como quier que el Alcalde deue otorgar la apelacion en los pleytos, que las leyes diſponen; pero ſon algunos pleytos en que no queremos que ſe otorgue apelacion; aſsi como ſi ſe alçare algun hombre demandar que algun hombre que no era deſcomulgado, ò debedado, que no ſea ſepultado; ò ſobre coſa que no ſe pueda guardar como ſobre vuas antes que el vino ſea fecho dellas; ò ſobre mieſes q̃ ſe han de ſegar; ò ſobre otra coſa ſemejante que perece por tiempo; ò ſi fuere ſobre dar gouierno a niños pequeños. Porque en tales caſos como eſtos ſi ſe alongaſſen los pleytos para alçada, las coſas ſe perderian, y nacerian dello muchos daños. Pero biẽ queremos, que en los tales pleytos como eſtos ſe pueda querellar, y proſeguir ſu derecho aquel que entendiere que es agraviado por el Alcalde.* Hancque in noſtro caſu reddit rationem *Surd.* (eam in alimentorum materia omnes fere conſide-

rare

rare dicens) *d. tit.* 8. *priuileg.* 60. *num.* 11. & 33. addens ibid. hanc ſolam poſſe reddi rationem; ideòquè pro expreſſa † haberi, iuxta *gloſ. in l. Quamuis*, 16. *verb. Curauit*, *C. de fideicommiſſ. vbi Bald. & Caſtr. Nicol. Euerar. in locis legal. loco à ratione legis larga*, *num.* 21. 7

Quæ ratio dictæ deciſionis cauſatiua, cum diues alimenta prætendit, non ſibi locum vendicat: ideoq; quoad vtrumquè effectum appellatio tunc admitti debebit: ſecùs cum pauper pro alimentis cõtendit, cum venter dilationem † non patiatur, *Surd. de alimen. tit.* 8. *priuil.* 11. *num.* 3. *& deciſ.* 329. *num.* 9. *Giurba deciſ.* 1. *num.* 45. Eleganter in id Seneca de breuitate vitæ, cap. 18. *Cum ventre humano tibi negotium eſt. Nec rationem patitur, nec æquitate mitigatur, nec vlla prece flectitur populus eſuriens.* 8

Conſtat ex his manifeſtè, huiuſmodi priuilegium, & fauorem paupertati, † non alimentis ſimpliciter, vel actioni alimentorum conceſſum, tenetq; in ſpecie *Surd. dict. priuilegio.* 60. *num.* 22. *infin.* 9

Indequè deducitur, & infertur, nec in cauſa pia, † nec in dote appellationem, ſi periculum in mora, celeritatiſquè ratio (ob quam in alimẽtis pauperi debitis appellatio non conceditur) abſit, denegari. Voluere ita *Ludouic. Roman. in Authen. Similiter*, 6. *ſpec. iudic. C. ad leg. Falcid. And. Tiraq. de fauore piæ cauſæ, priuileg.* 153. *Bald. Nouel. de dote, part.* 9. *ſpec.* 7. *num.* 2. *& 3. Petr. Surd.* & alii ab ipſo relati, *d. priuileg.* 60. *num.* 7. 10

Infertur ſecundò, non ſolùm in alimẽtis officio iudicis; ſed etiam iure actionis debitis, † (ſi pauperi debeantur) denegandam appellationem. Licèt enim communiter fieri diſtinctio ſoleat; *An alimenta officio Iudicis, iurevè actionis petantur?* vt primo caſu denegetur † appellatio; Secundo verò (*quando actionis iure petũtur*) concedatur; habeatquè vtrumquè effectũ, vt & tradunt *Speculat. in tit. de appellat. rubric. In quibus caſibus, & à quibus cauſis appellari poſſit, num.* 11. *& ibid. Ioan. Andr. in addit. Bart. in l. fin. num.* 1. *D. de appellat. recip. & ibid. Rapha. Cuman. num.* 4. *Vital. de Camba, de clauſul. d. clauſ. An poſſit alimen. renunciari? col.* 2 *Octauian. Oſaſc. d. deciſ. Pedemont.* 25. *numero* 20. *Cordub. de Lara in l. Si quis à liberis, §. Si vel parens, num.* 28. *D. de liber. agnoſcen. Molfeſ. ad conſuet. Reg. Neapol.* 11

*d. part.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 18. *& 19. Marius Giurba d. cap.* 7. *gloſſ.* 15. *num.* 15. *Andr. Fachin. controuerſ. iur. lib.* 1. *cap.* 77. *in princip.* & multi, quos refert *Scacc. de appellat. quæſtione* 17. *limitat.* 7. *numero* 26. 12

Si tamen pauperi † iure actionis debeantur alimenta, ſicut in officio Iudicis alimentis debitis, denegabitur quoad ſuſpenſiuum effectum appellatio. Inopia namquè ſubſiſtente inter qualitatem iudicii, in quo alimenta petuntur, diſcrimen conſtituendum non eſſe; teſtatur *Bald. Nouel. vbi ſuprà, d. priuileg.* 7. *num.* 2. Et firmatur, quia Doctores iam relati diſcrimen inter alimenta debita officio Iudicis, vel iure actionis, conſtituentes, non ſubeſſe paupertatem, vbi actionis iure alimenta petuntur, ſupponunt, vt pluribus relatis tradit *Rota Roman. Diuerſor. deciſ.* 764. *num.* 1. *& 2. part.* 1. tuncq; appellationem concedi; manifeſtè ſuprà oſtenſum eſt, cum ratio principalis, *quòd non ſit in mora periculum*, deficiat: ſi autem ſubeſſet, pauperquè alimenta poſceret, negaretur vtiquè quoad ſuſpenſiuum effectum appellatio. Ita intelligunt *Bart. & Cumanum*, ſuprà proximè relatos, hancquè tenent ſententiam *Aretin. conſil.* 97. (incip. *In cauſa, & puncto*) *in fin. Lara in d. §. Si vel parens, num.* 31. *Lancellot. Gall. in conſuet. Alexand. d. ver. Solidos, quæſt.* 6. *num.* 27. *Petr. Surd. d. priuileg.* 60. *n.* 19. *& 22.* ſiue iure actionis, ſiue officio Iudicis alimenta petantur, ſemper ſententiam executioni mittendam ſi pauper ſit, qui petit, nec aliũde viuere poſſit, concludens, *Rota Roman ſup. n.* 3. *Ioan. Baptiſta Marqueſa. d.* 1. *part. de commiſſ. appellat. in cauſa alimentor. §.* 1. *nu.* 172. *Sigiſmund. Scacc. de appellat. d. quæſt.* 17. *limit.* 7. *num.* 17. ibi: *Verum ego reiecta hac declaratione de alimentis petitis officio Iudicis, & de petitis iure actionis, &c.* & ibi: *Aut enim adeſt inopia petentis alimenta; & concludo generaliter non dari appellationem, ſiue alimenta petantur officio Iudicis; ſiue iure actionis; quia tunc inopia excludit dilationem: Aut non adeſt inopia; & concludo, dari appellationem, ſiue petantur officio Iudicis; ſiue petantur iure actionis.* Et iterum ibi: *Quarè licèt alimenta petantur iure actionis, vt puta, quia ſint legata; tamen ſi ſint legata alicui inopi, iſque ea petat; non dabitur appellatio, &c.* de qua re infrà lacienda mentio.

Ter-

Tertiò infertur, in cauſa alimẽtorum appellationem non denegari, vbi alimen-
14 ta præterita † petũtur; cum tunc paupertatis, periculiquè appellati ratio ceſſet, nè interim dum appellationis cauſa vertitur, fame prematur, aut in vitæ diſcrimen veniat; vt declarant, tenentq; *Ioan. Andr. Alberi. Cuman. Bart. Bald. Decius, Iaſ. Gigas*, & alii, quos refert, & ſequitur *Petr. Surd. vbi ſuprà, nu.* 15. *Paul. Æmil. Veral. deciſ.* 24. *lib.* 1. *Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap.* 47. *num.* 95. *Ruginel. de appellat. §.* 2. *cap.* 30. *num.* 272. *Molfes dict. quæſt.* 4. *num.* 15. & 17. *Cæſar Vrſil. ad Afflict. deciſ.* 152. *nu.* 1. *Pet. Dueñ. regul.* 365. *num.* 7. *Franciſ. Viui. deciſ.* 33. *num.* 4. & *deciſ.* 523. *num.* 42. *Martin. Coller. de aliment. d. cap.* 15. *num.* 12. *Marqueſan. ſupr. num.* 176. *Scacc. vbi ſupr. num.* 14. *Mari. Giurba d. cap.* 7. *gloſ.* 15. *num.* 12. *Vincen. de Franch. deciſ* 203. *num.* 2. *Cardin. Dominic. Tuſch. pract. concl. lit. A. conſ.* 286. *numero* 50. *Iacob. Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 35. *num.* 31. *Tiber. Decian. conſil.* 90. *num.* 4. *volum.* 5. *Rota Roman. Diuerſor. d. deciſ.* 764. *num.* 4. *Iacob. Cancer. variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 16. *de aliment. num.* 1.

In præteritis enim alimentis futuro-
15 rum fauor ceſſat, † *text. in l. De alimentis*, 8. *C. de tranſactionib.* vbi latè *Deci. notab.* 3. & *Anton. à Padill.* 3. *notab. Vincen. de Franch. d. n.* 2. *Ant. Theſaur. dec.* 44.

Dicunturquè in hac ſpecie alimenta
16 præterita, † quæ vſquè ad diem litis motæ; futura verò, quæ à die litis motæ in futurum debentur. *Cæſar Contard. d. limit.* 3. *n.* 56. *Lancel. de attentatis*, 2. *p. c.* 12. *limit.* 24. *nu.* 8. refert, & ſequitur *Surd. d. priuileg.* 60. *num.* 16. & ſic in Rota ſæpiùs reſolutum fuiſſe, teſtatur *Rota Diuerſor. d. deciſ.* 764. *num.* 5. *part.* 1. *Paul. Æmil. Veral. deciſ.* 20. *num.* 4. vbi ita tentum *in vna Romana ſtatus, & alimentorum, die* 24. *Februarii* 1552. dicit, & *deciſ.* 22. *numero* 2. & *ſeqq.* & *deciſ.* 24. *per tot. par.* 1. *Hieronym. Ceuall. commun. contra commun. quæſt.* 897. *num.* 918. plures Rotæ Romanæ deciſiones in id referens, *Vincent. de Franc. deciſ.* 605. *nu.* 2. *Sigiſmun. Scacci. de appellat. d. quæſt.* 17. *limit.* 7. *num.* 15. *Borgnin. Caualc. deciſ.* 10. *nu.* 41. *part.* 1. plures alios referens *Marius Giurba d. gloſ.* 15. *num.* 13. & *deciſ.* 4. *num.* 47. plenè etiam *Ioan. Petr. Fontanel. de pactis nuptialib. clauſul.* 6. *gloſ.* 2. *part.* 3. *ex num.* 43. cum multis ſeqq. *Hercul. Mareſcot. lib.* 2. *variar. reſolut. cap.* 83. *num.* 2. *Paul. Æmil. Gall. de except. part.* 2. *tit.* 4. *except.* 1. *num.* 44. *Marqueſa. vbi ſuprà, d. num.* 172.

Quartò infero, à ſententia alimentorum pro paupere lata appellationem non dari, ſiue de omnibus alimentis, ſiue de
17 eorum parte, † vt de veſtibus, vino, frumento, vel etiam habitatione tractetur,
18 quæ alimentorum quoque appellatione † continetur, *text. in l. Legatis*, 6. & *in l. fin. D. de aliment.* & *cibar. legat. gl. ſſa in cap. Epiſcopus*, 10. *quæſt.* 2. *Petr. Surd. de aliment. tit.* 2. *quæſt.* 3. *n.* 5. & *quæſt.* 17. *tit.* 7. *num.* 12. In his enim periculum pariter eſt in mora, tamquè in generalibus, quã particularibus alimentis militat præ-
19 fata ratio: Ac ideò idem de parte † quoad partem, quod de toto quoad totum dicẽdum venit, vt in *l. Quæ de toto*, 75. *D. de reiuendic.* tradit latè *Euerard. in loco à toto ad partem, Cardin. Tuſch. pract. concluſ. lit. A. concluſ.* 499. *per tot. Nos in axiomat.* & *locis commun. iur. litera A, num.* 543. & in terminis *Petr. Surd. de aliment. dict. tit.* 8. *priuileg.* 60. *num.* 13. & 14. vbi etiam pro hac ſententia *Caſtrenſis* authoritatem adducit *in l. Cum ii, num.* 5. *D. de tranſact.* dicentis, tranſactionem in cauſa alimentorum, etiam quando de parte tractatur, eſſe prohibitam; ſequitur *Lara in d. §. Si vel parens, num.* 30. & *Sigiſmund. Scacc. de appellat. d. quæſt.* 17. *limit.* 7. *num.* 2.

Infero quintò, etiam hodiè ſtante
20 *l. 6. tit.* 18. *lib.* 4. *nouæ Reg. Collect.* † quæ ſolùm *Quando el pleyto es ſobre dar gobierno à niños pequeños*, loquitur; tuncq; non concedendam appellationem determinat; à contrario autem ſenſu in adultis, quantuncumquè pauperibus eius diſpoſitionem locum non habere videbatur dicendum: Idem tamen in adultis, & quibuſuis aliis pauperibus ex eadem ratione ſuprà à Nobis, & ab ipſamet lege Regia tradita, *Quia cauſa dilationem non patitur, celeritatemq; deſiderat* (quæ in omnibus pariter limitat) erit firmandum. Nec *text. ibi* diſpoſitiuè, ad illũ ſolùm ſe referẽdo caſum loquitur, ſed exẽpli gratia illud appoſuiſſe videtur, imò eius generalis eſt, ad omneſquè extenſiua ratio. Argumentumquè à contrario ſenſu, non vbi
21 abſonus † (vt in præſenti) ſequitur intellectus ſumi, tradit latè *Cardin. Dom'n. Tuſch.*

*Tusch. pract. conclus. litera A. conclus.* 498. *num.* 1. *in fin. & num.* 82. 84. *& seqq. & Nos quæst.* 52. *num.* 25. tradidimus. Suprà dictamquè sententiam, & intellectum ad d.l. Regiam tenet, & defendit *Ioan. Gutierr. practic. quæst. lib.* 1. *quæst.* 106. *per tot.* Quæ omni prorsus dubitatione sine hæsitatione caret.

Sextò infero, idem quoquè in causa
22 mercedis † pauperis, quod in alimentis diximus, vt à sententia mercedis pro eo lata appellatio denegetur, ex eadem pariter ratione, *Quòd celeritatem causa requirat, sitquè periculũ in mora*, statuendum fore. In terminisquè sententiam mercedis, eiusquè taxationis inappellabilem esse; tradunt *Petr. Rebuff. de sentent. prouisional. artic.* 3 *gloss* 7. *num.* 1. *Rota Roman. Diuersor. d. decis.* 764. *num.* 2. *Ioan. Baptist. Marchesan. de commissionibus*, 1. *par. cap.* 19. *num.* 27. *Stephan. Gratian. decis.* 53. *in addit. ad numer* 2. *Sigismund. Scacc. de appellat. d. quæst.* 17. *limitat.* 7. *num.* 9. & nouissimè post hæc scripta sic reperi firmantem (ex iure Diuino *Leuit. cap.* 19. *Deuteron. cap.* 24. *Tobiæ cap.* 4. *Matthæ. cap.* 20. *& Luc.* 10.) *Camill. Borrell. in* 2. *part. summæ decis. tit.* 33. *n.* 548. *& tribus seqq. Guilliel.* et ã *Rodoan. de simonia mentali part.* 2. *cap.* 25. *nu.* 5. de iure Diuino hanc conclusionem esse dicentem adducens *Marquesan. vbi suprà, de commiss. appellat. in causa mercedis, numer.* 24. *& seq.* in salario conuento id intelligens.

Sic pariter ex eadem ratione confirmatur, verumq; esse cõstat, quod *quæs.* 38. *nu.* 30. *&* 31. diximus, in charitatiuo subsi-
23 dio † pro alimentis pauperis Episcopi imposito, in pensionevè pro alimentis Clerici pauperis assignata, nequè appellationem admittendam; nequè suspendẽdam executionem; quam tenet etiam *Ruginell. tract. de appellat. §.* 2. *cap.* 3. *n.* 277. *& sequenti, Sigismund. Scacc. de appellat. quæstione* 17. *limitat.* 7. *numero* 5. *& sequenti*, in vtroquè casu pariter loquentes, idem dicens *Scacc. ibi. num.* 7. in ali-
24 mentis suspenso † à beneficio Clerico præstandis, ex *Rebuffo de sentent. prouision. in præfat. num.* 110.

## VTRVM ABSQVE mandato pro paupere non appellante, etiam in causa ciuili liceat cuilibet appellare?

## *SVMMARIVM.*

1 In causa capitali licet tertio penitus extraneo pro alio etiam non mandante, imò contradicente appellare. Et quid de iure Regio? ibid.
2 Siue tanquàm procurator, siue defensor compareat.
3 Et non tantùm ad appellandum; sed etiam ad prosequẽdum appellationem admittitur.
Et pro condemnato ad membri mutilationem licet tertio appellare, nu. 11. Vel ad mortem ciuilem, deportationis scilicet, vel perpetui carceris, numer. 12.
4 In ciuilibus alius pro alio absquè mandato, vel nisi sua interfit, appellare non potest. Et quæ huius constitutionis sint rationes? num. 6.
5 Paupertatis fauore alius pro alio in causa ciuili absquè mandato appellare poterit, & numer. seqq. Et siue magna, siue parua sit quantitas, siue pauper agat, siue conueniatur, si in magnã coniectus sit paupertatem, num. 25.
7 Hominis interest, hominem beneficio affici.
8 Ob paupertatem litium tempora protrahuntur, remissiuè.
9 In dubio quid bono animo, & ex charitate fieri præsumẽdum est, cum præsertim actum agenti nullum inde commodum sequatur.
Interesse, vtilitasquè apparens non benè firmum in virtute animum sæpè in præceps ducit, ibid.
Malitia gratuita nulli placet, & suo etiam authori displicet, fœditatemquè suam fallaci mercede tegit, ibid.
10 Non dicitur consentire, qui contradicere non potest, remissiuè.
13 Paupertas est durior morte, & nu. 16.
14 Pauperum vita, mortis genus est.
15 Genus mortis, durius est ipsa morte.
17 Priuationis omnium bonorum pœna, maior quàm mortis est.

18 Priuatus bonis, ſanguine priuatus videtur.

19 Bona dicuntur alter ſanguis, vel altera vita.

20 Pecunia eſt anima miſeris mortalibus.

21 Sicut pro defenſione vitæ alium licet occidere; ſic ob defenſionem bonorũ, vbi ſaltem res non ſunt parui momenti, nec ſpes eſt probabilis eas commodè recuperandi.

22 Paria ſunt inſidiari vitæ, vel omnibus bonis.

23 Metus omnium bonorum amiſsionis, mortis æquiparatur metui.

24 An in lite omnium bonorum tertio pro alio abſquè mandato ad appellandum admittatur?

26 Reſpondetur ad *text. in l. Nequè filius, 7. C. de reb. credit.*

# QVÆST. LI.

IN cauſa capitali, cuilibet etiã non conſanguineo, ſed penitus extraneo pro alio non mandante, imò contradicente appellare licere, † *text.* eſt
1 in *l. Non tantum, 6. D. de appellat. & relation. l. Addictos, 6. in fin. C. de Epiſcop. Aud. l. Addictos, 29. C. de appellat. & conſult. l. 3. D. de liberal. cauſ.* & per Scribent. in dictis locis, *Specul. in tit. de appellatione, §. 1. nu. 10. Couar. variar. lib. 1. cap. 1. num. 10. verſ. Procedit tamen, Anton. Gomez variar. tom. 3. cap. 1. num. 15.* latè *Sigiſmund. Scacci. de appellat. quæſt. 5. art. 5. ex num. 44.* plenè *Sebaſtian. Guaz. de defenſ. reor. defenſ. 36. cap. 1. per tot.* Et quid circa hoc ſit hodie ſtatutum? vide *l. 6. tit. 23. part. 3.* firmatquè prædictã aſſertionem *Senec. de benef. lib. 2. Pulcerrimum* (inquit) *opus eſt, etiam inuitos, nolenteſquè ſeruare,* tanquamquè grãde dixit *Horat. epiſt. lib. 1. ad librum ſuum.*

*Quis enim inuitum ſeruare laboret?*

Quod ſiuè appellans tanquam procu-
2 rator, ſiuè tanquàm defenſor † compareat, procedit ſecũdum *Salycet. in l. Reos, num. 7. oppoſit. 4. C. de accuſat. Aretin. in cap. Veniens, num. 76. in fin. & num. 77.* extra *de accuſat. & ibid. Marian. Socin. num. 220. Bartholo. Socin. regul. 322. limit. vltima.*

Non ſolùmquè ad appellandum; ſed
3 etiam ad proſequendum † appellationem admitti in præſenti procuratorem; tradit ex pluribus *Proſper Farinac. 3. parte praxis crimin. quæſt. 99. num. 175. & quæſt. 101. num. 23. & ſeqq.* pleniuſquè *Sigiſmund. Scacci. d. quæſt. 5. art. 5. ex d. num. 44. cum ſeqq.* plures aſsignans ampliationes.

4 In ciuilibus † verò, alium pro alio abſquè mandato, vel niſi ſua interſit, appellare non poſſe, certum eſt; *text. in l. A ſententia, 5. D. de appellat.* cuius ſunt verba: *A ſententia inter alios dicta appellari non poteſt, niſi ex iuſta cauſa, veluti ſi quis in cohæredum præiudicium ſe condemnari patiatur, vel ſimilem ob cauſam.* text. *in l. 1. D. de appellat. recip. Non enim* (inquit Vlpian.) *ſolent audiri appellantes, niſi hi quorum intereſt, vel quibus mandatum eſt, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox ratum habetur.* text. in *l. 2. §. Sed ſi alius, in fin.* (ibi: *Quia in aliena cauſa ei, qui iudicio expertus non eſt, appellare non licet.*) *D. quando appelland. ſit.*

5 Paupertatis tamen fauore † etiam in ciuili cauſa (ſicut in criminali diximus) alius pro alio appellare poterit, ita vt idem fauor paupertatis reſpectu pauperis; quod fauor vitæ, aut membrorum condemnatio reſpectu cuiuſquè operetur. Sic tenet, & formaliter inquit *Ferdinand. Vazquez Menchac. controuerſ. illuſt. lib. 1. cap. 41. num 9.* per text. in *d. l. Addictos, 6. C. de Epiſcop. Aud.* & ex aliis, quæ antecedentibus ipſe tradiderat numeris: in eoquè loquitur paupere, qui tãta premeretur inopia, vt nec Aduocatum haberet, nec alium cuius conſilio appellare poſſet, eſſetquè literarum expers: cuius probat ſententiam *Oſuald. Hilliger. in Donel. enucleat. lib. 28. cap. 6. in annot. lit. G.*

Idquè multis etiam aliis mediis confirmari poteſt. Et primò, ex reſpõſionibus ad decidendi rationes, quæ iuribus appellationem tertio in ciuilibus, quibus ſua nõ intereſt, prohibentibus aſsignari valent. Prima enim eſſe poteſt; quia quilibet pro
6 ſuo intereſſe agere debet, † non alius, quæ iiſdem iuribus exprimitur, firmaturquè ex ratione *text. in l. Stipulatio iſta, 38. §. Alteri, D. de verbor. oblig.* & in *§. Alteri, inſtit. de inut. ſtipulat.* Secunda, ob breuẽ litium expeditionem: Conuenit enim lites breuiari, & ne litigatores expenſis, &

ſum-

ſumptibus vexentur, iuxta *leg. Properandum*, 11. *in princip. C. de iudic.* & ibi communiter DD. & *text. in c. Finem litibus*, extra *de dolo, & contumac.* Tertia, ne litigandi occaſio deperditis, litigioſisq; hominibus (qui hac litigãtes vexare poſſent) præſtetur; quod omnino ius abhorret, cuiquè malo obuiat *tex. in l. Per diuerſas*, 22. *C. mandat.* ibi: *Hocq; modo diuerſis pernonas litigatorũ vexationibus afficere. &c.* Quarta, & vltima decidendi ratio eſſe poteſt; quia per tacitum conſenſum principalis non appellantis, ſententiæ inducitur approbatio, eiq; acquieuiſſe videtur, iuxta *tex. in cap. Quoad conſultationem*, 15. *de re iudic. cap. Cum dilectus*, 32. *infin. de elect. l. Si contra*, 8. (*vbi Saly. & Alex.*) *C. de appell. & conſultat. l.* 1. *C. de poſtul. l.* 1. *C. ſi ſæp. reſtit. in integ. poſtul. glo. in c. Nõ ſolùm*, 7. *verb. Innouata, & ibi Gemin. de appellat. lib.* 6. *Alex. conſ.* 136. *num.* 2. *lib.* 2. *Andr. Gail. pract. obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 139. *n.* 2. *Farin. deciſ. nouiſ. Rot.* 81. *num.* 1. *part.* 1. *& deciſ.* 370. *num.* 9. *ead. part.* 1. *Hieronym. Magon. deciſ. Lucenſ.* 9. *num.* 28. *& deciſ.* 67. *num.* 2. *& 3. Mari. Giurb. deciſ.* 70. *num.* 12. *Rot. Roman. Diuerſor.* 119. *num.* 10. *part.* 2. *Treuiſ. dec.* 15. *num.* 8. *lib.* 1. *Aymon Crauet. conſilio* 79. *num.* 3. *verſ. Imò ex eo ſolùm, & conſ.* 103. *in princip. & conſil.* 108. *num.* 3. *Cardin. Tuſch. pract. concluſ. lit. S. concl.* 182. *n.* 9. *& 15. & lit. A. concl.* 388. *num.* 1. *& 4.* Ideòquè ad appellationem tertius abſq; mandato non debet admitti ſentẽtiæ eius, cui principalis acquieſcere videtur.

Omnes tamen hæ in paupere deficiunt, aduerſuſq; eum locum non habent rationes. Prima enim ex eo deſtituitur,
7 quòd beneficio affici hominem, † interſit hominis, vt inquit *Papinianus in l. Seruus*, 6. *D. de ſeruis exportand.* & *Ouidi. de Ponto lib.* 2. *eleg.* 19.

*Conueniens hominum eſt, hominem ſeruare.*

Tradidimuſq; ex *Senec. ſup.* qui idem *de ira lib.* 1. firmat. *Homo* (inquit) *in adiutorium mutuum generatus eſt.* Nullaquè re propriùs homines ad Deos accedere, quã ſalutem hominibus procurando, ſcripſit *Cicer. pro Ligario.* Fortiùs *Plin. lib.* 2. *c.* 7. *natur. hiſtor.* dum ait: *Deus eſt, mortali iuuare mortalem.*

Quæ ſic in ciuilibus, quàm in criminalibus militat ratio, eius tamẽ effectum, intereſſe, & vtilitas publica (minuendarum breuiandarumq; litium, nevè litigatores ſumptibus vexentur) impedit, vt notat in ſpecie *Menchac. d. cap.* 41. *nu.* 18. Quem in caſu noſtro non poſſet vtilitas publica effectum impedire, cum etiam eadem ipſa pauperes illæſos, indemneſq; ſeruari deposcat, iuxta *text. in l. Illicitas*, 6. §. *Ne potentiores, D. de offic. Præſid.* Non ſeruarẽ tur autem, imò eis quodammodo appellatio, & per conſequens denegaretur defenſio, ſi nec ipſi propter impotentiam, nec aliis ob iuris generalem prohibitionem, pro ipſis appellare liceret. Ideòq; naturalis ſuprà dicta ratio, quæ fortiùs in pauperibus procedit, ſtare debet.

Nec ſecunda *breuiandarũ litium* cauſa ex prædictis obſtat, cum propter pau-
8 pertatem litium tempora † protrahãtur, vt fuſè *quæſt.* 31. *&* 32. oſtendimus.

Neq; hinc occaſio litigioſis hominibus alios vexandi conceditur. Cum nullũ inde commodum præter beneficiũ, quod pauperibus pro quibus appellant, appellationem vè proſequuntur, conferunt, cõſequantur, ſeq; periculo expendendi, perdendiq; expenſum offerant, iuxta *text. in l. Qui rem aliam*, 128. (ſecundum vulgatã, aliàs 166. ſecundum *Gothofredi* impreſſionem) *D. de regul. iur. Qui rem alienam defendit, nũquam locuples habetur.* inquit Paulus. Quo quidem caſu potiùs ex cha-
9 ritate, quàm animo doloſo † facere videntur, ex *text. in l. Cum pater*, 77. §. *Rogo*, 25 *de legat.* 2. vbi æquiſsimè *Papinianus* (vt iniquitatis, doli, demeritiq; ſuſpitionem repellat; & boni animi, meritiq; præſumptionem inducat:) meruiſſe præſumit, qui non demeruit. Probantquè latè deducta per *Iacob. Menochi. de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 3. *nu.* 14. *cum ſeqq. Ioſeph. Maſcard. de probat. concl.* 1006. *per tot. Petr. Surd. conſil.* 469. *num.* 20. *& conſil.* 540. *nu.* 25. Conuenit in hanc ſententiam, quod elegãter cecinit *Ouid. Triſt. lib.* 3. *eleg.* 10.

*Vix equidem credar, ſed cum ſint præmia falſi*
*Nulla; ratã debet teſtis habere fidem.*

Et Metam. lib. 2.

*Senſerat hoc furtum nemo, niſi natus in illo*
*Rure ſenex, Battum vicinia tota vocabat;*
*Diuitis hic ſaltus, herboſaquè paſcua Nelci,*
*Nobiliumquè greges cuſtos ſeruabat equarum.*

*Hunc*

*Hunc timuit, blandaquè manu ſeduxit, & illi*
*Quiſquis es hoſpes, ait, ſi forte armenta requiret*
*Hæc aliquis, vidiſſe nega: Neu gratia facto*
*Nulla rependatur, nitidam cape præmia vaccam.*
*Et dedit: accepta, voces has reddidit hoſpes,*
*Tutus eas, lapis iſte primus tua furta loquetur,*
*Et lapidem oſtendit. Simulat Ioue natus abire;*
*Mox reddit, & verſa pariter cum voce figura,*
*Ruſtice, vidiſti, ſi quas hoc limite* (*dixit*)
*Ire boues? fer opē, furtoq; ſilētia deme.*
*Iūcta ſuo pariter dabitur tibi fœmina tauro.*
*At ſenior poſtquàm eſt merces geminata: Sub illis*
*Montibus, inquit, erant, & erant ſub montibus illis.*

Et lib. 13.

*Phrigiſq; remouit ab armis*
*Conſilium ſapiens, ſceleris, niſi præmia magnas*
*Adieciſſet opes, animi irritamē auari.*

Commodum enim, intereſſe, vtilitasquè apparens non benè firmum in virtute animum ſæpè in præceps ducunt: Malitiam autem gratuitam vlli placere, præſumendum non eſt; cum nec virtutem metipſam (ſui mercedem pulcerrimam) gratis homines amplecti, oſtenderimus copioſè *quæſt.6.à nu.48. cum ſeqq.* Peccatumquè fœditate ſua etiam authori diſpliceat, vt *Satyra 13. Iuuenal.* inquit.

*Exēplo quodcūq; malo cōmittitur ipſi*
*Diſplicet authori.*

Et Seneca epiſtola 42. *Nec vlla maior pœna nequitiæ eſt, quàm quod ſibi, & ſuis diſplicet.* Fœlicitatem verò ſuam fallaci mercede nequitia tegit, eaquè ad peccandum homines inuitat. *Vitia te mercede ſolicitant* (inquit Senec. epiſt. 50.) *Auaritia pecuniam promittit; Luxuria, multas ac varias voluptates; Ambitio, purpuram, & plauſum, & ex hoc potentiam, & quidquid potentiam ponit.* Cum igitur in præſenti vtilitatis, mercedis, propriūquè intereſſe ratio ceſſet, benefaciendi autem adſit; pro paupere appellantem, & admittendum, & à ſuſpitione ſiniſtra liberari, firmandum venit.

Cui reſponſioni non obſtat *text. in d.l. Per diuerſas*, imò eam cōfirmat, vt ex eius integra ſerie colligitur, & expreſsiùs ſtatim in initio, ibi: *Comperimus quoſdam alienis rebus, fortuniſq; inhiantes.*

Nō deniq, quarta decidēdi ratio quoad pauperes procedit, locūvè habere poteſt, quia non dicitur conſentire, † qui cōtradicere nō poteſt, iuxta latiſsimè à Nobis *d.q.17. ex n.31. cū multis ſeqq.* adducta. In dubioquè ex impotentia potiùs quā ex voluntate appellationē in præſenti omiſſam ex ratione *legis Cū de indēbito, de probat.* latèquè congeſtis à Nobis ſup. *q.21.* dicendum venit. 10

Ex quibus omnibus, poſſe tertium penitus extraneū pro paupere in cauſis ciuilibus abſq; mandato appellare, cū deficiant in prēſenti, quæ generali prohibitioni appellandi pro tertio abſq; mandato in ciuilibus cauſam præſtiterunt rationes; extēt autē, quæ in cauſa capitali contrariæ conſtitutioni præbuerunt anſam; manifeſtè deprehendi videtur.

Confirmari preterea hæc eadē ſententia poteſt ex eo, quia non ſolùm propter mortē; ſed ob mēbri etiā mutilationem † conceditur tertio appellatio, probāt *Farinac. d.q.101. n.24. & Sigiſm. Scacc. de appellat. d.q.5. art.5. n.51. Sebaſt. Guazi. de defenſ. reor. d. defenſ. 36. c.1. num.2.* 11

Proq; condemnato ad mortē ciuilem † tantū (vt puta ad deportationis, vel perpetui carceris pœnā) tertio appellare licere; tenent *Guido Pap. q.119. n.84. Bernard. Diaz in pract. crimin. Canon. cap.144. num.4.* ex *Innoc. & Felin.* ibi per eum relatis, *Proſper Farinac. d. quæſt.101. nu.24. Sigiſmun. Scacc. vbi ſupra, nu.51. Sebaſt. Guazin. de loco, & numero.* 12

Si id autē morti ciuili cōceditur, cur nō & paupertati? quā duriorem † morte ipſa eſſe, probat *text. in c. Cæterū, 20. in ordine, diſt.86.* ibi: *Quāto magis fames, quæ morte grauior eſt.* & in *l. Quisquis, 5. §. Filii verò, C. ad leg. Iul. Maieſt.* ibi: *Sint poſtremò tales, vt his perpetua egeſtate ſordentibus mors ſit ſolatiū, vita ſupplicii.* Firmantq; id ipſum Sacræ literæ *Eccleſiaſt. c.40. ad fin. Melius eſt enim mori, quā indigere.* & *c.41. O mors, bonū eſt iudiciū tuū homini indigenti.* Thren. c.4. *Melius fuit occiſis gladio, quā interfectis fame.* & Iudic. c.7. *Conteſtamur hodie cœlum, & terram, & Deum patrum noſtrorū, qui vleiſcitur nos* 13

*ſecundum peccata noſtra, vt iam tradatis ciuitatem in manum militiæ Holophernis; vt ſit finis noſter breuis in ore gladii, qui longior efficitur in ariditate ſitis.* Truculentior enim eſt famis gladius, quàm belli, vel peſtis, vt inquit *D. Hieronym. ſuper Amos lib.* 3. relatus per *Luc. de Penna in l.* 1. *num* 9. *C. quibus muner. vel præſtat. nemini liceat ſe excuſ. lib.* 10. dicturquè etiam Iob 3. *Quarè miſero data eſt lux, & vita his, qui in amaritudine animæ ſunt?* Humanæ etiam id demonſtrant literæ, inquit enim *Aphthonius Sophiſt. progiſnaſm.* vbi agit *de ſententia*, folio mihi 118. *Qui vitam in miſeria ducit, mori potiùs amet. Multò enim melius eſt è vita diſcedere; quàm ſolem ſui dedecoris teſtem habere.* Huiuſ-
14 modiquè vita mortis genus † eſt, *Ouidi. de Ponto libro* 1. *eleg.* 8. *ad Meſſalinum* teſtante.

*Nos ſatis eſt inter glaciem Scytasquè ſagittas*
*Viuere, ſi vita eſt mortis habenda genus.*

Et lib. 2. eleg. 3. ad Maximum.

*Quid enim ſtatus hic à funere differt?*

Et ibid.

*Inſtar & hanc vitam mortis habere puta.*

Et lib. 3. eod. de Ponto, eleg. 3.

*Si genus eſt mortis malè viuere.*

15 Genus autem mortis durius † ipſa morte eſt, vt teſtatur *Horat.*

*Peius eſt letho lethi genus.*

Seneca etiam Troas actu 3.

*O morte dira triſtius lethi genus!*

Idemquè *Ouid. Triſt. lib.* 1. *eleg.* 2.

*Non lethum timeo, genus eſt miſerabile lethi.*
*Dimitte naufragium, mors mihi munus erit.*

Et in epiſtola Ariadni Theſeo.

*Morſquè minus pœnæ, quàm mora mortis habet.*

Quintilian. declamat. 275. in fin. ibi: *Breuis enim pœna mortis eſt, nunc diu*
16 *eget, diù male audiet.* E noſtris id ipſum † dixêre *Barthol. Caſſanæ. in conſuet. Burg. rub.* 4. §. 7. *verbo Supoze que les diſts, n.* 8. *in fin. Roland. à Valle conſ.* 87. *volum.* 2. *nu.* 42. *Pet. Cened. in Collect. iuris Canon. Collect.* 27. *nu.* 10. *Sebaſtian. de Medic. in tract. Mors omnia ſoluit, part.* 1. *nu.* 103. *in princip.*

Ex quibus maiorẽ priuationis omniũ
17 bonorum pœnam, quàm mortis † eſſe, deducitur. Priuatumq; bonis, ſanguine priuatũ † videri, inquit *Salycet. in l. Admonendi, num.* 19. *D. de iureiur. Gaſpar Baeça de inope debitor, cap.* 2. *num.* 31.

19 Bona namquè alter ſanguis, † vel altera vita dicũtur, bona *gloſſ. in l. Aduocati,* 14. *verbo Vitam, C. de Aduocat. diuerſor. iudicior. Iaſ. in l. Ne quicquam, n.* 2. *D. de offic. Proconſ. Ripa in cap.* 1. *nu.* 18. extra *de iudic. Gerard. de Petra Sancta ſingul.* 73. *num.* 5. *Andr. Tiraq. de nobilit. cap.* 31. *num.* 365. *& in l. Si vnquam, verbo Facultatum, num.* 1. *in fin. Matthæ. de Afflict. deciſ.* 24. *num.* 4. *Didac. Couar. in* 4. 2. *part. cap.* 3. §. 4. *num.* 18. *Hieronym. Gigas conſilio* 32. *numero* 26. *Petr. Cened. dicto collect.* 27. *num.* 7. *col.* 1. *in fin. Ioann. Gracian. regul.* 327. *num.* 28. vbi latè, *Ioann. Maria Nouar. de elect. & variat. fori, ſect.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 10. *&* 12. quod elegantur cecinit *Pacificus in* 2. *Virginiæ.*

*Nil opibus melius, nil eſt & ſanctius illis;*
*Diuitias dicunt ſanguinis eſſe loco.*

Animamquè miſeris mortalibus pe-
20 cuniam eſſe † (ex *Heſiodi* carmine) tradit *Ludouic. Celius libro* 4. *antiqu. lect. cap.* 2. *Baeç. vbi ſuprà, & Petr. Cened. Ioann. Maria Nouar. d. quæſt.* 16. *nu.* 9. *Petr. Royz. Maur. deciſ. Lituanic.* 3. *num.* 315. Id quod per quam facetè, ac pulcrè oſtendit *Valer. Martial. epigr. lib.* 9. *epigram.* 63. *in Cinnam.*

*Dixerat Aſtrologus periturum te citò Cinna;*
*Nec puto mentitus, dixerat ille mihi.*
*Nam te dum metuis, ne quid poſt fata relinquas,*
*Hauſiſti patrias luxurioſus opes.*
*Bis quartum decies, non toto tabuit anno;*
*Dic mihi, non eſt hoc, Cinna, perire citò?*

Firmauitquè Sapiens Prouerb. cap. 13. *Redemptio animæ viri diuitiæ ſuæ*, ait.

Vndè ſicut pro defenſione vitæ alium licet occidere, *l. Vt vim,* 3. *D. de iuſt. & iur. Clement. Si furioſus, de homic. & ibid. Couar.* 3. *par.* §. *vnic. num.* 1. *Ant. Gomez variar. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 20. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1126. plures referens *Cened. ad Decretum collect.* 29. *nu.* 2. *Farin.*

praxi

*praxi. crim. quæſt.* 125. *nu.* 3. & 10. dubitauitquè huius veritatis nemo; ſic ob defen-
21 ſionem bonorum, † *gloſ. in verb. Nam iure in d. l. Vt vim, Bart. in l. Furem, D. ad leg. Corne. de ſicar. & ibid. Marſil. num.* 2. communem dicit ex pluribus *Ioan. Gratian. d. num.* 28. *Didac. Couar. in d. clem. Si furioſus,* 3. *part.* §. *vnic. num.* 6. latè *Andr. Fachinæ. controuerſ. iur. lib.* 1. *c.* 31. vbi ſaltem res non ſunt parui momenti, nec ſpes eſt probabilis eas commodè recuperandi, ex ſententia *Diui Anton.* 3. *p. ſumm tit.* 4. *c.* 3. §. 2. *Caiet. quæſt.* 67. *art.* 7. *Sylueſt. verb. Homicidium,* 1. *num.* 5. *q.* 1. *artic.* 8. communem ſententiam dicit latè eam comprobans ex iure Diuino, & Humano *P. Leonard. Leſius lib.* 2. *de iuſtit. & iur. cap.* 9. *dub.* 11. *Gomez in princip. inſt. de action. nu.* 55. *Benincas de Beninc. in* §. *Supereſt, num.* 382. *inſtit. eod. Ioann. de Bonif. in tract. de furt.* §. 11. *num.* 32. *Carol. de Graſ. de effect. Cleric. effect.* 58. *num.* 1. *Iuli. Clar. in* §. *Homicidium, n.* 24. *Cened. collect.* 96. *ad Decretum, nu.* 3. *Farin. d. quæſt.* 125. *num.* 180. *Nauar. in manu. cap.* 15. *num.* 2. *Tolet. in ſum. lib.* 5. *cap.* 6. *verſic. Tertius caſus, Beia reſponſ. caſ. conſci. part.* 2. *caſu* 23. *P. Molin. de iuſt. tom.* 4. *tract.* 3. *diſput.* 16. *num.* 1. *verſ. Contrariam,* plenè *Petr. Binsfeld. ad c.* 1. *de iniur. & damn. dat. quæſt.* 6. *concl.* 1. 2. 3. 4. 5. & 6. vbi multipliciter ampliat. Et hodie de iure Regio ſunt textus *in l.* 3. *tit.* 8. *par.* 7. *in l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 4. *Fori leg. & in l.* 4. *tit.* 13. *lib.* 8. *Ordinam.*

Paria enim ſunt inſidiari vitæ, vel
22 omnibus bonis, † *text. in Authen. Quod mater, C. de reuoc. donat.* DD. communiter in *l. Parentes, C. de teſtib. & in l. Reum criminis, C. de Procurat. Sebaſtian. de Medic.* (communem dicens) *in d. tract. Mors omnia ſoluit,* 1. *parte, num.* 103. *verſ. Poteſt tamen dici.*

Omniumq; bonorum amiſsionis me-
23 tus, mortis metui æquiparatur, † vt (ex *Hippolyt. de Marſil. in l. Si vt allegas, num.* 5. *C. ad leg. Cornel. de ſicar. Bart. Iacob.* & alijs) tradit *Sebaſt. de Medic. d. num.* 103. de communi atteſtans docet in pulcro caſu *Iaſ. conſil.* 165. incip. *Viſo, & conſiderato caſu, in princip. verſ. Accedit alius metus,* eleganter *Marc. Faui. Quintillian. declamat.* 276. ibi: *Quare etiam credibilius videtur mihi, idcircò periiſſe eum, quòd optaturam puellam bona exiſtimaret. Sũt enim plerique, qui mortem potiorem, quàm egeſtatem putent.*

Inferri ex his etiam poſſet; ad appellandum abſquè mandato, vbi iis de omni-
24 bus bonis vertitur, † inque ea dicta ſententia eſt, admittendum tertium, cum morti æquiparetur ſententiæ. Quod licèt ex ſuprà dictis ſatis ſit firmum: in terminis tamen à nemine dictum reperii. Et in paupere etiamſi exceſsiua non ſit quanti-
25 tas, in qua condemnatus eſt, † ſed quæcũquè ſit, ſiue ad eam reſtituendã condemnetur; ſiue ab eius reſtitutione abſoluatur aduerſarius, ſi in magna coniectus ſit paupertate, cum de eius tunc vita agi videatur, vt in capitali cauſa, permitti debebit tertio pro eo etiam abſquè mandato, ex iam dictis, appellare.

Nequè huic reſolutioni obſtat, quidquamvè contradicit *text. in l. Nequè filius,* 7. *C. de reb. credit.* quem contra eam aliquantulum facere dicit *Menchac. dict. lib.* 1. *controuer. illuſtri. cap.* 41. *numer.* 9. Quia *text. ibi,* quando actus ſit contra voluntatem principalis, ipſiquè nocuus eſt,
26 ſolùm loquitur; † Nos verò contrà, in actu cũ pauperis voluntate, expreſſa, vel præſumpta, ipſiq; vtili facto: verba tex. ſunt. *Nec filius, nec quiſquam alius, neque litigando, neque paſci ſecundo, ſed neque iusurandum contra voluntatem domini rei deferendo, præiudicium ei facere poteſt. Vnde ſi contra voluntatem, vel mandatũ aliquid erga rem tuam filius tuus geſſit, neq; hoc ratum habuiſti; nihil tibi oberit.* Præterea Nos in cauſa pauperis, loquimur, in qua ſpecialitatis ratio etiam in iſto adeſt caſu, ex latè ſuprà deductis, quæ prædictas alias adiuuat ſolutiones, quibuſquè pariter firma redditur hæc ſententia.

## VTRVM PAVPER, vel miſerabilis perſona poſsit laicum coram Iudice Eccleſiaſtico (etiam hodiè iuris Regii diſpoſitione ſtante) conuenire?

## *SVMMARIVM.*

1 Actor forum rei ſequi debet, ſiue laicus ſit, ſiuè Clericus, & ſiue pro rebus propriis, ſiue Eccleſiæ ſuæ laicum conueniat, & num. 2.

3 Iudex ſecularis non poteſt Clericum diſtringere, vel condemnare.
4 Clericus foro ſuo renunciare nō poteſt.
5 Hodie nec laicus ſe ſubmittere foro Eccleſiaſtico poteſt, licèt olim poſſet.
6 Qui vno Iudice relicto ad alium vadit, ei iniuriam facit.
7 Iuriſdictiones Eccleſiaſtica, & ſecularis diſtinctæ ſunt, nec confundi debent.
8 Vnus officialis non debet ſe in alterius officium ingerere, nec in meſſem alienam falcem mittere.
9 Iudex Eccleſiaſticus non debet, nec poteſt in temporalem ſe intromittere iuriſdictionē. Nec à fortiori Iudices, Dominiquè temporales in Eccleſiaſticam, & num. 10.
11 Aduerſarium laicum corā Iudice Eccleſiaſtico, niſi ſuper cauſa Eccleſiaſtica, vel in defectum Iudicis ſecularis pauper conuenire non poteſt. Contrà num. 13. & ſeqq. Et etiam hodie de iure Regio, num. 39. & ſeqq. præcipuè num. 49. Et an pro relictis tam in vltima voluntate, quàm aliter debitis (etiā d. l. Regia ſtante) procedat? num. 50. & ſeqq.
12 Iudex Eccleſiaſticus adiri poterit à laicis, ſi in adminiſtranda iuſtitia negligens ſecularis ſit. Et an ab Eccleſiaſticis adiri Iudex poſsit ſecularis, ſi Eccleſiaſticus negligens ſit?
14 Pauperes miſerabiles dicuntur perſonæ.
15 Pauper pro alimentis ſibi relictis conuenire aduerſarium laicum coram Iudice Eccleſiaſtico poteſt; ſecùs ſi alimenta diuiti relicta ſint, & numer. 16. Amplia num. 21. & 22.
17 Legatum diuiti factum, etiam pro alimentis, pium non dicitur.
18 Vel ſi pro puellis non pauperibus maritandis relictum ſit.
Dotis cauſa non niſi cum pauperi relinquitur, aut promittitur, iudicatur pia, ibid.
19 Nec etiamſi pro anima ſe relinquere teſtator dicat, pium huiuſmodi reputabitur legatum, ſi diuiti fiat.
20 Legatum pauperi relictum abſq; aliqua alia expreſsione, vel adiectione, pium dicitur; proquè eo conſequendo Eccleſiaſticus poterit adiri Iudex, & num. 21.
23 Pauperes omnia priuilegia Eccleſiarum habent, eorumquè bona Eccleſiarum æquiparantur bonis.
24 Laicus an pro rebus Clerici, vel Eccleſiæ coram Iudice Eccleſiaſtico conueniri poſsit? & numer. ſeqq. præcipuè num. 28. 30. & ſeqq. ad num. 35.
Intellectus ad *text. in cap. Si Clericus laicum, 5. de foro compet.* ibid. & nu. 25. 26. & 27.
25 Argumentum à contrario ſenſu non procedit vbi abſonus reſultat intellectus, legumvè correctio.
26 Verba narratiua legis nihil de nouo diſponunt.
27 Arguere non licet à contrario ſenſu in verbis narratiuis legis, vel Canonis, nec etiam directè.
29 Clericus data violentia, dolo, vel fraude laicum poterit coram Iudice Eccleſiaſtico conuenire.
30 Priuilegium eligendi forum Eccleſiaſticum aduerſus laicos, ſolis miſerabilibus perſonis pietatis ratione conceſſum eſt.
31 Miſerabiles dicuntur ſuper quibus ad miſerendum Natura mouetur; vel ex eo, quòd fœlicitatem amiſerint, & numer. 32.
33 Eccleſia, vel Clericus diues miſerabiles dici nequeunt, vt fori priuilegio gaudeant, & num. ſeq. in fin.
34 Eccleſiæ miſerabiles, vt in prima inſtantia aduerſarium ſuum ad Regis Curiam trahere poſsint, foriquè priuilegio gaudere, quæ dicantur?
35 Viduæ, vel pupilli diuites aduerſariū ſuum laicum ad Iudicem Eccleſiaſticum nequeunt trahere, & num. 38. Et quando ſecùs? ibid.
36 Et an poſsint in prima inſtantia trahere ad Regiam Curiam?
37 Ditiſsimus etiam, perſona miſerabilis dici poteſt.
38 Vidua, vel pupillus de foro ſeculari, ceſſante ſpolio, aut oppreſſione regulariter dicitur.
40 Cauſæ pauperum dicuntur piæ, & earum reſpectu iuriſdictionem in laicos Epiſcopus habet.
In cauſis piis etiam in foro ciuili Canon Legi præualet, ibid.
Intellectus ad *text. in l. 10. tit. 1. lib. 4. nouæ Reg. Collect.* ibidem, & numer. ſeqq.
41 Satutū laicorū nō ſe ad piā cauſā extēdit, nec leges ſuper rebus ad pias cauſas pertinentibus, vel piis actibus deputatis

tis factæ, niſi authoritate Eccleſiæ confirmentur, valent.

42 Ius ſpeciale per generalem prohibitionem non corrigitur.

43 Relicta ad pias cauſas ſpiritualia, remiſſionemq; peccatorum reſpiciunt. Ildephonſi Azeuedi ſententia circa intellectũ *d. leg.* 10. reiicitur, ib. & n. ſeqq.

44 Iudex Eccleſiaſticus etiã hodiè de iure Regio pro legato facto alicui pio loco, Eccleſiæ, Capellæ, vel Hoſpitali authoritate Epiſcopi conſtructo, pro Miſſis, aut anniuerſario dicẽdis, Cruce, vel Calice reparandis, competens inter laicos erit.

45 Pauperes dicuntur fabricæ viuæ, quæ Eccleſiæ reparationi prę ferri debent.

46 Pro pauperum ſubuentione res Eccleſiæ poſſunt, debentq; (ſi neceſſitas poſtulet) alienari, remiſsiuè.

47 Par ſaltem pietas, & religio eſt, pauperibus, & Eccleſiæ relinquere.

48 Profana, quæ dicantur?

50 Iudex Eccleſiaſticus an in cauſa alimẽtorum, vel dotis, ſiue in teſtamento relictorum, ſiue aliter debitorum, cõpetens ſit? & numer. ſeqq.

52 Cauſa dotis, & alimentorũ de iure cõmuni (ex recepta ſententia) mixti fori erat. Et qualiter id intelligatur?

53 Mulier agens pro recuperatione dotis conſtante, ſiue ſoluto matrimonio, an poſsit aduerſarios coram Iudice Eccleſiaſtico conuenire?

54 *Ioan. Gutierr.* diſtinctio circa intellectum *d. leg.* 10. *tit.* 1. *lib.* 4. *nouæ Reg. Coll.* reiicitur, & num. ſeqq.

55 Epiſcopus pro legatis nõ piis in teſtamẽto relictis exequẽdis, an, & quo tẽpore, quomodòq; ſe poſsit intromittere?

56 Lex generaliter loquens, generaliter intelligenda eſt.

57 Lex, aut ſtatutum generaliter loquẽs, pauperes non comprehendit.

58 Priuilegiũ pauperibus, & miſerabilibus perſonis conceſſum, per clauſulam *Non obſtantibus*, niſi de eis expreſſè fiat mentio, non reuocatur. In quacũq; generali diſpoſitione paupertas videtur excepta, ibid.

59 Pauper cõtra pauperẽ fori priuilegio non gaudet. Limita vt num. ſeq.

61 Miſerabilibus perſonis priuilegiũ eligẽdi Principis forum competit, etiam ſi ceſsionario nomine veniant.

62 Pauper vt fori priuilegio gaudeat, pauperta tẽ ſuam probare debet, remiſsiuè.

63 Et quæ ad id ſufficiens probatio ſit? remiſsiuè.

64 Iudicis arbitrio relinquitur, quæ ad cõcedendum fori electionem paupertas ſufficiens ſit.

65 Vidua pro repetitione dotis aduerſus pupillos agẽs, poteſt primum Iudicem habere Senatum.

# QVÆST. LII.

NON minima fori hæc electio & ſolet, & poteſt vtilitatẽ afferre. Vel enim vnius Iudicis gratia, aut integritas; alteriuſvè ſuſpitio, odium, vel timor, necnon & Officialium; & faciliorem litis expeditionem, & iuris (quod fouere partes putant) conſeruationem, cauſæ expectatum euentum, ſpemq; vel præſtat, vel aufert. Maximæ ideò ſuper hoc oriri contentiones ſolent; ad Nos q; an pauperibus electio hæc competat, diſcutere attinet.

Et negatiuã partẽ ſuadet vulgaris regu-
1 la actorẽ rei forũ † ſequi omnino adſtringens, laicũq; corã ſuo Iudice laico cõueniendum fore dictans: De qua in *l.* 2. *C. de iuriſd. omni. iud. in c. Cum ſit generale*, 8. *c. Suſcepto*, 10. *c. Ex tenore*, 11. extra *de foro comp. l.* 23. *tit.* 2. *p.* 3. *l.* 8. *& 9. tit.* 3. *lib.* 4. *nouæ Reg. Coll.* Et ne in re tã nota plures referendo immoremur, videre licet adductos à *Petr. Cened. in prael. quæſt. Canon. quæſt.* 14. *num.* 1. *Ioann. del Caſtillo controuerſ. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 8.

Quod ſiue actor laicus ſit ſiue Clericus,
2 † ſiue pro rebus propriis, ſiuè Eccleſiæ ſuę laicũ conueniat; firmant *text. in c. Si Clericus laicũ*, 5. & ibi Scribẽtes, *de foro cõp. Paul. Caſtr. conſ.* 368. *n.* 1. *lib.* 1. *Pet. Surd. de alim. tit.* 8. *priuil.* 9. *n.* 1. Eſtq; hodie expreſſus de iure Regio *text. in l.* 6. *tit.* 1. *lib.* 4. *nou. Reg. Col.* dicemu'q; latiùs infrà.

Quarè, & fortiori ratione, Iudicem ſe-
3 cularẽ Clericũ diſtringere, † vel cõdẽnare nõ poſſe, eſt *text. in c.* 2. *de foro cõp. c. Cũ nõ ab homine*, 10. *c. Decernimus*, 2. *de iud.*

Nec ſi vellet Clericus foro ſuo renun-
4 ciare † poſſet, vulgaris *text. in c. Si diligẽti*, 12. *de foro cõp.* Quod & in laicis hodiè
5 † cõſtitutũ grauibus ſub pœnis extat, prohibitumq; ne ſe Eccleſiaſtico ſubmittant foro, per *text. in l.* 10. *&* 11. *tit.* 1. *lib.* 4. *nou. Reg. Col.* Licèt olim id laicis permiſsũ eſſet, ex *text. in c. Significaſti*, 18. *de foro cõp.*

Roboratur prætereà principalis aſſertio, quia qui vno Iudice relicto, ad alium
6 vadit, ei iniuriam infert, † *tex. in l. Litigatores*, 11. *D. de arbit. gloſ. in cap. Placuit*, 2, *verb. Nequè*, 11. *quæſt.* 1. Cũq; iuriſdictiones diſtinctæ ſint, †
7 Eccleſiaſtica, & ſecularis; *Auth. Quomodo oport. Epiſcop. in princip. coll.* 1. *c. Celebritatem, de conſecr. diſt.* 3. *in fin.* not. *Hoſtienſ. in ſumma, qui filii ſint legit.* §. *Qualiter & à quo, in prin.* confundi non debent. Neq; vnus officialis
8 in officium ſe debet ingerere † alterius, vt inquit *Bald. in l.* 1. *n.* 2. *D. de offic. Conſul.* In meſſem namq; alienam falcem mittere licet nemini *Deuter. c.* 23. *in fin.* Reddendaq; ſunt Cæſaris, Cæſari, & Dei, Deo, *cap. Ex parte*, 9. *in fin. de Cleric. coniug.*

Vndè Iudicem Eccleſiaſticum nec debere, nec poſſe in temporalẽ ſe intro-
9 mittere † iuriſdictionẽ, comprobãt dicta iura, *text.* etiam *in cap. Nouit*, 13. *in prin. c. Lator*, 5. *qui filii ſint legit. c.* 2. *de priuileg.* de iure Regio *text. in l.* 10. & 15. *tit.* 1. *lib.* 4. *nouæ Reg. Collect.*

Nec pariter (& à fortiori) Iudicibus,
10 Dominisvè tẽporalibus † in Eccleſiaſtica ſe ingerere negotia permiſſum eſt, Eccleſiaſticãvè iuriſdictionẽ impedire, dictis iuribus ſuprà *nu.* 3. & 4. caueturq, nominatim per *l.* 5. *tit.* 3 *lib.* 1. *nouæ Reg. Collect.*

In ſpecie deniq; nec pauperta is, aut miſerabilitatis rationẽ efficere, vt pauper aduerſariũ laicũ coram Iudice Eccleſia-
11 ſtico, † niſi ſuper cauſa Eccleſiaſtica, vel in defectũ Iudicis ſecularis, cõuenire poſſit; probat *text. in d. c. Ex tenore*, 11. *de foro compet.* per quem ita tenet *Henric. Boher. in ſuis ſingul. verb. Iudex, num.* 5.

Quando autem ſecularis Iudex negligens in adminiſtranda iuſtitia eſt, regulare videtur, vt non ſolùm ad Iudicem Eccleſiaſticũ recurſus detur, iuxta *tex. in d. cap. Ex tenore*; ſed etiamſi lis inter Eccleſiaſticos vertatur, negligenſq; ſit Eccleſiaſti-
12 cus Iudex, ad ſecularem † concedatur, vt docent *gloſſ. in cap. Filiis, vel nepotibus, verb. Regis*, 16. *quæſt.* 7. *Guilliel. Benedict. in repet. cap. Raynuntius, verb. Adelaſiã, num.* 404. & alii, quos refert, & ſequitur *Iacob. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed.* 3. *num.* 354. *cum ſeqq. Petr. Auguſt. Morla in empor. iuris, tit.* 2. *de iuriſd. omni. iudic. quæſt.* 14. *num.* 4. & 8. Contrarium licèt teneat (cui adhærendum puto) *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. lib.* 2. *cap.* 238. *numer.* 72. *cum ſequentibus.*

Suprà dictis tamen non obſtantibus, vera reſolutio eſt, poſſe pauperem aduerſarium laicum coram Iudice Eccleſiaſti-
13 co, † etiamſi ſecularis Iudex negligens nõ ſit, conuenire, firmatq; expreſſè *text. in cap. Super quibuſdam*, 26. *in fin. de verbor. ſignific.* ibi: *Item viduis, pupillis, orphanis, & miſerabilibus perſonis tenearis in iudicio Eccleſiaſtico reſpondere.* & *text.* (ſecundum vnum intellectum, quem ad hoc ſingularem dicunt *ibi Abb. & Anton. de Butr.*) *in cap. Per veſtras, de donat. inter vir. & vxor.* facit text. in *cap. Si quis de potentibus*, 21. *c. Si quis Romipetas*, 23. *cap. Illi qui*, 25. *in ordine*, 24. *q.* 3. notant Scribentes in *cap. Significantibus*, 38. *de offic. & poteſt. iud. deleg. & in d. c. Ex tenore, de foro comp.* hancq; tuentur ſententiam *Specul. in tit. de foro comp.* §. 1. *n.* 16. *verſic. Decimusnonus, Palac. Rube. in repet. d. cap. Per veſtras*, §. 1. *verſic. Nota ſecundò, ex num.* 5. *cum ſeqq. Gregor. Lopez in l.* 48. *titul.* 6. *part.* 1. *gloſſ. fin.* vbi communem, licèt quod difficulter in iſtis Regnis obtineret, dicat, *Anton. Gabriel. commun. opin. tom.* 1. *ſub tit. quando Imperat. inter pupill. & vidu. num.* 6. communem profeſſus per *text. in d. cap. Ex tenore*, vbi id omnes tenere aſſerit, & per *text.* (quem ad hoc notare dicit communiter Doct.) in *cap. Ex parte, B.* 15. *eod. tit. de foro compet.* teſtariquè *Panormit. ibi, & Socin. in cap. Licèt ex ſuſcepto, eod. tit.* & docent *Cornel. Beninc. de paupert. quæſt.* 5. *princip. num.* 41. *Petr. Rebuff.* 1. *tom. ad conſtit. Gall. tit. de ſentent. prouiſion. art.* 3. *gloſſ. vlt. num.* 30. *Sigiſm. Scacc. de iud. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 17.

Pauperes enim miſerabiles perſonas
14 eſſe, † nemo ambigit, vt notatur in dictis locis, & tenent *Ant. Butr. in d. cap. Significantibus, num.* 22. *de offic. deleg. Marc. Anton. Natta conſil.* 590. *num.* 7. *libro* 3. *Petr. Bellug. in Specul. Princip. rubr.* 23. §. *Sed pone, num.* 10. *Ioann. Bapt. Thor. in ſuo compend. deciſ. verb. Pauper, Antonin. Theſaur. deciſ.* 177. *num.* 1. *Franciſ. Viui. deciſ.* 222. *num.* 3. *Ioan. Maria Nouar. in praxi electionis, & variat fori, ſect.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 1. & per conſequens dicto debere gaudere priuilegio.

Vnde pro ſibi relictis alimentis poſſe pauperem aduerſarium laicum ad iudiciũ
15 Eccleſiaſticum † trahere; obſeruant *Bart. Immol. Gemini.* & alii adducti per *Petr. Surd. de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 9. *num.* 2.

*Didac.*

*Didac. Couar. de ſponſalib. 2. part. cap. 8. §. 6. nu. 8. Lara in l. Si quis à liberis, in princip. num. 39. Petr. Cened. in practic. Canon. d. quæſ. 14. num. 1. Ludouic. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 15. num. 75.* proſequemurquè latiùs infrà.

Quæ ſpecialitatis ratio, non alimentorum, ſed paupertatis reſpicit fauorem. Si enim diuiti, vel non pauperi alimen-
16 ta debeantur, †huiuſmodi ceſſabit priuilegium, coramquè ſeculari iudice aduerſus laicum erunt alimenta petenda, vt affirmant *Bart. in l. Solent, num. 13. D. de aliment. & cibar. legat.* poſt *Specul. ibi* per eum relatum, *Palac. Rube. in repet. dict. cap. Per veſtras, 2. notab. numero 19. verſic. Reſpondetur, Lara dicto num. 39. Petrus Surdus de aliment. dicto titul. 8. priuileg. 9. numer. 4. in fin. & numer. 5. & priuileg. 1. numer. 3. Petr. Cened. ſuprà, numer. 3. Lancellot. Gal. in conſuet. Alexand. gloſſ. Solidos, quæſt. 6. num. 54. & 56. Ioann. Gutierrez practic. quæſt. libro 1. quæſtione 44. numero 4. Sigiſm. Scaccia de iudic. libro 2. capite 5. numer. 48.*

Quod inde prouenit, quia tale lega-
17 tum etiam pro alimentis † diuiti relictum pium non dicitur, *Bart. in l. Alio, num. 4. & 5. D. de aliment. & cibar. legat. Alexand. in l. Si conſtante, num. 18. D. ſolut. matrimon. & in addit. ad Bart. in l. Si cum dotem, §. Si mulier, lit. K. D. eod. Andr. Tiraquel. in præfatio. piæ cauſ. ex num. 21. Cornel. Benine. d. quæſt. 5. princ. num. 48. & 49. Peralt. in l. Si quis Titio, num. 9. cum ſeqq. D. de legat. 2. Deci. conſil. 72. num. 3. verſic. Relictum pro alimentis, Petr. Cened. dict. num. 3. Petr. Surd. d. priuileg. 1. num. 3. & priuileg. 9. num. 5. Ioann. Gutierr. d. quæſt. 44. nu. 8. Cardinal. Franc. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 26. & 27. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 115. num. 15.*

Idemquè ſi pro puellis non pauperi-
18 bus † maritandis, relinquatur, *Cardin. Seraphin. Oliuar. deciſ. 726. num. 6.* Dotis namq; cauſa non, niſi cum pauperi relinquitur, aut promittitur, pia iudicatur, vt (ex *Cornel. Benin. Petr. Surd.* & aliis) tradit *Scaccia ſup. num. 59. & ſeq.*

19 Nec etiamſi teſtator pro anima † ſe relinquere dicat legatum pium, ſi diuiti fiat, reputatur, vt docent *Cornel. Benine. de paupert. ſpeciali 8. in vltim. voluntat. nu. 25.* & poſt alios notiſsimè *Ioan. Ant. Mangil. in tract. de imputationib. q. 120. num. 4. & 17. cum ſequentibus.*

Si verò tale legatum pauperi (etiam abſq; aliqua alia expreſſione, vel adiectio-
20 ne) fiat, † pium dici; tradunt latè *Tiraq. de pia cauſa in præfation. num. 20. Cornel. Benin. d. tractat. ſpeciali 6. in vltim. votat. num. 17. Didac. Couar. in epit. 2. par. cap. 8. §. 6. num. 8. verſic. Eſt enim, Petr. Surd. d. tit. 8. priuileg. 9. num. 2. & tit. 9. quæſt. 3. num. 1. Ioann. de Roxas in epitome ſucceſſ. cap. 21. num. 80. Petr. Cened. ſuprà, num. 1. verſic. Inter alios*, & diximus *quæſt. 4. num. 45.* & tenent alii iam relati ſuprà *num. 15.*

Ideòquè pro eo conſequendo, con-
21 ueniri Eccleſiaſticus poteſt Iudex, † *glo. 1. & fin. in cap. Relatum, el 1. de teſtam.* quam ſequitur, ſingularemquè dicit ibi *Panormit. numer. 8. in fin. gloſſ.* etiam *in cap. Si hæredes*, & ibi Scribentes, *eodem tit.* probat *text. in l. Hæreditas, 53. in fin.* (*& ibid. gloſſ. fin. Bald. & Angel.*) *D. de petit. hæredit. Andr. Tiraquel.* (poſt multos ab eo cõgeſtos) *de pia cauſ. priuil. 149. Couar. in d. c. Relatũ, n. 13. Pet. Surd. d. priuileg. 9. nu. 2. in fin. nu. 3. & 4. Petr. Cened. vbi ſuprà, num. 2. Gutierr. dicta quæſt. 44. n. 2. P. Ludouic. Molin. de iuſtit. & iure, tract. 2. diſput. 250. poſt princip.*

Nec ſolum pro alimentorum, vel dotis obtinendo legato, prædicto fauore gaudere pauper poterit, aduerſariumquè laicum ad Eccleſiaſticum iudicium tra-
22 here; ſed etiam in quauis alia † cauſa, cum miſerabilibus, ac pauperibus, abſquè alicuius cauſæ præfinitione id conceſſum ſit priuilegium, *d. cap. Super quibuſdam*, aliiſquè iuribus, & authoritatibus iam relatis.

Id firmant etiam multi ex eo, quòd pauperes omnia Eccleſiarum priuilegia
23 † habeant; *text. & ibid. Bald. in l. Illud, 16. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* notatur *in Auth. De Eccleſiaſt. tit. in princip. col. 9. Palac. Rube. in repet. dict. cap. Per veſtras, §. 1. notab. 2. nu. 10. gloſſam* dicens ad hoc (ſi benè perpendatur) *in l. final. verb. Captiuorum, C. de Sacroſanct. Eccleſ. Cornel. Benine. d. quæſt. 5. princip. num. 45. & ſpeciali 6. in contractib. n. 18. Franciſ. Monald. conſil. 56. numer. 20. volum. 2.*

Pauperumquè bona Eccleſiarum bonis æquiparari, tradit (ex aliis etiam) *Ti-*

*raquell. de pia cauſa, in præfationib. numero* 9. latèquè ante cum *Felin. in cap. De quarta, num.* 10. *de præſcript.*

Ex hac autem æquiparatione (licèt in ea magnam vim multi ex præcitatis Authoribus, ad ſententiam noſtram firmandam faciant:) nõ tamen validam eam reputamus, aut efficacem. Prædicti namquè per eam ſupponunt Authores, propter bona Clericorum, aut Eccleſiarum, conueniri coram Iudice Eccleſiaſtico laicum poſſe; quod nullo iure efficacivè ratione probatur. † *Text.* enim in *d. cap. Si Clericus laicum,* 5. *de foro compet.* (qui pro hac parte adduci conſueuit) nequaquam eam firmat, contrarium potiùs ex illius depromitur verbis, quæ ſunt: *Si Clericus laicum de rebus ſuis, vel Eccleſiæ ſuæ impetierit, & laicus ipſas non Eccleſiæ eſſe, aut Clerici, ſed ſuas proprias adſeuerat; debet (de rigore iuris) ad forenſem Iudicem trahi: cum actor forum rei ſequi debeat.* Nequè argumentum à contrario ſenſu (quod ſic pro aduerſa ſententia formari poſſet; *Ergo ſi laicus conuentus res eſſe Eccleſiæ, vel Clerici non negauerit, ad iudicium Eccleſiaſticum trahi poterit*) hoc in caſu procedit: duplici præcipuè fundamento. Primò, quia per huiuſmodi argumentandi modum in preſenti abſonus induceretur intellectus, legumquè correctio, cum regula iuris ſit, *In ſuo quemlibet foro conueniendum*, vt text. idem ipſe, & alia in principio iura relata firmant. Vbi autem abſonus reſultat intellectus, legum vè correctio; argumentum à contrario ſenſu † nullo modo procedit, *text. in l. Conuenticula,* 15. *C. de Epiſcop. & Cleric. text. in l.* 2. *C. de condit. inſert. text. in cap. Anobis,* 28. §. *Nec obſtat* (ad quod eũ ibi ponderant *Abb. & Felin.*) extra *de ſentent. excomm. gloſ. in cap. Quanto,* 18. *verb. Immoderatas, de vſur. gloſ. in cap. Significaſti,* 18. *verb. Clerici, poſtmed. verſ. Sed ibi non habet locum argumentũ à cõtrario ſenſu, de foro compet. & ibid.* latè *Felin. num.* 13. *glo.* 1. *in cap. vnic. verſ. Sed ad primum dic, de ætat. qualit. lib.* 6. copioſè *Nicol. Euerar. in locis legalib. loco.* 82. *à contrario ſenſu, nu.* 4. *& ſeqq. Ludouic. Roman. in Auth. Similiter in* 19. *ſpeciali piæ cauſæ circa vltimas voluntates, C. ad leg. Falcid. Garſ. Maſtrill. dec.* 261. *n.* 101. *Gaſp. Anton. Theſaur. quæſt forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 87. *num.* 5. Deducituq; ex ſacra Scriptura *Geneſ. c.* 28. *Si fuerit Deus mecum, & cuſtodiuerit me in via, per quã ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum, reuerſusq; fuero proſperè ad domum patris mei; erit mihi Dominus in Deum.*

Secundò, quia verba *d. cap. Si Clericus laicum* narratiua ſunt, præter illa in eius fine adiecta, *Debet de rigore iuris ad forenſem Iudicem trahi, cum actor forum rei ſequi debeat.* ac ideò nihil de nouo diſponunt, † iuxta *Clement. fin. de ſentent. excomm. & in cap. Si Papa,* 10. *de priuil. lib.* 6. tradit *Ludouic. Roman. conſil.* 134. *nu.* 2. *verſ. Ex qua quidem narratione*, & pleniùs *conſil.* 191. vbi plurimos eiuſdem opinionis communemq; dicens refert *Addit. Ioſ. in l.* 2. *in* 2. *lectur. n.* 33. *C. de Sacroſ. Eccleſ. Cardin. Dom. Tuſch. pract. concluſ. lit. L. concl.* 274. *per tot.*

Nec affirmatio laici dicentis, res Eccleſiæ eſſe, ſi aliquo iuſto titulo ad ſe pertinere contendat, quidquam contra eum operabitur, vt ad Iudicem Eccleſiaſticum trahi poſsit: Nec à contrario ſenſu in iſto caſu arguere in verbis narratiuis, † licet, vt (poſt *Ioan. Andr. & Anton. de Butr.* ab ipſo relatos) obſeruant *Felin. in d. cap. Significaſti, num.* 13. *de foro compet. & Ioſ.* infra proximè referẽdus. Imò nec directè à verbis narratiuis Canonis, vel Legis arguere licet, *gloſ. in cap.* 2. *verb. Non teneris, ante med. verſic. Dic quod ibi factum narratur, vt lite pendente, lib.* 6. *& in cap. vnico, verb. Collationem*, poſt med. *verſ. Vnde per illa verba potiùs factum videtur narrari, de rer. permutat. eod. lib. gl.* etiam *in cap. Auditis,* 29. *verb. Ex poſt facto, in fin. verſ. Et quod dicit, de electione, & elect. poteſt*, tradunt plenè *Ioſ. in l. vni. C. quando non petent. part. num.* 22. *& Euerard. ſuprà, num.* 3.

Ex quibus, veram non eſſe deducitur ſententiam eorum, qui dicunt, aut ſupponunt, Clericum pro rebus ſuis, vel Eccleſiæ cõuenire laicum coram Iudice Eccleſiaſtico † poſſe (quorum multos præter ſuprà adductos refert *Camill. Borrell. in ſumma deciſ. tit.* 43. *n.* 137.) vt aduertit *Felin. in d. c. Si Clericus laicum, nu. fin. & in c. Cum ſit generale, ante n.* 1. *col.* 2. *ſtatim poſt princip. de foro compet.* vbi, pro rebus ſuis, vel Eccleſiæ, niſi in caſu ſacrilegii, vel quaſi, corã Iudice ſeculari fore conuenẽdum laicum, regulare profitetur, ſequitur *Ioan. Gutier.* (communem dicens) *Canonic. quæſt. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 7.

Ad-

Aduerſaquè ſententia data, violentia,
29 † dolo, vel fraude, poterit tantùm locum habere, tunc enim fori electione vti Eccleſiam poſſe, aduerſariumquè ſuum laicum ad Eccleſiaſticum forum Clericum trahere, notāt *Ioan. And. in d. capit. Cum ſic generale, Alexand. conſ.* 103. *in fin. lib.* 5. quos refert, & ſequitur *Matth. de Affict. deciſ.* 257. *num.* 2. *Didac. Couar.* (de communi atteſtans) *practic. quæſt. cap.* 7. *num.* 3.

Igitur non ex præfata Eccleſiarum, & pauperum æquiparatione fori electio; ſed paupertatis, miſerabilitatiſquè ratione pauperibus, miſerabilibuſquè concedi-
30 tur. Hos namque ſolos † prædicto gaudere fauore oſtendit *text. in d. capit. Super quibuſdam*, 26. *de verbor. ſignific.* aliiquè *ſuprà num.* 13. citati monſtrant.

Eccleſia autem, vel Clericus niſi pauper ſit, miſerabilis dici non poteſt. Miſerabiles enim ſuper quibus mouetur Na-
31 tura ad miſerendum, † dicuntur; vt inquit *Ioan. Andre.* quem refert, & ſequitur *Panormitan. in cap. Significantibus*, 38. *num.* 6. *de offic. & poteſtat. iud. delegat. Gregor. Lopez in d. l.* 48. *tit.* 6. *par.* 1. *gloſ. fin. poſt med.* Argutè *Ouidi. Metamorph. lib.* 8.

*Moliturque genus pœnæ miſerabile, ſi non*
*Ille ſuis eſſet nulli miſerabilis actis.*

Ac ideo miſericordiam miſeriæ vicinam, dixit *Seneca de Clement. lib.* 2. Vel quòd
32 fœlicitatem amiſerint, † ſecundum *D. Iſidorum in* 2. *etymolog. litera M*, latè *Palac. Rub. in repet. d. cap. Per veſtras*, §. 1. *verſ. Nota ſegundò, numer.* 7. Concinit, quod lugens cecinit *Ouid. Triſti. lib.* 4. *Eleg.* 10.

*Me quoque fœlicem, quòd non viuentibus illis*
*Sum miſer.*

Et lib. 5. Eleg. 8.

*Vilia qui quondam miſeris alimenta negarat,*
*Nunc mendicato pacitur ille cibo.*

Et ibid. Eleg. 2.

*Hinc ego dum muter, vel me Zanclea Charibdis*
*Deuoret, atquè ſuis ad Stygia mittat aquis;*
*Vel rapidi flammis vrar patienter in Aetnæ:*
*Vel freta Luccadii mittar in alta Dei.*
*Quod petimus pœna eſt (nec enim miſer eſſe recuſo)*
*Sed precor vt poſsim tutiùs eſſe miſer.*

Et eod. lib. Eleg. 7.

*Quam legis ex illa tibi venit epiſtola terra,*
*Latus vbi æquoreis iungitur Iſter aquis.*
*Scilicet vt ſemper quid agam chariſsime quæris,*
*Quamuis hoc vel me ſcire tacente potes:*
*Sum miſer, hæc breuis eſt noſtrorum ſumma malorum.*

Eccleſia autem, vel Clericus diues, miſerabilis perſona † dici non poteſt, cum
33 in eis ſuprà dictæ deficiant qualitates, ac per conſequens huiuſmodi conueniendi laicum coram Iudice Eccleſiaſtico ſpolio, vel rapina (vt diximus) ceſſante, denegādum ſit priuilegium. Quam ſententiam tenet *Didac. Couar. practic. quæſt. d. cap.* 7. *num.* 3. addens tamen, hoc in *Caſtellæ* Regno iam obtinuiſſe, dudumque receptum, quatuor mēdicantes Ordines, Sancti ſcilicèt Franciſci, S. Dominici, S. Auguſtini, & Carmelitarum, Monialiumvè Monaſterium, cuiuſcunque Ordinis, ac inſtituti, aut paupērum Hoſpitale, etiamſi Eccleſiæ illæ diuites ſint, poſſe in prima inſtantia laicum ad Curiam
34 Regis euocare. † Solùmq; quatuor Mēdicantium Eccleſias pro miſerabilibus (ad effectū de quo agimus) haberi; notat etiam *Thom. Valaſc. allegat.* 66. *numer.* 17. *& Barboſ. in remiſsionib. ad leg. Reg. Luſitan. lib.* 3. *tit.* 5. §. 3. *num.* 15. Senatum inſuper Portucalenſe id ad ſolos Mendicantes in communi bona non habentes, veluti Franciſcanos reſtrinxiſſe, addens.

Eccleſiamquè diuitem non niſi data rapina, vel violētia fori electione gaudere, miſerabilemvè dici, tenent *Sigiſmund. Scaccia de appellat. quæſt.* 7. *num.* 120. *& ſeqq. Camil. Borrel. in ſumma deciſ. titul.* 56. *num.* 29. licèt aliquos contrarium tenentes alleget *ibib. num.* 28.

Ex quibus facilè eſt iam intellectum ad *textum* conicere *in d. cap. Super quibuſdam*, 26. extra *de verbor. ſignific.* fori electionem nominatim viduis, pupilliſquè
35 concedenti, vt de pauperibus, † non etiā de diuitibus intelligatur. Cum hi (iuxta iam notata) verè, ac propriè miſerabiles

non

non dicantur. Ideoque nec aduerſarium laicum coram Iudice Eccleſiaſtico, niſi ob Iudicis ſecularis oppreſsionem, vel negligentiam, poſsint trahere. Docent ita *Felin. in d. capit. Significantibus, num. 4. de offic. & poteſt. iudic. deleg. & ibidem Abb. num. 6. & eius Addit. lit. B, Ioann. And. Cardin. & Imol. ibi. Iaſ. in l. Titiæ textores, num. 6. D. de legat. 1. Auguſt. Bero. conſ. 74. numer. 20. lib. 3. Practic. Marant. 4. par. diſtin. 11. num. 9. Cornel. Beninca de paupert. quæſt. 4. num. 12. Petr. Cened. d. quæſt. 14. numer. 4. Sigiſmund. Scacci. de iudic. lib. 1. cap. 12. numero 17. Adrian. Negũſan. in ſylua reſponſor. quæſt. 186. num. 5.* communem, nec ab ea recedendum, hanc dicens.

Et in terminis *d. l. vnic. C. quando Imperat. inter pupil. & vidu.* † (cuius tamen diuerſa aliquantulum ratio, vt infrà dicenda monſtrabunt) hanc tenuere ſententiam *Paul. Caſtrenſ. Innocen. Specul. Alexand. Abb. Afflict. Rebuf. Tiraque.* & alii relati per *Franciſc. Viui. deciſ. 521. lib. 4. num. 7.* communemque dicit *Franciſc. Ripa in l. 1. verſ. Vltimò dubitatur, D. ſolut. matrim.* relatus à *Vincenc. de Franchis deciſ. 100. num. 19.* probat (communem, veriorem, iuriſque indubitatam concluſionem aſſerens) *Roland. à Valle conſ. 20. poſt numer. 12. cum ſeqq. lib. 2. Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 3. Ordinam. verbo, Pobres, verſ. Item quia vidua, & verſ. In contrarium, Cardinal. Dominic. Tuſch. practi. concluſ. lit. V. concluſ. 203. in prin. Ioan. Baptiſt. Marcheſan. de commiſsion. tit. de commiſsione auocationis cauſar. §. 2. par. 2. numer. 26. in fin.* vbi, quòd ad hoc vt quis verè, & propriè miſerabilis dicatur actus requiritur, & habitus, nec alterum ſine alio ſufficere, vt dicto priuilegio locus ſit, firmat, & *numer. 27. & ſeqq.* præcipuè *numer. 31. Marta deciſ. ſiue vot. 209. num. 5.*

36

Contrariam licèt in iſto caſu tenuerint ſententiam *Alex. Bald. Nouel. Ioan. Lup. Andre. Gail. Afflict. Couar. Theſaur. Azeued. Vincent. de Franch.* & plurimi alii, quos refert, & ſequitur *Ioann. del Caſtillo controuerſ. lib. 3. cap. 25. num. 25. verſ. E contrario, Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 66. num. 11. & 12. Marc. Anton. Natta conſ. 590. lib. 1. Franciſc. Milaneſ. deciſ. 5. numer. 2. lib. 2. Ioan. Maria Nouar. in praxi election. & variat. fori, quæſt. 5. num. 3. & quæſt. 7. num. 2.* & hanc magis communem, quotidieque eam Signaturam amplecti, dicit *Ioan. Baptiſt. Marcheſan.* loco iam relato, latè firmat, defenditque *Franciſc. Viui. deciſ. 521. nu. 8. & ſeqq. d. lib. 4. Paul. Friſc. in ſingul. ſuis, lit. V, num. 29. Bernard. Graua. concluſ. pract. Cam. Imperia concluſ. 1. conſider. 1. numer. 4.* Quodque etiam ditiſsimus dici miſerabilis poſsit, † oſtendit *Ouid. Metamorphoſ. lib. 11.* de Rege potentiſsimo Mida loquens.

37

*Siue dapes auido conuellere dente parabat;*
*Laminafulba dapes admoto dente premebat.*
*Miſcuerat puris authorem muneris vndis:*
*Fuſile per rictus aurum fluitare videres.*
*Attonitus nouitate mali diueſque, miſerque,*

Sed quãuis adeò dubia hæc ſit quæſtio, vt impoſsibile penè reputetur, quæ earũ ſententiarum verior, aut receptior ſit quoad *d. legis vnicæ, C. quando Imperat. inter pupil. & vid.* priuilegium, fauoremque ſecernere: Vtrùm ſcilicet vidua, vel pupillus diues poſsit aduerſarium in prima inſtantia ad Curiam trahere Regiæ? Quoad caſum verò *d. capit. Super quibuſdam*, facultatem miſerabilibus concedentis, vt aduerſarios ſuos laicos ad Iudicem Eccleſiaſticum poſsint trahere: omnino pauperes eſſe requiritur: aliàs enim quãcunque vidua, vel pupillus diuites, miſerabiles dici poſsint, vt fauore *d. l. vnicæ frui debeant*, veraque hanc tenentium ſententiam foret opinio: non tamen *dicti cap. Super quibuſdam* (ſpolio oppreſsione, iudiciſque ſecularis negligentia dempta) gauderent fauore: † illis namque ceſſantibus, de foro ſeculari vidua, pupilluſq; dicuntur, *text. in cap. Regnum, 23. quæſt. 5.* not. *gloſ. in d. cap. Significantibus de officio, & poteſt. iudic. deleg.* tradit (hãc inter iudiciũ ſeculare, & Eccleſiaſticum diſtinctionem approbans) *Marc. Anton. Natta d. conſ. 590. poſt nu. 9. Franc. Viu. d. deciſ. 521. num. 13.* vbi latè *Ioan. Bapt. Marcheſan. d. tit. de commiſsione aucca. cauſar. §. 2. part. 2. numer. 31. colum. 4. in fine.*

38

Firma igitur concluſio manet: Poſſe pauperem aduerſarium ſuum ad iudicium Eccleſiaſticum trahere, neque id pupillo, vel viduæ, ſi diuites ſint, concedi. Quæ &

39 de iure Regio, † ſtantequè *d.l.* 10. *tit.* 1. *lib.* 4. *nouæ Reg. Collect.* (ſtatuente: *Que ningun lego ſea oſado de mandar citar, ni emplaçar a otro lego delante del Iuez de la Igleſia ſobre deudas, ò coſas profanas a la Igleſia no pertenecientes*) procedet. Quia
40 cauſæ pauperũ, dicuntur pię, † (vt latè *in præfatione* annotauimus) ac per conſequens ad Eccleſiam pertinent, earumquè reſpectu, etiam in laicos Epiſcopus iuriſdictionẽ habet; *text. in l.* 1. (*& ibi Bald.*) *C. de Epiſcop. Aud. c.* 1. (*& ibi Abb. Anton. de Butri. & Hoſtienſ.* non valere cõſuetudinem in contrarium dicens) extra *de empt. & vendit. gloſ. fin. in capit. Relatum*, 11. *de teſtam. Andre. Tiraque. de priuileg. piæ cauſ. priuileg.* 149. *Stepha. Aufrer. de poteſtat. Eccleſiaſt. ſuper laicos, num.* 3. *Didac. Couar. in d. cap. Relatum, num.* 22. Et ſecundum conſtitutiones Canonicas cauſa pia tractanda eſt, *text. in d. cap. Relatum & ibid. Didac. Couar. d. nu.* 22. *Petr. Surd. de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 9. *num.* 4. Et in cauſis pauperum, ac miſerabilium perſonarum prævalere Canonẽ legi, etiam in foro ciuili, tenet (poſt *Anton. de Butr. & Aretin.* quos allegat) *Petr. Rebuf. de ſentent. prouiſ. d. art.* 3. *gloſ. vlt. num.* 30.

Ideoquè Canonica conſtitutio laicis pauperibus fori Eccleſiaſtici electionem concedens, ſeruari debet. Neque *text. in d.l.* 10. in cauſis ad iudiciũ Eccleſiæ pertinentibus (vt ſunt piæ) loquitur; quinimò eas nominatim excludit, à contrario ſenſu, in illis verbis: *A la Igleſia no pertenecientes.* Nec ſtatutum laicorum ad piã
41 cauſam † ſe extendit, nec leges ſuper rebus ad pias cauſas pertinentibus, vel piis actibus deputatis factæ, niſi authoritate Eccleſiæ cõfirmentur, valent, vt (ex *text. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ*, 10. *de conſtitut. & in cap. Benè quidem*, 96. *diſtin.* cum ſimilibus) dixit, defenditquè in ſimili eleganter *Alexand. conſ.* 105. *numer.* 9. *& ſeqq. lib.* 4. incip. *Viſo, ac diligenter conſiderato*, latè *Petr. Rebuf. ad conſtit. Gal.* 3. *part. tract. vt laici non conueniantur coram iudicib. Eccleſiaſt. numer.* 2. *& ſequentib.*

Nec ſi poteſtas adeſſet, quoad hunc caſum, per *dict. leg. Regiam* conſtitutio læderetur Canonica. Tùm ex iam perpenſis *dictæ legis* verbis: Tùm quia per generalem prohibitionẽ ſpeciale non corrigitur
42 ius, † *gloſ.* 1. (cõmuniter approbata) *in l.* 3. *C. de Silẽtiariis, & Decurionib. lib.* 12. & tradunt plurimi, quos refert, & ſequitur *Ioann. Gutier. practic. quæſt. libro* 3. *quæſt.* 29. *num.* 19. qui prædictam ſententiam in terminis *d.l. Regiæ* tenet, & defendit, ex *num.* 2. *cum ſeqq. per tot. & lib.* 1. *practic. quæſt.* 44. *per tot.* & latiùs Nos infrà, præcipuè *num.* 57. & 58.

Et licèt *Illephonſ. de Azeued. in d.l.* 10. *num.* 44. *& ſeqq.* contrarium tenere ſit auſus, trepido tamen, ancipiti, & titubanti animo iudicium ſuum protulit: in caſu pręcipuè, quo pauper pro aliqua re ſibi in teſtamẽto relicta ageret. Dixerat enim *ipſe ibi num.* 43. Relicta ad pias cauſas, etiam dicta lege ſtante, coram Iudice Eccleſiaſtico aduerſus laici hæredes peti poſſe; quia relicta ad pias cauſas ſpiritua-
43 lia reſpiciunt, † ex ſententia *Alexand.* quem ſuprà retulimus *num.* 10. *& Couar. in d. cap. Relatum, el* 1. *d. num.* 22. Poſtmodum tamen *num.* 49. tenere intendit, ſi à laico legatum ſit rei profanę relictum, Iudicis ſecularis negligentia non data, abſque *d. legis* pœna laicum cui legatum factum eſt, teſtatoris hæredem coram Iudice Eccleſiaſtico conuenire non poſſe. Ea motus ratione; quia res profana relicta eſt, & quia ſuper tali legato poteſt ſecularis Iudex, tamquam ſuper re mixti fori adiri; ac ideo dum coram ſeculari Iudice peti poteſt, non eſſe Eccleſiaſticum adeũdum. Cuius prima ex eo deſtituitur ratio: Quia licèt legatum ſit rei profanæ, ſi tamen pauperi fiat, ſpiritualia reſpicit, remiſsionemquè peccatorum, vt inquit *Alexand. in d. conſil.* 105. *num.* 10. *lib.* 4. Ideoque meritò Eccleſiaſticus Iudex, ſecularis etiam negligentia ceſſante, adiri poterit, eritque competens, cum ſuper huiuſmodi cauſis ad eum etiam pertineat cognitio, vt & iam oſtendimus, *& ipſemet* inſinuat *Azeued.*

Secunda ex eo, quia fauor piæ cauſæ is eſt, vt actor cui competit, fori vtatur electione, quem nec lex abſtulit, nec voluit auferre (ne non potuiſſe dicamus.) Nec congruum ſui dicti fundamentum video, nec *Capellæ Tholoſanæ quæſt.* 215. vt benè aduertit pro hac parte *Gutier. dict. quæſt.* 29. *num.* 13. *verſ. His igitur.*

Item, quia ipſe idem *Azeued.* ſuã quoque limitat ſententiam *ibidem*, quando
44 alicui pio loco, † Eccleſiæ, Capellæ, vel Hoſpitali authoritate Epiſcopi conſtructo, vel pro Miſsis, aut anniuerſario dicẽdis,

dis, Cruce, vel Calice reparandis, legatum fieret, vt abſque *d. legis* pœna coram Iudice Eccleſiaſtico hæc peti poſsint, ex ſententia *Guidonis Papæ quæſt. 576. nu. 2.* (quem *num. 4.* debuit allegare) & in hoc ſequitur eum *Gutier. d. quæſt. 29. nu. 15.* ob maiorem, quam dicit in hac ſpecie rationem ineſſe; nempè, pro pia cauſa, pro religione, & pro re ad Eccleſiã pertinenti. Sed neque in his (quantum coniicere poſſum) eſt maior, quàm in relictis pauperibus ratio: imò in eis potentior vi-
45 detur. Cum pauperes fabricæ viuæ, † quæ Eccleſię reparationi præferri debẽt, reputentur, vt inquit *Marc. Antoni. Genuenſ. in practicabilib. Eccleſiaſtic. quæſt. 248. numer. 4.* pro quorum ſubuentione Eccleſiæ res poſſunt, debentque (ſi neceſ-
46 ſitas poſtulet) alienari, † vt *quæſt. 22. nu. 41. & ſeq.* diximus. Vndè non magis in illis, quàm in his pietatis, ac religionis, ratio videtur vrgere, parq; ſaltem pietas, ac
47 religio eſt, pauperibus, † vt Eccleſiæ relinquere. Probaturquè ex eo *Matthæi 19. & Mar. 10.* vbi Chriſtus Dominus iuueni illi vt venderet omnia, quæ habebat, pauperibuſquè erogaret, nec tam in templi ornatum conuerti, quàm in pauperum vſus, conſuluit. Vltima denique ratio fortior non videtur. Neque enim ex eo quòd res, vel pecunia relinquatur, aut debeatur Eccleſiæ, deſinit eſſe profana.
48 Cum diuitiæ, † bona corporalia, fundi, domus, & aliæ res, quæ à Deo ad tempus hominibus dantur (id eſt, dũ in hoc ſeculo viuũt) profana dicantur, vt (poſt *Rebuf.* ibi relatum, multiſquè iuribus firmans) tradit idem ipſe *Azeued. d. l. 10. num. 43.* Quæ non ideo, quòd Eccleſiæ relinquãtur, profanarum naturam amittunt, imò eam retinere decidit in terminis *AEgid. Bellamer. deciſ. 536. tit. de reſtit. ſpoliat.* Nec per conſequens eius rei cognitio (niſi alia ratione ad Eccleſiaſticum pertineat) ad illum (vt diximus) perducetur.

Vndè, ſi pro legato pio loco relicto, vel aliis ſuprà dictis caſibus poteſt Iudex Eccleſiaſticus aduerſus laicum adiri: idem quoquè & pro legato pauperi facto, in quo eædem militant rationes venit aſſerendum. Prædictamquè ſententiam (abſq; *d. l. Regiæ* pœna pro legato ſibi relicto poſſe pauperem laici hæredem corã Eccleſiaſtico, etiam ſecularis non data ne-
49 glegentia, conuenire) † multis mediis, rationibus, & argumentis firmat *Ioan. Gutier. d. lib. 1. practic. quæſt. 44. per tot. & d. lib. 3. quæſt. 29. per tot.* vbi cõtrariis, *Azeuedi*què obiectionibus plenè ſatisfacit. Qui tamen *d. quæſt. 29. numer. 30.* ſententiam hanc in dote, vel alimentis pau-
50 peri in teſtamento † relictis procedere intelligit, tuncq; Iudicem Eccleſiaſticũ competentem contra laicum eſſe, non ſolùm ſi de his incidenter; ſed ſi principaliter, & ad inſtantiam partis agatur, firmat; ſecùs in alimentis, vel dote à lege, vel per contractum debitis, pauperibuſvè promiſsis; timore eius, quod *Azeued. in d. l. 10. num. 44. & 45.* dicit: Pro dote, vel alimentis principaliter petitis, non poſſe
51 laicum coram Iudice Eccleſiaſtico, † etiamſi pauperi promiſſa ſint, attenta d. legis 10. diſpoſitione, conueniri contendens; etſi de iure communi recepta ſententia fuiſſet, dotis, vel alimentorum cauſam mixti fori eſſe: † adducitque pro ſe
52 *Ludouic. Molinam de Hiſpanor. primog. d. lib. 2. cap. 15. num. 75. & 76.* qui receptam teſtatur ſententiam, poſſe Iudicem Eccleſiaſticum inter laicos ſuper alimentis, & dote cognoſcere, licèt ſibi veram non videri aſſerat. niſi cauſa dotis, vel alimentorũ ad cauſã ſpiritualẽ, de qua principaliter agitur, incidens ſit, & quòd aliter apud Suprema nõ ſeruaretur Tribunalia; quod veriſimum, ac purã veritatem, tenendam in iudicando, & conſulendo, dicit *Antoni. Gomez in l. 53. Tauri, num. 53.* & poſt eum *Ioann. Gutier. in d. quæſt. 44. num. 9.* ex eo, quia tũc merè ſeculari, ad Iudicemquè ſecularem pertinens cauſa eſt.

Quæ tamen dubietas, cum an doti, vel alimentis ſimpliciter huiuſmodi priuilegium fori Eccleſiaſtici eligendi conceſſum ſit, quæritur (cum profana dicantur, nec huiuſmodi fauor lege aliqua, vel Canone expreſſè eis conceſſus ſit, ſolùmquè Doctorum opinione nitatur) locum poterit habere: Quod verò pro dote, vel alimentis, aliiſvè etiam non ita priuilegiatis pauperi debitis poſsit pauper aduerſarium ſecularem ad Eccleſiaſticum iudicium trahere; opinionibus ſolùm Doctorum non nititur, ſed expreſſa iuris determinatione *d. cap. Super quibuſdam, 26. in fin. de verbor. ſignific.* pietatis, commiſerationiſque ratione fulcitur; quæ in dote, vel alimentis non pauperi debitis nequaquam militat, vt plenè ſuprà oſtendimus. Nec *Ludouic. Molina* in dote, ali-

men-

mentiſvè pauperi debitis nominatim loquitur. Neque huic reſolutioni contradicere videtur *Anton.Gomez d.nu.53.in*
53 *fin.* † ſibi diſplicere dicens aliquorum Doctorum diſtinctionem, firmantiũ, prædictam opinionem, *in cauſa dotis poſſe adiri Iudicem Eccleſiaſticum*, quando vidua pro dote ſoluto matrimonio agit, procedere, quia miſerabilis eſt perſona, argument. *text.in cap.Significantibus, de offic.deleg.* Secùs quando conſtante matrimonio propter inopiam viri mulier contenderet: in neutro caſu poſſe principaliter pro dotis cauſa Iudicem Eccleſiaſticũ adiri indiſtinctè tenens. Quia non adhùc de muliere loquitur paupere, licèt de vidua loquatur, quæ verè, & propriè ob ſolam viduitatem miſerabilis non dicitur, nec fori Eccleſiaſtici electione gaudet, quamtumuis ad trahendum aduerſarium in prima inſtantia ad Regis Curiam ſola (vt diximus) viduitas potens ſit. Quare in puncto iuris hanc veram omnino, ac tenendam ſententiam puto.

Mouetur prætereà *Gutierrez* ad præfatam diſtinctionem faciẽdam inter alimẽta, vel dotem promiſſam, aut debitam per contractum, aut legem, vel vltimam volũtatem: Tùm ratione pietatis: Tùm quia hoc legatum pium relinquitur in teſtamento, cuius eſt executor Epiſcopus, mixtiquè fori talem cauſam eſſe, idquè legem Regiam non correxiſſe dicit.

Sed (vt verum fatear) diſtinctionem
54 hanc ſolido niti fundamento † non ſentio, nec efficacem conſtitui inter vtrumq; caſum diſcriminis rationem poſſe exiſtimo. Quia *text.in d.cap.Super quibuſdam*, priuilegium eligendi forum Eccleſiaſticum pauperibus, ac miſerabilibus non ſolùm in alimentorum, vel dotis cauſa; ſed etiam in aliis indiſtinctè concedit: cum priuilegium hoc non tam reſpectu cauſæ de qua agitur; quàm perſonæ concedatur, pietatis, miſerationiſq; ratione, quæ in vtroque pariter militat caſu.

Nec ſecundum *Ioannis Gutierrez* fundamentum, quod ſcilicèt Epiſcopus eſt executor teſtamenti, firmitatem illius diſtinctioni addere videtur. Quòd enim Epiſcopus executor teſtamentorum ſit, non tam prouenit ex aliquo Epiſcopali priuilegio, quàm ipſiusmet cauſæ, ratione pietatis quam in ſe continet, quæ adtribuendam Epiſcopo, Iudicivè Eccleſiaſtico inter laicos iuriſdictionem (vt ex iam dictis conſtat) potens eſt. Epiſcopus enim pro legatis ſaltem non piis in teſtamento relictis exequendis, non poterit ſe inter laicos ad petitionem partis ante hęredis, vel executoris teſtamenti moram
55 vnius anni † à die inſinuationis teſtamẽti intromittere; iuxta *text. in Auth. Hoc amplius, C.de fideicommiſ. & in Auth. de hæredib. & Falcid. §.Si quis autem non implens, collat.1. & in l.6.tit.10. part.6.* quæ annum à morte teſtatoris computat, poſt quod tempus poterit Epiſcopus, vel Iudex Eccleſiaſticus authoritatem, officiumquè ſuum in his interponere, teſtantiumquè voluntates ad effectum perducere; *text.in cap.3. de teſtam. gloſ.in cap. Si hæredes, 6.verb.Adimpleuerint, eod.tit. vbi Didacus Couarr.n.4.* & communiter Doctores, *Ioann.Gutier.d.lib.1. practic. quæſt.44.num.4. Ioan.Matienzo in l.14. tit.4.lib.5. nouæ Reg.Collect.gloſ.1.num. 45. P. Ludouic. Molin. de iuſtit. & iure, tractat.2.diſput.251.numer.2. & 3. Petr. Cened.d.quæſt.14.numer.2. Borgnin.Caualcan.deciſ.Fauiz.3.num.21. & ſeq p.1.* Ante huiuſmodi verò tempus, ſi pars velit ſibi legatum non pium ſolui, Iudicem laicum adire debebit, cum legatũ ipſum profanum ſit, cuius eſt iudex competens laicus.

Ex quibus deducitur, Epiſcopo, vel Iudici Eccleſiaſtico iuriſdictionem inter laicos non ratione teſtamenti executionis, ſed ratione pietatis poſt dicti anni lapſum ob hæredis, vel executoris negligentiam, & contumaciã competere, quia pium eſt defunctorum voluntates adimpleri, ac per conſequens vbi eadem pietatis ratio extiterit, etiamſi de adimplendo teſtamento nõ agatur, ſed in aliis actibus in quibus piæ cauſæ fauor vertitur, vt in noſtro, quando pauper ſibi præſtanda alimenta, ſiue ex contractu, lege, vel teſtamento contendit, Iudex Eccleſiaſticus adiri à laico paupere poterit, piæ cauſæ fauore ſuadente.

Prætereà argumenta, & rationes per *Ioann.Gutier.d.quæſt.29. & 44.* adductæ ſic in vno, quàm in alio militant caſu, ex eiſque conſtat *d.legem Regiam* impedimento dicti capitis *Super quibuſdam* cõſtitutioni, Doctorumquè traditioni ſuprà relatæ non eſſe; nec *dictæ legis* prohibitionem pauperes comprehendere.

Quod deinde firmo, quia licèt prædictæ legis prohibitio, ſeu diſpoſitio generalis

ſalis foret, ac ideo generaliter intelligen-
56 da, † iuxta vulgarem regulã *tex. in l. De pretio*, 10. *D. de Publician. in rem action. text. in leg. 1. §. Generaliter*, *D. de legatis præſtand. & in l. In fraudẽ*, 16, *§ fin. D. de milit. teſtament. & in l. 1. §. Quod autem*, *D. de aleæ luſu, & aleator.* & tradunt *Iaſon in l. Non dubium*, *numero* 38. *C. de legibus*, *Ioann. Crot. in l. Omnes populi*, *numero* 166. *D. de iuſtit. & iure*, *Aymon Craueta conſilio* 84. *numero* 13. *Alderan. Maſcarà. in tractat. ſtatut. concluſione* 5. *numero* 2. *Cardinal. Tuſchus litera L. concluſione* 262. (licèt per errorem numerata non ſit) *Franciſc. Becci. conſilio* 16. *numero* 4. *& conſil.* 87. *numero* 4. *Petr. Surd. conſil.* 271. *numero* 28. *& de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 19. *num.* 4.

Aduerſus tamen pauperes regulam
57 hanc non procedere, † neque eos ſtatutum, legemvè generalem comprehendere; firmat idem ipſe *Maſcard. d. loco*, *numero* 99. *limit.* 23. addens, quòd ſi extaret (prout extat ſtatutum Sarzaniæ) de bonis communibus non poſſe donari, remitti, &c. nihilominùs ſi de dando, vel remittendo aliquid pauperi tractetur; donationẽ, remiſsionẽquè valere, prout quotidie obſeruari teſtatur in practica in dicta ciuitate Sarzaniæ eleemoſynas (maximè pro maritandis puellis, non obſtante tali ſtatuto) erogando, argument, *text. in l. Iudices*, 10. *& l. Tam de mentis*, 21. *C. de Epiſcop. Audien. l. Illicitas*, 6. *in fin. D. de offic. Præſid.* & alior. iurium, quæ ibi adducit. Quòdque diſpoſitio quãtũque generalis ſit, pauperes non comprehendat; tenet etiam *Sebaſtian. de Medic* (poſt *Alexand. & Mandoſ.* quos refert) *in tract. de caſib. fortuit. 2. part. quæſt.* 4. *num.* 25. *& de regulis iuris*, *regula* 1. *num.* 79. *Hieronym. Gigas de penſionib. quæſt.* 80. *num.* 2. *Petr. Royz Maur. deciſ. Lituan.* 4. *num.* 303. Semperquè in quacunque diſpoſitione generali, paupertatem videri excepram, docent *Antonin. Theſaur. de erroribus. cap.* 36. quem refert, & ſequitur *Vincent. Carot. de locat.* 1. *part. titulo de fructi. & liti. expenſ. quæſtione* 8. *numer.* 12. *prope med. folio mihi* 24. firmatquè etiam hæc dicta à *Nobis quæſt.* 47. *nu.* 7. *& ſeqq.*

Hinc, nec priuilegia pauperibus,
58 aut miſerabilibus perſonis conceſſa per clauſulam *Non obſtantibus*, niſi de his expreſſa fiat mentio, reuocari, tenent *Cynus*, *Alexand. & Roman.* quos refert, & ſequitur *Petr. Rebuf. tit. de ſentent. prouiſ. art.* 3. *gloſ. vlt. num.* 34.

Duo tamen vt principalis reſolutio procedat, concurrant, neceſſe eſt. Alterum, vt pauper contra pauperem non
59 experiatur: † ſi enim duo pauperes litigent, neuter huiuſmodi priuilegio poterit gaudere, iuxta regulam *text. in leg. Verum*, 12. *§. Item quæritur*, *D. de minoribus, & in l. Sed & milites*, 10. *D. de excuſation. tutor.* tradit latiſsimè (in ſpecie *dict. leg. vnicæ*, *C. quando Imperator inter pupill. & vid.* poſt plurimos à ſe relatos) *Didac. Couarrub. practicar. quæſt. capite* 7. *numero* 4. *&* 5. *Gregor. Lopez in l.* 5. *titulo* 3. *part.* 3. *gloſ. mag. anteſin. verſiculo*, *Sed quidſi vnus priuilegiatus*, *Azeued. in l.* 8. *titulo* 3. *numero* 7. *lib.* 4. *nouæ Reg. Collect. Caſtil. controuerſ. lib.* 3. *capite* 25. *numero* 28. *Thom. Valaſc. allegatione* 65. *numero* 38. *Vincent. de Franchis deciſione* 188. *per totam*, *Alexand. Trentacinq. variarum reſolution. libro* 2. *titulo de citationibus*, *reſolution.* 2. *numero* 18. *Antonin. Theſaur. deciſione* 177. *numero* 9. *Sigiſmund. Scacci. de appellationib. quæſtione* 7. *numero* 128. *Carauit. ritu* 228. *numero* 2. *in fin. & numero* 3. *Ioann. Baptiſt. Marcheſan. in tractat. de commiſſionibus*, *part.* 2. *de commiſ. auocat. cauſ. §.* 2. *nu.* 32. *verſ. Sed quid ſi vidua*, qui *num.* 79. (ex ſententia *Petri Foller. in pract. crimin. num.* 105. ibi adducto) limitat, vbi alter ex miſerabilibus perſonis proprio iure; alter verò ex iure
60 ceſſo † ageret: iure namq; proprio agẽs priuilegio ſuo aduerſus alium iure ceſſo priuilegiatum, vtitur.

Vndè paſsim aduertere licet, miſerabilibus perſonis priuilegium eligendi Principis forum competere, etiamſi ceſsionario
61 † nomine veniant. *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 66. *numer.* 35. *Vincent. de Franch. deciſ.* 195. *Carauit. ritu* 228. *nu.* 5. *Burg. de Laudi. par.* 3. *inſpect.* 4. *nu.* 9. quos refert, & ſequitur *Marcel. Couerſa. in annotat. ad ſingul. Nicol. Intriglio. ad lib.* 2. *ſingul.* 101.

Alterum, & ſecundũ requiſitũ eſt, vt is qui fori priuilegio frui vult, paupertatem
62 ſuã (tamquã ipſius fundamẽtũ) probet, † ex latiſsimè *quæſt.* 5. *nu.* 11. *& quæſt.* 39. *n.* 53. à Nobis deductis.

Ad idq; ſummaria, per vnum teſtem, †
63 & etiam parte non citata, videtur ſufficere probatio, ſicut in caſu *dict. l. vnicæ*,

vt caſum Curiæ facere poſsit, diximus *quæſt. 5. num. 16.*

Quæ autem paupertas in hoc caſu ſufficiens ſit, vt pauper fori Eccleſiaſtici electione gaudere poſsit: iudicis erit in arbi-
64 trio, † vt in terminis *d. l. vnic. C. quando Imperat. inter pupil. & vid.* etiam hodie tenet *Gregor. Lopez in l. 20. tit. 23. par. 3. gloſ. 2. Didac. Couar. pract. c. cap. 7. num. 3. in fin. Caſtillo controuerſ. lib. 3. d. cap. 25. num. 15. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 65. per tot.* maximè *numero 7.* Procedereque etiam in habente ſuſtentationem, non tamen pro ſui qualitate, & conditione decentem; pluribus relatis notat *Emman. Barb. in remiſsion. ad leg. Reg. Luſitan. lib. 3. tit. 5. §. 3. num. 9. 10. 11. & 12. Franciſc. Viui. deciſ. 521. num. 16. lib. 4.* Idque verum in ſpecie, & caſu noſtro erit, cum & tunc fauor pię cauſę verſetur, vt latè *quæſt. 4. num. 40. 41. & ſeqq.* oſtendimus.

Quoad primum tamen deſideratum requiſitum ad *d. l. vnic. C. quando Imper. inter pup. & vid.* materiam, vnum ſatis notatu dignum, quod poſt hęc ſcripta per *Sabaudiæ Senatum* iudicatum apud *Anton. Fabr. definit. lib. 3. tit. 13. defini. vnic.* reperii, non potui non adiicere. Viduam nempè pro dotis repetitione ad-
65 uerſus pupillos agentem † habere Senatum primum Iudicem poſſe, cum duplici fruatur priuilegio, perſonæ ſcilicèt, & rei, in quo pupillum perſonæ tantùm fauore gaudentem excedit.

## VTRVM PAVPER QVI ſatiſdare non poteſt, nec fideiuſſorem inuenit, quando ſatiſdatio requiritur, iuratoriam cautionem præſtando ſatisfaciat?

## *SVMMARIVM.*

1 Iuratoria cautio non ſufficit vbi lex ſatiſdationem requirit, etiamſi ob impotentiam, vel paupertatem ſatiſdatio præſtari non poſsit, & num. 2. & ſeqq. Contra, num. 13. & ſeqq.

2 Præceptum legis debet in ſpecifica forma adimpleri, ibid. d. nu. 2. Intellige vt nu. 16. & 37.

3 Cautio iuratoria non dicitur ſufficiens, neque idonea cautio, vbi præcipuè de neceſsitate, & de ſubſtantia actus præſtanda eſt, & num. 4.

5 Satiſdatio in vſufructu eſt de ſubſtantia actus, requiriturque pro forma, nec iuratoria ſufficit in eo cautio. Contrà numero 29. 33. & ſequentibus, vſque ad numerũ 38. Intellige vt numero 30.

6 Naturalia non mutantur ob paupertatem, nec eius ratione poteſt à ſubſtantia rei, vel actionis recedi.

7 Intellectus ad *text. in d. Authent. Quæ ſupplicatio, C. de precib. Imperat. offerẽd.* Et an in eius caſu iuratoria cautio locum hebeat? & numero 26. & 45.

8 Intellectus ad *text. in l. 4. tit. 21. lib. 4. nouæ Reg. Collect.* & ad *leg. 2. & 19. eod. tit. & lib.* & num. 9. 10. 28. 40. 44. & 45.

11 Et ad *text. in l. 2. tit. 3. lib. 2. fori leg.* & num. 40.

12 Et ad *l. 6. tit. 4. par. 3. verſ. E deſpues que los Iuezes, & in l. 23. tit. 7. libro 5. nouæ Reg. Collect.* & num. 40.

13 Cautio iuratoria ſufficit quoties ob paupertatem ſatiſdatio cum fideiuſſoribus, vel pignoribus præſtari non poteſt, etiam quando voluntariè quis fideiuſsionis nexui ſe adſtrinxit, etiamq; in actu iurato, & ſiue à lege, ſiue ab ſtatuto ſatiſdatio requiratur.

Et tam in actionibus bonæ fidei, quàm ſtricti iuris, num. 19.

Et tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, num. 20.

14 Fideiuſſorem inuenire, in quolibet difficile eſt.

15 In paupere impoſsibile penè reputatur.

Difficultas magna impoſsibilitati cõparatur, ibid.

16 Lex ſatiſdationem requirens, modò fideiuſſor haberi poſsit, intelligi debet.

17 Impotentia fideiuſſorem inueniendi per iuramentum probatur. Et qualiter præſtandum ſit?

18 Pauper qui ad cautionem iuratoriã admitti deſiderat, duplex præſtare debet iuramentum; alterum de impotentia inueniendi fideiuſſorem: alterum

de

de obſeruando omnia ad quæ tenetur.

21 Maritus de non offendendo vxorem, quando ab eo timet vxor propter illius ſeuitiam, vel aliã cauſam offendi, cauere tenetur.

Et ſimiliter inimicus inimico, qui timet ab eo offendi, ibid.

22 Maritus, vel inimicus pauper, cautionem iuratoriam præſtando de non offendendo, ſi bonę, & honeſtæ famæ ſit, ſatisfacit: ſecùs ſi deprauatę, & numero 23.

24 Quando cautio iuratoria de non offendendo, ſufficiens ſit, Iudicis relinquitur arbitrio.

25 Intellectus ad *text. in l. 1. tit. 20. lib. 4. nouæ Reg. Collect.*

Suplicans à ſententia reuiſionis, an cum cautione iuratoria, ſi ob paupertatem fideiuſſores quingentarum duplarum non inueniat, admittatur? ibid. & num. ſeqq. vſque ad num. 40.

27 Cautio iuratoria an vbi de arctando aliquem ad dandum agitur, ſufficiat? & num. ſeqq. vſque ad num. 33.

31 Credi non debet ei, cuius ſunt reprobati mores.

32 Intellectus ad *text. in l. Continuus, 137. §. Illud, D. de verbor. oblig.*

34 Omiſsio eius quod eſt de ſubſtantia, vel forma, actum annullat.

35 Vſusfructuarius poterit vſumfructum habere, fructuſquè ſuos facere non data ſatisdatione ſi petita non ſit.

36 Cautio iuratoria, quando fideiuberi non poteſt, in locum fideiuſſorię cautionis ſuccedit, eiuſque naturam ſapit.

37 Propter omiſsionem formæ, ſi impleri non valet, non vitiatur actus, ſufficitque eo modo quo poteſt, impleri.

38 Regium Senatorem recuſans certam debet deponere pecunię quantitatem, amittendam, ſi recuſationis cauſam non probauerit.

39 Pauper hoc in caſu ſummam aliquã deponere non tenetur, ſufficitquè ſi pro ea ſe obliget ſoluturum cum poſſit, ſi in recuſationis articulo victus fuerit.

40 Intellectus ad *text. in l. Si conſtante, 25. §. Quoties, D ſolut. matrimon. in l. Poſtquam, 5. §. Imperator, in fin. verſ. Poſſeſſio autem, D. vt legat. ſeu fideicommiſ. nom. cauet.* & ad *text. in l. Filiusfam. 117. §. Diui, el 1. verſ. Iidem Principes, D. de legat. 1.* & nu. 42. 43. & 44.

41 Intellectus ad *text. in l. 2. C. de tut. & curator. qui ſat. non ded.*

Cautio iuratoria an admittatur vbi quis alieno nomine agit, aut vult ad aliquod officium admitti? ibid.

42 Et an vbi aliter vtrique parti poteſt eſſe conſultum? & num. 44. & 45.

45 Executio ſententię arbitri, à qua fuit appellatum, vel in alio caſu, qui executionem meretur, ex eo quod eam petens ſatiſdare cum fideiuſſoribus non poſsit, retardanda non eſt: ſed ſi ſuper re immobili petatur; cautione iuratoria præſtita; ſi ſuper mobili, vel pecunia; facta depoſitione apud probum virum, qui de fructibus reſpondeat executionem petenti, fiet.

## QVÆST. LIII.

1 VBi lex ad aliquem actum ſatiſdationem requirit, iuratoriam cautionem, non ſufficere; † ſed neceſſariò ſatiſdationem fore præſtandam, ab eaque paupertatem, vel impotétiam non excuſare; probant *text. in l. Si conſtante, 25. §. Quoties, D ſolut. matrim.* vbi maritum in termino pro dote reſtituenda ſatiſdare adſtrictum, nec ſatiſdare valentem, ad reſtitutionem ſtatim deducto interuſurio medii temporis condemnandum, cauetur, notatque in ſpecie (poſt *Vincent. de Franch.* quem allegat, licèt illum in loco ab eo relato nõ inuenerim) *Pyrrh. Maur. de fideiuſſor. part. 1. ſect. 3. in præludiis, cap. 20. aliàs 29. num. 3. folio mihi 137.*

Probat etiam prædictam ſententiam *text. in l. 2. C. de tutor. & curator. qui ſat. non ded.* vbi ſic ſtatuunt Imperatores Valer. & Gal. *Eum tutorem, qui ſupereſt, ſi ſecundum Præſidis Prouinciæ præceptum, & iuris formam ſatis nõ dat, remoueri à tutela, ſi inopia hoc faciat, ſine infamia: ſi fraude, etiam cum nota aditus Prouinciæ Rector iubebit.* Ex quo, tutorem omnino ſatiſdare debere, nec ſatisfacere iuratoriam cautionem præſtando, licèt ob paupertatem ſatisdare non poſsit, ſed à tutela tunc abſquè nota remouendum cõſtat,

tra-

traduntquè in ſpecie (poſt alios quos adducunt) *Roland á Valle conſ. 47. numero 20. lib. 2. & Petr. Barboſ. in l. Diuortio, 8. §. Interdum, num. 27. verſ. Eſt tamen, D. ſolut. matrimon.*

Probant præterea aſſertionem præfatam *text. in l. Filiusfam. 117. §. Diui, el 1. verſ. Idem Principes, D. de legat. 1. & in l. Poſtquam, 5. §. Imperator, in fin. verſic. Poſſeſſio autem, D. vt legat ſeu fideicom. nom. caueatur.*

Vbi enim lex, vel ſtatutum fideiuſſorem deſiderat, iuratoriam non ſufficere
2 cautionem, † obſeruat (poſt *Socin. Petr. Rebuf. & Staphilæũ*, quos refert) *Petr. Barboſ. vbi ſuprà*: nec paupertatẽ tũc excuſare, quia præceptũ legis debet in ſpecifica forma impleri.

Idemquè ſi ſufficientem cautionem lex requirat. Non enim ſufficiens cautio
3 dicitur iuratoria, † *gloſ. in cap. Quafronte, 25 verb. Cautione, de appellat. gloſ. in cap. Ex parte, el 1. 23. in ordine, verb. Sufficient. de verbor ſignific. gloſ in capit Ex tranſmiſſa, 8. verb. Sufficienti cautione, de reſtit ſpol. Curt. Iun. de ſequeſtro q. 14. n. 56. & plures alii relati per Petr. Pechi. in tractat. de iureſiſtend. cap. 45. num. 8. Proſper Farina. in praxi crimin. 4. part. quæſt. 143. num. 213.*

Et idem ſi *idonea* exigatur cautio *gloſ. verb. Cautionem idoneam, in capit. fin. de pignor. gloſ. in cap fin. §. Illis etiam, verb. Idoneam. de ſent. excom. lib. 6. & in cap. Odoardus, 3. verb. Idonea, de ſolut. & in cap. 2. verb. Idoneè de vſuris, in 6. & in c. Fœlicis, 5. §. Cum autem, verb. Idoneè, de pœn. eod. lib.* latè de his omnibus *Petr. Rebuf. 1. to. ad cõſt. Gallic. tit. de ſent. execut. art. 1. gloſ. 16. nu. 12. 13. 14. 15. 16. & 17.*

Iliquè præcipuè vbi ſatiſdatio de neceſsitate, & de ſubſtantia actus præſtanda eſt; tunc namque cautio iuratoria non
4 admittitur, † iuxta *gloſ. 1. in l. 4. C. de de vſufruct. & habitat.* & ibid Doctores, *Ludouic. Roman. conſil. 439. nu. 10. verſ. Contrarium verius, Iaſ. in l. 1. numer. 23. verſ. Decimò limita, D. qui ſatiſd. cogant. Bertrachin. in ſuo repertor. verbo, Cautio iuratoria, Aymon Craueta conſil. 31. numero 4. lib. 1. Azeued. in l. 11. titulo 11. numer. 2 lib. 5. nouæ Reg. Collect. Gaſpar Anton. Theſaur lib. 1. quæſt. Forenſ. quæſt. 87. num. 6. Nicola. Bellon conſil. 54. num. 6. Roland. á Valle d. conſil. 43. num. 8. & ſequentibus, lib. 2. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin. 63. num. 18. par. 2.*

Qui omnes in cautione ab vſufructuario præſtanda de vtendo arbitrio boni viri exemplificant; quam de ſubſtantia eſſe,
5 † requiriquè pro forma, nec cautionem ſufficere iuratoriam dicũt, ex *text. in l. 1. & tot. tit. D. vſufruct. quemadmod. caut. & in l. 1. & 4 & ibid gloſ. & Doct. C. de vſufruct. gloſ in d. cap fin. verb. Cautionem idoneam, & gloſ fin* extra *de pignor. Alex. conſil. 58. nu. 6. & 7. lib. 3. Iaſ. conſ. 40. num. 2. lib. 1. Carol. Ruyn. conſil. 51. numero 8. lib. 2. Guid. Pap. quæſt. 250. Petr. Paul. Pariſ. conſil. 59. num. 8. lib. 2. Roland. á Valle conſ. 92. n. 11. lib. 1. Ari. Pinel. in l. 1 p. 2. nu. 75. C. de bon mat. Borgnin. Caualc. de vſufruct. mulier. relicto n. 146. & 150. & ſeq.* latè *Petr. Surd deciſ. 141. n. 1. & ſeq. Ioan. Gut. in l. Nemo poteſt, num. 299. Hieron. Ceual. comm. contra commun. quæſt. 408. num. 5.* alios refe. rens *Caſtil. de vſufruct. cap. 18. nu. 11. Octauian. Oſaſ. de ciſ. Pedemont. 152. nu. 1. Anton. Gabr. commun. concluſ. lib. 5. tit. de vſufruct. concluſione 1. numero 1. & ſequenti, Cornel. Beninc. de paupertat. ſpeciali 7. in vltim. voluntat. numero 13. Paul. AEmil. Gall. de except. except. 15. alias 2. titul. 4. part. 2 numero 93. & ſequentib. Cardinal Dominic. Tuſch. practicar. concluſ. lit. C, concluſ. 166 num. 1. & concluſ. 174. nu. 1. & concluſ 175. n. 8.*

Cum enim in iſto caſu ſatiſdatio ſit de ſubſtãtia, & natura vſusfructus; non poterit eã paupertas, vel impotentia mutare, quia ob paupertatem naturalia non mu-
6 tantur, † nec eius ratione poteſt á ſubſtantia rei, vel actionis recedi. Ita in ſpecie inquit *Bald. in d. l. 4. nu. 5. C. de vſufruct. Petr. Sur. d. deciſ. 141. num. 4.* de quo latiùs *ibid. numer 16. Paul. AEmil. Gall. de exceptionib. quæ oriri poſſunt in ſucceſſionib. tam ab inteſtat. quam ex teſtam. d. except. 15. ſiue 2. tit. 4. p. 2. num 97. & 98.*

Ex quibus deducitur, inferturquè ad
7 caſum *Authent. Quæ ſupplicatio*, † *C. de precib. Imper. offerend.* cuius ſunt verba: *Quæ ſupplicatio glorioſiſſimis Præfectis, vel eorum Cõſiliariis, vel cauſas introducentibus intra 10 dies poſt ſententiam offerenda eſt; quo ſubſecuto, ſententia non aliter executioni mandabitur, niſi victrix pars dignam fideiuſſionem præbuerit, tantùm reſtituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, ſi legitima retractatione ſententia*

*ſoluatur.* vt in ea locum iuratoria cautio non habeat, ſi victor, qui executionem ſententiæ huiuſmodi deſiderat, prædictã cautionem cum fideiuſſoribus præſtare nequeat; cum dignam fideiuſsionem requirat textus: & ita in *Senatu Pedemont. anno* 1591. *die* 29. *Iulii*, fuiſſe reſolutum teſtatur *Gaſpar Anton. Theſaur. d. quæſt.* 87. *num.* 5. *Pyrrh. Maur. de fideiuſſorib.* 1. *par. ſect.* 3. *in prælud. cap.* 4. *aliás* 13. *per tot.* vbi latè præcipuè *numero* 3. *folio mihi* 96.

Infero ſecundò ad ſimilem de iure Regio textum in *l.* 4. *tit.* 21. *lib.* 4. *nouæ Reg. Collect.* † quæ ſententiam Arbitri appellatione non obſtante executioni mandari iubet, legitimis fideiuſſoribus ab eo datis, in cuius fauorem lata eſt, vt ſi ſententia in appellationis iudicio fuerit reuocata, quod virtute ſententiæ, ac eius executionis recepit; cum fructibus, prouentibuſquè reſtituet: iuratoriam cautionem in eius ſpecie, non ſufficere: & ita tenet *ibid. Azeued. num.* 193. ex *Auendañ. Rebuf. Crauet.* & aliorum ſententia. 8

Ad conſimilemquè *text. in l.* 2. & 19. *in fin. d. tit.* 21. *lib.* 4. † quatenus legitimam fideiuſsionem præſtandam eſſe ab eo ſtatuit, in cuius fauorẽ ſententia addictionis (vulgò *de remate*) lata eſt, quòd ea reuocata, probataquè ſolutione, capitale cum duplo reſtituet; iuratoriam cautionem eum, qui addictionis ſentẽtiam obtinuit, non ſatisfacere præſtando. 9

Nec in altero *dict. l.* 19. caſu, quatenus eum contra quem executio fit, præſtare fideiuſſorem euictionis (hoc eſt, *de ſaneamiento*) debere; aliás carceri mancipari decernit: quia ſi huiuſmodi fideiuſsionem præſtare nequeat, † iuratoriam cautionem præſtando nõ liberari, notat *ibid. Azeued. num.* 77. 10

Infero tertiò ad *text. in l.* 2. *titulo* 3. *libro* 2. *For. leg.* † qua conuentum immobilia non poſſidentem ſi non ſatisdat, capi incarcerariq; poſſe, cauetur, à carcerationeq; fiẽda iuratoriam cautionem præſtando non liberari, *ibidemquè notat Roderic. Xuar. nu.* 7. de quotidiana praxi in hoc atteſtans, multiſquè aliis *Fori legibus* id expreſsiùs etiam probantibus firmans. 11

Infero quartò ad *text. in l.* 6. *tit.* 4. *par.* 3. *verſ. E deſpues que los Iuezes*, & *in l.* 23. *tit.* 7. *lib.* 3. *nouæ Reg. Collect.* † quæ ſtatuũt, Iudices in initio officiorum ſuorum, vel intra 30. ſaltem dies de ſtando in ſyndicatu ſatisdare cum fideiuſſoribus debere: non cautionem iuratoriam, ſed legitimos fideiuſſores præſtando, eis ſatisfacere, vt tenet *in d. l. Partitæ, Gregor. Lopez gloſ.* 4. *verb Tomar fiadores.* Quod & in eo qui idoneus eſt, extra Prouinciam tamen bona poſsidet, procedit: & in terminis *dictæ l.* 23. notat *Azeued. nu.* 11. ex cuius diſpoſitione, ſi fideiuſſores nõ præſtent, nec conſequuntur ſalarium. 12

Ex quibus apertè deducitur, paupertatem à ſatisdatione vbi eam lex requirit, nequaquam excuſare.

Adhùc tamen & his ſtantibus, contraria ſententia verior eſt, iuratoriam nempè cautionem quoties ob paupertatem † ſatisdatio cum fideiuſſoribus, vel pignoribus præſtari non poteſt, ſufficere, probãtquè *text in Auth. Generaliter, C. de Epiſcop & Cleric.* ibi: *Aut ſi fideiuſſorẽ dare non valet ſuper iiſdem iuratoriam exponat cautionem.* & *l. Omnes* 31. §. *In hac autem inclita vrbe, C. eod.* & *in l.* 1 §. *Super, verſ. Omnes verò, C. de cſſ. rtione tollend. text. in Auth. Cui relictum* (ibi: *Alioqui & fideiuſſor exigitur, ſi præſtari poteſt*) *C. de indict. viduit. tollend. Auth. Vt nulli iudic. liceat habere loci ſeruat.* §. *Si verò crimen* (ibi. *Si verò iurauerit non poſſe ſe dare fideiuſſorem, iuratoriam cautionem faciat de obſeruatione iudicii*) *collat* 9. §. *Sed hodie, inſtit de ſatiſd. text. in l Cum non facile*, 6. *D. ſi cui plus quã, per leg. Falcid. text.* & *ib. gloſ. verb. Quam poteſt, in cap. Per veſtras*, 7. *de donat. inter vir.* & *vxor. text. in cap fin.* §. *Illis etiam, de ſentent. ex communi. lib* 6. *gloſ. verb. Idonea in d. cap. Oduardus. de ſolut.* & *in cap* 2. *verb. Idoneè, de vſur in* 6. & *in cap. Fœlicis*, 5. § *Cum autem, verb. Idoneè de pœnis, eod lib. gloſ.* & *Scrib. in l.* 1. *verb. Fideiuſſoribus, prope fin. verſ. Si autem qui fideiuſſorem dare debet, dare non poteſt, remittitur iuratoriæ cautioni, D. qui ſatiſdar cog. gloſ in l Illicitas*, 6. § *fin. verb. Neceſsitatem, D. de offic. Præſid.* & *in Auth de exhibend & introduced reis*, §. *Suſcepto verò libello, verb. Perſonali, ad med verſiculo, Sed quid ſi huiuſmodi fideiuſſorem dare non poteſt, collatione* 5. *Panormit. in dict. capit. Ex parte, el* 1. *numero* 4 *de verbor ſignificat. Decius in capit. Ex epiſtolæ, num.* 217 *de probat.* ponit pro regula (ita quotidie practicari dicẽs) *Iaſ. in dict. l.* 1. *numero* 23. *D. qui ſatiſdar. cog.* 13

cog. Hippolyt. de Marſil. in l. 1. §. Prætera, num. 83. D. de quæſtionib. & in repet. leg fin nu. 122. & 123. D. de iuriſd. omni. iudic. Alexand. conſil. 57. num. 7. libro 3. Guid. Pap. quæſt. 50. num. 3. & quæſt. 189. Cornel. Benincac. de paupert. ſpeciali 8. in iudic. num. 34 & ſpeciali 7. in vlt. voluntat. num. 12. & ſeqq. Marc. Anton. Natta conſil. 167. nu. 7. & ſequenti, Stephan. Bertrand. conſil. 103. numero 15. libro 2. Roland. à Valle d. conſil. 43. num. 21. lib. 2. Franciſc. Becci. conſ. 1. num. 17. & ſequentib. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg 18. num. 1. & 37. Petr. Royz. Maure. deciſ. Lituanic. 4 numero 289. Aymon Grauet. conſil. 289. in fin. Didac. Perez in l. 12. tit. 11. lib. 4. Ordinam. verb. Confiadores, Petr. Pechi. in tract. de iure ſiſtend. quæſt. 11. princip num. 9. Andre. Tiraq. de retract. linag. tit. 1. §. 1. gloſ. 18. numero 46. Purpurat. in l. 1. §. Mutui datio, num. 119. D. ſi cert. petat. Octauian. Oſiſc. deciſ. 70. num. 2. Cardinal. Domni. Tuſch. practicar. concluſ. litera C, concluſ. 166. num. 5. & latiùs concluſ. 175. numero 5. vbi, quòd ita tota die practicatur, & numero 10. cum ſequentibus, vſque ad num. 17. Petr. Surd. d. deciſ. 141. num. 7. & ſequent. & conſ 63. num. 7. Anton. Sol. ad conſtit. Sabaud. tit. de appellat gloſ. 16. n. 3. & tit. de concluſ. in cauſ gloſ. 1. num. 12. Hieronym. Ceual. commun. contra comm. d. quæſt. 66. nu. 7. Vincent. de Franch. deciſ. 317. nu. 8. Camil. Borrel. conſ. 54. nu. 9. Marta voto, ſiue deciſ. 158 nu. 8. Ioan. Gutier. in l. Nemo poteſt, num. 292. & ſeq. D. de legat. 1. Marius Giurba deciſ. 4 nu. 14. Andre Fachin. lib. 12. controuerſ. iur. cap. 63. latè hanc ſententiam firmans, etiã quando voluntariè quis fideiuſsionis nexui ſe adſtrinxit, & in actu quoque iurato, contrariis (ſuo more) ſatisfaciens, Anton. Grauat. in addit. ad Octauian. Veſtr. in pract. lib. 4. capit. 4. de dolo, & contumac. num. 27 in fin verb. Paupertas, Sebaſtian. de Medic. de caſib. fortuit. 2. par. quæſt. 4. nu. 22. Alexand. Raudenſ. conſ 61. nu. 17. lib 1. Vincent. Mancin de iuram. part. 4. effectu 149 num. 14. Carol. de Graſ. de exceptio. ad ſtatut. exclud. omnes except. except 252. num. 118. & 119. Matthæ. Brun. de ceſsione bonor. quæſt. 7. numer. 1. Proſper Farinac. praxi crimin. quæſt. 23. num 43. & quæſt. 107. num. 38. Pyrrh. Maur. de fideiuſſor. 1. p. princip. in prælud ſect. 3. cap. 25. alias 34. num 1 & ſeqq. vbi latè Anton. Faber in ſuo Cod. deſinit lib. 2. tit. 30. defini. 4 n. 5. & latiùs lib. 3. tit. 2 defin. 2. Ioan. Cephal. conſil. 669. num. 2. lib. 5. Auiles in cap. 6. Prætor. verb. Pobres, num. 11. Anto. Hering. de ſit. ieuſſor. cap. 18. num. 87. Petr. Barboſ in l. Diuortio, 8 § Interdum, nu. 26. verſ. Vltimò ad complementum, & nu. ſequentib. D. ſolut. matr. Alexand. Trentacinq. variar. reſolut. lib 1 tit de verbor. ſignif reſolut. 3 num. 13. Thom. Sanch de matrim. lib. 10 diſput. 18 q. 2. num. 8. & diximus quæſt 44. nu 92. & 93. Qui ferè omnes idem quando ex forma ſtatuti ſatisdare quis tenetur, aſſerunt.

Huius rei ratio eſt, quia inuenire fide- 14 iuſſorem, difficile † in quolibet reputatur, vt inſinuat gloſ. in l. 3. §. Quamuis, in verb. Quibus, D. ſi cui plus quam per leg. Falcid. & ibid. not. Bart. num. 3. & in l. fin. num. 2. D. de Prætor. ſtipul. Alexand. Angel. & alii, quos refert, & ſequitur Ioan. Gutier. in repet. leg. Nemo poteſt, numero 193 D. de legat. 1 Hieron. Ceual. commun. contra commun. d. quæſt. 66. nu. 5. Marius Giurb. deciſ. 4 num. 9.

In paupere verò impoſsibile penè. † 15 Magna enim difficultas impoſsibilitati cõparatur, vt pluribus iuribus adductis probant, tenentquè Andre. Tiraquel. de retractat. conſang. §. 1 gloſ. 10. numer. 120. Petr. Surd. d. deciſ. 141. numero 9. & 10. Marius Giurb. ſup. & num. ſequenti, vbi plura de ſatiſdandi onere, ac grauitate, Pyrrh. Mau. de fideiuſſor. d. par. 1. in prælud. ſect. 3. cap. 25. alias 34 numer. 8. & 9. folio mihi 146. Adducoquè text. optim in l. Cum hæres, 4 §. 1. D. de ſtatut. liber. ibi: Aut ſi tam difficilem, imò penè impoſſibilem conditionem adiecerit; vt aliunde libertas ei obtingere non poſsit, velutiſi hæredi mille ded iſſet, &c. Ad impoſsibile autem nulla obligatio eſt, vt iurib. vulgat. Ideoquè eo modo quo pauperi poſsibile fuerit, cautionem præſtando (iuratoriam nempè) ſatisfaciet. Ita dicunt in terminis Petr. Pechi. de iure ſiſtend. quæſt. 11. princip. nu. 3. Gutier. Ceual. Giurb. & alii, ſuprà.

Lex enim ſatiſdationem requirens, mo- 16 dò fideiuſſor haberi poſsit, † intelligi debet, Ioan. Cephal. conſ. 89. num. 10. lib. 1. Alderan. Maſcard de generai ſtatut. interpret. concluſione 2. numero 53. Carpan. ad ſtatut. Mediolan. 44. numero 51. par. 1. Marcab. conſ. 105. num. 134. Bimi.

*consilio* 236. *numero* 21. *Andre. Fachin. dicto libro* 12. *capite* 63. *versiculo. Deinde, quia hæc promissio, Petr. Barbos. in d. l. Diuortio*, §. *Interdum*, *numero* 26. *in fin. D. soluto matrimon. Marius Giurba* plures alios referens *dicta decisione* 4. *nu.* 13.

Ad huiusmodi autem satisdandi, fideiussoriæquè cautionis præstandæ probandam impotentiam, partis iuramentum, † quo se credere adseueret, de facili fideiussorem inuenire non posse, sufficit; *text. est in dict. Authent. Generaliter, C. de Episcop. & Cleric.* ibi: *Tactis sacrosanctis Euangeliis affirmabit, se fideiussorem dare non posse. Bald. in l.* 1. §. 1. *num.* 3. *C. de assert. tollend. & consil.* 176. *numero* 2. *lib.* 1. *Ias. in Authent. Cui relictum, nu.* 9. *C. de in dict. viduit. toll. & in l.* 1. *num.* 22. *D. qui satisd. cog. Alexand. cons.* 57. *nu.* 7. *lib.* 3. *Hippolyt. de Marsil. in l.* 1. §. *Præterea, num.* 113. *D. de quæstion. & in l fin. num.* 124. *D. de iurisd. omni. iudic. & in rubric. de fideiuss. numer.* 161. *Francisc. Ripa consil.* 90. *numero* 18. *Augustin. Beroi. consil.* 60. *numer.* 51. *lib.* 2. *Marc. Anton. Natta consil.* 616. *num.* 9. *&* 11. *Cornel. Beninc. de paupert. speciali* 9. *in iudic. nu.* 15. *Iuli. Clar. recept. sentent. lib.* 5. §. *fin. quæst.* 46. *numero* 15. *Francisc. Becci. consil.* 1. *numero* 18. *Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg.* 18. *in fin. Cattel. Cott. in memorab. verbo*, *Iuramentum*, probat (plures referens) *Petr. Surd. d. decis.* 141. *num.* 11. *Ioann. Baptist. Costa de remed. subsidiar. remed.* 58. *numero* 11. *Marius Giurba d. decis.* 4. *num.* 34. *Frecci. de præsent. instrum. part.* 9. *quæst.* 6. *num.* 2. *Aymon Crauet. cons.* 299. *in fin. lib.* 2. *Carol. de Gras in d. tract. de except. excep.* 32. *n.* 120. *& seq. Osasc. d. decis.* 70. *num.* 6. *Pyrr. Maur. de fideiussor. d.* 1. *par. in prælud.* 3. *partic. & sect. cap.* 25. *aliàs* 34. *num.* 4. *P. Thom. Sanch. de matrim. d. lib.* 10. *disp.* 18. *quæst.* 2. *num.* 38.

Potest quod de impotentia satisdandi iuramentum præstitum, declarationemq; à Iudice factam, *locum iuratoriæ cautioni esse*: præstandum quoque aliud à pau- 18 pere, † de obseruando omnia ad quæ tenetur, erit; aliàs priuilegium huiusmodi iuratoriæ cautionis amittere; tradit ex pluribus *Petr. Surd. d. decis.* 141. *num.* 11. *Pyrrh. Maur. de fideiussor. d. loco, num.* 5. *fol. mihi.* 146. latè etiam *And. Gail. practicar. obseruat. libro* 2. *obseruat.* 47. *nu.* 8. & alii ex suprà proximè adductis.

Et hæc tam in actionibus bonæ fidei, 19 quàm stricti iuris † procedunt, vt aduertunt *Ioseph. Ludouic. decis. Perus. fin.* 62. *nu.* 13. *lib.* 2. *Pyrrh. Maur. vbi sup d. cap.* 25. *aliàs* 34. *num.* 15. *fol. mihi* 147.

Tamq; in ciuilibus, quàm in criminali- 20 bus. † Ita per iam relata iura *num.* 12. tenent *Octauian. Osas. d. decis.* 70. *nu.* 2. est q; communis, secundum *Hippol. de Marsil. d. rubric. de fideiussor. nu.* 166. *& seq. Iul. Clar. recept. sentent. lib.* 5. §. *fin. quæst.* 46. *nu.* 14. vbi incarceratum pauperem, qui verè fideiussorem nō habet præstita cautione iuratoria (si multum præsertim in processu non grauetur) debere relaxari, asserit, quā optimam consuetudinem, & practicam dicit, ne rei, qui aliàs essent relaxandi si fideiussorem haberent; propter eorum paupertatem in carceribus marcescant; traditq; ex pluribus *Prosper Farina. in praxi crim.* 1. *par. quæst.* 23. *n.* 44. 45. & 47. vbi præfatam consuetudinem, & praxim laudat, sæpèq; in Vrbe à iustis Iudicibus, passimq; à carcerum Visitatoribus obseruatum, & iudicatum vidisse testatur, obseruantquè alii infrà proximè referendi.

Vndè ad decisionem infertur quotidianæ illius quæstionis: An maritus, qui cauere de non offendendo vxorem tenetur, quando ab illo propter eius fæuitiā, 21 † vel ex alia causa offendi timet (iuxta *glos.* per *text. ibi in cap. Ex transmissa, in figuratione casus, in fin. vers. Item cum timet, de restit. spoliat. & ibid Abb. num.* 4. vbi, quòd etiam potest ex officio hoc facere Iudex, *Roland. à Valle cons.* 27. *num.* 17. *lib.* 3. *Franc. Hercul. de cautione de nō offend. cap.* 20. *nu.* 17. *& cap* 50. *num.* 31. *Ioan Gutier. Canoni. quæst. lib.* 1. *cap* 24. *nu.* 2 *& seqq. Tiber. Decian. tract. crimi. lib.* 9. *cap* 11. *nu.* 16. & alii, quos refert, & sequitur *Prosper Farinac. praxis crimin.* 4 *part. quæst.* 142. *numero* 209. *Iul. Clar. recept. sentent. lib.* 5. §. *fin. quæst.* 47. *nu.* 2. *&* 3. vbi receptissimam omnium traditionem dicit, *Petr. Plaç. in epitom. delict. capit.* 7. *numero* 1. latissimè comprobat *Antonius Gomez variarum resolut. tomo* 3. *capite* 6. *numero* 16. qui cum *Iulio Claro, & Plaça.* quando inimicus sibi ab inimico fideiussoriam præstari de non offendendo cautionem petit, loquitur.) Si pauper sit, iuratoriam præstando de non offendēdo cautionem satisfaciet?

Et

Et receptiſsima ſententia eſt, ſi fideiuſſorem ob paupertatem inuenire nō poteſt, idquè proprio firmauerit iuramento, cautionem iuratoriam præſtando ſatisfacere, † licèt *text. in d. cap. Ex tranſmiſſa, 8. & in cap. Literas, 13. in fin. de reſtitut. ſpoliat.* ſufficientem ad id cautionem requirant, ex ſuprà dictis rationibus, & tenet *in d. capit. Ex tranſmiſſa, Hoſtienſ. num. 4 & 5.* pluribus comprobat *Marc. Anton. Natta conſil. 616. ex num. 7. cum ſequentib. Farina. d. quæſt. 143. num. 215. & 216.* & in facti contingentia, ita reſpōdit *Ioann. Gutier. in d. l. Nemo poteſt, num. 297. D. de legat. 1.* licèt poſtmodum opinionem (cum *Manuel. Rodrig.* ibi relato) mutauerit, *Cardin. Tuſch. lit. C. d. concluſ. 175. num. 10. & litera V. concluſ. 402. num. 10. 11. & 12.* Et in inimico offenſo qui fideiuſſorem non inuenit, ſatisfacere vt relaxetur, iuratoriam cautionem de non offendendo præſtando; tradit *Anton. Gomez ſuprà num. 17.* per *text. in d. Auth. Generaliter, C. de Epiſc. & Cleric.* & ita in ſpecie dixiſſe, & conſuluiſſe in perſonis pauperum, *Iulius Clar. d. quæſt. 47. num. 5. Franc. Hercul. de cautione de non offendend. cap. 5. num. 11. & ſeq. Octauia. Vulpel. in tract. de promiſ. de non offendend. quæſt. 47. num. 1. & 2. Farinac. quæſt. 107. num. 28.*

82

Quod tunc maximè cum pauper bonę conditionis, ac famæ ſit, † & de quo offenſionis timor non vrgeret, procedit: nō ſi rixoſus, malæ conditionis, ac famæ, & talis de quo obligatione, & iuramento non obſtante, valdè timenda eſſet offenſio. Ita *Franc. Ripa in rubric. D. de damno infect. num. 11. verſ. Prætereà vbi perſona eſt ſuſpecta, Gutier. d. quæſt. 24. nu. 3. Farinac. d. quæſt. 107 num. 41. P. Thom. Sanch. de matrim. lib. 10. diſput. 18 num. 38. in fin.*

83

Vndè totū hoc Iudicis arbitrio remittendum erit. † Tanta enim poteſt eſſe mariti ſæuitia, vel inimicitiarū adeo grauis cauſa, offenſioniſq; timor; vt neque vlla fideiuſſoria cautio ſufficiens ſit, iuxta *text. in l. Qui ita, 66. §. 1. D. ad Sen. Conſult. Trebel* ibi: *Quamuis ei caueatur, propter fragilitatem cautionis. Bald. conſil. 240. lib. 3. & conſ. 276. num. 2. lib. 1. Abb. in d. cap. Literas, num. 7. de reſtit. ſpoliat. Tiraquel. in l. Si vnquam, verb. Omnia, vel partem, num. 31. C. de reuoc. donat. Petr. Paul. Pariſ. conſil. 54. num. 36. lib.* 24

4. *Didac. Couar. deſponſal & matrim. 2. par. capit. 7. §. 5. num. 2. in fin Cardin. Domin. Tuſch. d. lit. C, concluſ. 175. num. 10. Hieronym. Ceual. commun. contra commun. quæſtione 66. numer. fin* & latè de hac materia *per tot. quæſtionem, Ioan. Gutier. dict. quæſt. 24. numero* 10. *Sanchez d. diſputat. 18. num. 41. & 44. verſiculo Sed facilè lis hæc dirimitur, Franciſc. Hercul. de cautione de non offendend. cap. 4 num. 5. & 7. & capite 5. numero 3. Proſper. Farinac.* locis iam relatis, præcipuè *dict. quæſtione 107. numero 29. Pyrrh. Maur. de fideiuſſor. dict. 1. part. princip. in prælud. 3. part & ſect. capite 25. aliàs 34. numero 42. folio mihi 151. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 2. caſu 138. num. 8. & caſu 139. num. 2. & 3.*

Ex quibus etiam deducitur, inferturquè intellectus ad *text. in l. 1. tit. 20. lib.* 25 *4. nouæ Reg. Collect.* † quę à ſententia reuiſionis ſupplicantem, ſe obligare, fideiuſſoremquè præſtare infrà viginti dies adſtringit, vt ſi ſententia reuiſionis fuerit confirmata, ſummam mille quingentarum duplarum ſoluet, nec aliàs eius admittendam ſupplicationem ſtatuit, ibi: *Pero es nueſtra merced, que por la malicia de aquellos que ſuplican por alongar los pleytos, no aya lugar que la parte que ſuplicare de la dicha ſegunda ſentencia dada por los dichos nueſtros Oydores, con el Perlado que fuere Priſidente, que ſe obligue, y dè fiadores dentro de los dichos veinte dias, ante los dichos Oydores, de pagar mil y quinientas doblas, ſi por aquel, o aquellos a quien Nos lo encomendaremos fuere hallado, que la dicha ſegūda ſentencia de los dichos nueſtros Oydores fue bien, y derechamente dada: y ſino ſe obligaren, y los dichos fiadores no dieren en el dicho termino, que no puedan ſuplicar, ni les ſea otorgada la dicha ſuplicaciō.* Quia nihilominus ſi ſupplicans pauper ſit, nec fideiuſſorem inueniat, cum cautione iuratoria ad ſecundam hanc ſupplicationem erit admittendus. Quam ſententiam approbat in terminis *Azeued. ibidem numero* 11. quatenus ad *Petr. Rebuf. in primo tomo conſtitut. Franciæ, articulo 5 gloſſa vnica, verſiculo, Quæro quid ſi ſit pauper,* ſe remittit, qui hanc in ſimili lege tenet, per *textū in dict. Authentic. Generaliter, C. de Epiſcop & Cleri.* & per *deciſ. Guid. Pap* 189. vbi iuratoriā cautionē in 26 caſu *Auth. Quæ ſupplicatio,* † *C. de prec.*

*Imperator. offerend.* ſi petens ſententiæ executionem, ob inopiam ſatisdare (iuxta *d Auth.* diſpoſitionem) nequeat ſufficere, fuit deciſum; idem tenet ipſemet *Guid. Pap. deciſ.* 50. *nu.* 3. remittendo ſe ad *d. deciſ.* 189. latè *Roland. a Valle d. conſ.* 43. *lib.* 2. *per tot.* præcipuè à *nu.* 34. *cum ſeqq.* vbi contrariis reſpondet, *Vrſil. in addit. ad Afflict. deciſ.* 231. *nu.* 3. *And. Clud. de ſequeſtro, cap.* 10. *nu.* 18. *Ant. Hering. de fideiuſſor. cap.* 18. *num.* 101. alios referens *Mar. Giurb. in d. deciſ.* 4. *num.* 15. 16. & 17. *Cardin. Tuſch. d. lit. C, concluſ.* 175. *n.* 16. *Alex. Trentac. variar. reſol. lib.* 2. *tit. de appellat. reſolut.* 1. *nu.* 9. *Pyrrh. Maur. de fideiuſſor.* 1. *par. princip. in prælud.* 3. *partic. & ſection. d. c.* 25. *aliàs* 34. *nu.* 18. *ampliat.* 4. *fol. mihi* 147. *Andr. Gail. practic. obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 155. *num.* 4. & expreſsiùs *libro* 2. *obſeruation.* 47. *numer.* 9.

Quo quidem caſu potentior ad fideiuſſoriam requirendam omnino cautionem, quâ in noſtro *d. leg. Regia*, ineſt ratio: vbi ſupplicans non de arctando aliquem ad ſibi dandum, nõvè de aliquam ſummam, quantitatem, vel quid aliud ſtatim recipiendo agit, vt in *d. Auth. Quæ ſupplicatio*: quæ multum operatur ratio. Quando enim de arctando aliquem ad dandum agitur, non cautionem ſufficere iuratoriam; † ſed neceſſariò ſatiſdandum, dixerunt *Bald. in l.* 4. *num.* 8. *C. de vſufruct.* vbi, quòd aut quis vult aliquid conſequi ab alio, & tunc inopiam à ſatiſdatione nõ excuſare; aut ſolummodò vult quis excuſari ſine damno, ſeu diminutione iuris alterius; & tunc excuſare inopiam, ſatisfacerequè iuratoriam cautionem præſtando pauperẽ, aſſeruit. Qui noſter eſt caſus, vbi ſolùm ſupplicans de excuſando ſe à ſatiſdatione ob impotentiam agit, nequè ob id deterius ius reddit aduerſarii. Suprà dictam etiam ſententiam tenent *Iaſ. in l.* 1. *nu.* 23. *limit.* 9. *D. qui ſatiſd. cog. & in l.* 1. *num.* 1. *C. de Carbon. edict. & ibid. Dec. nu.* 2. *Ludouic. Molin. de Hiſpan. primog. lib.* 2. *capit.* 16. *num.* 44. *Roland. a Valle d. conſ.* 43. *nu.* 18. & 19. *lib.* 2. *Petr. Surd. d. deciſ.* 141. *nu.* 5. & 6. *Alex. Raudenſ. conſ.* 61. *num.* 12. *lib.* 1. *Ioan. Baptiſt. Coſt. de remed. ſubſidi. remed.* 58. *numero* 15. *Marius Giurba dict. deciſione* 4. *numer.* 36.

Ideòquè pariter procedere poſſet *d. l.* 2. 4. & 19. *tit.* 21. *lib.* 4. *nouæ Reg. Collect.* 28 † vt ſuprà eas ponderauimus, *nu.* 8. 9. & 10. cum in earum caſibus de arctando ad dandum agatur. Qua etiam ratione ad hanc in vſufructuario ſententiam tenendam, vt cautionem iuratoriam præſtando non ſatisfaciat, *num.* 5. & 6. ſuprà relati mouentur, vbi aliæ quoquè pro ea extant rationes. Adhùc tamẽ contrarium (ſufficere nempè & in hoc caſu iuratoriã cautionem, † ſi vſufructuarius fideiuſſoriam præſtare non poſsit) tenuit *Bald. in Auth. Cui relictum, num.* 7. *C. de indict. viduit. toll.* receptiſsimamquè eſſe, ex 29 *Dec. Hippolyt. Albat Lancellot. Roderic. Xuar. & Roland.* regulariterq; veram, aſſerit, defenditq; *Ioan. del Caſtil. de vſufruct. c.* 18. *nu.* 10. *Cornel. Benic. de paup. ſpecial.* 7. *nu.* 13. *in vlt. vol. Petr. Surd. d. deciſ.* 141. *nu.* 12. & 13. vbi hanc ſententiã æquiorem, magiſq; veritatis amicã dicit, *Hieron. Ceual. comm. cõtra commun. lib.* 1. *q.* 66. *nu.* 7. *Sebaſt. de Medi. in tract. de caſib. fort.* 2. *p. quæſt.* 4. *nu.* 47. vbi hanc cõmunem dicit, & ita deciſum fuiſſe (adiũcta ſaltem hypotheca bonorum) per *Senatum Pedem.* teſtatur *Oſaſc. deciſ.* 152. *nu.* 4. *Card. Tuſch. d. lit. C, concluſ.* 175. *n.* 11. & 12. & *lit. V. concluſ.* 305. *num.* 14. *Ioan. Gutier. in d. l. Nemo poteſt, nu.* 294. *D. de leg.* 1. *Carpan. ad ſtatut. Mediolan. cap.* 315. *num.* 39. *Gypſi. in addit. ad deciſ. Rotæ Bonon.* 24. *in fin. verſ. Octauòſi ille, Ant. Gom. variar. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 4. *Anton. Gabr. commun. opin. lib.* 5. *tit. de vſufruct. concluſ.* 1. *nu.* 37. *And. Gail. practic. obſeruat. d. lib.* 2. *obſeruat.* 47. *nu.* 8 & 9. vbi hanc veriorem, ac benignioré ſententiã firmat, & *nu. fin. in fin. Cæſar Contard. in l. vic. C. ſi de moment. poſſeſſ. q.* 23. *num.* 15.

Qui tamen ferè omnes in paupere pro- 30 batæ, honeſteq; vitę; † non ſi improbatæ, ignominioſæ, turpis, vel infamis ſit, procedere, locumque habere eam intelligunt; quia illius tunc iuratoriæ cautioni non ſtabitur, ſed ſatiſdare cum fideiuſſoribus omnino tenebitur, aut ſi nõ ſatiſdet, apud ipſum proprietarium hæredẽ, aliũvè probum virum ſequeſtrabitur res, vt de fructibus vſufructuario reſpondeatur. Ei namquè cuius ſunt reprobati mores, 31 credi non debet, † argumento *text. in l. Non omnes, §. A barbaris, D de re milit. Bald in dict. Authent. Cui relictum, numero* 6. & 7. *C de indict. viduit. tollend. & in cap. Coram, numero* 9. extra *de offic.*

*fic. deleg. Bart. Alberic. & Paul. Caſtrenſ. in d. l. 4 C. de vſufruct. Abb. Bat. & Imol. in capit fin. de pignorib. Roland. à Valle d. conſilio 42. numer. 24. lib. 2. Petr. Surd. dicta deciſione 141. numero 12. 13. & 15. Ioann. Gutier. in dict. l. Nemo poteſt, numero 300. Caſtillo vbi ſupra, numero 18. Andre. Gail. d. obſeruat. 47. numero 9. & ſequentib.* vbi multis ſimilibus hanc comprobat, *Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 18. numero 3. Paul. AEmil. Gall. in tract. de except. quæ oriri poſſunt tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento, titulo 4. exceptione 15 ſeu 2. parte 2. num. 99. Petrus Barboſ. in dict. l. Diuortio, §. Interdum, num. 28. prope med. verſ. Item & ſecundò reſponderi poteſt, D. ſolut. matri.*

Nec cõtra hæc, ſuprà dicta ratio (quòd vbi de arctando aliquem ad dandum agitur, fideiuſſoria requiratur omnino cautio, nec iuratoria ſufficiat) multũ adſtringit, cum contra eam tot, tantique teneant Doctores, vt in caſu *d. Authent. Quæſupplicatio*, ſuprà *nu.* 26. diximus, & in vſufructuario vſque adeo retulimus.

Nec *text.* adductus per *Bald. in l. Continuus*, 137. §. *Illud*, † *D. de verbor. obligatio.* 32 eam differentiam, ſententiamquè probat. Ibi namquè non an paupertas excuſet à ſatiſdatione agitur, ſed an ab obligatione, vel ſaltem executionem eius differat? Qua de re latè *Nos quæſt.* 45.

Neque obſtat, fideiuſsionem in iſto caſu eſſe de ſubſtantia actus. Primò, quia 33 multi id negant, † quorum probat ſententiam *gloſ. in l. 1. verb. Vtendi, verſ. Vnde ſecundum eos quæritur, D. de vſufruct. & quemadmod. quis vtatur, fruat. Ioann. Faber in §. 1. nu. 2. inſtit. de vſufruct. Azo in ſumma, C. eod. num. 2.* latè comprobat, & defendit (contrariam improbans, eamquè veram non reputans) *Aria. Pinel. in l. 1. par. 2. nu. 78. col. 2. verſ. Sed ego prædictam doctrinam, C. de bonis matern. Petr. Surd. d. deciſ. 141. num. 16. Rota Bonon. deciſ. 24. numer. 2. Cardinal. Tuſch. practic. concluſ. liter. V. concluſ. 306. num. 12.* & alii infrà referendi.

Quæ ex eo etiam firmatur ſententia, quia quando aliquid eſt de ſubſtantia, vel 34 forma, eius omiſsio actũ annullat, † iuxta *text. in capit. Dura, 4. de crimin. falſi. cap. Cum dilecta, 22. de reſcript. vbi Felin. nu. 6. Bald. in l. Si puellam, C. ſi mancip. ita fuerit alienat. Iaſ. in l. Si cum, §. Quæ iniuriarum, num. 22. D. ſi quis cautionib. Anton. Corſet. ſingul. 70. nu. 2. verb. Conſilium*, latè *Roland. à Valle conſ. 70. nu. 51. cum ſeqq. lib. 3. & conſ. 60. nu. 25. & 28. cum ſeqq. lib. 4. Stephan. Gratian. diceptat. Forenſ. lib. 3. cap. 545. nu. 2. & 4. Petr. Surd. conſ. 282. nu. 6. & ſeqq. & conſ. 269. nu. 36. & ſeq. & deciſ. 22. n. 6. & 7. & deciſ. 268. n. 8. 9. & 18.* ad ſaturitatem *Farin. frag. crimin. part. 2 lit. L, verb. Lex, num. 203. vſque ad 233.*

Omiſsio autem fideiuſſoriæ cautionis actum nõ annullat, poſſequè vſufructuarium vſum fructũ habere, fructuſquè ſuos, 35 fideiuſsione non petita † facere, poſt *Bart. Bald. Alex. Dec.* & alios, tenẽt *Cornel. Benin. d ſpecial. 7. in vlt. volũt. n. 16. Petr. Paul. Pariſ. conſ. 61. infin. lib. 3. & conſ. 95. nu 49. lib. 2. Anton Gab. cõmun. opini. lib. 5. tit. de vſufruct. concluſ. 1. nu. 11. & ſeqq.* receptiſsimam dicit (ex *Alex.* ib. relato) ſententiam *Arius Pinel. vbi ſuprà d. nu. 78. col. 2. poſt med. Rota Bonon. d. deciſ. 24. nu. 3.* ex hoc fideiuſsionem in præſenti de ſubſtantia non eſſe, inferens, *Cardin. Tuſch. vbi ſuprà, Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 31. nu. 9 & 11. Surd. de aliment. tit. 7. quæſt. 19. numer. 17. Stephan. Grat. in addit. ad deciſ. 3. num. 2.* Videndumquè latè circa hæc *Ioan. à Caſtillo de vſufruct. cap. 16. per tot.* deciditquè *Senatus Sabaudiæ*, vt refert *Ant. Faber in ſuo Cod. defini. lib. 3. tit. 23. defini. 3. & definit. 9.*

Secundò, quia dato quòd fideiuſsio de ſubſtantia foret, ſatiſdandi impotentia etiam tunc iuratoriam ſufficere cautionẽ efficit, cum in locum fideiuſsionis ſuccedat, † naturamquè eius in cuius locum 36 ſubrogatur, debeat ſapere, iuxta *text. in l. Si eum, 10. §. Qui iniuriarũ, D. ſi quis cautionib. l. Item veniunt, 22. §. Cum prædiximus, D. de pet. hæredit. §. Fuerat, inſtit. de actionib.* Ita in terminis *Surd. d. deciſ. 141. num fin. in fin.*

Item, quia quando forma impleri non poteſt, eius omiſsio actum non vitiat, † 37 ſufficitquè eo modo quo poteſt adimpleri; vt in terminis pluribus firmat (fuſè quidem, & eleganter) *Roland. à Valle d. conſ. 43. ex num. 36. cum ſeqq d. lib. 2. Petr. Barb. in d. l. Diuortio, §. Interdum nu. 29. in fin. & num. 30. D. ſolut. matrim.*

Ex quibus (vt ad propoſitam ſuprà quæſtionem *dict. leg. Regiæ* redeamus) deprehenditur manifeſte, pauperem, qui cum fideiuſſoribus cauere nõ poteſt,

ad ſecundam ſupplicationem, cum obligatione bonorum, ſoluendi in caſu ſuccumbentiæ mille quingentarum duplarum ſummam, admittendum. Quę ſententia expreſsiùs eodem firmatur iure Regio, quo Regium recuſante Senatorem certam deponere pecuniarum quantitatem † debere amittendam, ſi recuſationis propoſitæ non probet cauſam, decernitur, *text.* eſt *in l.2.tit.10.lib.2.nouæ Reg. Collect.* Si tamen recuſationē proponens pauper ſit, nullam teneri ſummam deponere, † ſufficerequè ſi pro ea ſe obliget ſoluturum cum poſsit, ſi in prædicto recuſationis, ſuſpicioniſquè articulo victus fuerit, eod. iure ſtatuitur *in l. 5. tit.10. d. lib.2.nouæ Reg. Collect.* cuius ſunt verba: *Mandamos, que quando alguno que fuere pobre litigando puſiere recuſacion, por la qual fuere obligado a depoſitar alguna pena conforme a las Leyes, y Prematicas deſtos Reynos: cumpla con obligarſe, que quando tuuiere bienes pagara la pena, ſi fuere determinado que la pague, y fuere condenado en ello.* & ita de iure quoquè Luſitano *lib.3.tit.22.* prouiſum, & vſu receptum teſtatur *Melchior Pheb. arreſto* 12. poſt eius deciſiones, vbi hæc adiicit: *Acerca da ordenaçaõ, lib.3. titul.22. eſtà recibido por eſta ley, è aſsi ſe vſa, que os pobres que vem com ſoſpeiçaõ à algum Iulgador, depoſitãon caução; mais primeiro haõ de juſtificar à pobreça ante o Chancarel, & entaon ſelhes concede por deſpacho do dito Chancarel que naõ depoſiten.* Et in iſto caſu potentior etiam quàm in *dict. l.1. titulo 20. lib.4. nouæ Reg. Collect.* eſt ratio, cum ibi cautionem fideiuſſoriam, obligationemquè bonorum requirat: hìc pecuniæ depoſitionem. Quæ cum ob paupertatem remittatur, iuratoriaquè cautio (iuxta eius diſpoſitionem præſtita) ſufficiat; multo magis in caſu *dict. leg.1.* quæ ſolùm fideiuſſoriam ſatiſdationem requirit, ſufficiet.

38

39

Concludendum igitur, in quolibet regulariter caſu cautionem ſufficere iuratoriam, ſi propter paupertatem fideiuſſoria præſtari non poſsit, licèt ſatiſdationem fideiuſſoriam lex requirat. Neque obſtat *text. in d.l. Si conſtante, 25. §. Quoties,* † *D. ſolut. matrimon.* Quia ibi præter ſatiſdationis requiſitum, ad vlteriora proceſsit lex, impotentiæ caſum prouidendo, ordinemquè in eo tunc aſsignando: quo quidem, non iuratoriam cautionem; ſed ad remedium per legem declaratum recurrendum erit. Ita in terminis (reſpondēdo ad *text. in dict. l. Poſtquam, 5. §. Imperator, in fine, D. vt legat. ſeu fideicommiſ. nomin. caueat.* quam etiā pro contraria ſuprà in principio adduximus) tenet *Petr. Barboſ. in d.l. Diuortio, §. Interdum, numero 20. verſiculo, Nec etiam obſtat, D. ſolut. matrimon.* per *textum* (quem id in ſpecie probare dicit) *in dict. l. Filiusfamilias, 117. §. Diui, el 1. verſiculo, Iidem Principes, D. de legatis 1.* ibiquè notaſſe *Angel. & Imolā. Iaſonē, & Ruderic. Xuar.* ab ipſo relatos. Quo reſponſo ſatisfit etiam *textui in d. l.19. tit.21. lib.4. nouæ Reg. Collect. & in l.2. tit.3. lib.2. Fori leg. & in l.6. titul.4. par.3. & in l.23. titul.7. lib.3. nouæ Reg. Colleg.* de quibus ſuprà *num.8.9. &* 10. in quibus præter ſatiſdationē, ad vlteriora proceditur, impotentiæ caſus prouidetur, ordo præfigitur, declaraturquè remedium. Sicquè & ad *text. in d.l.2. C. de tutor. & curat. qui ſatis non ded.* † reſpōderi poteſt. Cui etiam aliter ſatisfacit *Roland. à Valle* ſpecialitatis rationem in illius text. ſpecie aſsignando: quia ſcilicèt quando ad aliquod officium vult quis admitti, nominè alieno agere, neceſſariò ſatiſdare debet, nec iuratoria ſufficiet cautio, ex pluribuſquè reſoluit *dict. conſ.43. num.47. &* 48. quem ſequitur *Petr. Barboſ. vbi ſuprà in d. §. Interdum, num.28. verſ. Non obſtat, & num.29.* qui adhùc idem ipſe ibi (ex ſententia *Baldi in l. Legitimos, ad med. D. de legitim. tutor. & Anto. Queſad. in ſuis quæſtionib. iuris, capit.11 num.3.*) admittendum forè tutorem cū iuratoria cautione, ſi fideiuſſorem dare non poſsit, honeſtaquè perſona, nec ſuſpecta ſit, aſſerit.

40

41

Reſponderi etiam ad *text. in dict. l. Si conſtante, §. Quoties,* † aliter poſſet. Ideo nempè ibi ad cautionem iuratoriam non admitti maritum; quia nullum, vel minimum ex huiuſmodi negatione ei ſequitur detrimentum, cum & intervſurio medii temporis fruatur, pariterque mulieri prouideatur, ita vt neque maritus de proprio commodo quidquam (vel minimum quidem) amittat: neque mulieris dos in diſcrimen veniat amiſsionis. Quare iuratoriam cautionem locum non habere vbi aliter vtrique parti poteſt eſſe conſultū † dicunt multi, vt per *Paul. & Alexand. ibidem in d. §. Quoties, Bald.*

42

43

An-

*Angel. & Immol. in d. §. Diui, Roland. à Valle d. conſil. 43. num. 48. & duobus ſeqq. lib. 2. Cæſar Contard. in l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ. fuer. appellat. quæſt. 23. num. 11. & ſeqq. Robert. Lancellot. de attentat. cap. 19. n. 36. Annan. ſingul. 46. Marcabrun. conſil. 105. nu. 133. Bardell. conſil. 1. num. 18. Ioann. Bapt. Coſta de remed. ſubſid. remed. 58. num. 14. Anton. Hering. de fideiuſſor. cap. 18. numer. 111. Vincent. Caro. de oblat. part. 2. quæſt. 10. num. 18. Alex. Raudenſ. conſil. 61. nu. 14. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 18. num. 4. Alexand. Trentacinq. variar. reſolut. d. lib. 2. tit. de appellat. reſolut. 1. n. 9. Marius Giurba d. deciſ. 4. num. 44. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin. 63. num. 10. & ſeqq. Caſtillo de vſufruct. cap. 18. num. 20. Petr. Surd. d. deciſ. 141. num. 15.*

Qua etiam ratione dicti §. *Diui, verſ. Iidem Principes,* † *& d. l. 2. C. de tutor. & curat. qui ſatis non ded. & d. l. 2. l. 4. & l. 19. tit. 21. lib. 4. nouæ Reg. Collect.* procedere determinatio poſſet. Vbi ideò obligationi ſatiſdandi, per iuratoriam cautionem non ſatis fit; quia abſquè ea vtriquè parti poteſt eſſe conſultum. Non enim ex eo, quòd executionem ſententiæ Arbitri, vel in alio caſu, qui executionem meretur, petens ſatiſdare (iuxta dictarum legum conſtitutionem) non poſsit; ſuſpendenda, vel retardanda erit executio, † aut ab ea, qui illam petit repellendus: fiet tamen de mandato Iudicis depoſitum ſummæ, vel quantitatis pro qua facta eſt executio. Quo vtraquè pars ſecura manet, iuxta modum, quem *Pedemontanum Senatum* obſeruaſſe in ſimili caſu *d. Auth. Quæ ſupplicatio, C. de precib. Imperat. offerend.* teſtatur *Gaſpar Anton. Theſaur. quæſt. Forenſ. lib. 1. d. quæſt. 87. num. 7.* vbi, ſi de re mobili fiat executio, depoſitum fieri ab eo, qui ſuccubuit in manibus tertii idonei dicit: & ſi ſit pecunia; vt medio tempore mercato apud quem deponitur, de fructibus ipſius pecuniæ ei, qui ſententiam obtinuit, reſpondeat: Si verò ſuper re ſtabili executio petatur, iuratoriam ſufficere cautionem, cum res immobilis perire non poſsit. Ex quibus ſat contrariis ſuprà adductis reſponſum videtur.

44

45

## VTRVM PAVPERtas in quam quis ſua culpa incidit, excuſet, pauperiq; proſit?

## *SVMMARIVM.*

1 Iura non fauent ei, qui ſe in neceſsitate poſuit, nec ei prodeſt paupertas, qui ſe in eam ſua culpa coniecit. Contrà num. 7 & ſeqq. Intellige vt num. 16. & ſeqq.

2 Læſus ſua culpa an reſtituatur? & numer. 34.
Incarceratus ſua culpa, an reſtituendus ſit? ibidem, & num. 29. in fin.

3 Mater quæ ob culpam ſuam in neceſsitatem incidit, an ſi ad ſecundas conuolet nuptias antequam reliqua ex adminiſtratione tutelæ filio ſoluat, excuſetur? & num. 35.

4 Vſurarius ob paupertatem excuſatur à reſtitutione.

5 Et quid ſi culpa ſua ad paupertatem deuenit? & num. 36.

6 Alienatio quæ ob paupertatem permittitur, an ei, qui culpa ſua in eam incidit, concedatur? & num. 17. & ſeqq.

8 Priuilegium *legis vnicæ, C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* etiam ei, qui culpa ſua in paupertatem, vel miſerum ſtatum deuenit, conceditur.

9 Meretricibus tanquam miſerabilibus *dictæ legis vnicæ* competit priuilegium.

10 Executor ad diſtribuendum bona in piam cauſam datus, vel pro redimendis captiuis; pro liberandis carceratis, etiam ad pœnam pecuniariam pro maleficiis condemnatis ea diſtribuere poteſt.
Diſpoſitio *pro redimendis captiuis,* etiam captiuos ex delicto comprehendit, ibid.

11 Qui ob grauem, iuſtumquè metum aliquid promiſit, vel dedit, illud reuocare, repetereque poterit, licèt metus eius culpa, delicto, vel maleficio euenerit.

12 Impeditus excuſatur, licèt dederit impedimento cauſam, & num. 34.

13 Paupertas præſcriptionem impedit, licèt culpoſa ſit, ex delictoquè prouenerit, remiſsiuè.

14 De-

14 Debitoribus quorum debitum ex culpa, delictoquè deſcendit, literæ moratoriæ concedi poſſunt, remiſsiuè.
15 Diſtributiones quotidianæ ei, qui ſua culpa in morbum incidit, debentur.
18 Filius fideicommiſſo grauatus ſicut alienare non poteſt contrahendo : ita nec delinquendo, nec actum agere per quem ad alienationem deueniatur.
19 Delinquês an priuilegium ſibi indultum perdat? & num. ſeq.
20 Intellectus ad *text. in l. Bonafides*, 31. *D. depoſiti.*
22 Neceſsitas propriè an illa ſolùm dicatur, quæ principium habet neceſſarium?
23 Pater an teneatur prouidere filio, qui ſibi pro alimentis aſsignatam portionem profudit? aut poſsit filius aliam legitimam poſt primam quam perdidit, à patre, vel ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis conſequi? Aliamvè dotem teneatur pater filiæ poſt primam ſua culpa conſumptam aſsignare? remiſsiuè.
24 Epiſcopus an exigere charitatiuum ſubſidium ob neceſsitatem in quam ſua culpa incidit poſsit?
25 Culpa ad caſum non ordinata nocere non ſolet.
26 Culpa ſimplex, vel ad caſum ordinata, in quo differant, ex ſententia *Menochii*, quæ improbatur? & numer. ſeq.
27 Succurrendum eſt ei, qui in paupertatem ſua culpa (etiam ad caſum ordinata) deuenit, ſi neceſsitas exigat.
28 Inimicitia iuſtam præbet excuſationi tutelæ cauſam, etſi culpa eius, qui excuſationem prætendit, acciderit.
29 Eſt etiam iuſta cauſa recuſandi Iudicem, teſtes, & ſimiles, licèt recuſans cauſam inimicitiæ dederit, modò ad caſum recuſationis ordinata non ſit.
30 Reſpondetur ad contraria, & numer. ſeqq.
Obligatio expreſſa obligatione neceſſaria non ſic expreſſa potentior eſt, ibid.
31 Intellectus ad *tex. in cap. Ex parte*, 10. *de conſuetud.* & numer. ſeqq.
32 Vxor tenetur præſtare marito alimenta, neceſſariaquè ex fructibus dotis, ex paraphernalibus, vel alijs bonis, licèt ſua culpa ad paupertatem deueniſſet maritus.
33 Vxor quæ adulterium commiſit, non ſolùm bonis mariti, ſed etiam dote priuatur.
Beneficium legis an poſsit ab eo implorari, qui in eam committit? ibid.
Reſpondetur authoritati Philonis Iudæi, ibid.
34 Reſtitutionis remedium extraordinarium eſt, & facilius denegatur.
Et an ei, qui ſua culpa læſus, vel impeditus eſt, denegetur? ibid.
Interpretatio ad *text. in l. Papinianus*, 21. *D. de minorib. & in l. Ab hoſtibus*, 15. §. *fin. & l. ſeq. D. ex quib. cauſ. maior.* ibid.
Relegato an & quando reſtitutio concedatur? ibid.
37 Canonem non ſoluens ob paupertatem in quam ſua culpa incidit, ſi ad caſum non fuerit ordinata, in commiſſum non cadit, remiſsiuè.
38 Qui dicit, quem ſua culpa ad caſum ordinata in paupertatem incidiſſe; probare debet.

## QVÆST. LIIII.

LIcèt adeò fauorabilem paupertatem eſſe dixerimus, totquè eius congeſſerimus, congeren daquè reſtent priuilegia: tùm demum prodeſſe, fauorabilèquè eſſe, ſi caſu, alitervè abſquè culpa eius, qui paupertate premitur, accidat; nõ ſi culpa, factoquè ſuo in eam incidat, videtur firmandum. Ei namquè, qui ſe in
1 neceſsitate poſuit, non fauent † iura, *text. in l. Fideiuſſor*, 7. §. *Si neceſſaria*, *D. qui ſatiſd. cog. l. Papinianus*, 21. *D. de minor. l. Si dictum*, 26. §. *Si compromiſero*, *D. de euict. cap. Ex parte*, 10. extra *de conſuetud.* eleganter *Philo Iudæus in lib. de Iudice*, relatus *à Camill. Borrell. de Reg. Cathol. præſt. cap.* 21. *num.* 30. *Nam miſeratio debetur infœlicibus: Quisquis autem ſponte malè facit, non infœlix, ſed iniquus eſt: Cæterùm iniquis pœna proponitur, ſicut iuſtis honor, & præmium.* Firmatquè *Horatij* ſententia *lib.* 1. *Epiſtolar. epiſtola ad Lollium.*

*Quẽ ſua culpa premet, deceptus omitte tueri.*

Et magis in terminis (non prodeſſe paupertatem ei, qui propria culpa in illam ſe coniecit) probant *text. in l. penult. in fin. D. de iure dot. in l. fin. §. fin. D. quæ in fr. iud.*

*fraud. credit. in l. Etiam*, 18. §. *Licèt*, *D. ſolut. matrim.* & *in dict. cap. Ex parte*, vbi ita expreſſè tenet *gloſſa verb. Prodigalitatis*, & *in cap. Quæ in Eccleſiarum*, 7. *verb. Ad inopiam*, *de conſtitut.* & *in cap. Ad ſupplicationem*, 9. *verb. Ad ſuſtentationem*, *de renunciat. Andr. de Iſerni. lib. 1. conſtit. Neap. tit. 33. num. 9.* & *ibidem*, eum ſequutus *Matthæ. de Afflict. n. 18. Florian. de Sanct. Petro in l. Arboribus*, §. *De illo*, *D. de vſufruct. Iaſ. in Auth. Res quæ*, *num. 20.* & *ſeqq.* & *ibid. Curti. Iuni. num. 32. C. commun. delegat. Pariſ. de Put. in tract. Syndic. verb. Rex conceſſit*, *nu. 3.* Videturquè communis hæc ſententia ex propè infinitis, quos refert, & ſequitur *Andr. Tiraquel. in l. Si vnquam*, *verb. Bona*, *nu. 5. C. de reuoc. donat. Ioan. Matienç. in l. 6. tit. 7. gloſ. 3. num. 3. lib. 5. nouæ Reg. Collect. Didac. Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 16. num. 9. Petr. Surd. de aliment. tit. 7. quæſt. 25. num. 11.* & *ſeqq. Marc. Ant. de Amat. deciſ. Marchiæ. 62. num. 4.*

2 Sic ſua culpa læſus † non reſtituitur, *text. in l. Ab hoſtibus*, 15. §. *fin.* & *l. ſeq. D. ex quib. cauſ. maior. d. l. Papinianus*, 21. *D. de minor. Petr. Barboſ. in d. l. Si Prætor*, 75. §. *Marcellus*, *num. 41. D. de iudic.* Ideòquè carceratum ex proprio delicto, reſtituendum nõ eſſe, dixit *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 7. artic. 5. 1. part. num. 42.*

Ex *Paulo* item *Montano in tractat. de tutel. cap. 15. num. 104.* prædicta firmatur ſententia, vbi matrem, quæ reddita ratione tutelæ, reliqua ſoluere non poteſt; licèt ad ſecundas conuolet nuptias; non incidere in pœnam, niſi ob culpam
3 ſuam † in paupertatem deuenerit (ex notatis per *Bart. in d. l. fin.* § *fin. D. quæ in fraud. credit*) aſſerit.

Sic licèt vſurarius propter paupertatem à reſtitutione †
4 excuſetur; *text. in cap. Cum tu*, 5. *de vſur.* & diximus, *q.* 27.
5 Non tamen quãdo ex culpa † ſua ad eam deuenit, firmat *Maurit. Apicella allegatione 6. num. 4.*

Aliena tio pariter, quæ ob neceſsitatem, vel paupertatem permiſſa eſt (vt latè *quæſt. 22. ex. num. 35.* diximus) ei, qui cul-
6 pa † ſua in eam incidit, non permitti, tradit *Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 182. num. 38.* & poſt alios à ſe relatos *Maurit. Apicell. vbi ſup. num. 5.*

Quibus tamen (aliiſq; ſimilibus, quæ obiici poſſent) non obſtantibus; contrariam ſententiam (iuuare ſcilicet paupertatem, ac prodeſſe ei, qui ſua culpa ad
7 paupertatem deuenit, †) firmarunt *gloſſ. in cap. Sacrorum*, 12. *quæſt. 2.* bona Eccleſiarum ad alendos pauperes, qui culpa ſua in paupertatem inciderunt, vel ad eorum redemptionem, qui ob crimen carceribus publicis detinentur, alienari poſſe, aſſerens, *Deci. in d. cap. Quæ in Eccleſiarum*, *num. 138. de conſtit. Bald. Anani. Felin. Campeg.* & *Lupus*, quos refert, & ſequitur *Didac. Couar. d. cap. 16. num. 9. verſic. Contrariam ſententiam*, vbi dicit communem, *Franciſc. Viui. deciſ. 268. nu. 8.* vbi ſic variis vicibus in *Sacro Conſilio*, in *Regia Camera Summariæ*, in *Magna Curia Vicariæ*, & in *Regia Audientia Apuliæ* præcticari vidiſſe teſtatur, *Thom. Actius in tractat. de infirmitate*, *part. 1. cap. 36. num. 5.* & *6. Camill. Borrell. in ſumma deciſ. titul. 56. de iuramento perhorreſcentiæ*, *num. 21. part. 1.* ſupràquè notauimus *quæſt. 22. num. 42.*

Et in terminis *Legis vnic. C. quando Imperat. inter pupill.* & *vid.* eiuſquè priuilegio gaudere poſſe, †
8 caſumquè Curiæ (vt dicimus) facere, ac primum Iudicem habere Senatum, eum qui culpa ſua, vel ob crimen in paupertatem, ac miſerum ſtatum incidit; tenet aſſeueranter *Couarr. pract. cap. 6. num. 2. verſic. Sed ſi quis in paupertatem*, falſam opinionem contrariam dicens *Andreæ de Iſern. Afflict.* & *Rebuff.* eorum certò ſcire adhærens nequaquam fore admittendam: tenet etiam *Viui. vbi ſuprà*, *Ioan. Mari. Nouar. in praxi electionis*, & *variar. fort.*, *quæſt. 16. ſect. 1. num. 4.* & *ſeq.*

9 Indè, & meretrices † tanquam miſerabiles perſonas (licèt ex delicto ſuo) eodem gaudere *d. l. vnicæ* priuilegio, tenuiſſe, & determinaſſe *Sacrum Conſilium*; teſtatur *Vicent. de Franch. deciſione 233. Franciſc. Viui. deciſ. 521. num. 5. lib. 4.* vbi ita per Sacr. Cõſ. deciſum aſſerit, *Gaſp. Theſaur. in addit. ad Patrem*, *deciſ. 117. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 1. caſu 66. num. 25. Ioann. Maria Nouar. d. loco*, *quæſt. 7. num. 5.* & *in deciſ.* quas in fine eiuſdem praxis locauit, deciſionem Viuii iam relatam de verbo ad verbum referendo ſecũdum eius ordinem 24.

Ex quibus deducitur, executorem ad diſtribuendum bona in cauſam piam, vel

pro

pro redimendis captiuis datum: diſtribue-
10 re pro liberandis carceratis, † ad pœnam etiam pecuniariam pro maleficiis condemnatis ea poſſe. Ita (per *d. gloſſ. in cap. Sacrorum*) firmant *Bald. in l. Quamuis, & ibidem Alexan. num.* 10. & 11. *D. ſolut. matrimon. Iacob. Menoch. de arbitrar. d. lib.* 2. *caſu* 182. *num.* 42. *Ioan. Cephal. conſil.* 624. *num.* 60. *Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg.* 32. *num.* 21. *Brunor Sole q.* 47. *nu.* 7. *& in compend. reſol. lit. E, verb. Executores grauati.* Diſpoſitio enim *pro redimendis captiuis*, etiam captiuos ex delicto comprehendere, ex *Ioann. Lupo, Seraſin.* & aliis, tradit *Marius Giurba in conſuet. Senat. Meſanenſ. cap.* 2. *gloſſ.* 12. *num.* 21. *part.* 1.

Firmaturquè principalis ſuprà dicta ſententia ex *textu in l. Nec timorem*, 7. §. *Proinde, D. de eo quod met. cauſ.* vbi, qui ob grauem, iuſtumquè metum aliquid promiſit, vel dedit; per actionem *quod*
11 *met. cauſa* illud reuocare, † repetereque poterit, etſi metus eius culpa, delicto, vel maleficio eueniat: *text.* etiam in *cap. Quia diuerſitatem*, 5. extra *de conceſ. præbend.*
12 vbi impeditus excuſatur, licèt dederit † impedimento cauſam, & infrà etiam dicemus.

Sic & paupertatem præſcriptionem
13 impedire, quamuis culpoſa ſit, † ex delictoquè prouenerit, diximus *quæſtione* 32. *num.* 13.

Debitoribuſquè concedi moratorias
14 literas poſſe, etſi debitum ex culpa, † delictoquè deſcendat *quæſt.* 44. *n.* 49. notauimus.

Diſtributiones etiam quotidianas ei,
15 qui ſua culpa in morbum incidit, † deberi, tenent *Didac. Couarr. variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 8. *Azor inſtit. Moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæſt.* 11. *Martin. Nauarr. de reſtit. lib.* 2. *cap.* 2. *diffic.* 4. *n.* 234. *Ioan. Aloyſ. Ricci. in pract. reſolut.* 444. *num.* 5. *tom.* 2. *Ioann. Maria Nouar. in praxi elect. & variar. fori, quæſt.* 16. *numer.* 6. *ſect.* 1. *& quæſt.* 44. *num.* 3. *ſect.* 2. vbi inſuper hanc tenentes ſententiam addit *Fuſcum de viſitat. lib.* 1. *cap.* 20. *nu.* 26. *Emman. Rodrig. in ſum.* 1. *part. cap.* 33. *num.* 6. *verſ. De aqui ſe infiere, Zerol. in praxi Epiſcop.* 1. *part.* §. *Diſtributiones, num.* 3. *verſ. Sextò debentur, Gutierr. Canonic. quæſt. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 138. *Moneta de diſtribut. quotidian. part.* 2. *quæſt.* 6. *ex num.* 12. *Petr. Cened. in quæſt. Canon. quæſt.* 1. *num.* 8. quos omnes ad literam refert *idē ipſe Cened. ibi*; à quo eos oportet mutuaſſe *Nouarium*: eoſdem pariter (hanc ſuſtinēdo partem) refert nouiſsimè *Auguſt. Barboſ. de offic. & poteſtat. Epiſcop. alleg.* 53. *num.* 168.

Communis autem inter vtramquè diſſentientium ſcholam aſsignari diſtinc-
16 tio † ſolet, eaquè huiuſmodi inuicem pugnantium ſententiarum altercatio cōponi: Vt prior (quæ culpoſam paupertatem fauorabilem eſſe negat) ſi ad caſum culpa fuerit præordinata, intelligatur: eoquè caſu iura in principio adducta procedant, *text.* præcipuè qui id probat) *in d. l. penult. in fin. D. de iure dot. in l. fin. in fin. D. quæ in fraud. cred. & in d. l. Etiam*, §. 1. *ſolut. matrim.* Firmatquè hanc ſententiam *text.* de iure Reg. *in l.* 4. *tit.* 15. *part.* 5. *& ibi gloſſ.* 4. *verb. Malmetieſſe*. Secunda verò (fauorabilem eſſe affirmās) vbi culpa ad caſum præordinata non eſt, intelligatur. Quam diſtinctionem tradūt *Bald. in l.* 2. §. *Si quis in iudicio, numer.* 4. *D. ſi quis cautionib. Deci. in d. cap. Quæ in Eccleſiarum, num.* 137. & 138. *de conſtit. Marc. Mant. ſingul.* 31. *Didac. Couarr. variar. reſolut. d. lib.* 2. *cap.* 6. *numer.* 9. *verſ. Secundò illud adnotandum eſt, Ioan. Bapt. Marcheſan. de commiſſ.* 2. *part. de commiſsione Auocat. cauſar.* §. 2. *num.* 52. ex *Follerio in conſtit. Statuimus, Regni Neapol. num.* 72. & 83. *verſic. Intelligetamen, & Couarr. ſup. & practic. cap.* 8. *num.* 2. & ſic (poſt longam diſputationem) concludit *Sfort. Odd. in tract. de reſtit. in integr.* 1. *part. quæſt.* 11. *art.* 10. *Cornel. Beninc. de paupert. quæſt.* 4. *princip. num.* 48. *Ludouic. Mexia in pragm. taxæ panis, concluſ.* 1. *num.* 9. *Iacob. Menoch. d. caſu* 182. *num.* 39. 40. & 41. *Antoni. Gamm. deciſ.* 25. *num.* 2. *Arias Pinel. in Auth. Niſi tricennale, num.* 46. *C. de bon. mater.* vbi latè, præcipuè *in verſ. Sic in paupertate*, ad multa inde inferens: ad extenſionem præſertim *Auth. Res quæ, C. communia de legat.* vt locum habeat, proquè dote, vel redemptione filii, qui ad paupertatem, vel captiuitatem ex culpa,
17 † delictoquè peruenit ſuo, ſi culpa ad caſum non fuit præordinata, res fideicommiſſo, aut reſtitutioni ſubiectæ alienarī poſsint, cum *Alexand. Fulgoſ.* & aliis ibī relatis, quam contra communem veriorem reputat. Aduerſus quam tamen multis mediis tenet (*Pinelli*, & ſequacium

im-

impugnando ſententiam) *Iacob. Menoch. vbi ſuprà, ex num. 42. cum multis ſeqq.* ei, qui ob culpam, vel delictum ſuum in paupertatem incidit, in modum ſolùm eleemoſynæ, auxiliiquè gratuiti ſuccurrendum cõtendens; non verò indigẽtiam hanc iuſtã, æquamq; vt liberè, & abſolutè bona alioquin inalienabilia poſſint alienari, præbere cauſam; argumentis motus *Socini in l. Marcellus, §. Res quæ, D. ad Trebelli.*

Primum eſt, quòd ſicut filius fideicommiſſo grauatus alienare non poteſt
18 contrahendo,† (ex *tex. in l. vltim. & in Auth. Res quæ, C. commun. de legat.*) ita nec delinquendo, *l. Imperator, D. de fideicommiſſ. libert.* nec actum agere per quẽ ad alienationem deueniatur, ex pluribus iuribus, & authoritatibus ibi adductis. Cui tamen (pro ſententia noſtra) reſponderi poteſt, inter vtrumquè caſum differentiã conſtituendo. Nam qui contrahit, id agit vt alienet (in terminis præſentis inſpectionis loquor.) Qui verò delinquit, vel culpa ſua ad paupertatem, vel neceſsitatem deuenit (ſi ad eam præordinata non ſit) non id vt alienet agit principaliter quidem, imò nec indirectè, etſi poſtmodũ huic ius neceſsitati ſuccurrat. Vnde, apertè prima *Socini*, ac *Menochii* deſtituitur fundamento ratio.

Aliud & ſecundum *Socini* adducit argumentum *Menoch. ibid. num. 46. verſ. Secundò inquit*, quod tanquam inualidum ac non concludens impugnat, reiicitquè *idem ipſe Menoch.*

Tertium argumentũ Socini aſsignat *Menoch. num. 47.* Delinquentem debe-
19 re priuilegium † ſibi indultum perdere; *text. in l. Sed ſi ex parte, 4. §. Quanquam, D. quod cum eo, l. Relegatorum, 7. in fin. D. de interdict. & relegat. l. Auxilium, 38. §. In delictis, D. de minor.* Ergo, ſi ille, qui priuilegium habet, ex delicto illud amittit: à fortiori, ex eo priuilegio quod non habet, acquirere non poterit. Cui reſpondet *Fulgoſius* (cuius ſententiam approbat *Alexand. in d. l. Quamuis, num. 11. verſ. Non obſtat, D. ſolut. matr.* eiquè aſſentit *Iaſ. in d. Auth. Res quæ, num. 21.*) Prædictam regulam, quando culpa eſt ad caſum præordinata, non aliàs procedere.

Aliter præterea reſponderi poteſt. Tũc forſan priuilegium ob delictum amitti, nec prodeſſe, cum remiſsio delicti, aut pœnæ infligendæ prætenditur, quæ delictum ipſum directè, & immediatè reſpicit, vt in proximis relatis iuribus: ſecùs vbi de delicti remiſsione non agitur, ſed vt neceſsitati ad caſum nõ præordinatæ ſuccurratur, vt in caſu noſtro, in quo ſiue ex delicto ad paupertatem, vel neceſsitatem quis deuenerit, poterit fieri alienatio, cum nec pœnæ remiſsio inde proueniat; nec huiuſmodi auxilium delictum reſpiciat, fortiùsquè ſi ex culpa ſolùm, vt quia ſubſtantiam ſuam prodigaliter, neceſsitatis futuræ immemor profudit, cui pœna aliqua nominatim ob id inflicta non eſt, nequè imponitur, ex *text. in l. Etiam, 19. §. 1. D. ſolut. matrimon.* In huiusquè rei confirmationem latiùs *infrà, num. 33.*

Ex quibus alteri etiã *Menochii* obiectioni *vbi ſuprà, num. 50.* ex *text. in l. Bona fides, 31. D. depoſiti* (ibi: *Nam malè meritus publicè, vt exemplo aliis ad deterrenda maleficia ſit, etiam egeſtate laborare debet*) ſit ſatis: Quia ibi, quãdo quis in pœ-
20 nam † delicti bonis nominatim priuatur agitur, quo caſu ea Fiſco deferenda, delinquentemquè egeſtate laborare debere, rectè cenſet *Conſultus*, eamquè pœnam ibi fuiſſe impoſitam, ex eius ſerie cõſtat, ibi: *Is deportatus eſt, bona eius publicata ſunt.* Aliter atquè, vbi bonorum aut non fieret expreſſa condemnatio; aut in delicti, damnationisquè neceſſariam conſequentiam non veniret; in caſu veluti noſtro, in quo ob bonorum conſumptionem pœna nõ imponitur, nec ſi ob aliquod delictum ad egeſtatem perueniatur, auxilio paupertati conceſſo locus non erit. Sequeretur enim alioquin, multiplici pœna, præter pœnam ipſi delicto impoſitã, quem puniendum, addereturquè afflictio afflicto, quod eſſe non debet, vt iuribus vulgatis.

Nec præterea obſtat, imputandum eſſe ei, qui ſe ſuo facto in neceſsitate poſuit, iuxta iura in principio adducta, & per *Menoch. d. loco, num. 50. verſic. Sextò.*
21 Quia in eis † qui ſe in neceſsitate poſuit, vt ſe obligationi adſtringeret, tractauit, idquè directè intendit; diuerſum in eo, qui non ex conuentione aliqua expreſſa directè, nec etiam indirectè id egit, licèt delicto ſuo, vel culpa (ad caſum non ordinata) deuenerit, vt in ſolutione primi diximus argumenti.

Non etiam ſeptimũ adductum à *Menochio ſuprà, num. 52. & 53.* obſtat, Quòd nempè, neceſsitas illa dicatur, quæ principium

22 cipium habet neceſſarium, † ac ideò eum, qui ſua culpa in paupertatem incidit ; in neceſsitate poſitum verè, & propriè nõ dici, nec neceſsitatem ipſam verè neceſsitatem appellari. Quod licèt ipſe maximè vrgere reputet ; in rei tamen veritate leue quidem videtur. Namquè ſi id verum eſſet; maximum inde ſequeretur abſurdum, & inconueniens. In neceſsitate nempè non dici conſtitutum eum, qui abſquè culpa aliqua ad paupertatem neceſsitatemquè deuenit, veluti per negotiationem, quæ malè ceſsit, vel quia merces in mari fuerunt ſubmerſæ, furto ſubtractæ, vel alio modo perditæ, alitervè in neceſsitatem, & inopiam abſquè culpa fuerit perductus, cum à principio mercari, vehere merces, aliavè ſimilia negotia gerere ei fuerit voluntarium; & per cõſequens prædictæ *Auth. Res quæ*, ſimiliumquè iurium (de quibus latè egimus *quæſt.* 22.) diſpoſitione non iuuari : quod falſum eſſe, nemo ambigit, & faciunt dicta à Nobis *dicta quæſtione* 16. præcipuè *num.* 5. & 9. & *in d. quæſt.* 22.

Ad octauum *Menochii* argumentum, & rationes *numero* 54. *cum tribus ſeqq.* adductas (filio, ſcilicèt, qui ſibi pro alimentis aſsignatam profudit portio-
23 nem, † malèquè conſumpſit, prouidere parentem non adſtringi, nec poſt primam ſibi aſsignatam legitimam, quam malè perdidit, aliam conſequi à patre debere filium, nec in bonis fideicommiſſo ſuppoſitis ; nec pariter filiam poſt primam dotem eius culpa conſumptam, aliam conſequi à patre poſſe) ex his, quæ latè *dicta quæſtione* 16. *numero* 5. & *ſequentib.* tradidimus, reſponſio conſtat, vbi ad id neceſſariam ad caſum præordinatam culpam eſſe, teneriquè patrem de neceſſariis alimentis filio, qui legitimam ſibi aſsignatam malè conſumpſit, prouidere; licèt aliam non teneatur legitimam aſsignare, oſtendimus.

Menochii deniquè obiectio *ibidem numero* 58. oppoſita (charitatiuum nempè ſubſidium ob neceſsitatem in quam
24 ſua cauſa, † vel culpa incidit, exigere Epiſcopum non poſſe) ſi culpa ad caſum fuiſſet præordinata non aliter debet intelligi.

25 Culpa enim quæ ad caſum præordinata non eſt, nocere non ſolet, † *textus in l. Is qui ex ſtipulatu*, 44. *D. de actionib. & obligat.* melior *text. in l. Non omne*, 38. *D. de ſtat. liber. & in capit. Quia diuerſitatem*, 5. extra *de conceſ. Præbend. & ibidem gloſſ. verb. Suſpenſus, Bart. Felin.* & alii, quos refert idem *Menoch. ſuprà numero* 59. *Petrus Barboſ. in l. Si Prætor*, §. *Marcellus, numero* 45. *D. de iudic. Cauet. conſilio* 219. *num.* 19. *Franc. Becci. conſil.* 214. *numero* 15. *Mari. Giurb. conſil.* 51. *num.* 19. *in fin.* Nec culpa tantùm abſquè huiuſmodi dolo in ſuarum rerum adminiſtratione exigenda, vel imputanda eſt, *text. in dict. l. Etiam*, 19. §. 1. *D. ſolut. matrim.* & *Nos* latè *d. quæſt.* 16. *num.* 6. Prædictamquè ſententiam veram eſſe fatetur *idem ipſe Menoch. ibi*, culpam ſcilicet ad caſum non ordinatam damnoſam non eſſe, aut conſiderabilem ex dictis iuribus; nec pariter ad commodum, vel vtilitatem prodeſſe, vt ex ea quis commodum conſequatur. Quod & Nos fatemur ; eius tamen negamus ſequelam. Inquit enim : *Si ergo culpa ſua ad commodum non prodeſt ; ſequitur, quòd in hoc caſu hic culpoſus non poteſt conſequi facultatem alienandi, quam non habet.* Poteſt enim reſponderi : culpam huiuſmodi facultatem principaliter non conſequi, ſed paupertatem, & neceſsitatem, cui, non culpæ (licèt culpa neceſsitatis cauſa fuerit) fauetur, cum ad caſum, ad hancque facultatem conſequendam non fuerit ordinata, ad idque nec reſpexerit.

Item & ſecundò reſponderi poterit: quòd cum culpa ad caſum non præordinata nec noceat, nec conſiderabilis ſit: in terminis inculpabilitatis, quando ſcilicet abſque culpa paupertas, vel neceſsitas ſuperuenit (ad propoſitum de quo agimus) remanere videmur: tuncque rem prohibitam alienari, in caſibus aliàs permiſsis alienari poſſe, nemo ambigit. Aliter namque iure ſibi competenti, non tam ratione delicti, vel culpæ, ſed neceſsitatis priuaretur pauper, quod ad caſum non præordinata efficere ex iuribus iam relatis culpa nõ valet; cum præſertim commodum hoc non principaliter, & directè ex culpa, delictoue, ſed neceſsitate, & indigentia deſcendat.

Prætereà ex eo videtur etiam *Menochii* ſententia conuinci: quia ſi vera eſſet, idem operari culpam ad caſum præordinatam, quàm ſimplicem ſequeretur. Solùm enim & in hoc differri vnam ab
26 alia † vult idem ipſe *Menoch. num.* 59. &

*ſeqq.*

*ſeqq.* vt qui ob illam in neceſsitatem incidit, nullo iure iuuetur; qui in hanc, in modum ſolùm eleemoſynæ, non quòd ei aliqua (vt prædiximus) competat actio. Id autem etiam ei, qui in paupertatem culpâ ſua ad caſum ordinata deuenit, ſi ne-
27 ceſsitas exigat, conceſſum eſt, † ſuccurrendumquè illi erit, ex *text. in cap. Paſce*, & *cap. Non ſatis*, 86. *diſt.* & obſeruant *Didac. Couarr. dict lib. 2. variar. cap. 16. num. 9. verſ. Primum ergo, Cornel. Benin. de paupere, d. quæſt. 4. numer. 94. Anton. Hering. de fideiuſſor. cap. 5. numer. 109. Petr. Surd. de aliment. tit. 7. quæſt. 25. numer. 10. & 15. Iacob. de Graſ. in decis. caſuum conſcientiæ, cap. 96. num. 6. part. 1.*

Inanis igitur foret ab omnibus Doctoribus inter vtramquè culpam differentia aſsignata, ſi *Menochii* ſententiâ ſequamur, quæ nullo modo admittenda, ex prædictis erit.

Stat itaquè firma, & tenenda ſententia, paupertatem, vel neceſsitatem in quâ ſua culpa quis ad caſum non præordinatam incidit, prodeſſe. Quæ etiam ex *gloſ. in l. Athletæ*, 8. §. *Dat remiſsionem, verb. Facta*, *D. de excuſat. tutor.* roboratur, inimicitiam iuſtam excuſationi tutelæ
28 cauſam præbere, licèt culpa † eius, qui excuſationem prætendit, acciderit, docens. Præbebitquè ſimiliter iuſtam cauſam recuſandi Iudicem, teſtes, & ſi niles, licèt
29 recuſans cauſam inimicitiæ dederit, † modò ad caſum recuſationis ordinata non ſit: ad quod dictum *gloſſam* receptam à Doctoribus dicit *Dida. Couar. in epitom. de matrim. part. 2. cap. 3. §. 5. num. 7.* plures huius ſententiæ referens Doctores, eoſquè ſequitur, cuius ibi dicta noſtram quoquè ſententiam firmant, & multorum, quos refert, & ſequitur *Petr. Surd. conſil. 565. num. 12. lib. 4.* prædictam diſtinctionem approbans, reprobanſquè ac falſam dicens *Sforti. Oddi* opinionem ſuprà à Nobis relatam, *incarceratum ex proprio delicto non reſtitui* putantis.

Ex quibus ſolutio ad argumenta, & rationes contrarias ſatis deprehenditur. Primò ad iura ſtatim in principio adduc-
30 ta † *in d. l. Si fideiuſſor*, 7. §. *Si neceſſaria, D. qui ſatisd. cog. & in l. 2. §. Si quis tamen, D. Si quis caut. & in l. Si dictum*, 56. §. *Si compromiſero, D. de euiction.* quia in eorum ſpecie expreſſa, & immediata obligatio adfuit, quæ multò potentior eſt, quàm neceſſaria non ſic expreſſa, vt monſtrant prædicta iura, præſertim *d. §. Si neceſſaria, & d. §. Si compromiſero, & ibid.* notat *gloſſ. verb. Feci.*

Ad *text.* verò *in d. cap. Ex parte*, 10.
31 † extra *de conſuet.* diuerſum eſſe illius *text.* caſum reſpondetur; in quo ſolùm *Honorius III.* duas prauas, ac abuſiuas conſuetudines improbat: Quarum prima erat, vt maritus qui caſu, vel culpa bona ſua amiſit, vel profudit, ad libitū dotalia bona poſſet alienare, quā licèt ſeruandam non dicat (quaſi iuri, & rationi aduerſantem) non tamen marito, qui bona ſua perdidit, vel conſumpſit, alimenta, ſibiquè neceſſaria ex rebus dotalibus (ſi id
32 patiantur, ex redditibus nempè) præſtanda † iuxta dicta à *Nobis quæſt. 4. §. 4. numer. 169.* vel ex paraphernalibus, vel aliis etiam bonis, ſi dotalia non extent, negat; vt latè tradit *Petr. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 35. per tot. & quæſt. 36. per tot.* vbi nominatim, quando maritus ex delicto, vel culpa ad egeſtatem deuenit. Non itaquè neceſſariam ſubuentionem, ad idquè competentem actionem tollit ibi marito Pontifex, ſed alienandi pro libito bona dotalia, contra iuris prohibitionem facultatem.

Secunda erat conſuetudo, vt vxor quæ fide coniugii violata, adulterium cōmiſſerat, medietatem omnium bonorum, quæ vir fuiſſet adeptus, conſequeretur: Quam meritò reprobat, execraturquè Summus Pontifex, cum non ſolùm mariti bona ob id debeat mulier perdere, ſed
33 etiam ipſiusmet dotalia, † maritoquè accreſcere. *tex. in l. Si dotem*, 24. *C. de iure dot. l. Libertatem*, 36. *C. ad leg. Iuli. de adulte. l. Conſenſu*, §. 1. *C. de repud. l. vnic. §. Tacèat, C. de rei vxor. act. l. Miles*, 11. §. *Socer, D. ad leg. Iul. de adulter. cap. Plerumquè* extra *de donat. inter vir. & vxor. gloſſ. verb. Bonis in d. cap. Ex parte, Iacob. Menoch.* (poſt antiquiores) *de arbitrar. lib. 2. cent. 5. caſu 419. num. 58. & ſeqq. Iuli. Clar. libro 5. recept. ſentent. §. Adulterium, num. 13. Petr. Barboſ. in l. 2. in princip. num. 52. verſ. Succedit, & num. ſeq. D. ſolut. matrim. P. Thom. Sanchez de matrim. lib. 10. diſput. 8. num. 2.*

Quo quidē caſu ſubueniendum mulieri non erit, amittetquè ex delicto priuilegium, non ex eo ſolo, quòd ſe in neceſsitate poſuerit; ſed quia in legem matrimonii directè peccauerit: ideòquè ex eo com-

tom modum aliquod prætendere non debet, vt notat (poſt alios à ſe adductos) *Petr. Surd. dict. quæſtion. 36. numero 13. & 14.*

Item quia huiuſmodi pœna illi delicto & immediata, & condigna eſt, ac ideò auxilium, vel priuilegium aliàs conceſſum pœnam ipſam immediatè, & directè imponendam, vel impoſitam non tollit. Fruſtra enim beneficium legis implorat, qui committit in legem *cap. Quia fruſtra, de vſur. & cap. fin. de immunit. Eccleſ.* Secùs ſi auxilium, vel fauor aliud, quàm delicti remiſsionem reſpiceret; non enim ob id perderetur, diximus iã ſuprà; *n. 19.* Quibus & *Philonis* pariter authoritati *numer. 1.* relatæ fit ſatis. Et ſic in ſimili dicti *cap. Quia fruſtra*, & d. *c. fin.* interpretatur regulam *P. Thom. Sanchez de matrimon. lib. 10. diſputat. 18. num. 5.* cuius ibi dicta noſtram ſententiam firmant.

Non obſtat *tex. in d. l. Papinianus, 21. D. de minorib. & in l. Si ab hoſtibus, 15. §. fin. & in l. ſeq. D. ex quibus cauſis maiores*: quibus læſum ſua culpa reſtituendũ non eſſe probatur. Quia cum reſtitutionis
34 remedium extraordinarium ſit, † facilius denegatur, vt notat, aduertitquè *Panormit. in d. cap. Quia diuerſitatem, num. 11. de conceſſ. præbend.* & *Petr. Barboſ. in d. §. Marcellus, num. 42.* Licèt igitur culpa reſtitutionem impediat; non tamen aliud ordinarium remedium.

Aliter etiam (aptè ni fallor ſubtiliterquè) reſponderi poſſe exiſtimo. Prædictam aſſertionem, *læſum ſua culpa reſtituendum non eſſe*, ſimpliciter, & abſolutè ſumptam non eſſe veram, nec leges relatas eam probare. Ideò enim in eis denegatur reſtitutio, quia impedimentum ratione cuius facienda erat, inſufficiens eſt; non quòd tale impedimentum ex culpa prouenerit: etſi enim ex culpa (ad caſum tamen non ordinata) impedimentum accideret; non impediret reſtitutionem, idquè eadem pro contraria parte adducta probant iura.

In textu enim *in d. l. Papinianus, 21.* non ideò denegatur reſtitutio, quòd delictum fuerit commiſſum, ob quod abeſſe neceſſarium fuit, tempore quo reſtitutio petenda foret: ſed quia cum abſens ex delicto, procuratorem dimittere potuiſſet, qui eius nomine ageret; non dimiſit, vel cum Prætorem poſſet adire, non adiuit. Vnde licèt ex delicto, culpaquè abeſſet, vt quia relegatus erat: ſi tamen nec Prætorem adire potuit, nec procuratorem dimittere, reſtitutio ei non denegabitur, vt ex *textu ibi*, & *caſus poſitione* deducitur, & ex eadem *l. Ab hoſtibus, §. fin. & l. ſeq. Non enim* (vt ibi inquit Paul. Iureconſult.) *negligentibus ſubuenitur, ſed neceſſitate rerum impeditis.* His enim etiam culpa ſua (ſi ad caſum ordinata non ſit) ſuccurritur, reſtitutioquè ea cauſa læſis conceditur, *text. in l. Sed ſi Prætorem, 26. D. eod. ex quib. cauſ. maior.* vbi etiam relegatis (& ſic proprio delicto, & culpa impeditis) conceditur reſtitutio, ſi poſt huiusmodi culpam aliter ſibi per ſe, vel per procuratorem non valuerint prouidere; eius verba ſunt. *Aduerſus relegatum reſtitutionem faciendam ex generali clauſula Pompon. ait. Sed non & ipſi conceãdam; quia potuit procuratorem relinquere. Ex cauſa tamen puto etiam ipſi ſuccurrendum.* Sic igitur nec his, qui culpa ſua (ad caſum non ordinata) in paupertatem deuenerunt, ex eo ſolo reſtitutionis, aliudvè auxilium denegabitur, ſatiſq; inſinuat *text. in dict. cap. Quia diuerſitatem, 5. de conceſſ. præbend.*

Nec obſtat *Pauli Montani* ſententia (de matre, quę in paupertatem ſua culpa incidit, vt ſi ad ſecundas antequam reliqua filio ſoluat, nuptias conuolet, nequaquam excuſetur) quia ſi culpa ad caſum
35 fuerit ordinata, † debet intelligi: & ita idẽ ipſe ſentire demonſtrat, quatenus ad id ex notatis per *Bart. in d. l. fin. § fin. D quæ in fraud. credit.* mouetur, qui hac in ſpecie loqui videtur. Et excuſari ob paupertatem matrem, quæ ad ſecundas conuolauit nuptias, licèt reliqua filio ex adminiſtratione tutelæ non ſoluerit; indiſtinctè tenet *Hieronym. Gigas de penſionib. quæſt. 80. nu. 7.* & *Nos* latiùs verum (Deo dante) in ſecunda huius tractatus parte oſtendemus.

In iſto quoquè caſu altera illa opinio (non excuſari à reſtitutione vſurarium, qui culpa ſua ad paupertatem deuenit) ſi
36 ad caſum fuerit ordinata, † non aliter, ex latè à *Nobis* deductis *quæſt. 27. num. 12. & ſequentibus, & num. 26. & 27.* intelligenda erit.

Sic & ob paupertatem in quam ſua
37 culpa incidit canonem non ſoluentem, † ſi ad caſum ordinata non ſit, in commiſſum non cadere, diximus *quæſtione 33. numero 28.*

Alia

Alia in sententiæ nostræ confirmationem omittimus similia, quæ per suprà relatos videri poterunt. Aduertere autem pro huius materiæ complemento libet: illum qui dicit, quem sua culpa ad calum præordinata in paupertatem incidisse,
38 probare debere, ex *text. in l. Quotiens, 18. §. Qui dolo, D. de probat.* vbi inquit Vlpian. *Qui dolo dicit factum aliquid, licèt in exceptione, docere dolum admissum debet.* Idemquè, si culpa factum dicatur, notat *ibid. glos. verb. Qui dolo, & verbo Licèt in fin.* aduertitque in specie *ibidem Salycet.* apud quem hac in re magistralē distinctionem vide, *glos.* etiam *fin. in verb. Dolus, in cap. Sedas, 5. extra de rescript.* Quando enim culpa alicui, siue agēdo, siue excipiēdo obiicitur, certa, & limitata opponi, probariquè debet. Regulam hanc constituit *Decius in consil. 562. numer. 11. ex text. in l. Prætor edixit, 7. in principio D. de iniuri. & in cap. Vt circa, 4. de elect. in 6.* latè nostram firmans sententiam *Maurit. Appicell. allegat. 6. num. 26. & seqq.*

## VTRVM PAVPERES, miserabilesquè personæ diuitibus in iudiciis præferantur? miserabiliumq; causæ priuilegiatæ, & quatenùs existant?

## *SVMMARIVM.*

1 Acceptio personarum, & Diuino, & Humano iure in iudiciis prohibetur. Intellige vt num. 22. & seq.
2 Acceptio personarum iudicium præuertit, sæpèq; pro præmio pœnam, & præmium pro pœna confert.
3 Areopagitæ notatur, inq; tenebris iudicare soliti.
4 In omnibus, in iudiciis præcipuè æqualitas sine personarum delectu seruanda est.
5 Per æqualitatē concordia, per inæqualitatem discordia generatur.
6 Ad æqualitatem inducendam, ac seruandam, verborum toleratur improprietas, & ampliatio fit, & restrictio.
7 Nec causæ piæ, aut Ecclesiæ fauore inæqualitas sustinenda est, sed quod pro se vult, contrà se æqualitatis seruandæ ratione velit, necesse est.
8 Inæqualitas, aut misericordiæ Ecclesiæ, aut miserabilitatis ratione admittenda, aut committenda in iudicio est. Intellige vt num. 9. & seqq. & num. 23. & seqq.
9 Pauperum causæ priusquàm diuitum sunt tractandæ.
10 Et summariè expediendæ.
11 Regulariter quælibet causa ordinariè ac plenè discutienda est.
12 Etiam ad partis petitionem post conclusum in causa, principaliter, testes è miserabilium gratia potest Iudex interrogare, & num. seq. in fin.
13 In ordinariis causis ad partis saltem instantiam nullo id licet modo. Post causæ cōclusionem nulla fieri, aut instaurari regulariter probatio potest, ibid.
14 Omisso medio ad Principem, eiusvè Curiam appellare, miserabilibus concessum est.
15 Omisso medio appellare, prohibitum regulariter est.
16 Miserabilibus etiam ad intentionem fundandam instrumenta edere reus tenetur.
17 In cæteris contrà. Etiam in quantumuis summario iudicio, ibid.
18 Pro pauperibus, & miserabilibus in dubio iudicandum, & num. 24.
19 Fiscus & potens, & locuples reputatur.
20 In dubio regulariter pro quibus iudicandum?
21 Pauperes eorumquè causæ potiores quàm diuitum in iudiciis existunt, licèt contrà seruetur.
22 Respondetur contrariis, & num. seqq.
23 Mala euidenter pauperis causa tuenda non est.
25 In exequendo personarum acceptio facienda non est; secùs in exequendi modo.
26 Nec inter æquales, secùs inter inæquales.
27 Inæqualitas status, vel sexus potioris, vel deterioris conditionis quem reddit.
28 Pauperes in multis gratiantur, & in quibus?
29 Grauatus in vno, in alio debet relenari.

# QVÆST. LV.

NEgatiua pars & Diuino, & Humano iure fulciri videtur; quippè quod perſonarũ acceptionem † fieri in iudiciis vetat, Deuteron. cap. 1 *Siuè ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarum. Ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam.* & cap. 10. ibid. *Quia Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus Deorum, & Dominus dominãtiũ, Deus magnus, & potẽs, & terribilis, qui perſonã nõ accipit, nec munera.* Leuit. 19. *Nõ conſideres perſonã pauperis, neq; honores vultũ potentis: iuſtè iudica proximo tuo.* & Prouerb. c. 18. *Accipere perſonã in iudicio, non eſt bonũ.* Paul. ad Rom. 2. *Non eſt acceptio perſonarum apud Deum.* Actor. 10. *In veritate comperi, quoniam non eſt perſonarum acceptor Deus.* Quod & vtrumquè ius Ciuile, Canonicumquè confirmat. De iure Ciuili allegari ſolet *text. in l. Si cum dies, 22. §. Si arbiter, D. de recept. arbitr.* ſunt de iure Canonico expreſsi *text. in cap. In iudiciis, 12. de reg. iur. lib. 6 cap. Nouit, 13. verſ. Cæterùm, de iudic. cap. Summopere, 70. in ordine, 11. quæſt. 3. Et tunc ſecundum quod ibi conſtitutum eſt, remota perſonarum acceptione, definitiua proferatur ſententia,* inquit textus.

Iu tum namq; perſonarũ acceptio im-
2 pedit, prẽuertitq; † iudicium, vt ſuperiora monſtrant, ſæpèq; pro præmio pœnam; aut pro pœna præmium confert: teſtis eſt *Iuuenalis ſatyr. 13.*

*Ille crucem pretium ſceleris tulit;*
*Hic diadema.*

3 Ideò Areopagitas noctu, inq; tenebris iudicare ſolitos, vt actis potiùs cauſæ, quã perſonæ intenderent: tradit in *Hermotimio Lucian.* In idq; ipſum conſulit *Ambr. offic. lib. 2. In iudicio* (inquit) *gratia abſit, cauſæ merita diſcernantur.*

Quarè, & ſi in omnibus, in iudiciis præcipuè ſine perſonarum delectu æqualitas
4 † ſeruanda eſt; *l. Si id quod, 7. in fin. D. de reſcind. vendit. l. Sed & interpellatur, 49. in fin. D. de recept. arbitr. l. Non debet, D. de reg. iur. Rubr. & Nigr. D. quod quisq; iur. l. Cũ pater, 77. §. Euictis, D. de legat. 2. l. Non tantùm, 20.* (ibi: *Quod & in perſona mulieris æqua lance ſeruari, æquitatis ſuggerit ratio*) *D. de re iudic. l. fin. C. cõm. utriusq; iudic. l. Vt liberis, 17.* (ibi: *Æqua lãce, pariq; modo proſpici poſsit*) & *l. Illud 20. C. de collat. l. Si maior, 4. ad fin.* (ibi: *Vt in omnibus æquabilitas ſeruetur*) *C. commun. diuid. l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. tranſ. act. cap. Cum inter, 5. extra de except. c. 1. de re iudic. in 6.* ibi: *Cum non debeat claudicare iudicium. Marſil. ſingul. 168. Marc. Ant. de Amat. deciſ. Ferrar. 11. num. 12.* plenè *Cardin. Tuſch. pract. concl. lit. E. concl. 304. & concl. 306.* Per æqualitatẽ
5 namq; cõcordia † (quã ius quærit) per inæqualitatẽ diſcordia (quã aborret) generatur. *Æqualitate enim continetur cõcordia, inæqualitas diſcordiarũ eſt mater.* vt Solonis eſt apophthegma in Plutarcho.

Adeòq; legibus æqualitas amica eſt; vt
6 ad eam inducendam † ſeruandamquè, verborũ toleretur improprietas, & ampliatio fiat, & reſtrictio, vt ſcilicèt *Crauet. conſil. 173. num. 3. 4. & 5. & conſil. 627. n. 2. & conſ. 739. num. 11. Ioan. Cephal. conſil. 733. num. 16. & ſeqq.* nouiſsimè *Joſeph. Ramon. conſil. 66. num. 19. 20. & 21.* luſè *Cardin. Tuſch. dictis locis.*

Vndè nec cauſæ piæ, † Eccleſiæve fa-
7 uore inæqualitas ſuſtinenda erit, ſed quod pro ſe vult, contra ſe æqualitatis ſeruandæ ratione velit, neceſſum eſt, vt pulcrè mõſtrat *Caſtren. conſ. 142.* (incipit, *Videtur dicendum*) *num. 2. verſ. Et dicit ibi eſſe caſum, lib. 2.* vbi, quòd æqualitas eſt iuſtitia naturalis commutatiua, quam debet Eccleſia ſeruare; ſequitur *Cardin. Tuſch. d. concl. 304. n. 13.* Conducuntq; dicta à *Nobis quæſt. 33. num. 10.*

Fitquè per conſequens, nec egeſtatis,
8 † aut miſerabilitatis ratione inæqualitatem in iudicio admittendam, ſed æqua lance diuites, & pauperes iudicandos. Probaturq; deindè ex *Eccleſiaſt. cap. 25. Iuſtifica puſillum, & magnum ſimiliter.* & *Cicerone, 3. de legib.* dicente: *Paupertatem diuitiis etiam inter homines æqualem eſſe volumus.* Non enim iniuſtitia vt miſerabilibus auxiliemũr facienda, nec pietatis prætextu impietas committenda eſt, *cap. Non eſt putanda, 27. in ordine, 1. q. 1. cap. 2. & cap. Nequè, 9. in ordin. 14. q. 5. cap. Ex tenore, 11. verſ. Nos igitur, de foro compet.* vbi ita Innoc. III. *Nos igitur attendentes, quòd ſic ſumus viduis in iuſtitia debitores; quòd alii iniuſtitiam facere nõ debemus.* &c. *cap. Nuper. de donat. inter vir. & vxor.* Indequè pauperum in iudicio non miſerendum, præcipit Dominus, Exod. 23. *Pauperis quoquè non miſe-*

*miſereberis in iudicio.* & ibid. *Non declinabis in iudicium pauperis.* Elegantet *Aurel. Ciſiodor. ſuper illud Pſal. 14. Et operatur iuſtitiam*, inquit: *Iuſtitia non nouit patrem, non nouit matrem; veritatẽ nouit, perſonam non accipit, Deũ imitatur.* Et vt *Chryſoſtomus* (relatus à *Camill. Borrel. de Reg. Cathol. præſtant. cap. 44. n. 29.*) ait: *Iuſtitia ſine miſericordia, non eſt iuſtitia, ſed crudelitas; ſic miſericordia ſine iuſtitia, non eſt miſericordia, ſed fatuitas.* ſimiliter Senec. de Clem. lib. 1. cap. 2. *Nam tã omnibus ignoſcere crudelitas eſt, quàm nulli.* Meritò propterea *Calliſtratus in l. Obſeruandum, 19. D. de offic. Præſid.* ſic Iudices monet: *Neq; precibus calamitoſorũ illacrymari oportet.* Damnat autem Terent. in Comœd. vlt. *Iudices* (inquit) *ſæpè propter inuidiam adimunt diuiti, aut propter miſericordiam addunt pauperi!*

Præ licta tamen non obſtant, quin aſſerendum, firmandumq; ſit, pauperes, ac miſerabiles in iudiciis diuitibus præferri, potioresq; & in cauſæ expeditione, & in
9 iudicio in ea ferendo, exiſtere. Priùs † nãquè pauperum cauſæ, quàm diuitum ſunt tractandæ, *gloſſ.* celebris 1. *in cap. In primis, 2. quæſt. 1. Ludouic. Roman. in repet. leg. Si verò, §. De viro, fallent. 25. D. ſolut. matrim.* quem refert, & ſequitur *Petr. Rebuff. 1. tom. ad conſtit. Gallic. tit. de ſentent. prouiſionalib. art. 2. gloſſ. vlt. num. 21. & de priuileg. Scholaſt priuil. 90. num. 11. Felin. in cap. 1. num. 6. de accuſat. Socin. regul. 229 fall. 24. Corn. Beninc. de paupert. q. 4. prin. num. 9. Sebaſtian. de Medic. in tract. de caſib. fortuit. 2. parte, q. 4. n. 14.* Qui & audientiam in eis extra rotulum dandam, firmant.

10 Summariè † etiam eorum cauſas expediendas, prouidet *text. in Auth. de mandat. Princip. §. Sit tibi quoquè, coll. 3.* in hæc verba: *Sit tibi quoquè tertium ſtudium, lites cum omni æquitate audire, & omnes quidem breuiores, & quæcumquè maximè vilium ſunt, ex non ſcripto decidere, & iudicare, &c.* vbi *glo. verb. Viliũ*, vertit, ſcilicet *perſonarum, & pauperum hominum.* notantquè ibid. Scribentes *Robert. Marant. de ordin. iudicior. 4. par. diſtinct. 9. n. 77.* in id pariter adducens *text. iuncta gloſſ. verb. Vel perſonæ, in l. Non nunquam, la 1. D. de iudic. & l. Illicitas, §. Ne tenuis, D. de offic. Præſid.* Quod ex eo etiam *numer. ſeq.* firmat: quia cum pauperes miſerabileſquè perſonæ aduerſarios ad Regis, vel Imperatoris Curiam trahere poſsint, *l. 1. C. quando Imper. inter pupi. & vid.* Imperator autem ſola veritate inſpecta cauſas decidat: inde quoq; ſummarias eſſe deducit. Quod miſerabilibus non pauperibus (vt viduis, pupillis vè diuitibus) concedendum *num. ſequenti* negat. latiùſquè Nos infrà *quæſt. 52. numer. 35. & ſeq.* Summarias etiam pauperum cauſas eſſe, docent *Andr. Tiraq. de priuileg. piæ cauſ. priuil. 157.* & ſequitur *Sebaſt. de Medic. d. tract. de caſib. fortuit. 2. parte, quæſt. 4. numer. 42.* quæſt. què 28. num. 41. notauimus.

Cum regulariter cauſa quælibet ordi-
11 nariè, † plenèquè ſit diſcutienda, *l. Iudices, 9. C. de iudic.* cui his verbis Conſtantinus Imperator initium fecit: *Iudices oportet in primis rei qualitatem plena inquiſitione diſcutere, &c. gloſſ. in l. 3. verſ. Iudex igitur, verb. Summatim, in fin. D. ad exhibend.*

Ex hocquè aliud inde ſingulare ſpeciale deſcendit: Ad partis etiam petitionẽ
12 poſt concluſum in cauſa † poſſe Iudicem miſerabilium gratia principalem, teſtesvè interrogare, *glo.* celebris *in clement. Sæpè, verb. Interrogabit. de verb. ſignif.* Quod ſummariæ quoq; cauſæ priuilegium eſt.
13 Cum in ordinariis † ad partis ſaltem inſtãtiam nullo id liceat modo, vt reſoluit elegantèr *Marant. d. 4. part. diſt. 9. num. 28. 29. & 30.* Poſt cauſæ namquè concluſionem nulla fieri, aut inſtaurari regulariter probatio poteſt, *c. Paſtoralis, 5.* (ibi: *Antequam renunciatum ſit, aut concluſum*) *de cauſ. poſſeſſ. & propriet. cap. Auditis, 8. de procurat. cap. Cum dilectus, 9. & ibid. gloſſ. verb. Concluſum, de fide inſtrumen. Auth. De teſtib. §. Quia verò multi, coll. 7. titul. 2. conſtit. 90.* plenè *Paz in praxi 1. partis, tom. 1. 10. temp. à num. 1. cum ſeqq. Matienç. in Dialog. Relator. quæſtione 52. num. 1.* aliique ab eis relati. Et in ſpecie ſpeciale hoc in pauperum fauorem conſtituit, traditquè *Petr. Rebuff. dict. 1. tom. ad conſtit. Gallic. tit. de ſenten. prouiſ. art. 3. d. gloſ. vlt. num. 23.*
14 Item & omiſſo medio † ad Principẽ, Papam, vel eorum Curiam appellare miſerabilibus conceſſum eſt. *Hoſtienſ. & Ioann. Andr. in cap. fin. de iudic. Anton. de Butr. in c. Licet, de foro comp. Bertach. in tract. de gabel. 7. part. quæſt. 27.* quos refert, & ſequitur *Petr. Rebuff. dict. loco, num. 31.*

*num.* 31. *& in tract. de appellat. artic.* 2. *gloss. vna, num.* 14. *tom.* 1. *Carauit. super ritu* 19. (*Item quod procurator*) *num.* 20. *priuil.* 16 *Thes. Fossan. decis.* 177. *ampliat.* 5. *num.* 8. *Sigism. Scacc. de appellat. q.* 7. *num.* 113. & 14. Vbi, & in prima instantia Principem, eiusvè Senatum miserabiles Iudicem habere posse ex *d. l. vnic. C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* & in secunda, medio omisso ad eum appellationem miserabilibus concedi notat; pariterquè à Diuino iure priuilegium hoc originem traxisse videri, ex illo *Exodi* 22. *Viduæ, & pupillo non nocebitis: si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamquè vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filii vestri pupilli.*

15 Regulariter † autem omisso medio appellare prohibitū est, *l. Imperatores*, 21. *D. de appellat. & relat.* vbi sic Papirius: *Imperatores Antoninus, & Verus rescripserunt, appellationes, quæ rectò ad Principem factæ sunt, omissis his, ad quos debuerūt fieri ex imo ordine, ad Præsides remitti. Idem rescripserunt, ab Iudice, quem à Præside prouinciæ quis acceperat, non rectè Imperatorem appellatum esse: ideòq; reuerti eum ad Principem debere.* De iure Canonico, *tex. in cap* 3. *de appellat lib.* 6. *gloss.* 2. *in cap. Dilecti*, 66. *& ibid. Abb. num.* 9 *& Deci. num.* 10. *vers. in gloss. eod. tit gloss.* 1 *in cap.* 1. *vers. Ad quem*, 2. *q.* 6. *Ioach. My. sing. singul. obseruat. cent.* 1. *obseruat.* 67 *& cent.* 2 *obseruat.* 4. *num.* 2. *Andr. Gail. practic. obseruat. lib.* 1. *obseruat.* 119. *nu.* 2 *& tract. de pace publ. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 15. *Carauit. super ritu* 265. *num.* 37. plurimos (ad laturitatem vsque) referens *Sigismund. Scacc. de appellat. d. quæst.* 7. *num.* 1.

Præterea miserabilibus instrumenta
16 etiam ad intentionem fundandam † edere reus tenetur. Ita asserūt *Deci. in l.* 1. *n.* 18. *C. de edend. & in c.* 1. *nu.* 80. *de probat. & ibid. Bero. n.* 69. *Purpurat. in d. l.* 1. *n.* 18. *vers. Quarta causa est, Ioan. Cephal. consil.* 65 *num* 8. *lib* 2. *Petr. Rebuff. de sentent. prouis. d. art* 3 *glos. vlt. nu.* 22. *Fului. Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 63. *num.* 51. *Iacob. Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 5. *casu* 499. *num.* 50.

17 Cum in cæteris † contraria sit indubitata, naturaliquè ratione vallata iuris determinatio in *d. cap.* 1. *de probat. & in d. l.* 1. *& fin. C. de edend. & vtrobiq; gloss.* & communiter Scribentes, *l. Nimis grauè*, 6. *C. de testib. l. De minore*, §. *Tormenta, D. de quæst.* cum aliis adductis à Nobis suprà *quæst.* 39. *num.* 3. Firmantquè plenissimè ad longum materiā hanc prosequentes, ex recentioribus *Iacob. Menoch. de arbitr. d. lib.* 2. *cent.* 5. *casu* 499. *à num.* 1. *cum seqq. Sigism. und. Scacc. de iudic. caus. ciuil & crimin. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 480. *& seqq. Nicol. Gen. de script. priuat. lib.* 4. *tit.* 1. *numer.* 140. *cum seqq. Ioan. Domin. Gait de credit. cap.* 2. *tit.* 5. *art.* 2. *inspect.* 2 *num.* 1075. *& seqq. Fului. Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 61. *num.* 48. *& seqq. & cap.* 62. *& cap* 63. apud quos regulæ huic ampliationes, limitationes, & quidquid ad eam conducat, reperire facile erit. Quorum multi hanc extendunt conclusionem ad iudicium quantumuis summarium, & in quo de plano, sineque figura iudicii proceditur. Sic ampliant *Bart. in extrauag. Ad reprimen. verb. Et figura, num.* 17. *vers. Item in hac causa, & in d. l. fin. num.* 2. *vers. Intellige istud, C. de edend. Purpur. in d. l.* 1. *num.* 6. *vers. Secundò ampliatur, C. eod.* quos refert, & sequitur *Fului. Pacian. d. cap.* 61. *num.* 51. *Iacob. Menoch. d. casu* 499. *num.* 2.

Pro pauperibus similiter, miserabili-
18 busq; in dubio † iudicā dum, ostendit Imperator Iustinianus in *Auth. de Eccles. tit.* §. *Si quis in nomine, coll.* 9. ibi: *Si quis autem vnum Sanctorum hæredem scripserit, aut legatum ei reliquerit, & non specialiter nominauerit locum in quo est venerabilis domus; inueniantur autem in eodem loco, aut ciuitate plura oratoria eiusdem Sancti: illi magis domui, quæ pauperior est, quod relictum est præbeatur.* & probant *text. in cap. In his*, 30. *de priuileg. text. in l. Sunt personæ*, 43. *ad fin. D. de Religios. & sumpt. funer.* firmantquè *Andr. Tiraquell. de priuileg. piæ caus. priuileg.* 148. *Cornel. Beninc. decis. quæst.* 4. *princip. num.* 8. & 10. *Petr. Rebuff. de priuileg. Scholast. d. priuil. g.* 90. *num.* 10. allegat textum (quem ad id singularem dicit) in *l. Non puto*, 10. *D. de iure Fisc.* vbi hæc Modestinus: *Non puto delinquere eum, qui in dubiis quæstionibus contra Fiscum facilè responderit.* Cuius ad propositum Rebuffi induc-
19 tio ea esse oportet; cū & † potens Fiscus reputetur, *l. Quæcumquè*, 3. *C. de litig. l.* 2. *C. ne Fisc. vel Respub.* & iocuples semper ha-

hibeatur, iuxta *textum in l. 2. in fin. D. de fundo dotal. gloſſ. & Bart. in rubr. C. de iure Fiſc. lib. 10. Bald. in l. 1. num. 7. C. de hæred. vendit. & conſil. 363. in princip.* quos refert, & ſequitur *Marc. Anton. Peregrin. de iure Fiſc. tit. 1. num. 34.* pluribus congeſtis *Maſcard. de probat. tom. 2. concluſ. 806. num. 5. Alſar. de offic. Fiſcal. gloſſ. 9. verb. Seays mi Fiſcal, num. 12. & 14.*

20 Cum aliàs in dubio actoris, † vel rei, (iuxta vulgarem regulam *Cum ſunt partiũ, 11. de reg. iur. in ſexto*) poſsidentis, vel non (iuxta tradita ſuprà *q. 39. n. 9. & 10.*) aliæq; fieri diſtinctiones ſoleant.

Ex quibus ſatis iam, abundeq; conſtat,
21 pauperes, ac miſerabiles potiores † diuitibus in iudiciis exiſtere, & præferri, pauperũq; cauſas maiori fauorũ, priuilegiorũq; cumulo gaudere, quod & multi alii caſus in huius tractatus progreſſu, ſuis ſedibus locati monſtrant. Idq; iure optimo, & cõſtitutum, & ſeruandum, ius, pietaſq; ſuadent. Sed nec ſacrarum legum iuſsiones, nec Doctorum cõclamationes in miſerabiliũ iuuamen proficiunt, vt nõ tam verè, quàm dolenter (in Iudices inuehens) *Innocent. lib. 2. de vilit. cond. humanæ*, dicat: *Vos non attenditis merita cauſarum, ſed perſonarum, non iura, ſed munera.* & ibi: *Pauperum cauſam cũ mora negligitis, diuitum cauſam cũ inſtantia promouetis. In illis rigorẽ oſtenditis; in iſtis, ex manſuetudine diſpenſatis. Illos cũ difficultate reſpicitis; iſtos cũ facinore tractatis. Illos negligenter auditis; iſtos ſubtiliter auſcultatis.* & ibid. *Si forte pauperũ cauſam ſuſcipitis, illos remiſſe fouetis: Si autem diuitum cauſam ſuſcipitis, illos pertinaciter adiuuatis. Iſtis reuerenter aſſangitis; illis deſpicabiliter communicatis.* & D. Ioſ. lib. 4. de ſummo bono: *Diues citò muneribꝰ corrumpit iudicium: pauper autem dum non habet, quod offerat, non ſolùm audiri contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur.*

Supereſt ad contraria reſpõſio; iuribus in primis, & authoritatibus, quæ perſona-
22 rũ acceptionẽ † in iudiciis vetãt, quorum ſolutione cæteræ quoq; difficultates ceſſant. Aliquibus nãq; venit limitãda, intelligendaq; hæc aſſertio modis. Primò, vt de mera iniuſtitia procedat; ſecùs de gratia, notante *Bart. in l. 1. in princip. D. de poſtul. Vincen. Carot. in ſingul. ſuis, ſingul. 334. verſ. Secunda*, & dicunt *Sot. de iuſt. & iur. lib. 3. q. 6. ar. 1. in reſponſ. ad 1. arg. P. Fra. de Salas de legib. q. 97. tract. 14. diſput. 20. ſect. 7. num. 70. verſic. Ad ſecundum, & num. 71.*

23 Quarè, etſi cũ iniuſtitia, † iniuria alterius, vel graui detrimento fauendũ miſerabilibus non ſit; aut diuitibus detrahẽdũ vt addatur pauperibus, *d. c. Ex tenore*, cum aliis pro contraria ſup. *n. 8.* adductis: mala enim cauſa nec pauperis tuenda eſt: & probat præterea *Aug. in lib. Pſalmor. Pſal. 32.* cuius refertur ſententia in *c. Ne amiſſo, 34. in ord. 22. q. 4. Ne amiſſo iudicio* (inquit) *ſis pauperi in mala cauſa miſericors, cui ſi parcis ſacello, percutis cor, &c.* & faciunt *tex. in l. fin. §. Sed ſi quis, C. commun. de legat. l. Nec auus, C. de emancip. lib. l. 2. §. Merito, D. ne quid in loc. pub. l. Impuberi, D. de admin. tut. & l. Cum filius, D. de milit. teſtam.* quos in id adducit *Cornel. Benin. d. q. 4. princ. n. 11. Franciſ. Viui. dec. 222. nu. 5.* & ſic cũ de mala pau-
24 peris cauſa, iniuſtitiaq; conſtet: † ſecùs vbi vel dubia cauſa eſt; vel finale iudiciũ nõ profertur. In dubio nãq; iam pro pauperibus iudicãdum firmauimus. Ante diffinitiuamq; ſententiam, in cauſæ expeditione cum de iure tollendo, aut alteri parti adiudicando non agatur, in litigãdi, vel exequendi modo conſiderabile diuitum detrimentum reputari non poteſt, in hocquè & liberum, honeſtumquè Legislatori eſt iuxta prædicta in miſerabilium fauorem ſtatuere, & Iudici o ſequi neceſſarium. Liceat enim in exequen-
25 do † perſonarum exceptio habenda non ſit; ſecùs in exequendi modo. Ita firmat *Decius in cap. Nouit, notabil. 7. numero 42. de iudic.* ſequitur *Vincent. Carot. d. ſingul. 334. verſ. Quarto procedit.*
26 Item, & inter æquales † dicta procedit regula; ſecùs inter inæquales, vt profitentur *Abb. in cap. De multa. numer. 8. de præbend. & dignit. & Vincent. Carocciolus. ſingul. 334. verſicul. Tertio procedit.*

27 Inæqualitas † enim ſtatus, vel ſexus potioris, aut deterioris conditionis quem reddit, *cap. Cum ſunt partiũ, 11. capit. In pari, 65. de reg. iur. libro 6. l. Hos accuſare, 12. D. de accuſat. & inſcript. l. In multis, 9. D. de ſtat. homin. In multis iuris noſtri articulis* (Papinianus inquit) *deterior eſt conditio fœminarum, quàm maſculorum.* cum multis ſimilibus, quos longum foret recenſere.

28 Imò & in hoc æqualitas videtur ineſſe, † vt pauperes, qui in tot, tantiſq; grauantur, deterioriſq; diuitibus conditionis exiſtũt (vt in teſtimoniis, *l.3.D.de teſt.* In accuſan do, *l. Nonnulli*, 10. *de accuſat.* In tutela, *l.2. C. de tutor. vel curat. qui non ſat.de-der.* In adoptionibus faciendis, *l. Nec permittitur*, §.1. *D. de adopt.* In actione de dolo proponenda, *l. Non debet, D.de dol.* In luitione pœnæ, cum in corpore luat, qui in ære non habet, *l. fin. D.de in ius vo cand.* cum adductis à Nobis *in 2. huius tractatus parte*, vbi rei huius ſedes, & *in axiomat. & locis commun. iur. litera C. num.*246. In multis deniquè aliis caſibus enumeratis per *Cardin. Alex. in c. Hæc autem ſcripſimus*, 30. *diſt. Curt. Seni. conſil.*34.*n.*12.*& conſ.*51.*n.*7. *Cornel. Benin. d.q.*4.*princip.num.*2.*&* 3.& pleniùs per *Nos quæſt.*6. *à num.*1. *cum ſeqq.*) in aliis 29 quoquè leuentur: Cum grauatus in vno † in alio debeat releuari, *l. Eum qui*, 30. *D. de iuriurand. l. Iure ſuccurſum*, 6. *D.de iur.dot. l. Secundum naturam*, 10. *D. de reg. iur.* cum congeſtis à *Nobis in axiomatibus, lit. G. nu.*37. Cum præſertim in ſpecie noſtra & diuites ius ſuũ non perdant; & ſuum conſeruent miſeri. Auxiliãturq; in id iam à Nobis deducta *q.*44.*à n.* præcipuè 25.*cũ ſeqq.* & 51.*n.*5.*cũ ſeqq.*

# SPECIALIA QVAEDAM EXTRA QVÆSTIONES.

## *SVMMARIVM.*

1 Ceſsionis bonorum beneficium in pauperum fauorem effluxit. Plures, qui de eo egerunt, referuntur, ibid.

2 Debitor non debet alteri ex creditoribus chirographariis beneficio prælationis carenti (inſtantibus præſertim aliis) per gratificationem ſatisfacere, integrèq; ſoluere, vbi eius bona omnibus creditoribus non ſufficiunt.

3 Et quid ſi creditori pauperi de debito, vel damno illato ſatisfiat? & num.ſeq.

5 Priuilegium miſerationis cauſa datum tolli non poteſt per renuntiationem à miſerabilibus factam?

6 Creditores hæreditarii mouere nõ poſſunt actiones cõtra hæreditatis emptores, etiam cum quibus pactum eſt vt creditoribus hæreditariis ſatisfacerent.

7 Niſi Fiſcus, vel pauperes hæreditatem vendant.

8 Mutuans paciſci poteſt de aliqua ſumma ſibi vltra ſortem principalem pœnæ nomine præſtanda, ſi intra ſtatutum ſolutioni tempus debitor non ſoluat. Limita duobus num.ſeqq.

11 Procurator cum plena, & libera donare, aut domini ius abſquè ſpeciali ad id mandato remittere non poteſt. Et idem in procuratore Cæſaris, ibid. Et ſiue ab homine, ſiue à lege liberã adminiſtrationem procurator habeat, ibid.

12 Procurator cum libera poteſt ius domini donare, aut remittere pauperi.

IGimus vſquè adhuc (licèt non expreſsè, ex ordine tamen demonſtratur) de fauoribus, & priuilegiis pauperum, ac miſerabilium, quæ ad Eccleſiaſtica, ad profana, contractus, iudiciaquè in ciuilibus pertinent: quibus contenti, aliorum remiſsione vtemur; vt in ceſsionis bonorum beneficio, quod & in 1 pauperum fauorem effluxit, † ne in carceribus marceſcerent, ferroque ac fame tabeſcerent, neve in vincula coniici poſſent, *text. in l.*1.*C. qui bonis ceder. poſſ.* Id quod teſtatur *Bald. in l. Societatem*, *D. pro ſoci.* quem refert, & ſequitur *Lucas Matthæ. Apicell. in tutam. pauper. tit.*4. *de ceſsione bonor. num.*3. *Iacob. Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *cent.*2. *caſu* 183. *nu.*1. *Cardin. Dominic. Tuſch. practic. concluſ. litera C. concluſ.*217. *nu.*1. & alii ex proximè referendis, apud quos perquam fusè de hac agitur materia: videriquè poterunt *Matth. Brun.* (qui integrum *de ceſsione bonorum* tractatum edidit) *Matthæ. de Afflict. deciſ.*296. *dec.*378.*&*379. *Bartholom. Socin. regula* 46.47. *&* 279. *Bertachin. verbo Ceſsio bonorum, & verbo Cedere, Petr. Iacob. in ſua praxi ciuili, titulo de ceſsione bonorum, Gaſpar Baeça de inope debitore, cap.* 1. *per tot. Didac. Couarr. variar. reſol. lib.*2. *cap.*1. *Paz in praxi* 5. *part. to.*1. *cap.* 6. *per tot. Ioann. Gutierrez de iuramen. confirmat. cap.*18.

*cap.18. Bernard. Diaz regul. 65. Auendañ. reſponſ. 8. Cardinal. Tuſch. d. lit. C. concluſ. 217. 218. & 219. Iacob. Menochi. d. caſu 183. per tot. Ioann. Baptiſt. Marcheſan. de commiſſionib. part. 3. cap. 1. §. 1. de commiſſione admiſſionis ad bonorum ceſſionem, Lucas Matthæ. Apicella d. tit. 4. de ceſſione bonorum per tot.* materiam complectens 146. *numeris*, & eius *Addit. Maurit. Apicell. Alex. Trentacinq. variar. reſolut. libro 2. tit. de ſolutionib. reſolut. 27. per tot. Carol. de Graſsis de except. ad ſtatutum excludens omnes except. except. 17. Iacob. Cancer. variar. reſolu. cap. 8. de ceſſione bonorum, Philipp. Paſchal. de virib. patriæ poteſtat. 2. part. cap. 9. ex num. 52.* cum multis ſeqq. *Marc. Anton. de Amat. dec. 93. per tot.*

Item licèt debitori conceſſum non ſit, vbi eius bona omnibus creditoribus
2 non ſufficiũt, alteri ex creditoribus † chirographariis beneficio prælationis carenti (inſtantibus præſertim aliis) per gratificationem ſatisfacere, debitumquè integrè ſoluere; *text.* eſt *in l. Papillus, 24. D. quæ in fraud. credit. & in l. Si non expedierit, 6. §. Si pupillus, D. de bonis authorit. iudic. poſsidend.*

Id tamen volunt multi non procedere, locum nec habere, ſi pauperi †
3 ſolutio fiat, licèt pro omnibus bona non ſufficiant: poſſequè tunc omiſsis ditioribus ſatisfieri de debito pauperi, tenuerunt *Diuus Thomas opuſcul. 73. cap. 18. Emman. Sa verb. Reſtitutio, numer. 63. Medina de reſtit. quæſtione 2. dubio 5. Sylueſt. verb. Reſtitutio, 6. in fin.* vbi in iſto caſu excutiare debitorem iure poli, etſi non fori, ſi pietate motus gratificaret plurimum egenti, tradit, quos refert (licèt non ſequatur) *Pat. Leonard. Leſſius de iuſt. & iure lib. 2. cap. 15. dubit. 7. n. 45.* Imò & in foro exteriori dictã procedere ſententiam, nec poſt huiuſmodi factã ſolutionẽ, creditoribus aliis, quãtumuis priuilegiatis, nec Fiſco, nec mulieri pro dote reuocatoriam competere, aſſerit *Flores Diaz variar. lib. 1. quæſt. 6. §. 1. num. 18. Paterquè Ferdinand. Rebell. de obligat. iuſtit. libro 2. quæſtione 19. nu-*
4 *mero 13.* † non ſolùm ex pietate, ſed etiam ex iuſtitia quodammodo, quando creditor eſt prorſus, aut notabiliter pauperior, præferendum priori creditori quoad debitam compenſationem illi faciendam propter damnum illatum, ſiue ex violatione liciti contractus, ſiue ex alia iniuria, aſſerit.

Deinde ſingulariter menti figendum dicit *Petrus Rebuff. in d. tit. de ſentent. prouiſionalib. gloſſa vltima, numero 38.* priuilegium miſerationis cauſa datum, per renunciationem à miſerabilibus factam, † tolli non poſſe: quia facilè, &
5 modico dato ei renunciarent, argument. *leg. Cum hi, D. de tranſact. Bald. in margarit. in verb. Beneficium, quæſt. 54. & in verb. Renunciatio, quæſtione 16. Felino, & Barbat.* ibi adductis Rationem reddens, quia tolleret miſericordiam, quod eſt contra bonos mores, ex *Alexand. conſil. 122. Viſo, numero 14. volum. 4. & conſil. 126. Viſo, in fin. eod. volum. Felino, & Barbat.* ab eo relatis, tradidimusquè ex multis aliis *quæſt. 47. numero 10. & 11. & quæſtione 49. numero 17. Vincent. Carot. ſingulari 98.* vbi latè in materia *l. vnic. C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* Amplians, vt nec foro Eccleſiaſtico miſerabiles actu renunciare valeant, & etiamſi coram Ordinario iudicium cœptum ſit, ex multorum, quos refert ſententia *Nicol. Intrigliol. ſingul. 14.*

Singulariſsimum præterea pauperũ priuilegium eſt: quia hæres vendens hæreditatem, licèt cum emptoribus paciſcatur, vt creditoribus hæreditariis ſatisfaciant, † aduerſus emptores actionem
6 mouere non poſsint creditores, ſed aduerſus hæredem; *text.* eſt *in l. 2. C. de hæredit. vel act. vendit.*

Sitamen pauperes † ſint hæredes,
7 hæreditatemque vendiderint; creditoribus hæreditariis reſpondere non cogi (ex Fiſci cum pauperibus æquiparatione, qui in hoc caſu non tenetur, *text. in l. 1. C. eod. tit. de hæredit. vel act. vendit.*) tenuerunt *ibid. Cyn. & Alberic. Curt. Senior in repet. l. 2. numero 4. C. de pact. & ibid. Deci. numero 2. & 3.* ſingularem, probabilem, & fauore dignam hanc teſtatur ſententiam peritiſsimus *Emman. à Coſta in cap. Si pater, 2. part. verb. Ipſis pauperibus, num. 10. verſ. Sextò, & vltimò.*

Adiicere quoquè *Cardinalis Franciſci Toleti* doctrinam libet, *in ſumma, lib. 4. tit. 32. num. 3.* vbi licere mutuanti pecunias, aliquid vltra ſortem accipere,
8 non ratione mutui, † ſed nomine pœnæ,

notat, vt ſi conuenerint partes, mutuatario intra ſtatutum tempus non ſoluente, quid nomine pœnæ præſtare eum debere: quia ad huiuſmodi pœnam tenebitur,
9 niſi propter paupertatem, † & impotentiam debitor ſtatuto tempore non ſoluerit. Quinimò ſi tempore contractus, con-
10 ditionisquè appoſitæ adeſſet, † probabilitervè agnoſceret mutuans tempore ſtatuto non poſſe mutuatarium ſortem principalem, debitumquè ſoluere; vſuram cõmittere creditorem aliquid etiam nomine pœnæ vltra ſortem exigentem, de eo vè paciſcentem, firmat *idem ipſe ſupra num.* 2. quæ dicta *ſupra, quæſt.* 26. *num.* 47. ſatis firmant.

Notandum pro coronide, procuratorem quantumuis generalem, cum plena & libera, debitum, iusvè domini principa-
11 lis donare, † aut remittere non poſſe, *tex. eſt in l. Contra iuris*, 29. §. *fin. D. de pactis, l. Filiusfamilias*, 7. *D. de donat. Panormit. conſil.* 55. (incipit *In quæſtione*) *num.* 5. *in fin. verſ. Non obſtat tertium motiuum, lib.* 1. plurimos referens (etiam in procuratore Cæſaris) *Ioann. Gutierrez de tutelis*, 2. *part. cap.* 6. *num.* 2. vbi latè à *num.* 1. *cum ſeqq.* prædictam ſententiam firmat. Idem quoquè dicens in tutore, curatore, vel quolibet alio à lege, vel ab homine generale, cum liberaque mandatum habente: eandem etiam tenent ſententiam *Marc. Anton. Natta conſil.* 25. *num.* 4. *lib.* 1. & *conſil.* 241. *num.* 2. *lib.* 2. *Cardin. Dominic. Tuſch. pract. concluſ. lit. P. concluſ.* 836. *num.* 5. *Hercul. Mareſc. variar. reſolu. lib.* 2. *c.* 93. *n.* 5. & 7. idem in tutore, in patre legitimo filii adminiſtratore, & in eo cui libera adminiſtratio permiſſa eſt dicens. Nulli enim ex his (niſi nominatim & expreſſè ad id concedatur facultas) donandi, remittendive ius data videtur poteſtas. Cum nemo iactare ius ſuum velle cenſeatur, dictis iuribus, & authoritatibus ſuprà proximè: diximusque etiam *quæſt.* 21. propèquè infinitis relatis tradit *Mari. Giurb. in conſuet. Senat. Meſan. cap.* 1. *gloſſ.* 10. *nu.* 7. *part.* 1. multos etiam referens *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 699. *num.* 8. & 10. *Anton. Faber in ſuo Cod. defin. libro* 2. *tit.* 21. *definit.* 1. *num.* 5.

Pauperi tamen poteſt procurator cũ
12 libera donare, † iusvè domini remittere, *gloſſ.* celebris *in l.* 3. *in verb. Compelletur, C. de annon. & tribut. lib.* 10. quam (plures allegans) ſequitur *Padilla in l. Præſes, num.* 15. *C. de tranſact.* & poſt eum *Ioan. Gutier. d. cap.* 6 *num.* 8.

Remanent, ſuperſuntquè ſpecialia, ac priuilegia circa vltimas voluntates, & iudicia criminalia, in ſecunda (Deo dante) parte locanda, vbi multa alia, quæ huic deeſſe videntur (quia ibi propria eorum ſedes) adiiciemus. Nunc his primæ finem imponimus, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, ſanctiſsimæ, ac indiuiduæ Trinitatis, venerandæ ſemperquè Virginis Deiparæ Mariæ. Quibus (ſi quid boni dixero) tribuendum; mihi autem parcendum, ſi quæ (vt erunt) minùs rectè, comptevè ſcripta reperiantur, ad arbitrium ſanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ, cuiuſlibet etiam alterius rectiùs ſentientis corrigi parato.

# FINIS PRIMÆ PARTIS.

INDEX

# INDEX
## RERVM ET VERBORVM HVIVS PRIMÆ Partis accuratiſsimus.

## A


ABESSE, ABSENS, ABSENTIA.

*ABeſſe dicitur id, in quo quis obligatus eſt, quæſt. 4. §. 2. num 98.*

*Abſenti conceditur in integrum reſtitutio, quæſt. 30. num. 4.*

*Abſentiæ æquiparatur paupertas, ibid. num. 2.*

ABSOLVTIO, ABSOLVERE.

*Abſolutio denegatur ante realem reſtitutionem eius, quod quis donationis titulo à Religioſis accepit, vel antequam pauperibus erogatum ſit, quod pro iuſtitia gratiave facienda receptum eſt, quæſt. 27. nu. 16. Limita, niſi moraliter reſtitutio fieri non poſsit, vel per abſoluendum non ſtet quominus reſtitutio fiat, ibidem. Abſolutio à iuramento an neceſſariò ſit obtinenda vt periurium euitetur, vtquè locus ſit diſpoſitioni* Auth. Hoc niſi debitor, C. de ſolut? *quæſt* 49 *num.* 15.

*Abſoluere quis hodie poſsit Inquiſitores vel Commiſſarios pecuniam prætextu officii extorquentes? quæſt. 27. numer. 15. remiſsiuè.*

ACCEPTIO PERSONARVM.

*Acceptio perſonarum & Diuino, & Humano iure in iudiciis prohibetur, q. 55. num. 1. & ſeqq. Intellige vt num. 22. & ſeqq. Præuertit iudicium. ſæpèque pro præmio pœnam, & præmium pro pœna confert, ibid. num. 2.*

ACCVSARE, ACCVSATOR.

*Accuſare non poteſt pauper non habens quinquaquinta in bonis, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur quæſt. 4 n. 79.*

*Accuſator tenenetur alimenta, litiſquè ſumptus pauperi accuſato ad ſui defenſionen miniſtrare, quæſt. 39. num. 41.*

ACTIO.

*Actio non datur conditione pendente, quæſt. 4. § 2. num 98. Proponi poteſt contra perſonam Monachi pro debito ante Religionis ingreſſum contracto, quæſt. 11. num. 6. Omnis triginta annorum ſpatio perimitur, quæſt. 32. num. 7. Apud plurimas nationes ob ingratitudinem prodita erat remiſsiuè quæſt. 42 num. 2. Redditur inanis quam inopia debitoris excludit. q. 45. num. 6. Perſonalis non datur contra tertium, ſed contra debitorem ipſum, vel eius hæredem, quæſt 48. num. 1. Nec fundi ſequitur poſſeſſorem, ibi. num. 2. Paupertatis fauore contra tertium datur, ibi. nu. 7. & 8.*

ACTOR.

*Actor forum rei ſequi debet. quæſt. 52. num. 1. Siue laicus ſit, ſiue Clericus, & ſiue pro rebus propriis, ſiue Eccleſiæ ſuæ laicũ conueniat, ibi. num. 2.*

*Actori copia inſtrumentorum danda non eſt ad actionem ſuam fundandam, ſecùs ad iam fundatam iuuandam, quæſt. 39. num. 30. Et vide verb.* Reus.

ACTVS.

*Actus non vitiatur propter omiſsionem formæ ſi impleri non valet, ſufficitq; impleri eo modo quo poteſt, quæſt. 53. nu. 37. Neceſſarius à quacunque generali diſpoſitione, etiam prohibitiua, cẽſetur exceptus, quæſt. 22 num. 27. Ex quo nullus reſultat effectus, non deſideratur, q. 17. num. 47.*

ADMINISTRATOR.

*Adminiſtrator Ciuitatis, Villæ, vel Caſtri tenetur damnum, quod eis cuenit ex*

non

non ſolutione canonis reſarcire, quæſt. 33. num. 14. Soluendo eſſe præſumitur in dubio, quæſt. 33. nu. 13.

ADQVISITA.

Adquiſita conſtante matrimonio inter coniuges communicantur, quæſt. 19. nu. 1. Et quid ſi alter coniugum nulla ad matrimonium bona attulit? vel inæqualia, an nihilominus æqualis fiat adquiſitorum diuiſio? ibid. num. 2. & 3.

Adquiſita per Clericum ex negotiatione, cuiſint reſtituenda? quæſt. 8. nu. 10. & 11.

ADVERBIVM.

Aduerbium, Euidentiſsimè, vide verbo, Euidentiſsimè.

ADVOCATVS.

Aduocatus dicitur perſona egregia, ſicut Doctor, quæſt. 4. nu. 36. vbi de Aduocatorum priuilegiis remiſsiuè. Non habẽs alia bona præter id, quod ex officio adquirit, ſi tantùm ad victum ſuum, ſuorumquè moderatè ſufficiat; pauper dicitur, quæſt. 4. §. 3. num. 146. Gaudebit priuilegio legis vnicæ, C. quando Imperat. inter pupil. & vid. poteritquè etiam hodie diſpoſitione Regia ſtante, generaliquè Hiſpaniæ conſuetudine caſum Curiæ facere, d. quæſt. 4. num. 80.

Aduocatorum officium laudabile eſt, hominemquè nobilitat, quæſt. 9. num. 14. Aduocatis, cauſarumque Patronis congruum debetur ſalarium pro modo litis, fori conſuetudine, Aduocatique facundia, quæſt. 28. num. 7. Etſi eis ſalarium non ſoluatur, poterunt cauſam quantuncunque iuſtam dimittere, ibi. num. 13. Et etiamſi cauſa Eccleſiæ ſit, ibid. num. 14. Debeturque Aduocato ſalarium à principio conuentum, etiam pro tempore infirmitatis, ibi. num 15. Et etiam Aduocati hæredibus eo mortuo ante anni finem, integri anni debetur ſalarium, ibid. numer. 16. Niſi ad certam cauſam tantùm ſalariatus eſſet, ib. Et etiamſi partes amicabiliter ſe componant, Aduocato debetur ſalarium, ibid. nu. 17. Et licèt de ſalario cum Aduocato à principio conuentum non ſit, ibi. nu. 18. Et licèt nullum laborem in cartarum reuolutione, in conſulendoue fuerit perpeſus, etiam in foro interiori, ibid. num. 19. Nõ poteſt benè ſtudere. ſi ei benè non ſoluatur, ibid. num. 8.

Aduocatorum labor vix æſtimationem recipit, ibid. num. 9.

Aduocatus non debet ab incœpto patrocinio deſiſtere, cauſamque deſerere. ibid. d. quæſt. 28. nu. 10. Niſi poſt incœptam cauſam iniuſtam eſſe cognouerit, ibi. num. 12. Et qualiter puniatur Aduocatus cauſam deſerens? ibid. num. 11.

Aduocati in teſtando de adquiſitis ex aduocatione, militari potiuntur priuilegio, ac etiam poſt pupillarem ætatem in eis ſubſtituere poſſunt, ibid. num. 21. Proſalario præferuntur aliis creditoribus anterioribus tacitas hypothecas habẽtibus, ibi. num. 40. Et an expreſſas etiam hypothecas habentibus? ibid. Gratis pro pauperibus patrocinari tenentur, ibid. num. 43. Intelligitur vt num. 53. in extrema, vel graui neceſsitate, modo quo ibi. Nec aliquid accipere pro patrocinio tunc debent, etiamſi ſponte offeratur, ibi. num. 44. Nolentes pro pauperibus patrocinari, mortaliter peccant, ibid. nu. 45. Extorquentes á pauperibus ſalarium, ad reſtitutionem tenentur, ibid. num. 46. Compelli poſſunt à Iudice, vt abſque mercede pauperes adiuuent, ibi. num. 47. Ad idque ſub officii priuatione cogi, ibi. num. 48. Niſi ſe ex iuſtis, & legitimis cauſis excuſare poſsint, ibid. num. 51. Et quæ illæ ſint? ibi. num. 26 & num. 52. & ſeqq. Pauperes non tenentur pro pauperibus patrocinari, ibid. d. q. 28. num. 52. Et quæ paupertas in Aduocatis ad huiuſmodi excuſationem deſideretur? ibid. Nec tenentur pauperem adiuuare ſi extra ipſorum domicilium patrocinium petatur, ibi. num. 56. Nec ſi in loco vbi lis vertitur, pauperũ Aduocatus exiſtat, qui in omnibus fere partibus ſunt, ibi. nu. 57. Et an ſufficiat de præſenti pauperem eſſe, qui patrocinium deſiderat, vt gratis adiuuari debeat, vel quòd nec ditari ſperet? Et an debeat á petente auxilium obligatio de ſoluẽdo cum habuerit, fieri, nec aliter Aduocatus patrocinium præſtare debeat? ibi. num. 54.

Aduocatis an ante litem finitam, vel pòſt honorariũ ſoluendũ ſit? q. 29. n. 3 & 4. Voraciſsimi Reipublicæ canes, pauperum deuoratores, pecuniæq; accipitres Aduocati appellantur, d. q. 28. num. 55. Aliquid miſericordiæ tribuere debent, nec extremam expectare paupertatẽ, vt egenis ſubueniant, ibi. num. 54. prope fin.

# INDEX


*Aduocatus, qui victor in propria causa extitit, an habere expensas debeat, quas non fecit, quia ipse pro se postulauit, vel alius pro eo gratis patrocinatus est? ibi. num. 59. remissiuè.*

*Aduocati in Hispania quid iurent, cum ad exercitium Aduocationis admittuntur? ibi. num. 43.*

ÆQVALITAS.

*Vide suo loco, lit. E.*

AFFLICTO.

*Afflicto non est danda afflictio, quæst. 17. num. 40.*

ALERE.

*Alere non alendum, melius est, quàm fame necare alendum, quæst. 39. num. 29. ad fin.*

ALEXANDER.

*Alexander Seuerus multis pauperibus dignitates, honoresque concessit, quæst. 6. num. 59.*

*Alexandri de Neuo reprobatur sententia, quæst. 14. num. 14.*

ALERE.

*Alere non tenetur pauperem pauper, q. 9 num. 11. in fin. & q. 39. num. 72. Alia vide infrà, verb.* Alimenta.

ALIENATIO, ALIENARE.

*Alienatio rerum dotalium nulla est, q. 22. num. 4.*

*Alienationis voluntariæ, & necessariæ differentiæ, ibid. num. 36. remissiuè.*

*Alienatione prohibita, omnis actus dominii traslatiuus, vel ex quo alienatio sequi posset, prohibitus censetur, ibi. nu. 11. Et tam vtilis, quàm directi dominii impeditur traslatio, ibid. num. 12.*

*Alienans ex causa necessaria, prohibitioni contradicere non dicitur, ibid. n. 36.*

*Alienare prohibitus potest ex necessaria causa alienare, etiamsi culpa sua ad paupertatem, vel necessitatem (ad casum non præordinata) deuenerit, ibid. nu. 67. & q. 54. num. 17. & seqq.*

*Alienatio necessaria eatenus admittitur, quatenus necessitas vrget, d. q. 22. nu. 59. Alia supple, verbo,* Prohibitus alienare, *& verbo,* Res alienari prohibitæ.

ALIMENTA.

*Alimenta sine penuria relicta, quid cõtineant? q. 1. num. 34. remissiuè.*

*Alimẽtorum legatum equum, vel etiam currum (si legatarii conditio deposcat) cõtinet, q. 4. num. 24. & alia inferiùs.*

*Alimenta personarum conditione attenta sunt præstanda, ibid. nu. 23. Et non solùm attenta alendi persona, sed etiam pro familia, & ministris, secundum illius conditionem, ibid. num. 25. 28. & 30. Et qui alium alere tenetur, non satisfacit obligationi, si illum in aliquo hospitali (si id illi indecorum sit) recipi faciat, ibi. num. 31. In alimentorum præstatione non solùm qualitas à natura prouenies; sed etiam ex accidenti, ratione literarum, officii, vel dignitatis adeptæ expectanda est, ibid. num. 32. Ampliatur nu. 39. ibi. Quæ miserationis causa debentur, an secundum dignitatem, vel necessitatem præstanda sint? ibid. num. 67.*

*Alimentorum appellatione, expensæ quoque studiorum continentur, ib. nu. 56. & 57. Et equus, vel currus, si alẽdi conditio deposcat, q. 4. num. 24 & q. 48. nu. 12. Et habitatio, ibidem numero 11. Et quæ alia veniant? remissiuè, dict. quæstion. 4. num. 56.*

*Alimenta qui ab alio percipit, vel percipere potest, an pauper sit? d. q. 4. §. 3. nu. 151. & sequentib. & q. 39. num. 55. Debita iure sanguinis, & officio Iudicis, quid contineant? d. §. 3. num. 152. Et quid debita iure actionis? ib. num. 161. & seq. Et an studiorum expensas, vel dotem contineãt? ibi. Qualiter, & quo tempore præstanda sint? ib. num. 162. Præstanda sunt pauperi litiganti, qui præsumptionem, vel vnius testis dictum pro se habet, q. 5. numero 19. Latissimè q. 39. per tot. vbi quæ ad hoc concurrant, necesse sit? num. 22. & seqq. Et an debeantur, siue pauper pro vniuersitate bonorum; siue pro re particulari contendat? ib. num. 47. Et an etiam hodie, & vbi sunt pauperum Aduocati, & Procuratores, debeantur? ib. num. 48. Et an denturei qui ab alio alimẽta consequi potest? ibi. numer. 49. & seqq. vsque ad 62. Non præstantur nisi pauperi, ibi. num. 50. & 58. Et superuenientibus diuitiis, cessat alimentorum expensarumque prouisio, ib. nu. 51. Et crescente inopia, alimenta quoque crescere debent, ib. num. 52. An sint restituenda à paupere, qui ea recepit, si sucumbat?*

*bat? Vel compẽsanda si vicerit? ibi. num. 62. & sequenti b. Semel pauperi litiganti assignata, præstanda sunt donec lis debitum finem recipiat, ibid. nu. 68. Ad quam vsque summam præstari posint? ibid. nu. 70. Ad eaque adstrictus proprietatem vẽdere vt alimenta præstet, non tenetur, q. 4. §. 4. num 169 & quæst. 42. num. 22. Nec victum suum arctare cogitur, ibid. d. q. 42. num. 21 Et an liberatus sit semel alimenta constituende? q. 16. numero 1. & seqq. præcipuè numero 5. & sequenti. Ex bonis sequestratis ministranda sunt sequestrum passo, q. 39. numero 12. Etiam ex bonis ob delictum sequestratis, ibidem, numero 13. Et etiam post sententiam, donec iudex eam exequatur, ibidem, numer. 14. Etsi ei denegentur, actione iniuriarum agere potest, ibid. numer. 15. Præterita, non gaudent fauore, quo futura, quæst. 50. nu. 15. Et quæ dicantur præterita vt appellatio concedatur? ibi. num. 16.*

*Alimentorũ causa, an & quando mixti fori sit? q. 52. num. 52.*

ALIVD.

*Aliud pro alio inuito creditore soluendum non est, q. 49. num. 1. Etiamsi melior creditori offeratur conditio, ibid. num. 4. Limita num. 7. in paupere, qui aliud pro alio soluere potest. Et etiamsi in pecunia numerata, & nõ aliter solutio fuisset promissa, ibid. num. 9. Ampliatur, nu. 10. 16. 17 & 20. Et vide verbo,* Pauper aliud pro alio soluere potest.

ALIVS.

*De dictione Alius, alia, aliud, vide verbo,* Dictio Alius.

AREOPAGITÆ.

*Areopagitæ noctu, inque tenebris iudicare soliti, quæst. 55. nu. 3.*

ALTARE.

*Altare vnum discooperiendum nõ est, vt aliud cooperiatur, q 44. num 98.*

*Altari qui seruit, de altari viuere debet, q. 12. num. 19.*

AMBIRE, AMBITIO.

*Ambire nec Ecclesiastica, nec secularia officia licet, q. 7. num. 17. Limita num. 18. & seqq.*

*Ambitiosæ sunt omnes gratiæ beneficiales, ibi. num. 19. Limita vt num. 20. & 21.*

AMPLIATIO.

*Ampliatio fit ad æqualitatem inducendam, q. 55. num. 6.*

ANIMVS.

*Animo bono in dubio, quid fieri præsumendum est, ex charitateque, cum actum præsertim gerenti, nullum inde commodum sequatur, q 51. num. 9.*

*Animus est qui diuites facit, q. 6. n. 70.*

ANTONIVS PHILOSOPHVS.

*Antonius Philosophus multis pauperibus dignitates Tribunitias, AEdilitias q; concessit, q. 6. num. 58.*

APPELLATIO, APPELLARE.

*Appellatio de iure communi intra quod tempus proponi debebat? q. 31. nu. 1. Hodie intra quod, siue à sententia definitiua, siue interlocutoria, siue Iudicum Superiorum, siue inferiorum? ibid. num. 2. & seqq. Appellationis terminus currit de momento ad momentũ, ibi. n. 7. 8. & 10. Appellationis causa infrà quod tẽpus à die interpositæ appellationis debeat terminari? ib. n. 9. Appellationis, eiusq; prosequutionis tẽpora aduersus pauperem non currunt, ib. num. 11. Nec etiam vbi pauperum existũt Aduocati, ibid. num. 12. Et an etiam siue appellatio in scriptis facienda sit, siue non? ibi num. 14 & 19. Et an ipso iure, vel per restitutionem appellationis tempora currere desinant, pauperique succurratur? ibi. num 12. Appellationis libellus an debeat appellationis causam continere, grauamenque exprimere? ibid. num. 15. 16. 17. & 18.*

*Appellare an liceat pauperi in causa in qua ob eius paruitatem alii appellare non liceret? q 4 num. 20. remissiuè. Poterit creditor, qui semiplenè interesse lucri cessantis, vel damni emergentis probauit, si sibi pro certo, & determinato, iuramentum non deferatur, q. 26. num. 11. Pro tertio penitus extraneo non mandante, imò & cõtradicente, in causa capitali licet, quæst. 51. num. 1. Et quid hodie de iure Regio? ibi. Siue tãquam procurator, siue vt defensor ter-*

*tertius compareat, ibi. num. 2. Et pro condemnato ad membri mutilationem, ibid. num. 11. Vel ad mortem ciuilem deportationis, vel perpetui carceris, ibid. num. 12. In ciuilibus non licet pro tertio absque mandato appellare, nisi sua interfit, ibid. num. 4. Et quæsit huius constitutionis ratio? ibid. nu. 6. Limitatur paupertatis fauore ibi. num. 5. & seqq. Ampliatur num. 25. Et an appellare possit tertius absque mandato pro alio in lite omnium bonorũ? ibid. num. 24. Omisso medio appellare ad Principẽ, vel ad Papã pauperibus, ac miserabilibus cõcessum est, q. 55. n. 14. Regulariter omisso medio appellare prohibitum est, ibid. num. 15.*

*Appellationem prosequi potest tertius absque mandato in causa capitali, q. 51. num 3.*

*Appellatio non suspendit effectum executionis sententiæ charitatiui subsidii pro alimentis Episcopi impositi, quæst. 38. nu. 30. & q. 50. num 23. remissiuè. Neque in pensione data, vel assignata pro alimentis Clerici pauperis ibid. num. 31. & d. q. 50. num. 23. Non admittitur quoad effectum suspensiuum ab assignatione alimentorum, expensarumque pauperifacta, q. 39. num. 69. Omni casu regulariter permissa est, nisi expresse prohibeatur. q. 50. n. 1. Et in dubio iudicãdũ est appellationi locum fore, ibi. num. 2. Etiam in casibus in quibus appellatio alioquin prohibita est, ibi. nu. 3. An & quando in alimentorum causa admittatur? ibid. numer. 4. & seqq. Conceditur quoad vtrumque effectum in alimentorum causa, quando alendus succubuit, ibi. num. 5. Denegatur quando res dilationem non patitur, ibi. nu. 9. In alimentorum causa, nõ alimẽtorum sed paupertatis fauore denegatur, ibi. nu. 4. vers. Veritas, & nu. 9. Non denegatur in causa pia, nec in dote, si celeritatis ratio, periculique in mora absit, ib. num. 10. Denegatur in alimentis pauperibus debitis siue officio Iudicis, siue iure actionis, ibid. num. 11. & 13. Siue de omnibus alimentis tractetur, siue de parte, ibi. num. 17. & duobus seqq. Et etiam in debitis adultis, stante adhuc Regia dispositione, de qua ibi. nu. 20. Conceditur in alimẽtis debitis iure actionis; secus in debitis officio Iudicis ead. q. 50. num. 12. Limitatur num seq. Conceditur si alimenta præterita petantur, ibi. n. 14. Denegatur a sententia mercedis, eiusq; taxationis pro paupere lata, ibi. num. 22. Appellationem non interponens, sententiæ adquiescere videtur, q. 51. nu 6. vers. 4. & vltima.*

*Appellatione victus, vide verb.* Victus appellatione.

*Appellatione* suorum, *vide verb.* Suorũ appelatione.

*Appellatione pauperum, veniunt quæuis opera pia, in præfationib. numero 6.*

## ARBITRIVM.

*Arbitrium Iudicis, vide verb.* Iudex, *propefin. & verb.* Pœna.

## ARGVMENTVM.

*Argumentum ab Etymologia vocabuli frequens est, q. 1. n. 16. A cõtrario sensu non sumitur vbi absonus resultant intellectus, q. 50. num 21. & q. 52. num 25. Nec arguere licet a cõtrario sensu, in verbis narratiuis Legis, vel Canonis, ibid. num. 26. Nec etiam directè, ibid.*

*Argumentis veritas magis eluceſcit, q. 39. nu. 1.*

## ARISTOTELES.

*Aristotel. Alexandro persuadere solitus, vt fidem seruaret, q. 6 num. 38. in fin.*

## ARRHÆ.

*Arrhæ olim quæ dicebantur? & quæ dicantur hodie? De earum natura, & an a donationibus propter nuptias differant? quæst. 18. num. 1. 2. 3. & 4. Constitui, aut præstari non possunt vltra decimam bonorum partem, quam maritus promissionis tempore habet, ibi. num. 4. Etiam huic prohibitioni renuntiando, ibid.*

*Alia supple verb.* Promissio arrharum, *& verb.* Pauper potest promittere.

## ASCENDENTES.

*Ascendentes non solùm tenentur alere, vel dotare descendentes legitimos, & naturales; sed etiam naturales tantùm, & spurios, q. 4 nu. 64. Et an debeant eis alimenta præstare non solùm pro viuendi necessitate; sed etiam pro dignitate? ibid. nu. 65 & 66. An possint Religionem ingredi, descendentibus in graui, vel maxima necessitate relictis, q. 11. nu. 34 & 35.*

*Alia supple verb.* Auus.

# INDEX


## AVARITIA, AVARVS.

*Auaritia, & inopia ad turpe compendium mouere ſolent q.6. num.12. Auaritiæ omnes ſtudent, ibid.num.74.*

*Auarus ſemper eget, q.1.num.8.*

## AVCTORITAS.

*Auctoritas Magiſtratuum, & Iudicum magna, timendaque eſſe debet, quæſt.6. numero 2.*

Authenticæ Hoc niſi debitor, C. de ſolut. *vt locus ſit, quæ qualitates requirantur? q.49.num.12.*

## AVVS.

*Auus, vel alii aſcendentes, ſi dotare deſcendentes non poſſunt, aut illis de neceſſariis in ſtudiis prouidere, pauperes an dicãtur? q.4.num.62. An poſsint ingredi Religionem, nepotibus, vel aliis deſcendentibus in graui, vel maxima egeſtate relictis, ſi poſsint ſubuenire, nec eſt alius qui ſubueniat? Et ſiue Religionis voto adſtrictiſint, ſiue non? Et an ob id Religionem poſsint egredi? q.11.num.34. & 35.*

*Auus, vel proauus ſicut dotare, vel alere tenetur nepotes, vel pronepotes, parentibus deficientibus; ſic iterum dotare, vel alere, dote vel alimentis abſque deſcendẽtium culpa deperditis, q.16.num.22. remiſsiuè. Non tenetur dotare neptem ſi habeat patrem diuitem, q.38.num.21.*

# B

## BALDVS.

*Baldi ſententia reprobatur, quæſt.14. num.14.*

## BEARE, BEATITVDO, Beatus.

Beare *quid ſit? quidvè ſignificet verbũ,* Beo? *q.4.§.5.num.181. Beatitudo, vel fœlicitas in bonis externis nõ conſiſtit, ſed in internis, ibid.nu.180. & ſeqq. præcipuè num.182.*

*Beatus Seuerus ex lanificio in Archiepiſcopum aſſumptus eſt, quæſt.6. numero 66.*

## BENEFICIARIVS, BENEficium.

*Beneficiarius an dicatur pauper, vel beneficiũ tenue, cuius redditus, licèt ad eius victum ſufficiant, non tamen profamilia, ſeque, ſecundùm ipſius conditionem? q.4. nu.50.51. & 52. Si efficiatur hoſtis illius qui contulit gratiam, beneficio priuari poterit, q.24.num.11.*

*Beneficium vt debile non dicatur, quæ requirantur? q.38.nu.36. Idem poteſt dici paruum, vel magnum ex conditione perſonarum, ibi.num.37. Magnum, vel paruum, quod dicatur, arbitrio Iudicis relinquitur, ibi.num.38. Vt tenue dicatur, vel ſufficiens, per ſe conſiderandum eſt, non etiam bonorum patrimonialium reſpectu, ibid.num.39. Dignioribus conferendum eſt, q.7.num.2. An pauperibus conferendũ ſit? q.7.per tot. Dicitur panis pauperum, ibi.nu.28. Quibus in caſibus alſque concurſu conferri poſsit? vide verb.* Concurſus. *Iuris patronatus an de proximo tonſurando conferri poſsit? q.4.§.2.num.128. remiſsiuè. Conferri poteſt ei qui Sacerdos nõ eſt, licèt ſtatutum, vel teſtator Sacerdotium requirat, ſi ad Sacerdotium breuiter conſequendum aptus ſit, ibi nu.131.*

*Beneficiorum reſeruatio facta fuit principaliter vt de eis Pontifices prouiderent pauperibus, ibi.nu.15. Plura retinere beneficia prohibitum eſt, & vtroque priuatur, qui duo ſimul incompatibilia retinere intendit, q.12.nu.30. Beneficiorum vnio cum dignitatibus, an & qualiter hodie fieri poſsit? q.12.nu.7. Alia circa hæc ſupple, verb.* Vnio.

*Beneficium,* Ne quis conueniatur vltra quam facere poteſt, *locum non habet in eo, qui ex artificio decenter viuere poteſt, q.4.§.3.nu.145. Non conceditur contra exiſtentem in pari, vel maiori neceſsitate, q.44.nu.99. Ad hæredes non extenditur, d.q.44.nu.102.* Legis vnicæ, C. quando Imperat. inter pupill. & vid. *conceditur etiam habenti palatium, vel aliud pretioſum, cuius redditus ad decentem eius victũ non ſufficiunt, q.4.nu.80. & ibi.§.4.num. 165. in fin. Legis 2.* C. de reſcind. vendit. *non competit ſcienti læſionem ex communi Doctorum traditione, q.45.nu.17. Ceſſionis bonorum non conceditur ei, qui illius ſpe debita contraxit, q.27.num.27. In pauperum fauorem emanauit, in ſpecialibus poſt quæſt fin.nu.1. Alia ſupple verb.* Ceſsio bonorum. *Legis, an poſsit ab eo im-*

*implorari, qui committit in legem*, quæſt. 54. num. 33. *Alia à ſuis ſedibus repete.*

BONA, BONI.

*Bona quæ quis debet non dicuntur bona, ſed æs alienum*, quæſt. 4. §. 2. num. 97. *Et in bonis cuiuſque reputatur id quod ſibi debetur*, ibid. num. 99. *Bona vnde dicta*, ibi. §. 5. nu. 180. *Animi propriè, & verè bona dici poſſunt, & debent*, ibid. & num. 183. & ſeqq. *Externas beatos non faciunt homines*, ibid. num. 182. *Animi nunquam pereunt, ſemperquè noſtra dici poſſunt*, ibi. num. 183. *Eccleſiarum ſunt bona pauperum*, quæſt. 7. num. 29. *Pauperum, Eccleſiarum bonis æquiparantur*, quæſt. 52. nu. 23. *Fideicommiſſo, vel reſtitutioni ſubiecta, ſimel ex cauſa dotis alienata, an ſemper libera maneant?* quæſt. 22. numer. 58. *Sequeſtrata, præſumuntur eius, cui ſequeſtrum factum eſt*, quæſt. 30. nu. 9. *Dicuntur alter ſanguis, vel altera vita*, quæſt. 51. num. 19.

*Bonis priuatus, ſanguine priuatus videtur*, ibid. num. 18.

*Bona operatio voluntaria eſſe debet*, quæſt. 34. num. 3. *Et bonum nullum, niſi voluntarium*, ibid.

*Boni viri non tam facultatibus, quàm fide idonei æſtimantur*, quæſt. 6. num. 29. *Pluſque conferunt boni mores in paupere ad fidem præſtandam, quàm diuitiæ multæ in diuite*, ibid.

*Bono animo quid fieri ex charitateque in dubio præſumẽdum eſt, præſertim cum actum agenti nullum inde commodum eueniat*, quæſt. 51. num. 9.

BREVITAS.

*Breuitati qualiter conſulendum? in præfation.* num. 1.

C

CADVCITAS.

*Caducitas ob non ſolutum canonem inducitur etiam lite durante*, quæſt. 33. num. 5. *Et etiam propter defectum vnius numi in ſolutione, ſiue penſio magna ſit, ſiue parua*, ibidem num. 6. *Et quid in hoc ſeruet Rota?* ibid. num. 7. *Alia ſupple verb.* Emphyteuta.

CAIVS.

*Caii Flauii AEdilis Curulis factum laudabile*, quæſt. 6. numer. 70. prope fin.

*Caius Licinius, & Lutius Sextus Tribuni, quid in fauorem debitorum pauperum ſtatuerint*, quæſt. 44. num. 35.

*Caius Fabricius quare Corneliũ Ruffinum ab ordine Senatorio amouerit?* quæſt. 6. num. 56.

CANON.

*Canonum diſpoſitioni ſtandum eſt in foro Eccleſiaſtico, & ſeculari, cum peccati ratione agitur*, quæſt. 15. num. 11. *Et in cauſis piis*, quæſt. 52. num. 40.

CAPTIVVS.

*Captiuus dicitur perſona miſerabilis*, in præfat. num. 8. remiſsiuè.

CARCERARI, CARCERATVS.

*Carcerari poteſt vt ſuſpectus pro aliis fideiubere ſolitus*, quæſt. 5. num. 48.

*Carceratus cuius expenſis ad alium Iudicem mittendum ſit?* quæſt. 39. num. 44. 45. & 46. *Sua culpa, an reſtituatur?* q. 54. num. 2. & 29. in fin. *Non ſoluens in tempore non cadit à iure ſuo*, quæſt. 33. num. 24. *Pauper, cuſtodiæ expenſas, ſalariumquè ſoluere non debet*, quæſt. 28. num. 68.

CARDINALIS.

*Cardinali ſoli plenè non creditur, vbi de tertii magno agitur præiudicio*, quæſt. 5. num. 6. remiſsiuè.

CARTHAGINENSES.

*Carthaginenſes mercatoribus diſtincta ſtatuerunt diuerſoria, nec aſpectum eis concedebant ad ſecretiora vrbis loca*, q. 8. nu. 1. prope fin. *Ditiſsimos ad Magiſtratus eligebant*, quæſt. 6. num. 26.

CASTRVM.

*Caſtrum vel villa non reſtituitur aduerſus canonem non ſolutum ſi adminiſtratorem habeat, à quo intereſſe conſequi poſſit, aliter ſecus*, quæſt. 33. num. 14.

# INDEX

## CASVS.

*Casus dubius aliter quàm certus iudicatus est*, quæst. 4 §. 2. nu. 115. *Superueniens contractus valorem non tollit, nec quominus valeat impedit*, quæst. 14. numero 1. *Nec debitorem ab obligatione exuit; exactionem tamen differre potest*, quæst. 45. num. 30. *vers.* Nec pariter.

*Casum Curiæ, qui pauperes facere possint?* quæst. 4. num. 80. *Alia supple verbo*, Pauper.

## CATO.

*Cato Senior cum Hispaniam regeret, pellibus hœdinis pro stragulis vtebatur, triumque tantùm seruorum ministerio*, quæst. 6. num. 70.

## CAVSA.

*Causa magna, vel parua, ex personarum conditione perpenditur*, quæst. 4. num. 20. *Stultii, & dotis a pari procedant*, ibid. nu. 62. & quæst. 28. nu. 36. *Ad conclusionem vsque perducta habetur ac si iam in ea pronuntiatum esset*, quæst. 4. §. 2. nu. 103. *Beneficialis an exigat speciale mandatũ?* quæst. 13. num. 5. *Beneficialis, spiritualis est*, ibid. num. 6. *Pauperis de plano, & sine expensarum, vel sportularum solutione expediri debet*, quæst. 28. num. 41. *Priusquam diuitum tractanda*, quæst. 55. num. 9. *Et summariè expedienda*, ibid. nu. 19. *Dicitur pia*, quæst. 35. n. 13. remissiuè. & quæst. 52. nu. 40. *Verè, propriè, & strictè*, in præfation. n. 3. & 4. *Mala euidenter pauperis causa tuenda non est*, dicq. 55. num. 23. *Dotis est causa pia*, quæst. 35. nu. 15. *Intellige vt* quæst. 52. num. 1. & 19. *Dotis, & alimentorum mixti fori erant.* d. quæst. 52. num. 52. *Et quando id procedat*, ibid. *Naturalis potentior est accidentali, vel ciuili*, quæst. 11. num. 11. *Regulariter quælibet ordinariè, ac plenè discutienda est*, quæst. 55. num. 11.

*Causæ iustæ litigandi, quæ dicantur?* q. 39. num. 6. remissiuè. & num. seq. in fin. *Iustam litigandi causam habens in expensis non condemnatur*, ibi. num. 65.

*Causæ expressio an requiratur in appellationis libello?* quæst. 31. num. 15. 16. 17. & 18. *Pauperum potiores, quàm diuitum in iudiciis existunt: licèt contra seruetur*, quæst. 55. num. 21.

## CAVTIO.

*Dotandi onus, vide verbo* Onus dotandi.

*Dotare qui tenentur, non tantùm pro matrimonio carnali, ſed etiam pro ſpirituali dotem debent aſſignare*, d.q.15.n.19.

*Dos filiæ naturalis quantitatem alimentorum excedere non debet*, ibidem, num.24. *Etſi quantitatem alimentorum excedat, pro exceſſu reuocabitur*, ibidem, num.25. *Menſurata ad alimenta, ſi non ſufficiat ad maritãdam filiam naturalem condigno viro, an ſit augenda?* ibid.n.26.

*Dotare, vel alere iterum tenetur, qui ex iuris diſpoſitione dotare, vel alere adſtrictus eſt, ſi dolus abſit*, q.16.n.19. & 20.

*Dos minui poteſt filiæ, quæ abſque patris conſenſu nupſit, ex indignitate, vel minori viri dignitate, etiam de iure Canonico*, quæſt.17.num.17. *Succedit loco alimentorum, eorumque regulis iudicatur*, q.16.n.10.

*Dotis bona ſunt propria mulieris*, quæſt.16.num.6.*verſ.*Et quod.

*Dos conſtante matrimonio alienari poteſt, vt propinquorum neceſsitati ſuccurratur*, quæſt.22.num.38.

*Dotis promiſſæ dominium abſque traditione transfertur*, q.23.n.11. *Inſtrumentum præſumitur priùs celebratum*, q.28.n.37. *Cauſa dicitur pia*, q.35.nu.15. *Intellige vt* q.52.n.18. & 19. *De iure cõmuni (ex recepta ſentẽtia) mixti fori erat*, d.q.52.num.52. *Et quando id procedat?* ibidem.

*Sine dote volunt nulli, aut pauci vxores ducere*, q.17.num.49.

## DVBIA.

*Dubia pro certis dimittẽda ſunt*, q.39. n.57.

# E

## ECCLESIA.

*Eccleſia tenetur Patronum pauperem, eiusque Miniſtros alere*, q.4. num.30. *Dicitur mater pauperum*, q.7. num.11. *Quælibet ſuum debet habere Rectorem*, q.12.num.2. *Pauper, tenuisque redditus an & quando alteri poſsit vniri?*, ibid. num.3.4.& 5. *Et quæ ad id pauper dicatur, Iudicis arbitrio relinquitur*, ibidem, num.38. *Poterit propter eius pinguedinẽ, & populi multitudinem diſmembrari*, ibid.num.26. *Et qua ſolemnitate?* ibid. num.27. remiſsiuè. *Et an ad id citari debeat is apud quem eſt Eccleſiæ regimen? & ad quem Eccleſiæ fructus pertinent? de illiusquè conſenſu fieri debeat diſmembratio?* ibid. num.28. *Ad reſtitutionem in integrum petendam, quadriennium habet*, q.30.numer.9. *Eccleſia, & pauperes æquiparantur*, q.23. num.10. & q.25. num.15. & quæſt.40. num.14. *Minoribus æquiparatur*, d.quæſt.25.numer.14. & quæſt.40. num.13. *Habet regreſſum cõtra Prælatum cuius culpa læſa fuit, nec in integrũ reſtitutionem habet, niſi Prælatus ſoluendo non ſit*, q.31.n.30.

*Contra Eccleſiam non minori 40. annorum ſpatio præſcribitur*, quæſt.32. num.9.

*Eccleſia habens rem emphyteuticam ab Eccleſia, vel à priuato, ſi per biennium Eccleſiæ, vel triennium priuato in ſolutione ceſſet, a iure ſuo cadit*, q.33. num.9. *Et an per biennium etiam priuato non ſoluiſſe, vt in commiſſum cadat, ſufficiat?* ibid. num.10. *Quod pro ſe vult, æqualitatis ſeruanda ratione contra ſe velit, neceſſum eſt*, ibid.& quæſt.55.nu.7. *Poteſt decimas non ſolutas, à debitoribus (ex probabiliori ſententia) vendicare*, q.36.num.4. *Poteſt agere de euictione, licèt non nunciauerit venditori litem motam, ſi venditor aliter ſciuit, nec defendit, litemquè proſequutus fuit*, quæſt.40.num.11. *Conſtituit debitorem in mora etiam abſquè interpellatione ſicut minor*, ibid.n.13. *Licèt Patronum egenum alere teneatur, excuſatur, ſi præter alimenta neceſſaria Curati, aut familiæ, vel præter neceſſarios ad ipſius Eccleſiæ reparationem ſumptus, nihil ei ſupereſt*, q.42.n.19. *Diues, miſerabilis ãici nequit, vt fori priuilegio gaudeat*, quæſt.52. num.33.& num. ſeq.in fin. *Eccleſiæ miſerabiles, quæ dicantur, vt prima inſtantia aduerſarios ad Curiam Regis trahere, foriquè priuilegio poſsint gauderé?* ibidem, num.34.

## EDERE.

*Edere etiam ad intentionem fundandam*

*dam miſerabilibus reus tenetur*, q. 55. n. 16 *In cæteris contra*, num. 17. *Etiam in quantumuis ſummario iudicio*, ibidem. *Non tenetur reus actori ad intentionem fundandam, ſecùs ad iam fundatam inuandam*, quæſt. 39. num. 30.

ÆDES.

*Ædes de proximo ſacrandæ pro ſacratis habentur*, quæſt. 4. §. 2. num. 126.

EDICTVM.

*Edictum generale an ad procedendum contra Clericos mercatores ſufficiat?* quæſt. 8. num. 8. & 9.

ÆDIFICATOR.
Ædificium.

*Ædificatoribus, vel his, qui ad aliquod magnum opus locauerunt operas ſuas, quo tempore ſalarium ſoluendum ſit?* quæſtione 29. numer. 13.

*Ædificium deſtruendum non eſt, vt inde bonæ fidei poſſeſſor, vtilisvè dominus melioramenta extrahat*, q. 41. num. 62. *Non æſtimatur ex valore, & ſumptibus, ſed ex reditu*, quæſt. 4. §. 4. numer. 166.

EGENVS, EGESTAS.

*Egenus, & pauper an differant?* q. 1. num. 28. 29. 30. & 31. *Dicitur, qui ſoluendo non eſt, & etiam cui nihil ſatis eſt*, ibid. num. 30. & 31.

*Egeſtas debilitat teſtimonium, non paupertas*, ibid. numer. 29. *Alia ſupple verbo* Pauper.

ÆGYPTII.

*Ægyptii ad æs alienum contrahendum faciles erant*, quæſt. 44. num. 19. *Et qua lege mutuam pecuniam accipere deberẽt? Quaquè punirentur pœna, ſi debitum ſtatuto tempore non ſoluerent?* ibidem.

EGREGIÆ PERSONÆ.

*Egregiæ perſonæ à comparendo coram Iudice pro teſtimonio ferendo excuſantur*, quæſt. 36. num. 1.

ELECTIO, ELIGENDVS.

*Electio facta de digno omiſſo digniori ad beneficium curatum, valet, licèt Epiſcopus eligens mortaliter peccet*, q. 7. n. 3. *Facta de digno omiſſo digniori, ſi appellatum à digniore ſit (præhabito à Superiore examine) declarabitur irrita*, ibid. nu. 11. *Eligendus ad aliquam dignitatem, vel officium ad quod aliquis à iure requiritur gradus, licèt illum non habeat, eligi nihilominùs poterit, ſi illud ſtatim conſequi valeat, ad idque aptus ſit*, quæſt. 4. §. 2. numer. 131.

ELEEMOSYNA.

*Eleemoſyna facienda eſt à diuite pauperi in extrema conſtituto neceſsitate ſub peccati mortalis reatu*, q. 34. num. 1. *Et etiam ex bonis, quibus quis ad ſtatum ſuum, non tamen ad naturalem neceſsitatem ſubleuandam eget*, ibidem. *In aliquè neceſsitate ita obligatur ad eleemoſynam pauper quoad actum interiorem, ſicut diues quoad actum exteriorem*, ibi. n. 2. *Ex voluntate facienda eſt*, ibid. num. 3.

EMERE, EMPTOR.

*Emere rem alienam nemo cogitur*, quæſt. 24. num. 1.

*Emptor non poteſt agere de euictione, ſi venditori litem nõ nunciauit*, quæſt. 40. nu. 1. *Amplia vt* num. ſeqq. *Non excuſatur, & ſi probet nullum ius venditori competere potuiſſe, vel etiamſi id notorium eſſet*, ibid. numer. 6. *Contra* ibid. *Nec ſolùm tenetur venditori nũciare, ſed etiam admonere, & proteſtari vt litem defendat, & proſequatur*, ibid. nu. 7. *Contra* ibid. *Nec ſufficit emptoris denunciatio, & requiſitio, ſed libelli contra ſe propoſiti copiam ad venditorem tranſmittere debet*, ibid. num. 8. *Et litem pariter proſequi debet, aliàs de euictione agere non poterit, licèt denunciationem, vel monitionem debitis requiſitis fecerit*, ibid. num. 9. *Contrà* ibid. *Pauper poteſt de euictione contra venditorem ſcientem litem ſuper re vendita motam agere, & ſi litem non nunciauerit*, ibid. num. 10. & ſeqq. *Poſterior cui res tradita eſt priori cui tradita non eſt, præfertur*, quæſt. 23. num. 1. *Etiamſi venditio ſit iurata*, ibidem, num. 4. *Cui rei traditio facta eſt, etiam tempore quo eius dominus venditor non erat, ſi poſtea dominus efficiatur, eamquè alteri tradat, præfertur ſecundo emptori*, ibid. num. 5. *Ante traditionem rei venditæ nullum ius in ea adquirit*, ibid. num. 2. *Poteſt tamen ad intereſſe contra venditorem agere*, ibid. *Primus cui res tradita non eſt, præfertur ſecundo cui tradita eſt, in caſibus in quibus abſq; traditione dominium tranſfertur*, ibid. num. 12. *Conſequitur experſas*

*meno-*

*melioramentorum neceſſariorum, & vtilium, quas in re quam venditor remedio legis* 2. C. de reſcindend. vendit. *auocauit, fecit*, quæſt. 41. n. 42. *Et à conſanguineo retrahente rem conſanguinei*, ibid. num. 55. *Niſi vt conſanguineum à retractu auerteret, nimium magnas, oneroſasquè faceret expenſas*, ibi. num. 56. *Hæreditatis etiamſi pactum ſit vt creditoribus hæreditariis ſatisfacere teneatur, conueniri a creditoribus non poterit*, in ſpecialibus, num. 6. *Niſi Fiſcus, vel pauperes hæreditatẽ vendiderint*, ibid. num. ſeq.

EMPHYTEVTA.

*Emphyteuta penſionem, vel canonem biennio in Eccleſiaſticis, vel triennio in ſecularibus ſoluere ceſſans, à iure ſuo cadit*, q. 33. num. 1. *Limita* numer. 21. & ſeqq. in paupere. *Et etiamſi ſua culpa ad caſum non præordinata, in paupertatem deuenerit*, ibid. num. 28. q. 54. num. 37. *Præfato tempore canonem non ſoluens, ipſo iure abſque aliqua ſententia, vel declaratione domino volente, à iure ſuo cadit.* ibid. num. 2. d. q. 33. *Et poteſt propria domini authoritate expelli*, ibid. num. 3. *Et quando ſecùs?* ibid. num. 4. *Et etiamſi lite durante tẽpus ſolutionis canonis tranſierit*, ibid. nu. 5. *Et licèt in ſolutione vnius tãtùm nummi deficiat, ſiue penſio magna ſit, ſiue parua*, ib. n. 6. *Nec recuperat melioramenta in re emphyteutica facta*, ibid. num. 8. & quæſt. 41. num. 6. *Iurans ſoluere penſionem quolibet anno, ſi in primo deficiat, ab emphyteuſi, biennio, vel triennio non expectato, cadit*, ibid. nu. 17. *Non poteſt cenſum abſquè domini conſenſu ſuper re emphyteutica imponere*, quæſt. 22. num. 23. *Tam Eccleſia, quàm priuati poteſt abſque domini conſenſu rem emphyteuticam hypothecæ, pignori, vel ſeruituti ſubiicere*, ibid. num. 26. *Rem emphyteuticam irrequiſito domino alienans a iure ſuo cadit*, ibid. nu. 64. *Et quid ſi ſaluo iure, vel conſenſu domini, nec aliter, nec alio modo, aliisvè ſimilibus clauſulis alienet?* ibid. remiſsiuè num. 65. *Ex cauſa neceſſaria rem emphyteuticam irrequiſito domino alienans in commiſſum non cadit*, ibid. num. 66. *Etiamſi culpa ſua ad paupertatem, vel neceſsitatem ad caſum non ordinatam deuenerit*, ibid. num. 67. *Emphyteuſi finita, an & quando meliorameta, expenſasquè neceſſarias, & vtiles in ea factas deducat?* q. 41. num. 2. 6. 36. & 48. *Deducit etiam eas, quas renitente, & contradicente domino fecit*, ibid. n. 47. *Negans cadit ab emphyteuſi*, q. 44. nu. 66. propè fin.

*Emphyteuſi finita (cuius renouatio facienda eſt) inter pares petentes præferuntur pauperes, eisque erit concedenda*, quæſt. 24. numer. 9.

EPISCOPVS.

*Epiſcopi ſinguli in principio naſcentis Eccleſiæ ſingulis ciuitatibus fuerunt conſtituti, paupereſquè erant*, quæſt. 6. num. 65.

*Epiſcopus tenetur in foro conſcientiæ Vicario, vel Iudici ſuo ſalarium conſtituere, & ſoluere*, ibidem, num. 88. *Eligens dignum, omiſſo digniori, ad beneficium curam animarum habens, mortaliter peccat, licèt electio teneat*, quæſt. 7. num. 3. *Dignioriquè ad reſtitutionem tenetur*, ibid. num. 10. *Tenetur eligere digniorem ex præſentatis a Patrono laico, ſi plures fuerint præſentati*, ibidem, num. 9. *Non debet quem ad ſacros Ordines abſquè beneficii, vel patrimonii ſaltem congrui titulo promouere. Et cui ſe tunc ſi promoueat, obligationi ſubmittat*, quæſt. 9. n. 11. *Et an ad alimenta ſic promoti, ſi patrem diuitem habeat teneatur?* q. 4. num. 155. *Et quæ ſit ratio?* d. quæſt. 9. numer. 13. *Poterit pauperem Doctorem, vel literatum abſq; beneficii, vel etiam patrimonii titulo ad Sacros Ordines promouere*, ibid. numer. 18. *Non tamen muſicum, Magiſtrum Grammaticæ, pictorem, vel eum, qui ex his, ſimilivè licita profeſſione poſſet victum quærere, ſi aliundè non habeat*, ibid. num. 19. *Reſignationem eius, qui præter beneficium, quod reſignare intendit, vnde congruè viuere poſsit, non habet, admittere non debet*, ibid. num. 17. *Et ad quid teneatur, ſi eam admittat?* ibid. *Quæ & qualiter Seminario puerorum poſsit vnire?* q. 12. num. 8. *Poteſt pauperes Eccleſias vnire*, ibid. numer. 3. & ſeqq. *Etſi in tali caſu vniones non faciat, reprehenditur*, ibidem, num. 10. *Qui facultatem recedendi a beneficio vſq; ad certum diem conceſsit Parocho, ſi intra conceſſum terminum non redeat, an abſq; alia citatione poſsit eum beneficio priuare?* q. 25. num. 6. *Viſitans a pauperibus Clericis procurationem exigere non poteſt*, q. 28. num. 69. *Quam aliàs debet habere*, ibid. num. 70. *Poteſt etiam ante annum*,

*annum ad ſoluendum legata pia, pauperibusquè relicta hæredem compellere*, quæſt. 35. num. 16. *Pauper ſumptus, vel charitatiuum ſubſidium a ſubditis petere poteſt*, quæſt. 38. num. 27. *Eoſq; ad id per Eccleſiaſticas cenſuras cogere*, ibid. nu. 28. & 29. *Et appellatione non obſtante, ſententiam exequi*, ibidem, numero 30. *Et quid ſi in neceſſitatem ſua culpa incidit?* quæſtione 54. numero 24. *Eccleſiæ ſuæ Princeps dicitur*, quæſtione 44. num. 40. *Et poteſt moratorias literas ſubditis concedere*, ibidem. *Et an moratorias literas ſimpliciter ſuper debito iurato concedendo, cum iuramento diſpenſare videatur?* ibid. num. 56. *Habet iuriſdictionem in laicos reſpectu cauſæ piæ*, quæſt. 52. num. 40. *Pro legatis non piis in teſtamento relictis exequendis, non poterit inter laicos ad petitionem partiũ, ante hæredis, vel executoris vnius anni moram à die inſinuationis teſtamenti, vel hodie à mortis teſtatoris, ſe intromittere*, ibidem, num. 55.

ÆQVALITAS.

*Æqualitas in omnibus, in iudiciis præcipuè ſine perſonarum delectu ſeruanda eſt*, q. 55. num. 4. *Æqualitas concordiam, inæqualitas diſcordiam parit*, ibid. nu. 5. *Ad æqualitatem ſeruandam, & inducendam, verborum toleratur impropriétas, & ampliatio fit, & reſtrictio*, ibidem, num. 6.

ÆQVIPARATA.

*Æquiparatorum idem eſt iudicium*, quæſt. 36. num. 13. *Si eadem ſit ratio, ſecùs ſi diuerſa*, ibidem, num. 15.

ERROR.

*Error præſumitur potiuſquam donatio*, quæſt. 21. num. 4. *Et etiam vbi fauor dotis adeſt*, ibid. num. 5.

ÆSTIMVM.

*Æſtimum patris, dicitur æſtimum filii*, quæſt. 4. §. 3. numer. 154.

EVIDENTISSIME.

*Euidentiſsimè aduerbium notorium denotat*, q. 5. nu. 8. *Et qualiter accipi ſoleat?* ibid. num. 49. *verſ.* Aduerbium enim illud.

EXACTOR, EXIGERE.

*Exactor, quis propriè dicatur?* q. 44. num. 36.

*Exigere, ſiue repetere pauperem, qui ſoluendo non eſt, periculo non caret*, ibidem.

*Exigentes gabellam notoriè iniuſtam, an mortaliter peccent?* quæſt. 38. num. 6.

EXCEPTIO.

*Exceptio dilatoria eſt modici præiudicii*, quæſt. 44. num. 30. *Quòd coniunctus non habet mandatum, debet ante litem conteſtatam opponi*, q. 13. n. 3. *Quælibet legitima, quæquè intra decem dies probabitur, aduerſus executionem admittitur, eamquè impediet*, quæſt. 45. n. 38.

EXCOMMVNICARE.

*Excommunicari poſſunt diuites, qui nolunt pauperibus ſubuenire, vt eis ſubueniant*, q. 34. num. 6.

EXECVTIO,
Executor.

*Executio ſententiæ impeditur quouſquè melioramenta ſoluantur*, quæſt. 41. num. 19. *Et an etiam non liquidato melioramentorum valore procedat?* ibidem, num. 20. *Et etiamſi ab eo, qui executionem petit, offeratur de ſoluendis melioramentis cum fuerint liquidata, cautio?* ibid. numer. 21. *Et quid ſi in ſententia diceretur*, ſolutis priùs expenſis? ibidem, numer. 22. *Retardari non debet ob defectum ſolutionis melioramentorum, quando in dilatione periculum ſubeſſet, quia tunc admittenda eſſet cautio*, ibid. nu. 23. *Vel ſi incontinenti non adeſſet factorum melioramentorum probatio*, ibid. num. 24. *Competit contra debitorem ex propria confeſsione in iure facta, iureiurando ſententia quæ in rem iudicatam tranſiuit, vel inſtrumento guarentigio*, quæſt. 44. nu. 1. & 3. *Sententiæ arbitri, à qua fuit appellatum, vel in alio caſu, qui executionem meretur, retardanda non eſt, ex eo quòd eam petens, ſatisdare cum fideiuſſoribus non poſsit. Qualiterquè in hoc caſu prouidendum?* quæſt. 53. numero 45. *Qualibet legitima exceptione intra decem dies probata, impeditur*, quæſt. 45. num. 38.

*Executioni mandari non poteſt contractus, vel obligatio, niſi de purificata conditione parte citata Iudici liqueat*, q. 4 §. 2. num. 117.

*Executor teſtamenti cui diſtributio inter pauperes commiſſa eſt, poteſt diſtributio-*

*butionem facere Monaſterio habenti vnde Monachos, vel Moniales ſuſtineat; ſi vltra victum, vel alimenta vnde ipſius fabricæ ſubueniatur, non ſupereſt*, quæſt. 4. num. 49. *Poterit etiam diſtributionem alicui nobili facere, qui licèt vnde ſe alere poſsit habeat; non tamen pro conditione ſua*, ibid. num. 41. *Limita vt* ibid. nu. 48. *Si patrimonium teſtatoris, qui illud inter pauperes diſtribui iuſsit, eſſet paruum. Et talis executor diſtributionem etiam facere poterit ei, qui licèt ad victum neceſſaria habeat; non tamen pro puellis (quas maritare tenetur) dotandis; quamuis de dote nulla à teſtatore ſit facta mentio*, ibid. num. 42. *Et poterit non ſolùm in extraneos; ſed etiam ſibi ipſi (ſi pauper ſit) aut filiis, vel filiabus alimenta, dotemvè congruam non habentibus, diſtribuere*, ibid. num. 46. *Datus ad diſtribuendum bona in cauſam piam, vel pro redimendis captiuis: diſtribuere ea poteſt pro liberādis carceratis etiam ad pœnam pecuniariam pro maleficiis condemnatis*, quæſt. 54. num. 10 *Alia vide verb.* Nuncii.

EXEMPTVS.

*Exemptus, vel Iudicem Conſeruatorem habens, coram illo, & non alio conueniendus eſt*, quæſtione 47. numero 1. & 6. *Non gaudet priuilegio exemptionis aduerſus pauperem*, ibid. num. 7. & 12.

EXITVS.

*Vide verb.* Finis.

EXPECTANS, Expectatiua.

*Expectantes pauperes, vide verb.* Clerici pauperes, & *verb.* Pauperes.

*Expectatiuam habens* in forma pauperum, *præfertur habenti eam* in forma communi, *quæſt.* 7. num. 25.

EXPENSA, EXPENSVM.

*Expenſarum teſtium taxatio qualiter facienda? & quid in ea attendendum?* q. 4. numer. 19.

*Expenſe pro eundo, ſtando, & redeundo teſtibus ſunt præſtandæ*, q. 36. numer. 5. *Studiorum, alimentorū appellatione continentur*, d. quæſt. 4. num. 56. *Veniunt relicta ſuſtentatione, neceſsitate, vel victu*, ibid. num. 57. *Eas præſtare non tenetur, qui alere iure actionis, & hominis diſpoſitione obligatus eſt*, ibid. §. 3. nu. 161. *Litis an & quando pauperi litiganti præſtandæ ſint à diuite collitigante?* q. 39. per tot *Et quæ ad id neceſſariò concurrere debeant?* nu. 8. & n. 22. & ſeqq. *Et an tam pro particulari, quā pro vniuerſitate bonorū contendenti, præſtentur?* ibid. num. 47. *Et an dentur etiam hodie vbi pauperum ſunt Aduocati, & Procuratores?* ibid. num. 48. *Et an ei, qui ab alio iure ſanguinis alimēta conſequi poteſt, concedantur?* ib. n. 49. & ſeqq. vſq; ad 62. excluſiuè. *Non niſi pauperi præſtari debent*, ibid. num. 50. & 58. *Superuenientibus diuitiis, ceſſat huiuſmodi expenſarum, alimentorumque prouiſio*, ibidem, numero 51. *Et creſcente inopia, creſcere quoq; debent*, ibid. numer. 52. *An debeant reſtitui à paupere, qui eas recepit, ſi ſuccūbat, vel compenſari, ſi vincat?* ibid. num. 62. & ſeqq. *Contra eum qui iuſtam litigandi cauſam habuit, earum non debet fieri condemnatio*, ibidem, numer. 65. *Secùs ſi non habuit*, ibid. nu. 66. *Semel pauperi aſsignatæ, præſtādæ ſunt, donec lis debitum finem recipiat*, ibidem, num. 68. *Ad quam vſq; ſummam poſsit earum prouiſio fieri?* ibidem, num. 70. *Neceſſariæ, vel vtiles bonæ fidei poſſeſſori debentur*, q. 41. num. 1. & ſequentibus. *Neceſſariæ, quæ dicantur, cum de illis reſtituendis hæredibus de reſtituendo grauatis, qui illas interim fecere, vel eorum etiam hæredibus agitur?* ibidem, num. 11. *An etiam re melioratā, vel eiſdem meliorametis peremptis debeantur?* ibid. num. 25. 26. & 27. *Et quid in vtilibus tantùm?* ibid. num. 46. *Factæ à bonæ fidei ſimplici poſſeſſore, vel dominum aliquod in re (quantumcumq; reuocabile) habente, an cum fructibus cōputentur?* ibid. num. 28. 29. 30. 31. 32. 33. & 34. *Et vide verb.* Poſſeſſor. *Vtiles, quæ dicantur?* ibid. numer. 35. *Magnæ, vel modicæ, quæ?* ibidem, num. 50. *Quæ oneroſæ, & magnæ, ad quas dominus pauper non teneatur?* ibidem, num. 57.

*Expenſas nimis magnas, & meliorametā in rebus Eccleſiæ faciens, vt eas ante melioramētorum reſtitutionē nequeat Eccleſia vendicare; cenſuras incurrit, & pœnas latas à Sacro Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 11. de refor. contra conuertentes in proprios vſus res emphyteuticas, vel alia iura Eccleſiæ directè, vel indirectè*, ibid. d. q. 41. n. 54.

*Expenſæ neceſſariæ, quandoque ſtrictè, quandoque latè modo dicuntur, & qualiter?* ibidem, numer. 59. *Neceſſariæ, vel etiam vtiles (quantumcumq; exceſsiuæ) ſoluendæ à domino ſunt bonæ fidei*

*possessori, si aliunde quam per rei melioratæ venditionem, vel nouum creditum contrahendo, satisfacere dominus potest,* ibid. numer. 60. *Et qualiter deducantur, quando huiusmodi soluendi facultas non datur?* ibid. num. 61. & seq. *Et quando dominus diues est?* ibid. num. 63. *Etiam voluptariæ ab eo, qui rem melioratam vendidit, vel statim venditurus sit, inquantum res pretiosior facta est, refici debent,* ibidem, d. quæst. 41. num. 66.

*Expensarum, meliorumentorumque taxatio, æstimatio, & solutio, quo tempore attento facienda sit?* ibid. num. 69. & seqq. *Et an & quando executionem impediat, vide verb.* Executio. *Alia supple verb.* Pauper. *& verb.* Dominus.

*Expensum, & melioratum, in dubio æquiualere videntur,* ibid. dict. quæst. 41. num. 73.

## F

### FACERE.

*Facere posse videtur, qui potest facere vt possit,* quæstione 4. §. 2. num. 131.

### FACIENDA, FACTA.

*Facienda de proximo, pro factis habentur,* quæst. 4. §. 2. numero 121. & seqq.

*Facta contra prohibitionem legis non tenent, etiamsi in tempus habile conferantur,* quæst. 22. num. 3.

### FALCEM.

*Falcem in messem alienam non licet mittere,* q. 52. num. 8.

### FAMA.

*Fama, aut vulgi opinio an probet paupertatem?* quæst. 5. num. 30. 31. 32. & 33.

### FATALIA.

*Fatalia aduersus pauperem non currunt,* quæst. 31. numer. 11. & 13. *Et an ipso iure currere desinant? vel per restitutionem pauperi succurratur?* ibid. num. 12.

### FATVITAS.

*Fatuitas præsumitur potiùs quam donatio,* q. 21. numero 6.

### FAVENDVM.

*Fauendum pauperi non est cum alterius iniuria, vel iactura,* quæst. 34. num. 4. q. 39. num. 4. & q. 55. num. 8. & 23.

### FOELICITAS.

*Fœlicitas non externis, sed internis consistit bonis, vide verb.* Beatitudo.

### FOEMINÆ.

*Fœminæ appetunt marem, sicut materia formam,* quæst. 17. num. 29. *Earum proprium munus est, concipere,* ibid.

### FEVDATARIVS.

*Feudatarius feudo concesso à Principe, nec etiam de plenitudine potestatis priuari potest,* quæst. 42. numer. 6. *Priuari potest, si domino ingratus existat,* ibidem, numero 8.

### FIDEIVBENS, Fideiussor.

*Fideiubens pro alio male vti substantia sua dicitur,* quæstione 5. numero 46. *Consentire videtur contractui, in quo fideiubet,* quæstione 22. num. 12.

*Fideiussor, qui diu in promissione conditionali stetit, sed à fideiussione liberari, dum non impletur petere nequit,* q. 4. §. 2. num. 116. *De proximo condemnandus, potest se liberari ab obligatione petere,* ibid. num. 124. *A paupere peti pro sportulis salario Custodis carceris, Iudicis, vel aliorum Officialium sub grauibus prohibetur pœnis,* quæstione 28. numero 68. *Aliquem infra octo dies præsentare promittens,* Si fuerit requisitus *intelligitur, nec ante requisitionem iuramento etiam interueniente adstringitur,* q. 35. num. 8. *Condemnati ad soluendum eandem quam principalis condemnatus dilationem habet,* quæstione 44. num. 11. *An & quando moratoria principali concessa gaudeat?* ibid. num. 75. & seqq. vsquè ad num. 83. excluſiuè. *Qui diu in fideiussione stetit, etiam ante condemnationem, vel solutionem, ab ea liberari petere merito potest,* quæst. 45. num. 20. *Aut si debitor malè vti substantia cœperit,* ibid. num. 21. *Nisi pro paupere scienter fideiussisset, vel pro eo, qui bona sua dilapidabat,* ibidem, num. 22.

*Fideiussorem inuenire, in quolibet difficile est,* q. 53. numer. 14. *In paupere impossibile reputatur,* ibidem, numer. 15.

### FIDES.

*Fidem fallere, graue nimis est,* qu. 6. num. 31.

*Fides etiam hoſtibus ſeruanda eſt*, ibid. numer. 29. *Recta in Principe præ cæteris virtutibus micat*, ibid. num. 32.

FILIA, FILIVS.

*Filia an poſsit iteratam dotem, vel alimenta, quæ conſumpſit, vel perdidit, à patre petere?* quæſt. 16. per tot. *Alia circa hæc vide verb.* Pater. *Naturalis minorem quàm legitima, & naturalis dotem habere debet*, quæſt. 15. numero 23. *Alia circa hæc vide verb.* Dos. *Minor vigintiquinque annis ſine patris conſenſu nubens, vel in corpus ſuum peccans, an à patre exhæredari, dotevè priuari tam de iure ciuili, & Regio, quàm Canonico poſsit? latè* quæſt. 17. numero 1. & ſeqq. *Quæ in corpus ſuum peccauit, aut turpem vitam elegit, ſi reſipiſcat, & pœniteat, an poſt pœnitentiam dote, vel hæreditate priuari poſsit?* ibidem, num. 7. & ſeqq. vſquè ad num. 12. *Minor vigintiquinque annis, quæ in corpus ſuum peccauit, ſi poſtmodum etiam cum indigno matrimonium contrahat, an exhæredationis pœnam euitet? dotemquè conſequatur?* ibid. num. 8. & 9. *Maior vigintiquinque annis abſq; patris conſenſu nubens digno, vel indigno, cum dotis promiſsione, vel ſine ea, in corpusvè ſuum peccans, dote, vel hæreditate priuari non poteſt*, ibidem, num. 25. *Nec etiamſi poſt prædictam ætatem publicè filia meretricetur, dote, vel hæreditate priuari poterit*, ibidem, numero 26. *Nec ſi clandeſtinè, abſquè parentum conſenſu matrimonium contrahat*, ibidem, num. 28. *Contra* ibidem, num. 24. *De iure conſuetudinario ciuitatis Neapolis, ſi filia decimumſextum ætatis excedat annum, exhæredari nõ poteſt, ea quòd ſine patris conſenſu nupſerit, vel in corpus ſuum peccauerit*, ibid. num. 27. *Vel ſi vigeſimumſecundum ætatis annum excedat, ex aliorum conſuetudine*, ibid. *Et quid de iure Fori legum? Pauperis maior 25. annis, quæ abſq; patris conſenſu nupſit, vel in corpus ſuũ peccauit, an dote, vel hæreditate priuari poſsit?* ibid. d. q. 17. n. 29. & ſeqq. *Quæ vigeſimumquintum ætatis annum attigit, licèt non impleuerit, ſi abſq; patris conſenſu nupſerit, an dote, vel hæreditate priuari poſsit?* ibidem, n. 50. remiſsiuè. *An repetere poſsit à viro dotem, vt pauperem patrẽ alatè* quæſt. 22. numer. 39.

*Filius clandeſtinas cõtrahẽs nuptias, inſciis parentibus, digne, vel indigne, an exhæredari poſsit?* d. quæſt. 17. num. 24. & 28. *Indignam vxorem parentibus inuitis ducens, exhæredari poteſt*, ibid. n. 11. *Et quid ſi dignam ducat?* ibidem, numer. 13.

*Filii ſpurii Clericorum, veniunt appellatione ſuorum*, q. 4. n. 52. *Naturales tantum, vel etiam ſpurii, an alimenta non tãtùm pro viuendi neceſsitate, ſed etiam pro dignitate habere debeant?* ibi. n. 65. & 66. & quæſt. 15. n. 27. *Et ad quam vſq; quantitatem poſsit eis hodie pro alimentis relinqui?* d. quæſt. 15. num. 28. *Naturales, vel etiam ſpurii pauperes dicuntur, ſi parentes ſuos alere non poſsint*, ibid. num. 69. *Filii, vel deſcendentes illegitimi, aut ſpurii an aſcendentibus alimenta pro dignitate, vel neceſsitate debeant præſtare?* ibid. n. 70. remiſsiuè. *Et quæ filiis illegitimis debeant parentes præſtare alimenta?* ibid. num. 65. 66. & 67. *Et an eis vltra quintum aliquid relinquere pater poſsit? vide verb.* Pater. *Presbyterorum (etiã poſt extrauag. Pii V.) à parentibus ſunt alendi*, dicta quæſt. 4. num. 68.

*Filius an patri egeno, qui artem ex qua viuere poſſet eum docere contempſit, ſubuenire teneatur?* ibidem, numer. 61. *Qui artificium habet ex quo viuere poteſt, non tamen decenter, à patre alendus eſt*, quæſtione 4. §. 3. numer. 141. *Secùs ſi decenter officium exercere poſsit*, ibid. num. 143. *Et idem quoad patrem, quem alere debet filius, ſi decẽter officium exercere nequeat*, ibidem, num. 142. *Secùs ſi decenter*, nu. 143. *Diuitis, dines quoquè dicitur, tantùmquè habere in bonis, quãtum is eius pater habeat*, ibidem, num. 155. *Rateſt admitti ad officium, ad quod certa patrimonii quantitas requiritur, licèt eam non habeat, ſi tamen pater habet*, ibid. numer. 155. *Voto Religionis non adſtrictus, Religionem ingredi, exiſtente illas eorum parentibus in magna neceſsitate, non debet, ſi aut poſsit eis ſubuenire, aut ſpes ſit probabilis fore, vt poſsit, nec eſt alius, qui ſubueniat*, quæſtione 11. num. 1. *Nec ſi voto Religionis adſtrictus ſit*, ibid. nu. 14. *Et quid ſi ſolemniter profeſſus eſt, an Religionem egredi teneatur?* ibidem, n. 15. *Et quæ neceſsitas ad id ſuffficiat, vel requiratur?* ibidem, num. 22. & ſequentib. *Omni iure parentibus ſubuenire præcipitur*, ibidem, numero 3. & ſeq. *Qui cum ſubuenire parentibus poſsit, eos in neceſsitate iacere patitur, grauiſſimam*

*eis contumeliam infert*, ibid. d. num. 3. *Et dicitur necare, qui alimenta denegat*, ibid. numer. 4. *Deserens parentes etiam Diuini cultus ratione, anathematizatur*, ibidem, numero 12. *Et mortaliter peccat*, ibidem, num. 13. *Qui absquè Superioris licentia aliquando castra ob parentum affectionem deseruit, emensionis crimine excusatur*, ibid. num. 17. *An validè profiteri valeat eius parentibus ingraui, seu maxima existentibus inopia?* ibidem, num. 18. & sequentibus. *Monachus ingrauis parentum necessitatis casu, etiam habitu (si necesse est) dimisso parentibus subuenire tenetur: necessitate verò cessante statim ad Monasterium redire*, ibidem, num. 19. 20. & 28. *Et etiam absquè Prælati licentia (si eam non concedat) vt parentum extremæ necessitati subueniat Religionem egredi debet*, ibidem, num. 27. & 28. *Et quid si parentum necessitas non sit extrema, sed grauis, modo ibi dicto?* num. 29. 30. 31. & 32. *Fortiùs patri obligatus est, quàm domino seruus*, ibidem, numer. 11. *An & quando matrem pauperem viduam dotare teneatur?* quæst. 16. num. 24. remissiuè. *Familias Aduocatus de adquisitis ex aduocationis officio potest liberè testari, nec vsumfructum patri adquirit, nec post patris mortem ea cum fratribus confert*, quæst. 28. numero 20. *Qui patri egenti alimenta negauit, exhæredari potest*, quæst. 42. num. 13. *Pauper non tenetur de alimentis patri prouidere, nisi sibi priùs prouideat*, ibid. num. 16. *Non tenetur pro debito patris*, q. 48. numer. 5. *Dives pro pecunia mutua à patre recepta paupere, qui ex illa eum aluit, necessariaque pro conditione ministrauit, poterit cõueniri*, d. quæst. 48. num. 8. 10. & seqq. *Vel si pater pauper emptas merces recipiat, easque vt filios aleret, reuendiderit, licet immediatè earum pretium in alimenta non fuerit conuersum*, ibidem, num. 13. *Secùs si pater pauper cum recepit, non esset*, ibid. num. 14. *Fidei commisso grauatus sicut alienare non potest contrahendo; ita nec delinquendo, nec actum agere per quem ad alienationem deueniatur*, q. 54. num. 18.

## FINIS.

*Finis, vel exitus ad expensarum necessariarum, vel vtilium solutionem non attenditur*, q. 41. num. 13. & 68.

## FISCVS.

*Fiscus salarium Iudicibus, de iure communi, etiam præter sportulas soluit*, q. 6. numer. 84. & 89. *Et quid de iure Regio?* ibidem, num. 100. *Litigans cum paupere, tenetur ei de alimentis, litisque expensis prouidere*, quæst. 39. numer. 32. *Conueniẽs debitorem suum ante diem, ius debiti amittit*, quæst. 43. num. 3. *Nisi ob Fisci paupertatem, quia tunc ante diem poterit debitorem suum cõuenire*, ib. n. 12. *Potens, & locuples reputatur*, q. 55. nu. 19. *Alia supple verb.* Debitor Fisci.

## FORMA.

*Forma omissa, actus corruit*, quæst. 53. num. 34. *Limita* n. 36. & 37.

## FRATER.

*Frater sororem inopem alere compellitur*, quæst. 4. §. 3. num. 156. *Et dotare*, ibidem, numer. 157. *& latiùs* quæst. 16. num. 14. *Et sororem etiam naturalem, & spuriam*, d. q. 4. num. 158. *Et iustè quoq; à patre exhæredatam*, ibid. nu. 159. *Ob grauem fratris, vel sororis paupertatem, etiãsi voto adstrictus non sit, Religionis ingressum differre non debet*, quæst. 11. num. 36. *Limitatur* num. 37. & 38. ibidem. *Obligatus per pactum, statutum, vel legem ad sororem dotandam, vel alendam; an semel dotatam, iterũ dotare, vel alere teneatur, si absq; dolo, vel lata culpa dotem amisit, vel alimenta?* quæst. 16. num. 2. 3. 14. 15. & 21. in fin. *Et quid si culpa dotem, vel alimenta amisit? Et quæ culpa ad liberendũ fratrem ab iterata dotis, vel alimẽtorum assignatione sufficiat?* ibid. num. 6. & 15. *Clericus & dotare, & redotare sororem ex fructibus beneficii, aliis bonis propriis deficientibus, si absque dolo, vel culpa dotem amisit, adstrictius est*, ibid. num. 16. *Limitatur* nu. 20. in fin. *Et non tanquam pauperem tenetur dotare sororem; sed tãquam sororem, eius conditione, & qualitate attenta*, ibidem, num. 17. *Et qualiter id vt Clericus sit securus, faciendum?* ibid.

*Fratris nomine etiam soror continetur*, ibid. d. quæst. 16. num. 21.

## FRAVS.

*Fraus præsumitur potius quàm donatio*, quæst. 21. num. 5.

*Fraudibus via aperienda non est*, quæstione 39. numero 2.

FRVCTVS.

*Fructus dotis pro oneribus matrimonii ſeruire debent*, quæſtione 5. num. 32. *Beneficiorum, dicuntur vita, & ſanguis pauperum*, quæſtione 7. numero 30. *Eccleſiæ vnitæ verbo, aut facto ſolùm, tanquam malè percepti reſtituuntur*, quæſtione 12. num. 12. *Percepti à bonæ fidei ſimplici poſſeſſore, vel dominium aliquod (quantumcumquè reuocabile) habente, an cum expenſis, & melioramentis computentur?* quæſt. 41. numer. 28. & ſeqq. vſquè ad num. 35. excluſiuè. *Percepti à bonæ fidei poſſeſſore ex meliorationibus etiam poſt litem conteſtatam cum expenſis non computantur*, ibidem, numer. 33. *Nec ex melioramentis percepti, ſunt reſtituendi; aut à bonæ fidei poſſeſſore compenſandi, licèt ad fructus reſtitutionem fuerit condemnatus*, ibid. num. 34.

FVR, FVRTVM.

*Furem quando liceat occidere?* q. 51. num. 21.

*Furtum magnum, vel paruum, ex perſonarum conditione reputatur*, quæſt. 4. num. 21. *Magnum mortis vindicatur pœna*, ibidem, num. 22.


# G


GABELLA.

*Gabella quotuplex ſit? De multiplici eius ſignificatione, quidquè ſub ſe comprehendat?* remiſsiuè, quæſt. 38. num. 1. *Odioſa eſt, & contra eam in dubio iudicandum*, ibid. numer. 3.

*Gabellarum nouæ impoſitiones, ſiue exactiones, iure Ciuili, Canonico, & Regio improbatæ ſunt*, ibidem, numero 2.

*Gabellam imponere ſubditis non licet Principi, etiam pro bello gerendo*, ibidem, num. 4. *Limitatur* numer. 10. & ſequentibus. *Nec ratione ſuæ coronationis, vel quia natus ſit ſibi filius, vel quia vult filiam maritare*, ibid. num. 5. *Princeps qui pro ipſius commodo abſquè iuſta cauſa gabellam, ſeu vectigal imponit, maximam iniuſtitiam, & rapinam committit, mortaliterquè peccat*, ibid. numer. 6. *Et etiam notoriè iniuſtam gabellam exigentes*, ibidem. *An poſsit imponere ob paupertatem ſubditis dominus etiam inferior, ſuperioremquè recognoſcens?* ibidem, numero 12. & ſequentibus.

*Gabellæ impoſitio eſt de Regalibus, nec aliis quàm Imperatori, vel Regi, aut ab eis facultatem habentibus permiſſum eſt*, ibid. numer. 13. *Et an ſoli Regi Romanorum?* ibidem, numer. 14. *Alia ſupple verb.* Clericus mercator.

GENERALIS PROVISIO.

*Generali prouiſioni ſpecialis derogat*, quæſtione 47. num. 3.

GENVS.

*Genus mortis, durior eſt ipſa morte*, quæſtione 51. numero 15.

GESTA.

*Geſta à coniuncto nomine coniuncti abſquè mandato agente, nec cautionem de rato præſtante, valent, ſi ante litem conteſtatam oppoſita exceptio non fuit, nec cautio petita*, quæſt. 13. num. 3.

GLOSSA.

Gloſſa fin. in l. fin. C. de alend. liber. *reprobatur*, quæſt. 39. numero 22.

Gloſſæ *ſententia* in cap. 1. de poſtuland. *impugnatur*, quæſt. 9. numero 5. & ſeqq.

GRADVS.

*Gradus requiſitus à lege, vel ſtatuto in eo, qui eligendus, vel præficiendus eſt alicui beneficio, dignitati, vel præbendæ; ſufficit ſi de facili, ſtatimquè ab eo poſsit obtineri*, quæſt. 4. §. 2. numero 131.

GRATIÆ BENEFICIALES.

*Gratiæ beneficiales ambitioſæ ſunt*, quæſt. 7. num. 19. *Limita* num. 20. & 21.

GRAVATVS.

*Grauatus de reſtituendo poterit res fideicommiſſo, vel reſtitutioni ſubiectas ſi pauper ſit, pro ſuis, ſuorumquè, quos alere tenetur, alimentis, redemptione, vel excarceratione alienare*, quæſt. 22. numero 43. *Et prò filia dotanda, aut dote accepta reſtituenda*, ibidem, num. 44. *Vel pro illius Religionis ingreſſu*, ibidem, numero 48. & 49. *Vel pro dotis parte, ſi incongruè dotata ſit*, ibidem, num. 56.

*Vel pro nuptiarum apparatu*, ibidem, numer. 57. *Et ſiue prohibitio tacita ſit, ſiue expreſſa*, ibid. numer. 45. *Intellige ſuprà dicta, vt* ibid. num. 52. 53. 54. & 55. *Et quid ſi nominatim ex cauſa dotis alienationis prohibitio facta ſit? an nihilominus fieri ea ex cauſa alienatio poſſit?* ibid. numer. 46. & 47. *Sicut alienare non poteſt contrahendo; ita nec delinquendo, nec actum agere per quem ad alienationem deueniatur*, quæſtione 54. num. 18. *In vno, in alio debet releuari*, quæſt. 55. num. 29.

GRAVITAS.

*Vide verbo* Maieſtas.

GRÆCI.

*Græci nequaquam mercatores in vrbe recipiebant*, q. 8. num. 1. in fin.

H

HABITATIO.

*Habitatio, alimentorum nomine continetur*, q. 50. num. 18.

*Habitationes antiquæ multum ad nobilitatem conferunt*, q. 5. n. 4. n. 175.

HABITVS.

*Supple verb.* Potentia.

HÆREDITAS,
Hæres.

*Hæreditas tota etiam magna venit* paupertate relicta, quæſt. 1. num. 5.

*Hæredes patris eius filias etiam naturales dotare tenentur*, q. 15. numer. 13. & ſequentibus. *Nec recuſare poſſunt onus, quod nec recuſare potuit is cuius hæreditatem ſuſceperunt*, ibidem. *Doctoris, qui promiſit legere per annum, ſi antè moritur, integri anni ſalarium habere debent*, quæſtione 8. numero 24. *Et idem in hæredibus Iudicis mortui*, ibidem, numero 5. *Et in Aduocati hæredibus*, ibidem, num. 16.

*Hæres de reſtituendo grauatus, purè, in diem, vel ſub conditione ſumptus conſequitur neceſſarios, quos ante reſtitutionem fecit*, quæſtione 41. num. 9. *Et etiam vtiles*, ibid. num. 37. *Et eo deficiente, eius hæredes eoſdem ſumptus conſequuntur*, ibid. num. 10. *De reſtituendo grauatus, conſequitur ſumptus, quos pro litium rerum hæreditariarum tuitione fecit, ſiue vincat, ſiue vincatur, modò litem euidenter calumnioſam non tractauerit*, ibidem, num. 12. & 13. *Si in reſtituendo moroſus non fuerit, non compenſat cum melioramentis, aut meliramenta cum fructibus etiam poſt purificatum fideicommiſſum perceptis*, ibid. num. 30.

*Hæredem ſe contendens an ſumptus, quos in lite proſequenda fecit, conſequatur?* ibid. num. 14.

*Hæres mariti ad reſtitutionem dotis rerum mobilium, ſe mouentium, aut incorporalium, annum habet, nec antea pro eis conueniri poteſt*, quæſt. 43. nu. 9. *Niſi mulier egeſtate laboret*, ibid. nu. 10. *Et an poſt anni lapſum abſquè alia interpellatione ad intereſſe damni emergentis, vel ad vſuras viduæ cui reſtituenda dos erat, teneatur?* quæſt. 26. num. 48. & ſequentibus. *Pendente confectione inuentarii, conueniri perſonalibus, vel hæreditariis actionibus non poteſt*, quæſtione 43. numer. 14. *Niſi ob exigentis paupertatem*, ibid. num. 15. remisiuè. *Debitoris dilatione debitori conceſſa non gaudet*, quæſtione 44. numero 101. *Nec beneficio*, Ne quis conueniatur vltra quàm facere poteſt, *quod defuncto competebat*, ibidem, num. 102. *A quo relicta ſunt centum, quæ erant penes campſorem, & ſi ea non præſtiterit, vineam dare grauatus eſt; ſi centum illa, quæ penes campſorem erant, expendit, licèt velit alia centum legatario dare, non ſatisfacit, poteritque vineam optare legatarius*, quæſtione 49. num. 2. *Intellige vt* numer. 3. *ſi quantitas illa vt ſpecies relicta erat.*

HOMO.

*Homo liber vendi, aut pignorari non poteſt*, quæſt. 22. num. 68. *Et qualiter puniatur creditor hominem liberum ſcienter à creditore recipiens?* ibid. numer. 69. *Et qualiter alienans?* ibidem, numer. 72. *Et an ignorantia creditoris, vel alterius in quem alienatio hominis liberi fit, excuſet? Et quid operetur?* ibid. num. 70. *Et quid ignorantia vtriuſquè alienantis, & eius in quem alienatio fit, operetur?* ibidem, num. 71. *In adiutorium mutuum generatus eſt, nullaquè re propriùs ad Deum accedit, quam ſalutem hominibus procurando; hominiſquè intereſt, hominem beneficio affici*, quæſtione 51. numero 7. vbi alia circa hęc.

Homi-

*Homines quietiſſimi in terra viuerẽt, ſi hæc duo nomina* Meũ, & Tuum *tolerentur*, q. 3. n. 3.

HONOR.

*Honor omnibus diuitiis anteponendus eſt, & debet quis potiùs mori, quàm honorem non conſeruare*, quæſt. 4. §. 4. num. 177. *Eſt maximum bonorum externorum*, ibidem. *Honor & vita æquiparantur in iure*, quæſtione 48. numero 10. *Honor, vel contemptio ad diuitiarum, vel paupertatis menſuram procedit, tribuiturvè*, quæſt. 6. num. 7. *Ob paupertatem, honoris quis diminutionem patitur*, quæſt. 14. num. 7.

I

IACTARE.

*Iactare ius ſuum nemo præſumitur*, quæſt. 21. numero 4.

IDONEVS.

*Idoneus eſt quem virtus probat*, q. 6. num. 29. *Æſtimatur, non tam patrimonio, quàm fide*, ibid. *Alia ſupple verb.* Dignus, *& verb.* Dignior.

IGNOBILIS, IGNOBILITAS.

*Ignobilis an dicatur indignus maritus?* q. 17. num. 23.

*Ignobilitatem, & paupertatem nemo ſapiens maledixerit*, ibid.

IGNORANTIA.

*Ignorantia creditoris, vel eius in quem alienatio hominis liberi fit, quid operetur? Vide verbo* Homo liber. *Non præſumitur in contrahente, ſed ſcientia conditionis eius, qui cum alio contrahit*, quæſt. 45. num. 11.

ILLEFONSVS.

*Illefonſi de Azeuedo reiicitur ſententia*, quæſt. 52. num. 43. & ſeqq.

IMPEDIMENTVM, Impeditus.

*Impedimentum facti, vel iuris an ad præſcriptionem impediendam æquiparetur?* quæſt. 32. num. 14. & ſeq.

*Impeditus non dicitur differre*, q. 17. num. 38. *Tenetur facere quidquid potuerit, vt impedimentum ceſſet*, ibid. nu. 43. *Debet probare diligentiam*, ibid. num. 44. *An ſatisfaciat probando impedimentum, niſi probet, quòd feciſſet illud ad quod erat adſtrictus ni impedimentum adeſſet? idque debeat proteſtari?* ibid. num. 45. *Et an debeat de impedimento vt excuſetur, proteſtari? vide etiam* quæſt. 32. num. 21. *Non excuſatur, ſi impedimentum potuit remouere*, ibidem, numer. 20. *Non dicitur impeditus, qui impedimentum potuit remouere*, ibidem. *Debet de impedimento conſtare, vt impeditus excuſetur*, ibid. num. 19. *Impedito tempus non currit, aut præſcriptio*, ibidem, num. 12. *Tam reo, quàm actori reſtitutio datur*, ibidem, num. 15. *In tempore non ſoluens, à iure ſuo non cadit*, quæſt. 33. num. 24. *Excuſatur, licèt dederit impedimento cauſam*, q. 54. n. 12. & n. 34.

IMPENSA.

*Vide verbo* Expenſa.

IMPERATOR.

*Imperator electus, contra pacta, vel conceſsiones præceſſoris venire nequit*, quæſt. 6. num. 38. *An poſsit concedere Eccleſiæ, vt contra eam non currat præſcriptio?* quæſt. 32. num. 5.

IMPOSSIBILITAS.

*Impoſsibilitas à natura proueniens promiſsionem inutilem reddit, non quæ ab accidenti*, quæſt. 45. numero 5. & 28. *Alia vide verb.* Impotentia.

IMPOSITIO.

*Vide verb.* Collecta.

IMPOTENTIA.

*Impotentia quæ tempore contractus adfuit, an actionis ortum, vel debiti exactionem impediat?* quæſt. 45. per tot. *Inueniendi fideiuſſorem, iuramento debitoris probatur*, q. 44. n. 93. & q. 53. nu. 17.

IMPROPRIETAS.

*Improprietas verbi tolerãda eſt vbi lex tolerat*, q. 1. n. 23. *Et ad æqualitatem ſeruandam, ac inducendam*, q. 55. n. 6.

*Impropria loquutio, vide verb.* Loquutio.

INCARCERATVS.

*Vide verb.* Carceratus.

INCERTA, INCERTITVDO.

*Incerta, non ſunt imputanda in congrua*, q. 12. num. 21. *Pro certis dimittenda ſunt*, q. 39. num. 57.

*Incertitudo paupertatis fauore actum non vitiat*, quæſt.20.

INDOCTI.

*Indoctis Magiſtratus concedendi non ſunt*,q.6.num.41.

INDIGNVS.

*Indignus quis dicatur in matrimonii materia,vt filia ei nubens exhæredari,dotevè priuari poſsit?*q.17.n.19. 20. 21. 22. & 23.

*Indigno nubere, & turpem vitam agere,in iure æquiparantur*,ibid.num.10.

INÆQVALITAS.

*Inæqualitas diſcordiam generat*,q.55. nu.5.*Nec cauſæ piæ, aut Eccleſiæ fauore ſuſtinenda erit*,ibid.num.7. *Nec egeſtatis, aut miſerabilitatis ratione admittenda in iudicio eſt*,ibid.nu.8. *Contra* ibid.n.9. & ſeqq.*Ætatis,vel ſexus potioris, vel deterioris conditionis quem reddit*,ibid.n.27.

INFAMIS.

*Infamis Aduocatus eſſe non poteſt*,q.9. nu.14.*Nec Procurator in Curia Pontificis,vel Regis*,ibidem, num.15. *Et quid in aliis extra Curiam degentibus?* ibidem, num.16.

INFANS.

*Infans aduerſus canonem nõ ſolutum, ſi tutorem habeat, à quo intereſſe conſequi poſsit, non reſtituitur; ſecùs aliter*, q.33. numer.12.& 14.

INFICIATVS.

*Inficiatus debitum ad ceſsionem bonorum,ſi iuſtam negandi cauſam habuit, admittitur*, quæſt.44. numero 68. *Alia ſupple verbo* Negans.

INFIRMITAS, INFIRMI.

*Infirmitati æquiparatur paupertas*, quæſt. 30. numero 3. & quæſt. 36. numer. 12. *Et quando ſecùs?* ibidem, numer.15.

*Infirmis in integrum reſtitutio conceditur*, d.quæſt. 30. numer.4.

*Infirmi á comparendo coram Iudice ad deponendum excuſantur*, d. quæſt.36. num.1.

INGENIVM.

*Ingenium magnos facit, non diuitiæ*, q.6. num.70.

INGRATITVDO, Ingratus.

*Ingratitudinis vitium, grauiſsimum*, quæſt.42.num.1.

*Ob ingratitudinem quãdoq; peccatum incurritur mortale, ſi contingat contemptus beneficii accepti*, ibidem, numer.2. *Contra ingratos apud plures nationes actio prodita erat*,ibid.remiſsiuè.

*Ingratus amiſsione beneficii accepti punitur*,ibid.num.3. *Domino exiſtens libertus,in ſeruitutem reuocatur*, ibidem, num.5. *Et quæ ſit ingratitudinis in hoc caſu ſufficiens cauſa?* ibidem. *Ob ingratitudinem reuocari poteſt donatio*, ibidem, num.10. *Et quæ ingratitudinis cauſa in præſenti ſufficiat?* ibidem, numer.12.

*Ingratus non eſt, qui gratus eſſe non poteſt*, ibid. num.23.

INGRESSVS RELIGIONEM.

*Vide verb.* Filius,*verb.* Monachus,*& verb.* Religionis ingreſſus.

INIMICITIA, INIMICVS.

*Inimicitia iuſtam cauſam excuſationi tutelæ præbet,licèt culpa eius,qui excuſationem prætendit, acciderit*, q.54.n.28. *Et ad recuſandum Iudicem, teſtes, & ſimiles, licèt recuſans cauſam inimicitiæ dederit,modò ad caſum recuſationis ordinata non ſit*,ibid.nu.29.

*Inimicus ſatisdare inimico de non offendendo eum tenetur, ſi offenſionis adſit timor*,quæſt.53. num.21. *Et quid ſi pauper ſit, nec fideiuſſorem habeat?* ibidem, numer. 22. & 23.

INIVRIA.

*Iniuriam facit, qui vno Iudice relicto,ad alium vadit*,q.52.num.6.

INIQVITAS.

*Iniquitas an & qualiter à peccato differat?*quæſt. 1. num.20. remiſsiuè.

INITIVM.

*Vide verbo* Finis.

INIVSTITIA.

*Iniuſtitia propter inopiam facienda non eſt*, quæſt. 39. num.4. & quæſt. 55. numero 8.

# INDEX

## INOPIA, INOPS.

*Inopia, & paupertas, ſiue inops, & pauper an differãt? & in quo?* quæſt.1. num.14.19.& 24.

*Inopia vnde dicatur?* ibid.nu.15. *Inopia, & auaria ad turpe compendium mouent,* quæſt.6.num.12. *Ob inopiam multi deliquerunt,* ibid.num.14.& 15. *Inopia debitoris reddit actionem inutilẽ,* quæſt. 45.num.5.

*Inops, quis dicatur, Iudicis arbitrio relinquitur,* quæſt.4.num.76. *An de bonis futuris poſsit promittere arrhas?* quæſt. 18.num.5.& 6. *Alia ſupple verb.* Pauper.

## INQVILINVS.

*Inquilinus in aliqua ſolutionis penſionis parte deficiens, expelli poteſt,* quæſtio. 33.numer.16. *An & quando neceſſarias, vtileſque in re factas deducat expenſas,* queſtio.41.n.40.41.& 49. *Non poteſt expelli ante harum expẽſarum à domino factam ſolutionem, licèt inquilini culpa locatio ſinita ſit,* ibid.num.5.& 41.

## INQVISITORES.

*Inquiſitores, vel Commiſſarii pecuniam prætextu officii extorquentes, excommunicantur, neque ante reſtitutionem abſolui poſſunt, præterquã in mortis articulo,* quæſt.27.num.14. *Niſi pauperes ſint* ibi. *Et a quibus hodie poſsint abſolui?* remiſſiuè ibidem num.15.

## INSTRVMENTVM.

*Inſtrumentum Doctoris honorarium continens priùs celebratum præſumitur, ſicut de dotali dicitur,* quæſt.28 num.37. *Guarentigium, quantumcunque publicum, de iure Ciuili executionem paratam non habebat,* quæſt.41.num.2. *Si ex ſtatuti diſpoſitione executioni mandari iubetur, & ne contra illud alia, quam ſolutionis poſsit opponi exceptio; an poſsit exequi contra tertium, ab eoque aliæ opponi poſsint exceptiones?* quæſt.48. num.3.



## INTELLECTVS AD Leges iuris Ciuilis, Regii, Canonici, Concil. Trident. Ad Motus proprios, & Congregationis Cardinalium declarationes.

### Ex Digeſto Veteri.

*INtellectus ad text.* in l.3. D. de teſtib. quæſt. 1. num.29. *Ad text.* in l. Neceſſariò, 8. D. de pericul. & commod. rei vend.quæſt.14.num.14. *Et ad* l.fin.D.eod. quæſt.26.num.42. *Ad text.in* l.Lutius,11.D.de euict.d.quæſt. 14.num.16.& 17. *Ad text.in* l. Stipulatio de dote,64.& l. Dotis promiſsio,69. verſ.Quod enim,& in l. Si ſeruus pro filia,82. D.de iure dot. quæſt.16.num.13. *Ad text.in* l.Si procuratorẽ,8. §.Igitur ſi ignorauerunt, D.mandat.quæſt.31.num. 12.prope fin.& ſeqq. præcipuè num.20. & 24. *Ad text.in* l.Ad perſonas,15.D de iureiurand.quæſt.36.num 1.& ſeqq. *Ad text.in* l.Si inſtituta,27.§.De inofficioſo, D.de inofficioſ.teſtam. quæſt.39.nu.22. & 27. *Ad text. in* l. In fundo,39. D. de rei vendic.quæſt.41.num.74 *Ad text.in* l.Bona fides,31. D. depoſiti, quæſt.54. num.20. *Ad text. in* l. Papinianus,21. D. de minorib.& in l.Ab hoſtibus,15. §.fin. & l.ſequẽti,D.ex quib.cauſ.maior.q.54. num.34. *Ad text. in* l.Quoties,15.D. de re iud.quæſt.23.per tot.

### Ex Digeſto Infortiato.

*Intellectus ad text. in* l. Imperatores, 17.D. de tutel.& rationib. diſtrah. q.39. num.31. *Ad text.in* l. Lutius Titius,78. §.Hæredum,D.ad Senat.Conſult. Treb. quæſt.1.nu.6. *Ad text. in* l. Vxorem,39. §.Pater naturalis,D.de legat.3.quæſt.15. num.29.& ſeqq. *Ad text.in* l.Domos,61. D.de legat.1.quæſt.41.num.75 *Ad* l. Si conſtante,25 §.Quotiens,D.ſolut.matr. & *ad* l. Poſtquam,5.§. Imperator, in fin. verſ. Poſſeſsio autem. D.vt legat.ſeu fideicom.nom.caueat, & leg. Filiusfamilias,117.§.Iidem Principes, D. de legat. 1.quæſt.53.num.40.42.43.& 44.

# INDEX.


Ex Digeſto Nouo.

*Pater, & filius correlatiua ſunt, eademque iudicantur regula*, ibid. §. 3. num. 143. *Alendus eſt à filio licèt ex artificio viuere poſsit, ſi illud decenter exercere non poſsit, ſecus aliter*, ibid. d. num. 142. & 143. *Qui filios naturales, & ſpurios alere non valet, pauper dicitur*, d quæſt. 4. nu. 68. *An poſsit ingredi Religionem relictis filiis in graui, vel maxima neceſsitate, ſiue voto Religionis adſtrictus ſit, ſiue non? vel an ob eam indigentiam Religionem egredi debeat?* q. 11 nu. 34. & 35. & *vide verb.* Filius. *Dotare tenetur filias, idque eius officium eſt*, quæſt. 15. num. 1. *Et etiam diuites, ad idque iudicis officio compelli poteſt*, ibid. num. 2. *Et etiam nuptas*, ibid. nu. 3. *Et ſi incongrua dote nupſerint, eam augere debet, congruèque dotare*, ibid. num. 5. *Secùs ſi congruè dotata ſit*, ibid. num. 7 *Et etiamſi inconſulto, & inuito patre filia nubat, & ante 25. annum, nullaque dote promiſſa*, ibid. num. 4. *Et etiamſi alter ad filiæ dotem adſtrictus ſit*, ibid. num. 6. *Naturalis tãtum, an filiam dotare teneatur?* ibid. num. 8. & ſeqq. *Tenetur dotare filiã naturalem, ſpuriam, vel baſtardam*, ibid. num. 12. & quæſt. 22. num. 51. *Limitatur in paupere*, ibid. d. quæſt. 15. num. 16. 17. & 33. *Presbyter etiam ex beneficii redditibus, aliis deficientibus bonis, filiam ex damnato coitu dotare tenetur*, ibid. num. 18. *Naturalis tenetur etiam pro Religionis ingreſſu filiam naturalem dotare*, ibid. num. 19. & ſeqq. *Intellige vt* num. 22. *Naturalis minorem conſtituere debet dotem filiæ naturali, quam legitimæ, & naturali*, ibid. num. 23. *Legitimus tenetur dotare filium ſi velit ad ſacros Ordines promoueri*, ibid num. 20. *Dotando filiam, de bonis propriis præſumitur dotaſſe, licèt bona filia habeat*, ibid. nu. 30. *Etiamque ſi de bonis ſuis, & filiæ ſe dotare pater dicat, quia bona filiæ in ſubſidium, in defectumque bonorum paternorum videntur adiecta*, ibidem nu. 31. *Naturalis tantùm dotando filiam, cuius bona habet, animo compenſandi dotare præſumitur*, d. quæſt. 15. nu. 32. *Legitimus, & naturalis ſemel dotem filiæ præſtando, an ab iterata dotis præſtatione liberatus exiſtat?* quæſt. 16. per tot. præcipuè a nu. 4. & ſeqq. & quæſt. 54. num. 23. *Non tenetur præſtare aliam legitimã filio, qui primã ſibi aſsignatam diſsipauit*, d. q. 16. n. 7 & d. q. 54. n. 23. *Et quid ſi abſque culpa legitimã amiſit?* ibid. n. 9. *Alimẽta moderata debet præſtare filio, qui legitimã aſsignatã profudit*, ibid. n. 8. *Nõ tenetur iterũ dotare filiã, quæ abſq; dolo, & culpa dotẽ primo matrimonio durãte amiſit*, ibid. n. 12. *Clericus legitimus an etiã de fructibus beneficii, aliis nõ ſtãtibus, filias redo-*

*redotare debeat? & quid in illegitimis?* ibidem, num. 18. *Legitimus, & naturalis an dote, vel hæreditate priuare filiam poſſit, quæ etiam poſt vigeſimum quintum ætatis annum, abſque eius nupſit conſenſu, vel in corpus ſuum peccauit?* queſt. 17. num. 29. & ſeqq. *Qui fecit quidquid potuit pro maritanda filia, nec tamen eam maritare valuit, ſi poſt 25. ætatis annum ſine eius conſenſu indigno nubat, vel in corpus ſuũ peccet, poterit eam exhæredare, doteve priuare*, ibid. num. 41. *Et an probare diligentiam debeat, ſeque feciſſe, quod potuerit, idque proteſtari?* ibid. numero 42. & ſeqq. *Præſumitur in dubio de maritanda filia agere*, ibid. num. 52. *An poſſit dote, vel hæreditate priuare filiam, quæ in corpus ſuum peccauit, vel ſine illius conſenſu matrimonium contraxit ſi 25. ætatis annum attigit, licèt non impleuerit?* ibid. num. 50. *Sic tenetur dotare filiam pro matrimonio ſpirituali, ſicut pro carnali*, quæſt. 22 num. 48. *Poteſt bona fideicommiſſo, vel reſtitutioni ſubiecta pro dote filiæ naturalis, ſicut pro dote legitimæ, & naturalis alienare*, ibidem, numero 50. *Alia ſupple verbo*, Grauatus de reſtituendo. *Famis neceſsitate filium vendere poteſt*, ibid. n. 73. *Limitatur* n. 80. *in filio Clerico. Poteſt etiam filium pignorare, vel permutare famis cauſa*, ibid. num. 74. & 75. *Et non ſolùm ratione famis, ſed etiam alia ſimili*, ibid. num. 76. & 77. *Quando dicatur dotare poſſe, vel non?* quæſt. 38. num. 22. *Pauper nõ tenetur filio de alimẽtis prouidere, niſi ſibi priùs prouideat*, quæſt. 42. num. 15. *Legitimus filii adminiſtrator non poteſt donare, iusvè filii remittere*, in ſpecial. poſt quæſt. fin. num. 11. remiſsiuè. *Limita vt* num. ſeq.

## PATRONVS.

*Patronus laicus an digniorem ad iuris Patronatus beneficiũ teneatur eligere, ac præſentare? vel dignum eligi ſufficiat? eique ſit conferendum beneficium?* quæſt. 7. nu. 8. *Et quid ſi plures Patronus præſentauerit, an dignior ſit ab Epiſcopo eligẽdus?* ibid. num. 9. *Alia ſupple verò*. Eccleſia.

## PAVPER, PAVPERIES, Paupertas.

*Pauper dicitur qui parum habet*, quæſt. 1. nu. 3. *An ab inope differat?* ibid. nu. 25. & 26. *Et an ab egeno?* ibid. n. 1. 28 29. 30. & 31. *dici poteſt quis eiſdem facultatibus, quibus alius diues*, quæſt. 4. num. 11. *Nõ delicatis, ſed vilibus cibis vti debet*, ibid. num. 14. *Sumptuoſè viuens apud Corinthos puniebatur*, ibidem, num. 16. *Ruſticus, pedeſtris; nobilis, eques debet ambulare*, ibid. num. 18. *An dicatur conſanguineus eius, qui ad aliquam magnam dignitatem euectus eſt, ſi ante illius adeptionem bona pro conditione ſua ſufficientia habebat? vide verb.* Conſanguineus. *Dicitur, qui licèt ſatis honorum vnde viuere poſsit habeat, non tamen ſecundum conditionem ſuam, vt & familiam decenter poſsit alere, deque neceſſariis prouidere*, d. queſt. 4. num. 40. *Dicitur puella, quæ licèt ſufficientem victum habeat, non tamen ſufficientem pro conditione dotem*, ibid. num. 42. *Dicitur pater, qui filias ſecundum conditionem ſuam maritare non valet*, ibid. num. 44. *Et qui filio de expenſis in ſtudio prouidere non poteſt*, ibid. num. 53. *Dicitur beneficiarius, cuius redditus, licèt ad victum, alimentaque ſufficiant, non tamẽ pro ſe, ſuiſque, & familia ſecundum ſuam conditionem?* ibid. num. 50. 51. & 52. *Dicitur quis attenta negotii qualitate*, ibid. num. 71. *Dicitur qui non tantum in bonis, quantum continet debitum cuius reſpectu conſtituitur, habet*, ibidem num. 72. *Quis dicatur iudicis arbitrio relinquitur*, ibid. num. 75. 164. 150. in fin. 178. & quæſt. 12. num. 38. *Alia circa hæc vide verb.* Iudicis arbitrio. *Limitatur*, d. queſt. 4. num. 78. *Vbi a lege, vel ſtatuto certa patrimonii quantitas conſtituta eſt. Qui non habet in bonis quinquaginta, non debet ad accuſandum admitti, niſi ſuã, vel ſuorum proſequatur iniuriam*, ibid. nu. 72. *Quando poſsit caſum curiæ, de iure Regio, vel communi facere?* ibid. num. 80. *Non dicitur dominus vtilis, ſi modò ad vitæ neceſſaria pro conditione habeat*, d. quæſt. 4 §. 1. num. 82. *An poſsit appellare à condẽnatione, a qua diues propter eius paruitatẽ appellare nõ poſſet?* lib. n. 20. remiſsiuè.

*Pauper non eſt, qui iura debitorum exigibilia de iure, & de facto habet, ſi eis ſolutis decenter viuere poſsit, ſecus ſi exigibilia non ſint de iure, & de facto*, ibidem num. 139. *Eſt qui officium habet, licèt ex eo viuere poſsit, non tamen decenter illud exercere*, ibid. num. 140. *Non eſt qui artem nouit ex qua decenter viuere poſsit*, ibid. nu. 144. *Contra* numero 140. & ſeqq. *Dicitur quis etiamſi magni valoris bona poſsideat, parui tamen redditus,*

*ex quibus decenter viuere nequeat*, ibid. §.4.num.165.& ſeqq. *Dicitur non ſolùm qui externis bonis, ſed etiam qui internis, & animi caret*, d.quæſt.4.§.5.num.179. *Bonis moribus imbutus, diues eſt*, ibidem num.182.& 185. *Malis moribus imbutus licèt diues, pauper eſt*, ibidem. *Vilis non eſt, ſi bonis præditus ſit moribus, & ingenuis parentibus ortus*, queſt.6.num.29. *Quis dicatur vt dotare poſsit, vel non?* quæſt. 38.num.22. *Animi (ideſt prauis moribus imbutus) pauperum priuilegiis non gaudet*, d. quæſt. 4. num. 186. *Litiganti præſumptionem, vel vnius teſtis dictũ pro ſe habenti alimenta præſtãda ſunt*, q.5.num.19.& quæſt. 39. n. 25. *& dicemus infra verb.* Paupertas ſola, *& latiùs vide verb.* Alimenta. *Pauper olim, & nunc pauper præſumitur*, d. queſt.5.numero 28. *Pauperes an ad honores, & Reipublicæ officia promoueri poſsint?* quæſt.6. num. 1. & ſeqq. *Omnibus ludibrio ſunt*, ibidem num.3. *Et viles*, num. 6. *Contra* num. 70. ibidem. *Pauperum ſcientia, vide verbo*, Scientia pauperis. *Vita, vide verbo*, Vita pauperis. *Cupiditas, vide verbo*, Cupiditas pauperum.

*Pauperes, ſicut auari, & cupidi à iudicandi arcentur munere*, d. queſt.6.num. 11.*contra* num.71.& ſeq. *Probi, & honeſti, ad honores, & Reipublicæ officia admittendi ſunt*, ibidem num. 28. & ſeqq. *Et diuitibus etiam præferendi*, ibidem num.54 & 95. *Liberales, & minus cupidi quam diuites ſunt*, ibidem num.73. *Dicuntur omnes ſecundum appetitum*, ibidem, num. 74. *Aptiores ſunt ad Magiſtratus gerendos ex auaritiæ capite, quàm diuites*, nu. 76. & ſeq. ibid. *Rectiores, æquique amantiores, quam diuites*, ibid.num.78.& ſeqq.præcipuè num.81. *An ab accuſando, a teſtimonio, & a tutela repellãtur?* quæſt. 1.num.29.& d.queſt.6. num.94. *Nimiũ viles, & abiecti Magiſtratum gerere neſciunt*, ibid.num.97. *An ad dignitates, & beneficia Eccleſiaſtica admittendi ſint?* quæſt.7.per tot. *Etiam in his, diuitibus præferuntur*, ibid. num.22. *Et digniori-bus diuitibus, vel minus pauperibus*, ibid. num.26.& num.35. *Ampliatur*, num.27. *Et procedit fortiùs in beneficiis ſimplicibus, & iuris patronatus*, ibid.num. 32.& 33. *Expectantes præferuntur etiam officialibus, & familiaribus deſcriptis Papæ*, ibid. num.24. *Dicuntur Domini bonorũ Eccleſiaſticorum*, ibid.num.26. *Amantiores ſunt literarum, quam diuites*, ibidem num.37. *Nudi, & pauperes naſcuntur omnes*, quæſt.5.numero 27.

*Pauper non beneficiatus concurrens in data cum beneficiato, præfertur eidem*, ibidem nu.23. *Literatus, ad magnas poteſt, & debet dignitates extolli*, d. quæſt. 7. num.42. *Dum non habet, quod offerat, nõ ſolum audiri contemnitur, ſed contra veritatem opprimitur*, quæſt. 9. num.12. & quæſt.55.num.21. *Non tenetur alere alium pauperem*, d.q.9.nu.11 *verſ.* Item quia, & quæſt.39.num.72. & quæſt. 42. num. 20. *An dicatur indignus maritus?* quæſt.17. num. 23. *An poſsit promittere vxori arrhas, de bonis futuris?* quæſt. 18. num 6. *Pauperes, & Eccleſia æquiparantur*, quæſt.23.num.10.quæſt.25.num.15. quæſt. 32.num.9.& quæſt.52. num.23. *Et minoribus, eorumque gaudent priuilegiis*, d.quæſt.25.num.16. quæſt.30.num. 10.& quæſt.40 num.14 *Et etiam fiſco*, d. quæſt.25.num. 17. remiſsiuè. *Qui priùs contraxerunt, licèt eis non ſit facta traditio, præferuntur diuitibus, quibus traditio facta eſt*, quæſt.23.num.9 *Siue ſint pauperes congregatim, ſiue ſeparatim viuentes*, ibidem num. 14. *Præferuntur inter pares petentes renouationẽ emphyteuſis*, quæſt. 24.num.9. *Ad intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis non tenentur*, quæſt. 26 num.43. *Limita* num. 48. & 49. *Alia circa hanc materiam, ſupple verb.* Intereſſe, *& verb.* Debitor. *Non tenentur ad pœnam in contractu appoſitam, ſi ob paupertatem tempore conſtituto non ſoluerunt*, ibid.num.46. *Excuſantur a reſtitutione ſtatim facienda, ſi animũ deliberatum reſtituendi habeant*, quæſt. 27.num. 5. *Ampliatur*, num.9. 10. 12. 13. 14. 16. 17. 18, 22. 23.& 24. *Limitatur* num. 19. 20. 21. 25. & 26. *Excuſatur pauper, etiam ſi ſe reſtituturum, vel quid aliud facturum iuraſſet, ſi paupertate, vel impotentia impediatur*, ibid. num. 6. *Limitatur* numero 7.& 8. *Et quæ ad id paupertas ſufficiens ſit?* ibi, nu. 10. & ſeq. *In multis grauatur, & in quibus*, quæſtio. 55. numero 28.

*Pauperibus erogandum, quod pro iuſtitia acceptum eſt, nec interim conceditur abſolutio, niſi moraliter reſtitutio fieri nõ poſsit*, d.quæſt.27.num.16. *Solent concedi commiſsiones ad Magiſtratus eius loci ſub quo teſtes domicilium habent, vt eos reci-*

*recipiant, ne pauperes grauẽtur*, quæſt. 28. numero 64. *Qui operas ſuas locarunt, etiam ante earum præſtationem, in parte ſaltem, ſalarium ſoluendum eſt*, quæſt. 29. num. 14. *Præter ſalarium ſoluendum eſt, quod oſtenderint de ſuo in opere expendiſſe*, ibidem, num. 15. *Competit in integrum reſtitutio*, quæſt. 30. num. 1. & ſequentib. *Et etiam aduerſus tres conformes ſententias in contradictorio iudicio latas*, ibid. num. 6. *Et an ex capite generali, vel iure minorum, & Eccleſiarum?* ibid. num. 7. & ſequentib. *Conceditur reſtitutio etiam à lapſu trium dierum ad ſupplicandum a ſententia interlocutoria Iudicum ſuperiorum*, quæſt. 31. num. 28. *Pro pauperibus in dubio iudicandum*, quæſtione 55. numero 18. & 24.

*Pauper non tenetur ſportulas Iudici præſtare*, quæſtione 28. numero 41. *Inquietari pro ſalario Aduocatorum non poteſt, dum melior non ſuperuenit conditio*, ibidem, num. 54. *Pro carceris cuſtodis, Iudicis, aliorumvè Officialium ſportulis, pauperis iuramento de paupertate conſtito, non eſt in carcere detinendus*, ibid. num. 68. *Neq; pro dictis expenſis fideiuſſor a paupere præſtandus eſt*, ibidem, *Non appellans, vel appellationem intra tempora non proſequens, an & quando excuſetur? illæſumq; ſibi conſeruet ius?* quæſtione 31. num. 11. & ſequentibus. *Excuſatur etiamſi culpa ad paupertatem deuenerit*, ibidem, num. 26. *Et quæ paupertas ad id ſufficiens ſit?* ibid. num. 24. & 25. *An vt excuſetur, debeat poteſtari?* ibidem, num. 22. & 23. *Negligens dici non poteſt, cum non poſsit facere*, quæſtione 32. num. 18. *An aduerſus temporis lapſum reſtituatur? vel deſinat currere tempus?* ibidem, num. 12. & ſequentibus. *A caducitate, ob nõ ſolutum canonem excuſatur*, quæſtione 33. numer. 21. & ſequentibus. *Etiamſi iuramẽtum in contractu emphyteutico appoſitum ſit*, ibidem, numero 22. *Limita, & intellige vt* num. 23. *Et quæ ad id ſufficiens ſit paupertas?* ibid. num. 26. *In extrema neceſsitate, ſub reatu peccati mortalis, etiam ex bonis quibus quis ad ſtatum ſuum, non tamen ad naturalem neceſsitatem indiget, ſubueniendum ei eſt*, qu. 34. num. 1. *Tenetur ſubuenire pauperi in extrema indigentia conſtituto, quoad actum interiorem, ſicut dies quoad actum exteriorem*, ibid. num. 2. *Habet actionem ad petẽdum panem, quem auarus detinet*, ibidem, num. 5. & 6. *Excuſatur à compærendo coram Iudice ad deponẽdum*, q. 36. per tot. *Excuſatur à tutelæ adminiſtratione*, ibid. num. 20. *Et a contributionibus, & ſeruitiis, præſertim perſonalibus*, ibid. num. 21. remiſsiuè, & quæſt. 37. num. 11. & ſequentibus. *An à decimarum præſtatione excuſetur?* dicta quæſt. 37. per tot. *Qui ob paupertatem decimas non ſoluit, an eas reſtituere data poſsibilitate teneatur?* ibid. num. 8. *A decima Papali excuſatur*, ibid. num. 10. *Cum alterius iniuria, vel iactura ei fauendum non eſt, vide verb.* Fauendum. *Probata coram Ordinario paupertate in cauſa matrimoniali, prouinciam exire ad litigandum in ſecunda, aut tertia inſtantia non cogitur, niſi altera pars alimenta, & litis expenſas velit ei ſubminiſtrare*, quæſt. 39. num. 7. *Et in aliis cauſis*, dicimus infrà. *Poteſt agere actione iniuriarum, ſi ex bonis ſibi ſequeſtratis alimenta, litisq; ſumptus non præſtentur*, ibid. num. 15. *An debeat alimẽta, & litis expenſas receptas, ſi ſuccumbat reſtituere, vel ſi vincat, compenſare?* ibidem, numero 62. & ſequentibus. *Qui alimenta, & litis expenſas recepit, de illis reſtituendis cauere non tenetur*, ibid. numer. 63. *Non tenetur præſtare pauperi alimenta, neq; litis ſumptus*, ibid. nu. 72. *Neq; victum ſuum decentem arctare, aut proprietatẽ ad id vendere*, ibid. nu. 73. *Emptor agere poteſt de euictione contra venditorem ſcientẽ litẽ motam, licèt eidem litẽ non nunciauerit*, q. 40. num. 10. & ſeqq. *Non excuſatur a ſolutione expẽſarum neceſſariarum, vel vtilium*, quæſt. 41. n. 51. *Contra* num. 53. & ſequentibus. *Quando teneatur ad ſolutionem melioramẽtorum, & expenſarum, etiam per rei melioratæ venditionẽ?* ibidem, numero 64. & ſeqq. *Poteſt hæredem perſonalibus, vel hæreditarius actionibus, intra tempora conficiẽdi inuentarium conuenire*, q. 43. num. 15. remiſsiuè. *Qui ſatisdare non poteſt, an moratoria ſibi conceſſa iuratoriam præſtando cautionem fruatur? vel cum generali bonorum hypotheca?* quæſt. 44. nu. 92. *Alia circa hæc ſupple verb.* Debitor. *Qui ſpoliauit, etiam ante fructuum, & expenſarum reſtitutionem audiendus eſt*, qu. 46. num. 10. *Extra prouinciam trahi non poteſt, ipſe verò alios trahere poteſt*, q. 47. numer. 8. *Nec poteſt primam ſententiam compellitur prouinciam exire*, ibid. nu. 9. *Nec huiuſmodi priuilegio poteſt renuncia-*

*re,*

re, ibid. num. 10. *Aliud pro alio ſoluere poteſt*, queſtione 49. num. 7. *Ampliatur* num. 20. *Et etiamſi ſolutio in pecunia numerata, & non aliter fuiſſet promiſſa*, ibid. nu. 9. *Et quid ſi cum huiuſmodi obligatione ſoluendi in pecunia, & non aliter, adeſſet iuramentum?* ibidem, numer. 10. cum quatuor ſequentib. *Et an pauper, qui iurauit, debeat omnino abſolutionem obtinere, vt periurium euitet in præſenti?* ibidem, num. 15. *Et quid ſi huic fauori, & Auth.* Hoc niſi debitor, *renunciaſſet?* ibid. num. 16. 17. & 18. *Vel generaliter omni legum auxilio?* ibid. num. 19. *Conuenire non poteſt aduerſarium laicum coram Iudice Eccleſiaſtico, niſi ſuper cauſa Eccleſiaſtica, vel in defectum Iudicis ſecularis*, quæſtione 52. num. 11. *Contra* num. 13. & ſequentibus. *Etiam iuris Regii diſpoſitione ſtante*, ibidem, numer. 39. & ſequentibus, præcipuè numer. 49. *Et an etiam pro relictis tam in vltima voluntate, quàm aliter debitis?* ibidem, num. 50. & ſeqq. *Dicitur miſerabilis perſona*, ibidem, numer. 14. *Non dicitur, qui ab alio alimenta conſequi poteſt*, quæſt. 39. num. 55.

*Pauperes habent omnia priuilegia Eccleſiarum*, d. quæſtione 52. num. 27. & in præfat. num. 2. *Dicuntur fabricæ viuæ, quæ Eccleſiæ reparationi præferri debent*, d. quæſt. 52. num. 45. *Poſſunt ad Papam omiſſo medio appellare*, quæſt. 55. numero 14. *Forumq; Principis eligere, etiamſi ceſſionario nomine agant*, quæſ. 52 numero 61.

*Pauper contra pauperem fori priuilegio nō gaudet*, d. q. 52. n. 59. *Limita* nu. ſeq. *Vt fori priuilegio gaudeat, paupertatē probare debet*, ib. n. 62. remiſsiuè. *Et quæ ad id paupertas ſufficiat?* ibidem, num. 64. *Qui ad cautionē iuratoriam admitti deſiderat, duplex præſtare debet iuramētum; alterum de impotentia inueniendi fideiuſſorem; alterum, de obſeruando omnia, ad quæ tenetur*, quæſt. 53. numero 18. *A ſententia reuiſionis ſupplicans, qui ob paupertatem fideiuſſorem mille quingentarum duplarum inuenire non poteſt; an ad cautionem admittatur iuratoriam?* ibid. num. 25. & ſeqq. vſquè ad num. 40. *Regium recuſans Senatorem, non tenetur ſummam aliquam deponere, ſufficitque ſi pro ea ſe obliget ſoluturum cum poſſit, ſi in recuſationis articulo victus fuerit.* ibid. num. 39.

*Pauperi creditori chirographario an licet prius aliis ſoluere? vide verb.* Debitor, in verſ. fin. *Pauperior fit, qui obligatur, licèt nondum ſoluerit*, quæſt. 4. §. 2. num. 100. *Pauperum appellatione, veniunt quæuis opera pia*, in præfatione, num. 6.

*Pauperies nomen apud bonos Authores pro paupertate ſumitur*, quæſtione 1. num. 12. *In iure quid ſignificet?* ibidem, num. 13.

*Paupertas dicitur à parua potentia*, ibidem, numer. 3. *A parua pecunia, paruo ære, parua penu, poſſeſſione vè parua*, ibid. num. 4. *Paupertate relicta, venit hæreditas tota, etiamſi magna ſit*, ibid. nu. 5. *Paupertas, & inopia in quo differant?* ibidem, num. 14. 19. & 24. *Paupertas, & mendicitas an & in quo differant?* ibidem, numero 25. & 26. *Et in quo paupertas, & egeſtas?* ibidem, num. 28. 29. 30. & 31. *Paupertas non debilitat teſtimonium, ſed egeſtas*, ibidem, num. 29. & quæſt. 6. num. 15. & 104. *An differat à penuria?* d. quæſt. 1. num. 32. *Secundum Theologos quotuplex?* quæſt. 2. numer. 1. & ſeqq. *Exterior ſuo genere neq; bona, neq; mala eſt, ſed indifferens*, ibid. num. 6. 7. 8. & 9. *Interior quid ſit?* quæſtione 4. num. 1. *Exterior quid?* ibid. numer. 2. 4. 8. & 9. *Quo iure ſit introducta?* quæſt. 3. per tot. *Quotiens quæritur de paupertate reſpectiuè ad aliquid, ſemper metimur eā reſpectiuè ad illud*, d. quæſt. 4. num. 73. *Probanda eſt in ſpecie, quando quantitas à lege taxatur, vel quando agitur ad certum, & determinatum effectum, reſpectu ad illum*, ibidem, numero 81. & quæſt. 39. numer. 54. *Duobus teſtibus probanda eſt*, quæſt. 5. numero 7. *Ab eo, qui pauperem ſe dicit, plenè probanda eſt*, ibid. num. 11. & quæſt. 39. num. 53. *Probatur aptè per vicinos, qui aliquem tot bona habere dicunt, & non plura, quòd ſi plura haberet, ipſi ſcirent*, d. qu. 5. num. 13. *Sufficienter probatur, ſi vicinus dicat*, ſcio, quia vicinus, ibidem, num. 15. *Ad effectum trahendi aduerſarium ad Curiam in prima inſtantia vnico teſte etiam parte non citata probatur*, ibidem, num. 16. *Et ad effectum, ne ſtipendia, vel ſalaria Officialibus ſoluantur, & vt omnia fiant gratis, tam de iure communi, quàm Regio*, ibid. num. 17. *Et quid ad effectum vt litiganti pauperi præſtentur alimenta*, ibi. num. 18. *Probatur per iuramentum, vel teſtimonium*

*nium Magiſtratus vbi pauper degit*, ibid. num. 20. *Et per ipſius partis iuramentum ad hoc vt liberè ob Iudicis, vel Officialiũ ſportulas a carceribus relaxetur*, ibidem, num. 21. *Et ſimplici partis aſſertione*; *refunditq*; *in aduerſarium onus contrariũ probandi*, ibid. numer. 22. *Et an præter aſſertionem requiratur præſumptio, ſuſpitio, aut veriſimilitudo?* ibid. num. 23. & ſequentib. vſquè ad num. 30. *Vt naturalis qualitas ineſſe præſumitur*, dict. quæſt. 5. numer. 27. *Sua natura improbabilis eſt*, ibidem, numero 29. *Probatur per famam publicam, ex eo quòd quis communiter pauper reputatur*, ibid. num. 30. *Limitatur, & intelligitur*, num. 31. 32. & 33. *Item ex eo quòd quis in Hoſpitali degit non tanquam Medicus, Adminiſtrator, vel ſimilis*, ibid. num. 37. *Et ex eo quòd ob æs alienum ad Eccleſiam confugit*, ibid. num. 38. *Vel ſi domum æris alieni timore non exeat, in carcerem vè ſit ob id detruſus*, ibid. num. 39. *Vel quia in proprio domicilio ſtare non poteſt, aut quia decoxit*, ibid. num. 40. *Vel quia bonis ceſſit*, ibid. num. 41. *Vel quia eius bona fuerunt confiſcata, & Cameræ Regiæ, ſeu Apoſtolicæ applicata*, ibid. num. 42. *Vel ex eo quòd quis diſcalceatus incedit, oſtiatimvè mendicat*, ibid. num. 43. *Probatur per diſcutionem bonorum a nuncio mandato Iudicis factam, vel per librum æſtimi*, ibidem, num. 45. *Vel ex eo quòd quis ſolitus ſit pro aliis fideiubere*, ibid. n. 46. *Limita* nu. ſeq. *in fideiubere ſolito pro minima ſumma*. *Ex eo quòd pecunias ſub vſuris quis retinet, probatur*, ibidem, num. 48. *Ad honorum, & dignitatum impetrationẽ, quandoq; affectatur*, quæſtione 6. numero 57. & quæſtione 7. num. 16. *Affectata non prodeſt*, d. num. 57. *Vilitas, vel vilitatis cauſa eſt*, d. quæſtione 6. numero 6. *Contrà* num. 70. & ſequentib. & quæſt. 36. num. 2. *A cupiditate aliena, optima qualitas eſt ad Magiſtratum gerendum*, dicta quæſt. 6. num. 96. *Eſt vna ex clauibus per quas ianuam intramus Sapientiæ*, qu. 7. num. 38. *Eſt magiſtra omnium artium*, ibidem. *Iuſtam concedendi diſpenſationem ad pluralitatem beneficiorum cauſam præbet*, quæſt. 12. numero 29. & 33. *Eſt grauior quolibet morbo, vel morte ipſa*, quæſtione 14. numero 5. & quæſt. 51. num. 13. & num. 14. & 16. *Superueniens an ſponſalia dirimat?* d. quæſt. 14. per tot. *Diminutionem exiſtimationis, & honoris inducit*, ibid. numer. 7. *Paupertatem, & ignobilitatem nemo ſapiens maledixerit*, quæſtione 17. numer. 22. *Excuſat a mora, eamq; committi impedit*, ibid. n. 39. & d. quæſt. 17. n. 51. & q. 26. n. 43. & q. 20. num. 5. & quæſt. 35. nu. 22. *Et à proteſtatione ſi ſit notoria*, quæſt. 31. numer. 23. *Creditoris ſi debitori nota ſit, ab interpellatione expreſſa excuſat, conſtituitque debitorem in mora*, quæſt. 25. num. 11. & quæſt. 40. numer. 14. & 15. *Tam in foro conſcientiæ, quam iudiciali*, d. quæſt. 25. num. 12. *Extrema, vel grauis, quæ dicatur, vt gratis debeat quis in lite ab Aduocato, vel Procuratore iuuari?* quæſt. 28. num. 52. *Æquiparatur abſentiæ*, qu. 30. num. 2. *Et infirmitati*, ibidem, num. 3. & quæſt. 36. n. 12. *Et quando ſecùs*, ibidem, num. 15. *Dicitur infirmitas*, ibid. nu. 14. *Ratione modicæ impenſæ, non eſt in conſideratione*, quæſt. 31. nu. 19. *Non excuſat procuratorem ab onere denunciandi*, ibid. num. 21. *Excuſat à periurio, & à pœna*, q. 33. num. 22. *Excuſat à regula de literis non expeditis*, ibid. num. 30. *Idem operatur quod mors*, qu. 36. num. 12. *Ad inducendum obligationem collitiganti diuiti præſtandi alimenta, & litis expenſas pauperi collitiganti, ſola non ſufficit, ſed certis indiciis, & præſumptionibus cõcurrentibus*, q. 39. numer. 24. *Et quæ ad id ſufficiant?* ibidem, num. 25. & ſeqq. *Alia ſupple verb.* Alimenta. *Excuſat ab ingratitudine, & eius pœna*, quæſtione 42. numero 14. & ſeqq. *Limita & intellige vt* num. 24. ibid. *An impediat actionem naſci contra pauperem? vel ſaltem obligationis differat executionem, donec melior ſuperuenerit conditio?* quæſt. 45. per tot. *Executionem in ciuilibus impedit*, ibid. num. 25. *Et an vltra tempus, quod iudicatis miſerationis cauſa datur?* ibidem, numer. 27. & ſequentib. *Et an etiam ſi poſt contractum interueniat?* ibid. num. 36. *In quacumque generali diſpoſitione videtur excepta*, quæſt. 52. numero 58. *Non prodeſt ei, qui ſua culpa in eam ſe coniecit*, quæſt. 54. numer. 1. *Contra* numer. 7. & ſequentibus. *Intellige vt* num. 16. & ſequentibus. *Præſcriptionem impedit, licèt culpoſa ſit, ex delictoquè proueniat*, ibid. n. 13. remiſsiuè. *Naturalia non mutat, nequè eius ratione à ſubſtantia rei, vel actionis recedi poteſt*, queſt. 53. numer. 6. *Excuſat à reſtitutione ſtatim facienda eum qui animum deliberatum reſtituendi habet*,

*habet, vide verb.* Reſtitutio. *Et quæ paupertas ad id ſufficiens ſit?* queſt. 27. nu. 10. *Excuſat à commiſsione pœnæ promiſſæ,* in ſpeciali. poſt qu. fin. n. 9. & 10.

PECCANS, PECCATVM.

*Peccans ſpe veniæ grauiùs peccat, ac punitur,* quæſt. 27. num. 26. & ſequ.

*Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum,* quæſt. 27. num. 1. *An & qualiter ab iniquitate differat?* q. 1. num. 20. remiſsiuè. *Peccat venialiter delicioſa cibaria pauperibus præparans,* quæſt. 51. numero 19. *Alia hùc tãgentia vide verb.* Vitia, *& verb.* Malitia.

PECVLIVM.

*Peculium quandoquè pro patrimonio ſumitur,* q. 1. n. 7.

PECVNIA.

*Pecunia vnde dicta?* quæſt. 4. num. 10. *Nil ad animum pertinet,* quæſt. 6. nu. 70. *Neq; bona, neq; mala eſt, ſed indifferens,* quæſt. 2. numero 8. & 9. in fin. *Eſt anima miſeris mortalibus,* quæſt. 51. num. 29. *Pecuniam exigit omne officium ex honeſtate, vide verb.* Officium. *Pecuniæ appellatione quid contineatur?* quæſt. 4. n. 10.

PEDAGIVM.

*Pedagium quid ſit, vel ſignificet?* q. 38. num. 1. remiſsiuè. *Alia ſupple verb.* Gabella.

POENA.

*Pœna amputationis pedis ſi imponatur delinquẽti per ſtatutũ, vel alia arbitrio Iudicis; debet de amputatione mẽbri intelligi* qu. 9. nu. 23. *Si imponatur pecuniaria, ſeu alia Iudicis arbitrio; pecuniariã excedere non debet,* ibid. n. 24. *Apponi poteſt in contractu mutui, de aliqua ſumma vltra ſortẽ principalẽ perſoluenda, ſi conſtituto tẽpore debitor nõ ſoluat, nõ ratione mutui, ſed nomine pœnæ, exigiq; poteſt,* in ſpecialib. in calce quæſt. adiectis, nu. 8. *Limitatur* ibi. n. 9. & 10. *Priuationis omniũ bonorũ, maior eſt quã mortis,* q. 51. nu. 17. *Negligentiæ non punitur, qui negligens non eſt,* quæſt. 17. n. 33. *Pœnam non meretur, qui lege permittente facit,* ibid. num. 29.

PENV, PENVRIA.

*Penu appellatione quid veniat?* quæſt. 1. numero 33. remiſsiuè.

*Penuria vnde dicatur? & an à paupertate differat?* ibidem, num. 32.

POENITENTIA.

*Pœnitentia an deleat delictum? exhæredationisq; pœnam extinguat?* quæſt. 17. num. 11.

PENSIO, PENSIONARIVS.

*Penſio domus, vel prædii conducti, quo tempore ſoluenda ſit?* queſtione 29. num. 7. 8. 9. & 10. *Aſsignata pro alimentis Clerici, præſtanda eſt appellatione non obſtante,* queſtione 38. num. 31.

*Penſionarius penſionem beneficii in tempore de quo in literis non ſoluens, beneficio priuatur,* quæſtione 33. num. 20. *Limitatur in paupere,* ibidem, num. 7.

PERDERE.

*Perdere ius ſuum nemo præſumitur,* quæſt. 21. num. 3.

PERSONÆ EGREGIÆ.

*Vide verb.* Egregiæ perſonæ.

PICTOR.

*Pictor ad Sacros Ordines promoueri non poteſt, ſi beneficium, congruumvé patrimonium non habeat, licèt ex picturæ exercitio victum quærere poſsit,* q. 9. n. 19.

PLINIVS.

*Plinius nepos vt faciliùs amico præturam ab Imperatore Traiano impetraret; eius paupertatem cum integritate commẽdat,* quæſtione 6. num. 57.

PLVRALITAS beneficiorum.

*Pluralitatis beneficiorum materiam, qui latè tractauerint?* queſtione 12. nu. 30. *Qualiter puniatur, qui duo incompatibilia beneficia retinere intendit?* ibid.

PONTIFEX.

*Pontifex non poteſt contra geſta præceſſoris venire,* queſtione 6. numero 38. *Propter importunitatem ſupplicantium ſæpè præoccupatus, vel circumuentus non concedenda concedit,* quæſt. 12. num. 22. *Moratoriam dilationem ſuper debito iurato concedendo ſimpliciter; ſi de iuramẽto mentio facta non ſit; non videtur voluiſſe iuramento derogare,* quæſtione 44. num. 54. *Secùs ſi de iuramento facta ſit mentio,* ibidem, numero 55. *Pontificis ſoli vbi de magno tertii agitur præiudicio, an credatur?* quæſtione 5. num. 6. remiſsiuè.

# INDEX.


## POSSE.

*Posse videtur, qui potest facere vt possit*, quæst. 4. §. 2. num. 131.

## POSSESSIO, Possessor.

*Possessio contemptum rei possessæ parit*, q. 1. num. 9. *An transferatur absque apprehensione datis fauore?* q. 23. num. 11. in fin. remissiuè. *Facit præsumi dominiũ*, q. 39. numer. 9.

*Possessor maioratus fructuarius tantũ est ex plurium sententia*, quæst. 4. §. 1. nu. 83. remissiuè. *Transfert probandi onus in aduersarium*, quæstione 29. numero 10. *Bonæ fidei, siue titulum habeat, siue non necessarias deducit expensas, quas in re bona fide possessa fecit*, quæst. 41. num. 1. *Et vtiles*, ibid. num. 35. *Malæ fidei necessarios detrahit sumptus*, ibid. num. 15. *Et pro eis non solùm retentio, sed repetitio, actioque competit illi*, ibidem, num. 17. *Et quid in vtilibus?* ibidem, numero 43. 44. & 45. *Bonæ fidei non aliter meliramenta consequitur, quàm retentionis iure, doli mali exceptione opposita*, ibi. n. 26. *Bonæ fidei simplex fructus cũ expensis cõpensat, non verò si dominium aliquod quantũcumq; reuocabile habeat*, ibid. n. 28. & 29. *Intelligitur in fructibus a bonæ fidei possessore in ipsa re perceptis; secùs ex ipsis melioramentis, quia eos illibatos debet habere*, ibid. num. 32. *Et quid in malæ fidei possessore?* ibidem. *Bonæ fidei non tenetur fructus perceptos etiam post litem contestatam ex meliorationibus, cum expensis compensare*, ibid. num. 33. *Nec etiamsi ad fructus restitutionem fuerit bonæ fidei possessor condemnatus, quia ex meliorationibus perceptos restituere non debet, aut cõpensare*, ibidem, numero 34. *Malæ fidei vtiles expensas, & meliramenta faciendo, an videatur donare?* d. quæstione 41. numer. 41. *Bonæ fidei consequitur expensas, necessarias, & vtiles, quantumcumque excessiuæ sint, si aliunde, quàm per ipsius rei venditionem, nouumue debitum contrahendo, eas soluere dominus potest*, ibid. num. 60. *Et qualiter eas deducat?* ibid. num. 61. & seq. *Maioratus, quibus ex bonis sumptus pro litibus, quæ in maioratibus accidunt, facere teneatur?* ibid. nu. 11. remissiuè. *Et an sumptus, quos in litibus maioratus agitandis fecit, cum eius fructibus compenset?* ibid. num. 31. *Bonæ fidei habet pro meliramentis, & expensis necessariis retentionem, licèt aliter ei obligata non sint*, d. quæst. 41. num. 16. *Beneficii, si de illius dismembratione agatur, an citandus sit?* quæst. 12. num. 28.

## POTENTIA.

*Potentia actui proxima, pro actu habetur*, quæst. 4. §. 2. num. 129. & seqq. *Magis attenditur, notabiliusque est, quod in potentia, quàm quod est in actu*, ibidem, numero 131.

## PRÆCEPTVM.

*Præcepta non sunt omittenda propter consilia*, quest. 11. numer. 5. *Negatiua obligant semper, & prosemper*, quæst. 27. num. 4.

*Præceptum legis debet in specifica forma adimpleri*, quæstione 52. numer. 2. *Intellige vt* numer. 16. & numer. 37. ibidem.

## PRECES IMPORTVNÆ.

*Vide verb.* Pontifex, *& verb.* Princeps.

## PRÆDICATOR.

*Prædicator an pauper esse debeat?* quæstione 6. numero 79.

## PRÆLATVS.

*Prælatus Ecclesiasticus eligens imperitos, & ignaros Iudices, mortaliter peccat; & ad damnorum per eos datorum restitutionem tenetur*, quæst. 6. num. 42. *Tenetur Iudici, vel Vicario suo salarium constituere, ac soluere in conscientiæ foro*, ibid. nu. 88. *Religionis potest duo Monialium Monasteria, si Moniales in altero Monasterio non possunt decenter, & sine penuria viuere, vnire, Monasterioque euacuato Capellanum deseruire facere*, quæst. 12. num. 6. *Pauper Ecclesias diœcesimque visitans, procurationem a Clericis pauperibus exigere non debet*, quæst. 28. num. 69. *Ab aliis potest*, ibid. num. 70. *Deducit expensas, & meliramenta vtilia, quæ in rebus Ecclesiæ de propriis ipsius bonis fecit*, quæst. 41. num. 39. *An & quatenus possit ex bonis Ecclesiæ cognatis tribuere, qui habent vnde viuere secundùm conditionem suam possunt, non tamen secundùm auctam consanguinei dignitatem?* quæstione 4. numero 39.

## PRÆMIVM.

*Præmium non meretur, qui aliquid coactus facit*, quæst. 2. num. 6. *Ordinatam capienti*

*capienti bannitum, non debetur Poteſtati, niſi de Poteſtate, vel Officiali expreſsè diſponatur*, ibidem, num. 7. *Inuitat ad labores, ad virtutem, & ad ſcientiam amplectendam*, quæſtione 6. numero 47. 49. & ſequentib. vſquè ad num. 55. *Debet commenſurari labori*, ibid. num. 54. *Exigit omnis labor*, qu. 28. num. 1.

PRÆSCRIPTIO.

*Præſcriptio intra breue tempus perficienda, habetur pro perfecta*, qu. 4. §. 2. num. 115. *Quo iure, & quibus rationibus fuerit introducta?* quæſtione 32. num. 1. 2. 3. & 4. *Quid ſit?* ibidem, numer. 3. *Spatio* 10. 20. vel 30. *annorum contra quaslibet perſonas terminatur*, ibidem, num. 7. *Contra Eccleſiam, vel pauperes, quanto tempore præſcribatur?* ibid. num. 8. & ſeqq. *An currat contra pauperes certos, & determinatos?* ibid. num. 12. & ſeqq. *Contra legitimè impeditum non currit ipſo iure*, d. num. 12. *Etiamſi impedimenti origo culpa impediti proueniat, dum ad caſum non fuerit ordinatum*, ibid. nu. 13. *Et an tam in impedito impedimẽto iuris, quàm facti procedat?* ibid. n. 14. & quatuor ſeqq. *Non currit contra eum, qui negligens non eſt*, ibid. num. 17. *Præſcriptionem videtur comprobare, qui præſcriptionis tẽpora compleri paſſus eſt*, d. quæſt. 32. num. 4. *Præſcriptioni an poſsit per partes renunciari?* ibid. numer. 6. remiſsiuè.

PRÆSENS.

*Præſens rei ſtatus, non qui euenire poteſt, inſpiciendus eſt*, quæſtione 4. §. 2. numero 115.

PRÆSVMERE,
Præſumptio.

*Præſumitur nemo ſuum iactare*, qu. 21. num. 3. *Bonus animus, charitas, ac meritum præſumitur potiùsquam dolus, ex actu præſertim agenti non vtili*, quæſt. 51. numero 9.

PRETIVM.

*Pretium quod ſupereſt ex venditione neceſſariæ rei alienari prohibitæ, in alterius minoris fundi, vel rei emptionem conuerti debet*, quæſt. 22. num. 63.

PRINCEPS.

*Princeps efficere non poteſt, vt generaliter, & in omni caſu, quandoue de tertii agitur non leui præiudicio, vnico teſti plena adhibeatur fides*, quæſt. 5. num. 3. *Fidem ſeruare debet, promiſſaquè adimplere*, quæſtione 6. numero 3[illegible]. *Debet habere vnum calamum, & vnam linguam*, ibid. *Et eſſe immobilis ſicut lapis angularis, & ſicut polus in cœlo*, ibidem. *Debet habere conſtantem, & perpetuam voluntatem tanquam iuſtitiæ fons*, ibidem. *Frangendo fidem, grauius quàm inferior peccat*, ibid. numer. 34. *Ad obſeruantiam contractuum, vel pactorum tenetur*, ibid. num. 36 *Nec de plenitudine poteſtatis, valet pacto contrauenire*, ibid. num. 37. *Ampliatur* ibidem, num. ſeq. *De proprio patrimonio expendere tam pro bellis gerendis, quàm pro ſubditorum paupertate leuanda, proquè Iudicum ſalariis tenetur*, ibidem, num. 69. *Propter importunitatem ſupplicantium ſæpè præoccupatus, vel circumuentus, non concedenda concedit*, quæſt. 12. num. 32. *Non poteſt aliquam de ſuis ciuitatibus vaſſallis inuitis alienare*, quæſt. 22. numer. 81. *Niſi ob maximam neceſsitatem*, ibid. num. 82. *Ad intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, ſi per vim aliquem negotiari ſolitum, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè vt ſibi aliquam pecuniæ mutuet quãtitatem compellat, an teneatur?* qu. 26. numer. 32. 33. & 34. *An & quando gabellam ſubditis imponere poſsit?* quæſt. 38 num. 4. & ſequentibus. *Non debet abſquè iuſtiſsima cauſa per noui vectigalis impoſitionem ſubditos bonis ſuis priuare, ſolitisquè ſtipendiis, ac tributis contentus eſſe debet*, ibid. num. 7. *Et aliter faciens, ad exacti vectigalis reſtitutionem tenetur*, ibid. num. 8. *Non debet ſubditis grauis exiſtere, ſed boni Paſtoris, Patrisquè vicem præſtare*, ibid. num. 9. *Studere debet, vt non exactor, ſed Rector nominetur*, ibidem. *Propter neceſsitatem gabellã imponere poteſt*, ibid. num. 10. *Et etiam ſubditis mediatis*, ibidem, num. 11. *Nec de plenitudine poteſtatis poteſt vaſſallum, vel feudatarium feudo priuare*, q. 42. numer. 6. *Moratorias literas frequenter concedere ſolet*, quæſtione 44. numer. 25. & ſeqq. *In tertii præiudicium non reſcripta concedere ſolet*, ibid. num. 28. *Ad Principem ſpectat, qualiter pauperibus debitoribus prouideatur*, ibidem, num. 32. *Poteſt tollere iuramentum*, ibi. num. 50. 60. 61. & 63. *Contrà* num. 58. *An literas moratorias pro debito iurato cõcedere poſsit? ad illudquè conceſſas extendantur?* ibid. d. num. 50. & 52.

& 52. cum ſeqq. ad numero 65. *Alia in id vide verb.* Moratoriæ literæ.

PRIVATVS BONIS.
*Vide verb.* Bona.

PRIVILEGIVM.
*Priuilegium dicitur lex priuata*, q. 47. num. 2. *Adſtringit fortiùs, quàm generalis lex*, ibidem, num. 3. *Eligendi forum Eccleſiaſticum aduerſus laicos, ſolum miſerabilibus perſonis pietatis ratione conceſſum eſt*, quæſt. 52. numero 30. Legis vnicæ, C. quando Imperat. inter pup. & vid. *etiam ei, qui culpa ſua ad paupertatẽ, vel miſerum ſtatum deuenit conceditur*, quæſt. 54. numero 8. & 9. *In corpore iuris clauſum nunquã per alia priuilegia etiam ampliſſima, & prægnantiſſima ſublatum videtur*, quæſt. 47. num. 7. *Priuilegia pauperibus, ac miſerabilibus perſonis conceſſa per clauſulam*, Non obſtantibus, *niſi de eis expreſsè fiat mentio, nõ reuocantur*, quæſt. 52. numero 58. *Eligendi Principis forum miſerabilibus competit perſonis, etiamſi ceſſionario nomine veniant*, ibidem, numero 61. *Miſerationis cauſa datum, an per renunciationem à miſerabilibus factam tolli poſſit?* in ſpecial. poſt quæſt. 55. numer. 5.

PROBATIO.
*Probatio manifeſta, euidens, vel euidentiſſima, quæ dicatur? & quæ facienda ſit, quando à lege requiritur?* quæſt. 5. nu. 8. 9. & 10. & 49. *Plena dicitur, quæ ſit per duos teſtes*, ibidem, num. 12. *Per coniecturas an pro lucro ceſſante conſequendo ſufficiat? vel neceſſario certa, & euidens requiratur?* quæſt. 26. num. 5. & ſequentibus. *Incumbit ei, qui dicit alium ſua culpa ad caſum præordinata in paupertatem incidiſſe*, quæſt. 54. num. 38.

PROCVRATIO,
Procurator.
*Procurationes debitæ Epiſcopis, & Prælatis Papæ, diœceſim, Eccleſiasq; ſuas viſitãtibus, vel Legato, nec longiſſimo temporis ſpatio præſcribuntur*, quæſt. 28. n. 70.

*Procuratores licitè pro labore ſuo ſalarium exigunt*, ibidem, num. 22. *Pro ſalario aliis creditoribus etiam anterioribus præferuntur*, ibid. num. 40. *Voraciſſimi Reipublicæ canes, pauperum excoriatores, pecuniæque accipitres appellantur*, ibid. num. 55. *Gratis pauperes adiuuare debent*, ibid. num. 60. *An percipere ſalarium ante finitam cauſam debeant?* qu. 29. numer. 5. *Pauperes an ob paupertatem ab interpoſitione appellationis excuſentur?* quæſt. 31. nu. 20. *Non excuſantur ob paupertatem ab onere denunciandi*, ibid. nu. 21. *Curiæ Principis, vel Pontificis honorabile officium dicuntur habere*, qu. 9. numer. 15. *Etiam extra Curiam Papæ, vel Regis, viles, aut infames non ſunt*, ibid. num. 16. *An & quando in cauſa criminali admittantur?* queſt. 35. num. 6.

*Procurator quantumuis generale mandatum cum liberaque habens, donare, aut remittere ius domini abſque ſpeciali ad remittendum, vel donandum mandato non poteſt*, in ſpecial. poſt quæſt. fin. num. 11. *Nec etiam Procurator Cæſaris*, ibidem. *Et ſiue à lege, ſiue ab homine mandatum cum libera habeat*, ibidem, remiſsiuè. *Remittere, vel donare poteſt pauperi*, ibidem, num. 12.

PROFANA.
*Quæ dicantur*, queſt. 52. numer. 48.

PROFESSOR IVRIS.
*Vide verb.* Ciuilis ſapientia.

PROFESSIO.
*Profeſſio eius, qui ære alieno grauatus eſt, an valeat, tam de iure veteri, quàm recentiori?* quæſt. 8. num. 9. *Facta à filio exiſtentibus parentibus in graui, grauiſſimaue egeſtate, an valeat?* ibidem, nu. 18. & ſequentibus. *Profeſſurus ſtatim, habetur pro profeſſo*, queſt. 4. §. 2. num. 125.

PROHIBITIO,
Prohibitus.
*Prohibitio alienationis à teſtatore cum cauſa facta, dominii tranſlationem impedit*, queſtione 22. numer. 5. *Hominis, & legis æqualiter operatur*, ibidem. *In cõtracta facta, an dominii tranſlationem impediat? & quid operetur?* ibid. num. 6. *Appoſita in donatione cauſa mortis, idem operatur quod in teſtamento facta, dominiique tranſlationem impedit*, ibid. nu. 7. & 10. *Alienationem neceſſariam non includit*, ibid. num. 35 & ſeqq. *Generalis ius ſpeciale non corrigit*, quæſt. 52. nu. 42.

*Prohibitus alienare, ad longum tempus locare non poterit*, quæſt. 22. num. 14. *Nec in emphyteuſim dare*, ibid. num. 19.

*Nec in vſumfructum*, ibidem, num.20. *An annuum cenſum ſuper re alienari prohibita conſtituere poſsit?* ibid. *An poſsit hypothecam in re ſtabili conſtituere?* ibidem, num.24. & tribus ſeqq. *Nullam imponere poteſt ſeruitutem in re alienari prohibita*, ibidem, num.28. *Nec ſeruum dotalem manumittere*, ibidem, numero 29. *Nec dotalis debitoris obligationem nouare*, ibid. num.30. *Nec alienationi tacitè, aut expreſsè conſentire*, ibid.num.31. *Nec fideiubere in contractu rei alienari prohibitæ*, ibid.num.32. *Nec ſuper ea compromittere, aut tranſigere*, ibid.num.33. *Nec in teſtamento de re cuius alienatio prohibita eſt, diſponere, vel hæredem inſtituere*, ibidem, num.34. *Alia ſupple verb.* Graiatus, *verb.* Res alienari prohibitæ, & *verbo* Alienatio.

PROMISSIO.

*Promiſſa adimplere omnes tenentur*, quæſt.6.num.32.

*Promiſsio etiam iurata* rebus ſic ſtantibus *intelligi debet*, quæſt. 14. numer.3. *Dotis, ſiue expreſſa, ſiue tacita, eſt veluti conditio ſub qua ſponſalia celebrantur, qua deficiente, non obligant*, ibid.num.17. & 18. *Rei impoſsibilis inutilis eſt, ſi impoſsibilitas proueniat à natura, ſecùs ſi ab accidenti*, quæſt.45.num.5.& 28. *Arrharum, à paupere facta de bonis futuris, valet, & quando, & infra quod tempus peti poſsit?* quæſt.18.numero 6. *De præſentando aliquem infra octo dies, ſi promittens fuerit requiſitus intelligitur, nec ante requiſitionem tenetur iuramento etiam interueniente*, quæſt.35.num.8. *Promittens aliquem vt filium tractare, miniſtrare expenſas ei tenetur vt legere, ſcribere, & Grammaticã diſcat, ſi id eius expoſcat conditio*, quæſt.4.numero 58.

PRONOMEN.

*Pronomina illa* Meum, & Tuum, *paupertatem induxerunt*, quæſt.3.num.3. *Et diſcordiam*, ibidem.

PROPRIETAS.

*Proprietas verbi in dubio attendenda eſt*, quæſt.1.num.11. *Et ſecundum Grammaticalem ſenſum accipi debet*, ibidem, & num.21. & ſeq.

*Proprietas vendi non debet, vt pauper, aut diues quis dicatur, ſed reditus rei ad id conſiderandi ſunt*, quæſt.4.§.4.nu.167. & ſequentibus. *Limitatur* numero 192. & ſequenti. *Proprietatem vendere non debet vt alimenta præſtet, qui alere obligatus eſt*, ibid.num.169. *Et in quibus caſibus proprietas ad id vendi debet?* ibid. num.170.remiſsiuè. *Exigui reditus vendi debet, quando ex eius pretio comparari res poſſet, quæ ſufficientes ad vitam præſtaret reditus; annuusve cenſus congruus conſtitui poſſet*, ibidem, num.172.& 173. *Limitatur* num. ſeq.

*Propter quod vnumquodque tale, & illud magis*, quæſtione 9.numer.7.

PROTESTATIO.

*Vide verb.* Impeditus.

PROVISIO.

*Specialis prouiſio, vide verb.* Specialis.

PVBLIVS, VALER. Puplicola.

*Puplius Valerius Puplicola pauperrimus, primus Conſul creatus, treſque poſtmodum Conſulatus acceptiſsimos populo Romano geſsit*, quæſt. 6. num.55. *verſic.* Conſulatus autem.

PVPILLVS.

*Pupillus pauper cuius bonorum reditus vix pro ipſo alendo ſufficiunt, decimam partem fructuum tutori non tenetur præſtare; ſecùs ſi pauper non ſit*, quæſtione 28. num. 72. *Ceſſans in ſolutione canonis biennio Eccleſiæ, vel triennio priuato, cadit à iure ſuo*, quæſt. 33.numero 12. *Nec reſtituitur, ſi tutorem habeat, qui ſoluendo ſit, a quo intereſſe conſequi poſsit: ſecùs ſi tutorem non habeat, vel non ſoluendo*, ibid. num.14. *Diues an propriè, & verè miſerabilis dicatur? Foriquè electionem tam quoad Eccleſiaſticum, quàm ſeculare habeat?* quæſtione 52. numero 35. & tribus ſequentibus.

Q

QVADRIMESTRE.

*QVadrimeſtre datur inactione perſonali debitori condemnato ad ſoluendum, de iure Codicis*, quæſt.44.num.6. *Et de iure Canonico*, ibid. num.7. *Et etiam confeſſo*, ibid. num. 8. *Et quid hodie?* ibidem, *Et condemnato per ſententiam arbitri*, ibid.nu.9. *Et condemnato ex iuramento deci-*

*deciſorio*, ibidem, num.10. *Et fideiuſſori condemnati*, ibidem, numer.11. *Et an debitori ex publico, guarentigioque inſtrumento concedatur?* ibidem, num.12. *Paupertatis fauore conceſſum fuit, diuitibusque denegatur, quando præcipuè debitum eſt leue, commodéque illud poſſet debitor ſoluere*, ibid.num.13. & 14. *An hodie cõdemnatis ad ſoluendum detur? & ad quod tempus redactum ſit?* ibidem, numero 15.

QVANTITAS.

*Quantitas magna, vel parua, quæ dicatur, ex perſonarum conditione perpenditur*, quæſt. 4. num.20.

QVALITAS.

*Qualitas accidentalis an proſit, vel attendatur?* quæſt. 4. num.32. & ſeqq. *Naturalis ineſſe præſumitur*, queſtione 5. numero 27.

QVINT. HORTENS.

*Quinti Hortenſii ditiſſimi, teſtamenti ſuppoſiti nefandum crimen*, queſtione 6. nu.80.

QVINTVM.

*Quintum à patre illegitimo pro alimentis filio relictum integrum debetur, licèt alimenta excedat*, queſt.4.num.66.

R

RATIO.

RAtio, *quæ ſola reddi poteſt, habetur pro expreſſa*, qu.50.n.7.

RECVSATIO.

*Recuſans Regium Senatorem certam debet deponere pecuniæ quantitatẽ, amittendam, ſi recuſationis cauſam non probauerit*, quæſt.53.numero 38. *Et quid in paupere?* ibid. num. ſeq. *Recuſari poteſt Iudex inimicitiæ cauſa, licèt culpa recuſantis contracta ſit, ſi ad caſum non fuerit ordinata*, quæſt.54.num.29.

REDEMPTOR.

*Redemptor retinere poterit pro redemptionis pretio redemptum, donec ſolutum ſit*, queſtione 54.num.3.

REGVLARIS.

*Regulari poteſt conferri beneficium ad nutum Superioris amobile, quin id voto paupertatis repugnet*, quæſtione 4. §.2. numer 132.

RELEGATVS.

*Relegato an & quando reſtitutio concedatur?* quæſt.54.numer.34.

RELICTA.

*Relicta pro pauperibus virginibus maritandis, in piam cauſam, vel pro anima inter virgines, quæ ſuo labore viuunt, diſtribui poſſunt*, quæſt.4.§.3. num.147. *Ad pias cauſas reſpiciunt ſpiritualia, remiſſionemque peccatorum*, q.52.num.53. *Alia ſupple verb.* Legatum.

RELIGIO.

*Religionis ingreſſus non eſt de præcepto, ſed de conſilio*, queſt.11.numero 5. *Non liberat ingredientem à debitis ante ingreſſum contractis*, ibidem, num.6. *Alia ſupple verb.* Debitor, *& verb.* Profeſsio.

REMEDIA.

*Remedia ſubſidiaria vbi duo adſunt, minùs ſubſidiarium præualet*, quæſt.39. num.59. *Extraordinaria facilius denegantur*, queſtione 54. num.34.

REMISSIO.

*Remiſsio carcerati pauperis, vel etiam non pauperis ad alium Iudicem, cuius expenſis facienda ſit?* quæſt.39.numero 44. & duobus ſeqq. *Merceais quando facienda ſit? Vide verb.* Conductori. *Remiſsionem debiti an facere poſsit procurator cum libera, vel alii legitimi adminiſtratores? Vide verb.* Donare.

RENVNCIATIO.

*Renunciari non poteſt priuilegio miſerationis cauſa conceſſo, ne quis extra prouinciam ad litigandum extrahatur, vel è conuerſo, quòd aduerſarium ſuum extra prouinciam trahere nõ poſsit*, q.47.

n.10. *Nec priuilegio ceſsionis bonorum*, ibid. num.11. *& latiùs* quæſt.49.num.17. *Neque alteri priuilegio miſerationis cauſa conceſſo*, in ſpecialib. poſt quæſt. fin. num.5. *Nec prohibitioni, ne maritus vltra decimam bonorum ſuorum partem arrhas conſtituat*, quæſt. 18.num.4.

REPETITIO.

*Repetitio indebiti ſoluti pauperi non ſoluendo, datur aduerſus eum cui pecunia profecit, ſi cauſam habuit lucratiuam*, q.48. num.7. *Repeti poteſt ſolutum ante diem, vel conditionem*, quæſt. 4.§.2.n.108 *Et quod ob iuſtum, grauemq; metum donatum eſt, licèt metus culpa eius, qui donauit acciderit*, queſt.54.num. 11.

RESCRIPTVM.

*Reſcriptum contra rem iudicatam non valet*, quæſt.44.num.46.

RES.

*Rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter*, quæſt.24. num.3. *Res magni valoris, quæ redditus tantùm neceſſarios domino præſtat; ab eo extorquenda non eſt, qui in id quod facere poteſt, conuenitur, nec vendi poteſt*, queſtione 4.§.4. numero 168. *Eccleſiæ ad Diuinum cultum conſtitutæ in laicos alienari prohibentur*, queſt.22. num.40. *Etiamſi res conſecratæ ipſorum laicorum ſint*, ibidem. *Potiusque debent comburi*, ibidem. *Alienari poſſunt pro pauperum ſubuentione, vel captiuorum redemptione*, ibid. numero 41. & qu.52. num.46. *Etiamſi pauper, captiuus, vel incarceratus ad paupertatem, captiuitatem, vel carcerem ſua culpa ad caſum non præordinata deuenerint*, d.queſtione 22. numer.42. *Prohibitæ alienari, fideicommiſſo, vel reſtitutioni ſubiectæ, an ex cauſa alimentorum, dotis, vel alia neceſſaria alienari poſsit? ſiue prohibitio expreſſa ſit, ſiue tacita? Et in quibus perſonis id locum habere poſsit, vel non?* ibidem, num.43. & ſeqq. vſquè ad numer.58. *Dotalis, vt propinquorum neceſsitati ſuccurratur, ſororique inopi dos conſtituatur, alienari poterit*, ibidem, num. 38. *Semel alienatæ ex dotis cauſa an ſemper liberæ maneant?* ibidem, numero 58. *Alienari prohibitæ, nec ex cauſa neceſſaria alienandæ ſunt, ſi earum fructus ſufficiant*, ibidem, num.60. *Limita, & intellige vt* num.61. 62. & 63. *Tranſeunt cum ſuo onere*, queſtione 11.num.16. in fine.

RESCRIPTA.

*Reſcripta in tertii præiudicium à Principe conceſſa non tenent*, quæſtione 44. numero 28. *Niſi leue contineant detrimentum, modicèque præiudicent*, ibidem, numero 28.

RESERVATIO.

*Reſeruatio beneficiorum in id fuit facta, vt de illis pauperibus prouidere poſſet Pontifex*, quæſt.7. numero 15.

RESIGNATIO.

*Reſignatio beneficii eius, qui aliunde non habet vnde viuere poſsit, admittenda non eſt, tenet tamen ſi eam admittat Epiſcopus: & ad quid teneatur?* quæſt.9. numer.17. *Qualiter facienda, & qua cum probatione?* ibid.

RESPVBLICA.

*Reſpublica egeſtate laborans poteſt conductores gabellarum, vt ante diem ſoluant compellere*, queſtione 43. num.13. *Alia ſupple verbo* Ciuitas, *verb.* Caſtrum, *verb.* Vniuerſitas, *& verb.* Roma.

RESTITVERE,
Reſtitutio.

*Reſtituere qui tenetur malè ablata, vel adquiſita ex illicitis contractibus arbitrio Prælati, vel Confeſſoris, quia certus dominus non cognoſcitur; poterit propter ſuam neceſsitatem, vel quia filias habet, ſibi, vel filiarum dotibus dicta bona applicare*, quæſtione 4. numer. 47. *Reſtituere obligatus, ſi commodè reſtituere non valet, interim de lucro ceſſante, vel damno emergenti non tenetur*, queſtione 26. num. 44. *Reſtituere an teneatur quis, quod in extrema abſtulit neceſſitate, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit?* quæſt.27.num.28. *Reſtitutio ſtatim facienda eſt, quia præceptum de reſtituendo, tanquã negatiuũ, vel à negatiuo deſcendens obligat ſemper, & ad ſemper*, ib.nu.2.

Limi-

*Limitatur in paupere, qui animum deliberatum reſtituendi habet*, ibidem, num. 6. *Ampliatur* nu. 9. 10. 12. 13. 14. 16. 17. 18. 22. 23. & 24. *Limitatur* num. 7. 8. 19. 20. 21. 25 & 26. *Facienda eſt eius quod quiſq; à Religioſis accepit, nec ante reſtitutionem præſtanda abſolutio eſt, niſi moraliter reſtitutionem facere non poſſit*, ibid. nu. 16. *Facienda eſt pauperibus, eius quod quis pro iuſtitia accepit, nec antè præſtari debet abſolutio, niſi paupertas excuſet*, ibid. *Facienda eſt pauperibus de adquiſitis ex illicita negotiatione ſi dominus ignoretur*, quæſt. 8. num. 10. *A reſtitutione an excuſetur, abſoluiq; debeat ante eam, qui a Religioſis munera accepit*, d. quæſt. 27. nu. 16. *Et quid in dante, vel accipiente aliquid pro iuſtitia?* ibidem. *Reſtitutionem per multum tempus differens, an multa committat peccata, vel idem continuetur?* ibid. nu. 3. remiſsiuè.

*Reſtitutio in integrum denegatur ei, qui alias reſtituendus foret, ſi opponere, vel probare exceptionem dilatoriam omiſit*, quæſt. 44. num. 31. *Non conceditur pro modica læſione*, ibid. *An concedatur læſo ſua culpa?* quæſt. 54. num. 2. & num. 34. *Et an carcerato ſua culpa?* ibid. d. num. 2. & num. 29. in fin. *Pauperibus conceditur*, quæſt. 30. num. 1. & ſeqq. *Etiam contra tres conformes ſententias in contradictorio iudicio latas*, ibidem, num 6. *Et an ex capite generali, vel iure minorum, aut Eccleſiarum pauperibus competat reſtitutio?* ibidem, num 7. & ſeqq. *Conceditur abſenti, vel infirmo*, ibidem, numer. 4. *Denegatur aduerſus lapſum trium dierum, qui ad ſupplicandum à ſententiis interlocutoriis Iudicum ſuperiorum datur*, quæſt. 31. num. 5. *Et quid in paupere?* ibidem, num. 28. *Non conceditur minori tutorem, vel curatorem habenti, ſi tutor, vel curator ſoluendo ſit*, ibid. d. num. 28. & ſeq. *Alia circa hæc vide verb.* Minor.

*Reſtitutionis remedium extraordinarium eſt, & facilè denegatur*, quæſt. 54. num. 34.

## RESTRICTIO.

*Reſtrictio fit pro inducenda, æqualitateque ſeruanda*, quæſtione 55. num. 6.

## RETENTIO.

*Retentio pro melioramentis competit bona fidei poſſeſſori, etiamſi aliter ei bona obligata non ſint*, quæſtione 41 num. 16. *Malæ quoque fidei poſſeſſori*, ibid. num. 17. *An in vna re pro melioramentis in alia facilis concedatur?* ibid. num. 18. *Retineri non poteſt vna res pro alia*, qu. 49. num. 6.

## RETRAHENS.

*Retrahens rem conſanguinei, an reficere expenſas vtiles, & neceſſarias debeat emptori? vide verb.* Conſanguineus.

## REVOCATIO.

*Reuocari poteſt quod ob iuſtum, grauemquè metum quis promiſit, vel donauit, licèt metus culpa eius, qui donauit, vel promiſit, euenerit*, quæſtione 54. num. 11.

## REVS.

*Reus edere miſerabilibus etiam ad intentionem fundam tenetur*, quæſt. 55. num. 16 *Regulariter contrà*, ibidem, nu. 17. *Etiam in quantumuis ſummario iudicio*, ibidem. *Non tenetur ad actionem fundandam copiam inſtrumentorum aduerſario edere, ſecùs ad iam fundatam iuuandam*, q. 39. num. 30.

## REX.

*Rex etiam potens attenta eius conditione pauper dici poteſt*, quæſt. 4. numero 11. verſ. Ex diuerſo. *An & quando poſsit gabellam ſubditis imponere? Vide verb.* Gabella, & *verb.* Princeps. *Romanorum ante coronationem nõ vocatur Imperator*, quæſt. 38. n. 14. *Regiſoli non creditur plenè vbi de tertii magno agitur præiudicio*, q. 5. n. 6. remiſsiuè. *Regis verbo nemo decepi debet*, q. 6. n. 33. *Alia ſupple ver.* Princeps.

## ROMA.

*Roma floruit, mundiq; domina effecta eſt, dum eius regimen apud doctos, peritoſq; extitit; corruit cum hic peruerſus eſt ordo*, q. 6. n. 44. *Romana iura ex Athenienſium legibus originem ſumpſere*, ibid. num. 60.

## RVSTICVS.

*Ruſticus delicatis cibis vti non debet, ſed groſsis, & vilibus*, q. 4. n. 14. *Dicitur diues eiusdem facultatibus, quibus nobilis pauper*, ibid. n. 11. *Diues dicitur ſi habeat centum ſcuta*, ibid. *An dicatur perſona miſerabilis?* in præfat. num. 10. remiſsiuè.

# S

## SACRILEGIVM.

*Sacrilegium an cõmittatur, si non Deo dicata, sed destinata auferantur?* qu. 4. §. 2. numero 126.

## SALARIVM.

*Salarium Iudicum ex quibus bonis anteà soluebatur? & hodie soluatur?* quæst. 6. num. 84 & 90. *Datur Iudicibus etiam præter sportulas in omnibus fere partibus*, ibidem, d. num. 84. 86. & 87. & quæstione 28. num. 3. & seqq. *An debeatur Iudici infirmo, mortui hæredibus, vel absenti? Et quo tempore soluendum sit?* ibid. d. quæstione 6. & d. quæst. 28. numero 4. & seq. & nu. 93. *In fine operis soluendum est*, quæstione 29. num. 1. & seqq. *Alia vide verb.* Solicitator, *& verb.* Sportulæ.

## SATISDATIO.

*Satisdatio præstanda est ab eo, qui dilatione concessa à Principe frui vult*, q. 44 num. 83. *Ampliatur* num. 84. 86. & 88. *Limitatur* num. 85. 89. 91. & 92. *Non requiritur in quinquennali dilatione à maiori parte creditorum concessa*, ibid. nu. 90. *Est de substantia in vsufructu, nec iuratoria sufficit cautio*, quæst. 53. num. 5. *Contra* numer. 29. 33. & seqq. vsquè ad num. 38. *Intellige vt* numer. 30. *Alia vide verb.* Cautio iuratoria.

## SCIENTIA.

*Scientia omnis incipit à cognitione vocabulorum*, quæst. 1. num. 2. *Reddit quem nobilem*, q. 4. num. 33. & seqq. & quæst. 7. nu. 47. remissiuè. *Nobilitat magis quàm sanguis*, ibidem. *Pauperis contemnitur, inscitiaq; reputatur*, quæst. 6. nu. 5. *Suavi homines allicit*, ibid. num. 48. *Alia supple verb.* Ciuilis sapientia.

*Scientia simplex quando denunciationem suppleat?* quæstione 40. numero 4.

## SEMINARIVM.

*Seminarium de proximo erigendum, habetur pro iã erecto*, quæst. 4. §. 2. n. 127. *Seminario puerorum nondum erecto beneficiorum vnio, fraude cessante, fieri potest*, q. 12. n. 9. *Et qualiter Seminario posit Episcopus facere vniones*, ibid. num. 8.

## SENATORES.

*Senatores Regii possunt moratorias literas concedere*, quæstione 44. num. 38.

## SENEX.

*Senex dicitur persona miserabilis*, in præfat. num. 9. remissiuè.

## SENTENTIA.

*Sententia ex abrupto prolata, ob temporis breuitatem redditur nulla*, quæst. 6. nu. 20. *Ferri potest in personam Monachi pro debito ante ingressum Monasterii cõtracto*, quæst. 11. num. 6. *A qua intra decem dies non fuit appellatum, de iure communi firma manet, in remque iudicatam transit*, quæst. 31. num. 1. *Et quid hodie? tam in sententia diffinitiua, quàm interlocutoria, siue Iudicum inferiorum, siue superiorum*, num. seqq. ibidem. *Lata absq; partis petitione nulla est*, quæst. 35. nu. 9. *Non requiritur pro paupere, vt ei alimenta, litisq; sumptus a diuite collitigante præstandi sint*, quæstione 39. nu. 26. *Mercedis, eiusq; taxationis pro paupere lata, inappellabilis est*, quæst. 50. num. 22. *In dubio pro pauperibus ferenda est*, qu. 55. num. 18. & 24. *Sententiæ acquieuisse videtur, qui tempora appellandi elabi patitur*, quæst. 51. nu. 6. *vers.* Quarta & vltima.

## SERVVS.

*Seruus absque domini consensu Religionem ingredi non potest, aut in ea permanere*, quæstione 11. numero 10. *Non tenetur domino de alimentis prouidere, nisi sibi priùs prouideat, de iure saltem Canonico, & in terris Ecclesiæ*, quæstione 42. num. 15.

## SEVERVS.

*Beatus Seuerus ex lanificio in Archiepiscopum assumptus est*, quæst. 6. num. 66.

## SIGNIFICARE, Significatio.

*Significare, quid sit?* quæst. 1. num. 21. & 22.

*Significatio propria, quæ dicatur?* ibidem. *Quandoque largè, quandoque strictè sumitur*, ibid. numero 20.

SILE-

SILERE.

*Silere ille propriè dicitur, qui poteſt loqui*, quæſt. 17. numero 36.

SIMVLATIO.

*Simulatio præſumitur potiùs quam donatio*, q. 21. n. 5.

SOCER.

*Socer non poteſt loco dotis congrua genero alimenta aſsignare, nec dotis obligationi ſatisfacit*, quæſt. 4. §. 3. num. 163.

SOLICITATOR.

*Solicitatoribus debetur ſalarium etiã non conuentum, de generali ſaltem conſuetudine, ex æquitate, & veroſimili contrahentium, vel litigantium mente*, qu. 28. n. 24.

SOLON.

*Solon Magiſtratus omnes ex nobilibus, & locupletibus, ex cenſu quingentorum modiorum, & iugerum conſtitui decreuit*, quæſt. 6. num. 24. *Id primum in ſua Republica conſtituit, vt debitoribus pauperibus aliqua debiti pars remitteretur*, quæſt. 44. numer. 33.

SOLVERE, SOLVTIO, Solutum.

*Soluere minus dicitur, qui poſt tempus ſoluit*, q. 44. num. 27. *Soluere poſſe an quis præſumatur in dubio?* q. 13. n. 13.

*Solutio expenſarum, & melioramentorum, quo tempore attento facienda ſit?* queſtione 41. num. 69. & ſequentibus. *Solutum ante diei, vel conditionis euentum repeti poteſt*, quæſt. 4. §. 2. numero 108.

SOROR.

*Soror diues an alere, & dotare ſororem inopem teneatur?* quæſt. 4. §. 3. num. 160. & *latiùs* queſtione 16. num. 20. *Vt ſorori inopi dotem conſtituat, matrimonio durante rem dotalem alienare poteſt*; ibid. & quæſt. 22. num. 38. *Iterum dotare, vel alere ſororem tenetur, dote, vel alimentis conſtitutis abſque culpa deperditis*; ibid. & num. ſeqq. *Continetur fratris nomine*, ib. n. 21.

SPECIALIS.

*Specialis prouiſio generali derogat*, quæſt. 47. n. 3.

SPES.

*Spes præmii inuitat ad labores, vid.* verb. Premium. *Spe veniæ peccans, grauius peccat, ac punitur*, qu. 27. n. 26. & ſeq.

SPIRITVALIA.

*Spiritualia intereſſe, ſiue æſtimationem non recipiunt*, quæſt. 13. num. 7.

SPIRITVS GENEROSVS.

*Vide verb.* Maieſtas.

SPOLIATOR, SPOLIATVS.

*Spoliator non antè auditur, quàm rem cum fructibus, & expenſis reſtituat, & non ſolùm fructus perceptos, & extantes, ſed etiam qui percipi potuerunt, reſtituere debet*, q. 46. n. 6. & 7. *Tenetur fructus rei in loco ſpolii commiſsi præſtare*, ibid. n. 8. *Spoliatoris an ſpoliati in reſtitutione fructuum rei ablatæ ſit habenda ratio?* ibid. num. 9. *Spoliator pauper ante fructuum, & expenſarum reſtitutionem audiendus eſt*, ibidem, num. 10. *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus, omni exceptione poſtpoſita*, ibidem, num. 1. *Nec reſpondere ſi vnus deficiat nummus tenetur*, ibid. num. 2. *Et ſiue iuſtus, ſiue iniuſtus poſſeſſor ſit*, ibidem, num. 3. *Et ſiue re corporali, ſiue incorporali ſpoliatus ſit, vtili ſaltem interdicto vnde vi*, ibidem, num. 4.

*Spolii actione non ſolùm contra ipſummet ſpoliatorem, ſed etiam contra quoſcumque ad quos res ipſa peruenit agi poteſt*, d. quæſt. 46. num. 5.

SPONSALIA, SPONSVS.

*Sponſalia an per ſuperuenientem paupertatem dirimantur?* quæſt. 14. per tot. *Diſſoluuntur per ſuperuenientem grauem morbum, vel deformitatem externam*, q. 14. n. 4. *Et propter deformitatẽ animi, vt ſi alter ex exponſis furti, homicidii, alteriusvè criminis grauis ratione damnatus ſit*, ib. n. 6. *Et ſi ſponſaliorũ tẽpore talis adeſſet deformitas, ab altero ſpõſorũ incognita*, ibi. *Sub promiſsione dotis celebrata videtur, ſiue expreſſa ſit dotis promiſsio, ſiue tacita*, ibid. n. 17. & 18. *Non diſſoluuntur propter ſuperuenientẽ paupertatẽ, ſi certa dotis quantitas fuit promiſſa, eaque ſoluatur*, ib. n. 15. *Etiã iurata per ſuperuenientẽ dirimuntur paupertatẽ*, ib. n. 19. *Et tamſi ſponſæ, quã ſponſo ſuperueniat paupertas*, ib. n. 20. *Nõ ex eo, quod ſponſorũ altero in eodẽ ſtatu manẽte, alteri ingentiſsima diuitiarũ copia accreuerit dirimuntur*, d. q. 14. n. 21. *Non dirimuntur propter ſuperuenientẽ ſponſæ paupertatẽ, ſi ita eam ſpõſus adamaret, vt etiã paupertate, vel caſu illo præuiſo, cũ ea cõtraheret*, ib. n. 25. *Spõſus in hoc caſu ſtabitur iuramẽto*, ib. n. 26. 28.

*Sponſi an caſuum compenſationem, vt ſponſalia non dirimantur opponere poſſint?* ibid.num.22. & 23.

SPORTVLÆ.

*Sportulæ laboris ratione, etiam præter ſalarium Iudicibus debentur*, q. 28. nu. 3. *Et etiam infirmo, vel abſenti cum cauſa, & de licentia*, ibid. num. 4. *Et an etiamſi partes inter ſe concordauerint, à liteque deſiterint?* ibid. num. 6. *Alia vide verb.* Salarium, *& verb.* Iudex.

STATVTVM.

*Statutum loquens in filiis, intelligitur etiam in nepotibus*, queſtione 4. num. 69. *Excludens omnes exceptiones aduerſus publicum inſtrumentum, exceptione diei, vel conditionis non impletæ non cenſetur excludere*, ibid. § 2. num. 116. *Efficere non poteſt, vt generaliter, & in omni caſu, quando de tertii agitur non leui præiudicio, vnico teſti plena adhibeatur fides*, quæſt. 5. numero 3. remiſsiuè. *Puniens delinquentem pœna corporali amputationis pedis, ſiue alia, de amputatione membri intelligi debet*, quæſt. 9. num. 23. *Et idem ſi ſtatutum pœnam pecuniariam, vel aliam arbitrio Iudicis imponeret, qui tale arbitrium pœnam pecuniariam excedere non debet*, ibidem, num. 24. *Imponens pœnam iuriſdictionem Poteſtatis declinanti, in Eccleſiaſtico, qui etiamſi velit non poteſt coram Seculari litigare, non habet locum*, quæſt. 17. numero 37. *Dictans, vt Iudex teneatur cauſam cum cõſilio ſapientis expedire, intelligitur* ſi à parte fuerit petitum, quæſt. 35. num. 3. *Et idem ſi ex forma ſtatuti teneretur Iudex cogere affines ad compromiſſum*, ibid. num. 4. *Vel ſi iubet dari terminum ad aliquid agendum*, ſi pars petierit, *intelligi debet*, ibidem, num. 5. *Poteſt legi derogare*, quæſt. 47. num. 4. *Tanto fortius eſt, quanto ſpecialius*, ibidem, num. 5. *Diſponens vt inſtrumenta guarentigia executioni mandentur, & ne contra ea alia exceptio, niſi ſolutionis opponi poſsit; ſolùm quoad principalem procedit debitorem, non quoad tertium*, qu. 48. num. 3. *Diſponens, vt vnus pro debito alterius teneatur, non valet*, ibid. n. 6. *Laicorum non ſe ad piam extendit cauſam*, quæſt. 52. num. 41. *Generaliter loquens, pauperes non comprehendit*, ibidem, numer. 57.

STIPENDIA.

*Stipendia congruo tempore militibus pauperibus ſoluenda, ne cogantur cogitare quod auferant*, queſtione 6. numer. 21.

STVDIA.

*Studii cauſa, & dotis à pari procedunt*, quæſt. 4. num. 60. & 62.

*Studiorum expenſæ, vide verbo* Expenſæ ſtudiorum.

SVBVENIRE.

*Subueniendum an ſit ei, qui culpa ſua ad neceſsitatem deuenit?* qu. 54. per tot. *Subueniendum non eſt eis, quibus imputari poteſt, cur ſibi non proſpexerint*, quæſtione 12. numero 17. *Subueniendum eſt ei, qui ſua culpa (etiam ad caſum ordinata) in paupertatem deuenit, ſi neceſsitas exigat*, quæſtione 54. num. 29.

SVBTRAHERE.

*Subtrahere non debet quis ſibi neceſſaria, vt Eccleſiæ det, vel pauperibus*, quæſt. 36. numer. 7.

SVCCESSOR.

*Succeſſor in dignitate ad obſeruantiam tenetur pactorum, contractuum, & conuentionum, quas præceſſor fecit, nomineq; dignitatis celebrauit, etiamſi tyrannus eſſet*, quæſtione 6. num. 38. *Contra geſta præceſſoris venire nequit, etiamſi ei non hæreditario iure, ſed per electionem ſuccedat*, ibidem.

SVORVM APPELLATIONE.

*Suorum appellatione qui veniant, vt Clericus eos alere teneatur, quorumque reſpectiu beneficium pauper, vel tenue dicatur?* quæſt. 4. num. 51. & 52.

SVPPLICATIO,
Supplicans.

*Supplicatio intra quot dies à ſententiis ſuperiorum Iudicum interponi debeat? Tam ab interlocutoriis, quam à definitiuis?* quæſt. 31. num. 4. *Et an à lapſu termini detur reſtitutio?* ibid. n. 5. *Et an à die latæ ſententiæ, an verò à die notificationis terminus currat?* numero 6. *Et an*

*an de momento ad momentum; ipſeque notificationis latæve ſententiæ dies, feriatusque etiam in termino computetur?* ibidem nu. 7. & 8. *A ſententia reuiſionis ſupplicans an cum cautione iuratoria, ſi quingentarum duplarum fideiuſſorem ob paupertatem nō inueniat, admittatur?* quæſt. 53. num. 25. & ſeqq. vſque ad num. 48.

SVSPECTVS.

*Suſpectus dicitur, & vt ſuſpectus capi poteſt pro aliis fideiubere ſolitus*, quæſt. 5. num. 48.

SVSTENTATIO.

*Suſtentatione relicta, ſtudiorum expenſæ veniunt*, quæſt. 4. num. 57.

SYNODALIS CONSTITVTIO.

*Synodalis conſtitutio pro trina monitione habetur*, quæſt. 8. num. 9.

T.

TABELLIO.

*Tabellio inſtrumentum arrharum maioris quantitatis, quàm decimæ partis bonorum mariti conficiens, legique id prohibenti renunciationem apponens, qualiter puniatur?* quæſt. 18. num. 4. remiſsiuè. *Licitè proſcripturis mercedem, ſalariumque exigit*, quæſt. 28. num. 22. *Nec ſcripturas edere parti tenetur, ſi ſalarium ſibi non ſoluatur*, ibid. num. 23. *Etiam ſalarium non conuentum, de generali conſuetudine, ex æquitate, & veroſimili litigantium, vel contrahentium mente, exigere poteſt*, ibid. num. 24. *Tabelliones voraciſsimi Reipublicæ canes, pauperumque excoriatores, & pecuniæ accipitres appellantur*, d. quæſtione 28. numero 55. *Gratis pauperibus ſcripturas conficere & exhibere tenētur*, ibid. num. 61. *Gratisque pauperibus acta, ſcripturaſque exhibere cum ad Tabellionatus officium recipiuntur, iurant. Quod et in noui quoq; Orbis Tabellionibus obſeruatur*, ibid. *Et ad id etiam ſub officii priuationis pœna poſſunt a iudice compelli*, ibid. num. 62.

TALIS.

*Talem qualem quis ſe facit, non tenetur probare, qui præſumptionē naturalem proſe habet*, quæſt. 5. num. 27. *verſ.* Et præſumptionem.

TALLIARE.

*Talliare non licet Principi ſubditos etiam pro bello gerendo*, quæſt. 28. num. 4. *Limitatur*, num. 10. & ſeqq. *Alia ſupple verb.* Gabella, *verb.* Princeps, & *verb.* Vaſallus.

TEMPVS.

*Tempus breue, vel longum, quod dicatur Iudicis relinquitur arbitrio*, quæſt. 4. §. 2. num. 134. *Quod dicatur longum in materia locationis?* quæſt. 22. num. 15. 16. 17. & 18. *An contra impeditum, tam impedimento facti, quàm iuris currat ipſo iure?* quæſt. 32. num. 14. & ſeqq. *Quod ad expenſarum, melioramentorumque ſolutionem debeat attendi?* quæſt. 41. num. 69. & ſeqq. *Datum ad ſoluendum miſerationis cauſa iudicatis, vel confeſsis in actione perſonali, quod fuerit olim? Et quod ſit hodie?* quæſt. 44. num. 4. & ſeqq. vſque ad num. 16. *Moratoriæ dilationis a die conceſsi beneficii, & datæ, non a die præſentationis, vel notificationis, currere incipit*, ibid. num. 169. *Tempora litium ob paupertatem protrahuntur*, quæſt. 51. nu. 8. remiſsiuè.

TERMINVS.

*Terminus ſupplicationis, appellationis, vel eius proſequutionis, currit de momēto ad momentum*, quæſtion. 31. numero 7. 8. & 10.

TERTIVS.

*Tertius pro alterius debito conueniri non poteſt*, quæſt. 48. num. 4. *Nec ex vi ſtatuti*, ibidem, num. 6. *Fauore paupertatis actione perſonali conueniri poteſt*, ibid. num. 7. & 8. *An & quando pro alio p ſ. ſit appellare*, quæſt. 51. per tot. & *vide verb.* Appellare.

TESTATOR.

*Teſtatores abuſiuè ſæpè loquuntur, ironicè, ſimulatè, vel ficte*, quæſtion. 1. numero 6.

TESTIS.

*Testi quæ expensæ sint soluendæ ab eo, qui illum adducit?* quæst. 4. num. 19. & quęst. 36. numero 5. & 6. *Non sunt præstanda damna, licèt præstentur expensæ*, d. quæst. 36. num. 18.

*Testis si vltra expensas capiat, corruptus dici potest*, ibid. num. 19. *Vt idoneus sit, tanti debet habere valoris bona; quanti est causa super qua deponit*, quæst. 4. num. 74. *Reddens rationem scientiæ*, quia vicinus est, *sufficienter probat in his, quæ verosimiliter, & à communiter accidentibus vicinos latere non solent*, quæstion. 5. numero 15. *Vnicus nulla in causa probat*, ibidem numero 1. & sequentib.

*Testes pauperum vt recipiantur à Magistratu, sub quo domicilium habent; commissiones decerni solent, ne pauperes grauentur*, quęst. 28. numero 64. *Duo in omni causa requiruntur, nec vnius testis dicto plena adhibetur fides*, quæst. 5. num. 1. *Etiamsi Senatoria, aut Præsidiali dignitate præfulgeat*, ibidem num. 2. remissiuè. *Neque statuto cauèri potest, consuetudineve induci, vt generaliter, & in omni casu, quandove de tertii non leui agitur præiudicio, vnico testi credatur*, ibidem numero 3. remissiuè. *Nec piæ causæ fauore vni creditur testi*, ibidem num. 4. *Neque vbi iudici sola veritate inspecta iudicare commissum est* ibid. num. 5. remissiuè. *Neque Cardinali, Regi, aut Pontifici creditur, vbi de magno partis agitur præiudicio*, ibid. num. 6. *Possunt recipi publicatis attestationibus, nisi pars opponat*, quæst. 35. num. 6.

TIMOR.

*Vide verb.* Metus.

TONSVRANDVS.

*Tonsurandus de proximo an ad beneficium iurispatronatus promoueri possit?* quæst. 4. §. 2. num. 128. remissiuè.

TRADITIO.

*Traditio ad dominii translationem requiritur*, quæst. 23. numero 3. *Operatur, vt licèt res tradentis non sit, si postea eius dominium consequatur, reualidet traditionem, & secundæ præferatur traditioni in alium factæ tempore, quo tradens dominus est*, ibid. num. 5. *Dominium transfert, impeditque dominium in alium eiusdem rei transferri*, ibid. num. 13.

TRANSACTIO
Transigere.

*Transactio super alimentis etiam cum de eorum parte tractatur, prohibita est*, quęst. 50. num. 19. ad fin.

*Transigere non potest prohibitus alienare*, quæst. 22. num. 33.

TRIBVTVM.

*Tributum quid sit, vel significet?* quæst. 38. num. 1. remissiuè. *Alia à suis sedibus pete.*

TVRCARVM IMPERATOR.

*Turcarum Imperator plura Iudicibus quotannis donare solebat*, quęst. 6. nu. 85.

Turpem vitam agere.

*Vide verb.* Vita.

TVTOR.

*Tutor de iure Fori* leg. (vniuersali Hispaniæ consuetudine comprobato) *pro administratione rerum, personæque pupilli, decimam partem fructuum illius exigere potest*, quæst. 28. num. 71. *Et quid si minor pauper sit?* ibid. num. 72. *In dubio soluendo esse censetur*, quæst. 33. num. 12. *Debet damnum ob non solutum canonem resarcire minori*, ibid. num. 12. *Ius minoris donare, aut remittere nequit*, in specialib. in quæstionum calce adiectis num. 11. remissiuè. *Limita*, num. seq.

V.

VALETVDINARII.

*Valetudinarii à comparendo coram Iudice pro testimonio ferendo excusantur*, quæst. 36. num. 1. *Pauperibus æquiparãtur*, ibid. num. 12. *Et quando secus?* ibid. num. 15.

VALOR.

*Valor rei ex redditu, & fructibus cognoscitur*, quæst. 4. §. 4. num. 166.

VASSALLVS.

*Vaſſalli tenentur ſubuenire domino, nõ ſolùm profilia carnaliter maritanda, ſed etiã ſpiritualiter pro Religionis ingreſſu*, quæſt. 15. num. 21. & quæſt. 38. num. 18. *Talliari poſſunt non ſolùm pro Regis, ſed etiam alterius Domini redemptione*, d. quæſt. 38. num. 12. & 15. *Etiam pro filia domini maritanda, ſi dominus eam maritare non poteſt*, ibid. num. 16. *Et pro filia tantum naturali, vel ſpuria maritanda*, ibid. n. 17. *Et pro eius Religionis ingreſſu*, ibid. num. 18. *Et pro nepte Domini, vel Baronis pauperis dotanda*, ibid. num. 19. *Intellige* vt num. ſeq. *Renitentes vendi à dominis non debent*, quæſt. 22. num. 81. *Niſi pro dominorum neceſsitatibus*, ibid. num. 82. *Qui ob paupertatem ſeruitium domino non præſtat, excuſatur*, quæſt. 33. num. 26. *Deducit expenſas neceſſarias, quas in re feudali fecit*, quæſt. 41 num. 3. *Vtiles etiam*, ibid. num. 36. *Limita vt* nu. 48. *Non ſolum habet pro his expenſis retentionem, ſed etiam actionem*, ibid. num. 8. *Priuari non poteſt feudo etiam a Principe, nec de plenitudine poteſtatis*, quæſt. 42. num. 6. *Domino ingratus exiſtens feudo priuari poteſt*, ibid. num. 8. *Non tenetur antea domino, quàm ſibi de alimentis prouidere*, ibid. num. 17. *An poſsit ſuper re feudali inconſulto Domino cenſum imponere?* quæſt. 22. num. 23. remiſsiuè.

VECTIGAL.

*Vectigal quid ſit, vel ſignificet*, quæſt. 38. num. 1. remiſsiuè. *Alia à ſuis repete ſedibus.*

VELLE.

*Vide verb.* Nolle.

VENDERE, VENDITIO, venditor.

*Vendere proprietatem pro alterius alimentis, in aliisve caſibus, an & quando quis teneatur? vide verb.* Proprietas. *Non cogitur quis domum maiorum, quantumcunque iuſto pretio, nec etiam Eccleſiæ cõſtruendæ, ampliandæve cauſa*, quæſt. 4. §. 4. num. 176. *Vendi an debeat res magni valoris, & exigui redditus, vt iudicari quis pauper, vel diues poſsit? Et an creditoribus poſsit ex eius pretio ſatisfieri, & domino conſuli?* quæſt. 4. §. 4. num. 178. *Vendere nemo cogitur rem ſuam*, quæſt. 24. num. 1. *Et quando ſecus?* ibi, num. 4. 5. & 7. *Qui compellitur, intelligitur iuſto pretio*, ibid. num. 6. *Alia ſupple verb.* Dominus.

*Venditio etiam iurata abſque traditione dominium non transfert*, quæſt. 23. num. 4.

*Venditor diſponere poteſt de re, quam vendidit, non tamen tradidit. Licèt ad intereſſe teneatur*, ibid. num. 2. *Non tenetur de euictione ſi ei emptor litem non nuntiauit*, quæſt. 40. num. 1. *Etiam ſi venditor promiſiſſet emptori rem venditam ſuis ſumptibus defendere*, ibid. num. 2. *Et etiamſi aliter quàm per denunciationem, & requiſitionem ab emptore factam, ſcientiam habuiſſet litis motæ*, ibid. num. 3. & 4. *Et quid ſi venditor iurauerit emptorem defendere?* ibid. num. 5. *An teneatur de euictione, quando ei nuntiatum non eſt, ſi emptor nullum p ſſe venditori ius competere probet? id vè notorium eſſet?* ibid. nu. 6. *Tenetur de euictione, licèt ei non fuerit facta nuntiatio, ſi ſuper re minori, vel Eccleſiæ vendita litem ſcit motam*, ibidem, num. 11. *Et an teneatur pauperi?* ibid. nu. 10. & ſeqq. *Pro euictione ſatisdare non tenetur, niſi noua ſuperueniat cauſa*, quæſtion. 45. num. 16. *Tenetur reficere expenſas neceſſarias, & vtiles emptori, quas in re quam venditor remedio* legis 2. C. de reſcind. vendit. *auocauit, fecerat*, quæſt. 41. num. 42. *Qui læſionem ſciuit, an beneficio* leg. 2. C. de reſcind. vend *gaudeat*, quæſt. 45. num. 17.

VENTER.

*Venter non patitur dilationem*, quæſt. 50. num. 8.

VERACRVZ.

*Veracruz reprobatur opinio*, quæſt. 17. num. 18.

VERBA.

*Verba propriè, & ſtrictè in ſtatutis intelligenda ſunt*, quæſt. 1. num. 10. *Narratiua, nihil de nouo diſponunt*, quæſt. 52. num. 27. *Præſentis temporis a lege adiecta diſpoſitionem ipſo iure inducunt*, quæſtion. 31. num. 12. prope fin.

*Verbi proprietas in dubio attendenda*, d. quæſt. 1. num. 10. & ſeqq. *Improprietas toleranda eſt, vbi lex tolerat*, ibidem numero 23.

*Secundum Grammaticalem ſenſum accipi debent*, ibid. d. num. 10. 11. 21. & ſeq. *Quandoque largè, quandoque ſtrictè in iure verbum accipi ſolet*, ibid. num. 20. Beo, & Beare, *quid ſignificet?* quæſt. 4. §. 5. numero 181. Euidentiſsimè, *vide Aduerbium* Euidentiſsimè. *Verbum* Differre *veram ſupponit potentiam*, quæſt. 17. n. 31.

VERITAS.

*Veritas, teſtatoriſque mens magis quã verba inſpicienda eſt*, quæſt. 1. num. 6. *Argumentis magis eluceſcit*, quæſtion. 39. num. 1 *Et magis eluſcet, quòſæpiùs ad manum venit*, ibidem ante num. 1.

VESTIS, VESTIRE.

*Veſte relicta, ſecundum conditionem perſonæ præſtanda eſt*, quæſt. 4. num. 13. *Veſtire non omnes æqualiter debent*, ibid. num. 12.

VICINVS.

*Vicinus præſumitur ſcire facta vicini*, quæſt. 5. num. 14.

VICTVS.

*Victus appellatione, quæ contineantur?* quæſtion. 4. numero 5. & num. 57. *Victum ſuum arctare non debet quis vt alium alat*, quæſt. 42. num. 21. *Victus an teneatur ad expenſas victori, qui eas non fecit, quia Aduocatus, Procurator, aliue Officiales gratis eum adiuuarunt, mercedemque remiſerunt?* quæſt. 28. num. 58. & num. ſeq. *Victus victori an & quando in expenſis teneatur?* quæſt. 39. num. 65. & 66.

VIDVA.

*Vidua pauper nubere volens, an & quãdo à filio dotari debeat?* quæſt. 16 num. 24. remiſsiuè. *Diues an miſerabilis propriè, & verè dicatur? foriique priuilegio, tam quoad Seculare, quàm Eccleſiaſticum gaudeat?* quæſt. 52. n. 5. & tribus ſeqq. *Pro recuperatione dotis agens, an aduerſarios ſuos coram iudice Eccleſiaſtico conuenire poſsit?* ibid. num. 53. *Pro repetitione dotis aduerſus pupillos agens, poteſt primum iudicem habere Senatum*, quæſt. 52. num. 65. *Et an vſuras, intereſſe, vel damnum poſt annum luctus, abſque alia interpellatione a mariti hæredibus pro dotis reſtitutione conſequatur?* quæſt. 26. nu. 48. & ſeqq. *Pauper dicitur, quæ patrem fratremve diuitem habet, hæredum mariti reſpectu, ab eiſque alimenta intra annum luctus dote non reſtituta conſequetur*, quæſt. 4 §. 3. num. 164. *Alia ſupple verb.* Vxor, & *verb.* Mulier.

VILIS.

*Vilis non dicitur pauper bonis præditus moribus, ingenuiſque parentibus natus*, quæſt. 9. num. 29. ad fin. & num. 70.

VIRGO.

*Virgo dicitur perſona miſerabilis*, in præfat. num. 9. remiſsiuè.

VIRTVS.

*Virtus ſua vi homines ad ſui amorem allicit, ſuiquemet pulcerrima eſt merces*, quæſt. 6. num. 49. *Non amplectitur, ſi præmium deſit*, ibid. num. 50. *Verum, & maturum eſt bonum*, quæſt. 4. §. 5. nu. 184. *Magnos facit*, quæſt. 6. num 70.

VITA, VIVERE.

*Vita pauperis eſt in cogitatione victus*, quæſtion. 6. num. 17. *Mortis genus eſt*, quæſt. 51. num. 14. *Turpem, & luxurioſam degere, quæ dicatur?* quæſt. 17. num. 5. *Turpem degere, & indigno nubere, in iure æquiparantur*, ibid. num. 10. *Viuere debet de altari, qui altari ſeruit*, quæſt. 12. num. 19. *Viuens ex proprio artificio an cedere poſsit bonis? vide verb.* Ceſſio bonorum.

VITIA.

*Vitia etiam autori diſplicent*, quæſt. 51. num. 9. *Ad peccandum fallaci mercede ſolicitant*, ibid. *Vitio naturali an parcendum?* quæſt. 17. num. 29. in fin. & num. 41.

VNIO.

*Vnio beneficiorum eſt odioſa, & iuri communi repugnans*, quæſt. 12. num. 1. & ſeqq. *Dignitatum, vide verb.* Dignitas.

An

*An poſsit fieri à Prælato duorum Monialium Monaſteriorũ?* vide verb. Præ atus. *Beneficiorum poteſt fieri Seminario puerorum, etiam futuro, & nondum conſtructo, fraude ceſſante*, quæſt. 12. num. 9. *Et qualiter huiuſmodi vnio Seminario fieri debeat?* ibidem, num. 8. *Plenè probanda eſt*, ibid. num. 11. *Et quanto tempore probari poſsit?* ibid. num. 13. *remiſsiuè. Solo verbo, aut facto fieri non poteſt, & ſi fiat irritatur*, ibid. num. 12. *Vnionis modus, per quem vnio facta eſt, probandus erit*, d. quæſt. 12. num. 14. *Neceſsitas, vel cauſa probanda eſt, nec ſufficit neceſsitatis nuntiatio*, ibid. num. 4. *Vnio beneficiorum nõ ſolùm pauperum Eccleſiarum reſpectu ſed etiam ipſius Cleri, eiuſque attenta conditione fieri poteſt*, ibi, num. 15. *Limitatur in eo, qui à principio paupere Eccleſiam acceptauit*, ibid. num. 16. & 17. *Epiſcopatuum ob paupertatem à Sede Apoſtolica fieri poteſt, & ſolet*, ibid. num. 3.

VNIVERSITAS.

*Vniuerſitas abſque Regia facultate collectam imponere non poteſt*, quæſtion. 38. num. 23. *Niſi paupertatis, vel neceſsitatis ratione*, ibid. num. 24. *Et quid de iure Regio?* ibid. num. 25. & 26. *Adminiſtratorẽ habens, an aduerſus canonem non ſolutum reſtituatur?* quæſtion. 33. num. 11. & 14.

VOLVNTARIA, VOLVPTARIA.

*Voluntaria eſſe debet omnis bona operatio*, quæſt. 34 num. 3.

*Voluptariæ expenſæ quando ſoluantur?* vide verb. Expenſæ.

VOTVM.

*Voto paupertatis non repugnat habere beneficium ad voluntatem Superioris amobile*, quæſt. 4. §. 2. num. 132. *Nec peculium ex Superioris permiſſu habere*, ibid. num. 133.

*VOX hæc*, Redde quod debes, *æquiſsima eſt*, quæſt. 44. num. 18.

VSVARIVS.

*Vſuarius alia non habens bona præter vſuaria, an pauper ſit?* quæſt. 4. §. 1. num. 87. & tribus ſeqq. *Et qualiter re vſuaria vti poſsit?* ibid. num. 86.

VSVCAPIO.

*Vſucapio intra breue tempus perficienda, pro perfecta habetur*, quæſt. 4. §. 2. numero 122.

VSVFRVCTVARIVS.

*Vſufructuarius ſi neceſsaria ad vitam percipere poteſt, pauper non eſt*, quæſt. 4. §. 1. num. 84. *Qualiter re fructuaria vti poteſt?* ibid. num. 85. *Deducere debet expenſas, & melioramenta vtilia*, quæſt. 41. numero 38. *Limita* num. 48. & 49. *Poterit vſum fructum habere, fructuſque ſuos facere non data ſatisdatione ſi petita non ſit*, quæſt. 53. num. 35. *An omnino ſatisdare teneatur? & an de neceſsitate vſusfructus ſatisdatio requiratur?* vide verb. Satisdatio.

VSVRARIVS, VSVRÆ.

*Vſurarius ob paupertatem a reſtitutione excuſatur*, quæſt. 54. num 4. *Et quid ſi culpa ſua ad paupertatem deuenit?* ibid. num. 5. & 36.

*Vſuræ an currant moratoria dilatione conceſſa?* quæſt. 44 num. 106. *Etiam in caſibus in quibus dilatione durãte currunt; exigendæ non ſunt vſquequo finiatur dilatio, nec interim peti poſſunt, ſicut nec principale exigitur*, ibid. num. 107. *Alia vide verb.* Mutuans.

VTILES EXPENSÆ.

*Vtiles expenſæ, quæ dicantur?* quæſt. 41. num. 35. *Alia vide verb.* Expenſæ.

VTILITAS.

*Vtilitas publica depoſcit vt pauperes illæſi ſeruentur*, quæſt. 51. num. 7. prope fin. *Magis quam priuata appetẽdenda*, quæſt. 6. num. 16.

VXOR.

*Vxor filii Clerici venit appellatione ſuorum*, quæſt. 4. num. 52. *Repetere poteſt dotem a viro, qui licèt bona ſufficientia pro dote reſtituenda habeat; non tamẽ pro conditione ſua, & ad decentem victũ redditus ex eis percipit neceſsarios*, ibid. §. 4. num. 171. *Habet dominium in rebus dotalibus*, quæſt. 16. num. 6. poſt med. *An poſsit cum conſenſu viri cenſum ſuper re dotali imponere?* quæſt. 22. num. 22. *Nullum intereſſe, vel lucrum prætendere poteſt pro dote poſt annum a morte mariti non reſtituta*, quæſt. 26. num. 51. *Et quid ſi vxor pauper eſſet, & pro alimentis, vel aliis*

*aliis neceſſariis ſumptibus pecuniam ſub vſuris acciperet? vel aliter ex dotis retardata ſolutione læderetur?* ibid. num. 52. & ſeqq. *An damnum emergens vxor diues poſt annum conſequatur?* ibid. num. 53. *Conſequitur a marito alimenta, litiſque expenſas, ſiue agat, ſiue conueniatur, ſiue de adulterio accuſetur, ſiue pro matrimonio ſeparando, vel dirimendo, pro dote ve recuperanda agat,* quæſt. 39 num. 21. *Non tenetur pro debito mariti,* quæſt. 48. num. 5. *Diues tenetur ſoluere pecuniam, quam vt ſe, ſuoſque aleret, mutuam maritus pauper recepit,* ibidem, num. 9. *Et non ſolùm pecuniam à marito pro alimentis acceptã neceſſariis, ſed & ad ſtatus conſeruationem,* ibidem, num. 10. *Et pro penſionibus domorum,* ibid. num. 11. *Et pro expenſis in emendo ſuſtinẽdoque curru, ſi id eius expoſcat conditio,* ibid. num. 12. *Vel ſi merces emptas acceperit maritus, eaſque vt vxorem aleret, reuendiderit, licèt immediatè reuenditarum mercium pretium in alimenta non conuertatur,* ibidem, num. 13. *Secus ſi maritus tempore quo debitum contraxit, pauper non eſſet,* ibid. num. 14. *Alimenta, neceſſariaque ex fructibus dotis, vel ex paraphernalibus, vel alijs etiã bonis, licèt ſua culpa ad paupertatem deuenerit maritus, illi præſtare tenetur,* quæſtion. 54. num. 32. *Quæ adulterium commiſit, non ſolùm bonis mariti, ſed etiam dote priuatur,* ibid. num. 33. *Vagabundi cum quo ſcienter contraxit, eum ſequi tenetur,* quæſt. 45. num. 24. remiſsiuè. in fin. *Vxorem ducere abſque dote, pauci, aut nulli volunt,* quæſtione 17. numero 47.

# INDICIS PRIMAE PARTIS FINIS.

TRACTATVS

# DE PRIVILEGIIS PAVPERVM, ET MISERABILIVM PERSONARVM.

PARS SECVNDA

IN VLTIMIS VOLVNTATIBVS, IVDICIIS CRIMINALIBVS, DELICTISQVE PRIVILEGIA CONTINENS.

*IVRIS STVDIOSIS ET IN SCHOLIS, ET IN foro versantibus opus non modò vtile; sed necessarium, bonarumquè literarum sectatoribus pulcrum, & varia lectione refertum.*

PRAECLARISSIMO DOMINO D. DIDACO DE CORRAL ET ARELLANO, DIVI IACOBI ORDINIS EQVITI, A POTENTISSIMI REGIS NOSTRI PHILIPPI IIII. IVSTITIAE CAMERÆ, REGIIQVE PATRIMONII CONSILIIS, &c. DICATVM.

*AVTHORE LICENTIATO GABRIELE ALVAREZ DE VELASCO, Regiæ Vallisoletanæ Cancellariæ causarum Patrono.*

Anno 1630.

CVM PRIVILEGIO.

MATRITI, Apud viduam Ildephonsi Martin.

*Expensis Dominici Gonçalez, Bibliopolæ.*

# TRACTATVS DE PRIVILEGIIS PAVPERVM, ET MISERABILIVM PERSONARVM.

## PARS SECVNDA

*Textus iuris Canonici, Concilii Tridentini, iuris Ciuilis, & Regii, qui in hac secunda parte interpretantur, in indice verbo Intellectus repositi sunt.*

Anno 1630.

## ERRATA HVIVS SECVNDÆ PARTIS *sic emendanda.*

FOl.4.nu.27.col.2.in princip.lin.2.Diſpoſitione,lege Diſpoſitioni,fol.13.n.13. lin.2.ſi alia,lege niſi alia,fol.18.num.18.lin.2 impediſſe,lege impendiſſe,ibi. lin. 16.proteſtatio,lege proteſtatione, & ibidlin.17. declaratio,lege declaratione, fol.25.col.2.lin.5.notabimus,lege notauimus,fol.29.num.21.col.3.lin.1. fuere, fuerant.

Liber hic nomine inſcriptus, *De priuilegiis pauperum ſecunda pars*, correſpõdet ſuo exemplari, demptis his mẽdis. Datum Matriti die decimatertia menſis Aprilis, anni 1630.

*Licentiatus Murcia de la Llana.*

## *SVMMA DE LA TASSA.*

EStà taſſado eſte libro intitulado *De priuilegiis pauperũ, & miſerabilium perſonarum ſecunda pars*, por los ſeñores del Conſejo, a quatro marauedis cada pliego, como conſta de la certificacion que dello dio don Fernando de Vallejo Secretario del Rey nueſtro Señor, y Eſcriuano de Camara; en Madrid a 18. de Abril de 1630. años.

## *SVMA DEL PRIVILEGIO.*

TIene el Licenciado Gabriel Aluarez de Velaſco, Abogado en la Chancilleria de Valladolid, licencia y priuilegio por diez años para poder imprimir vn libro intitulado *De priuilegiis pauperum, & miſerabilium perſonarum ſecunda pars*: como cõſta de ſu original, refrendado por Iuan Laſſo de la Vega, Secretario de ſu Mageſtad, y deſpachado en el oficio de Diego Gonçalez de Villarroel, Eſcriuano de Camara: ſu fecha en Madrid a 26. de Nouiembre de 1629. años.

# LICENTIATI D. ANDREAE DE PEDROSA VILLAMAR, IVRIVM PROFESSORIS.

## DICOLON TRISTICON IN LAVDEM AVCTORIS.

### EPIGRAMMA.

*COmmoda dum properas Gabriel narrare libello*
*Pauperis; en gemmis pagina tota nitet.*
*Et tibi, diuitiis concedit gemmifer Indus*
*Et nitidus Ganges, aurifer atquè Tagus*
*Cœlitus, o fœlix ea mens cui contigit; ima*
*Reddat vt Ingenio nobiliora suo!*



## APROVACION DEL LICENCIADO *Francisco de Vitoria.*

Por comissionn del señor don Iuan de Velasco y Azeuedo, Vicario desta villa de Madrid, he visto el libro intitulado, *De priuilegiis pauperum, & miserabilium personarum secunda pars*, compuesto por el Licenciado Grabiel Aluarez de Velasco, Abogado de la Real Chancilleria de Valladolid, y no solo no contiene cosa contra nuestra santa Fè Catolica, ni mal sonante, antes su Autor muestra grande erudicion, elegancia, y sutileza en las questiones que trata, que son muy praticables, vtiles, y necessarias: y assi se le puede y deue dar la licencia que pide para imprimirle. En Madrid a quinze de Octubre de mil y seiscientos y veinte y nueue años.

*Licenciado Francisco de Vitoria.*

---

## APROVACION DEL LICENCIADO ALONSO Carrança.

*HE visto por mandado de V. A. vn libro intitulado* De priuilegiis pauperum, & miserabilium personarum secunda pars, *en que el Autor muestra bien su diligencia, ingenio, y cuidado en juntar y resoluer lo concerniente a la materia. No hallo en el cosa alguna contraria al bien publico, y buenas costumbres: porque puede V. A. siendo seruido conceder al Autor la licencia que pide para su impression. Assi me parece. En Madrid 31. de Octubre de 1629.*

Licenciado Alonso Carrança.

# LECTORI.

IN prima huius Tractatus parte ſecundam pauperum, miſerabiliumquè perſonarum priuilegia in vltimis voluntatibus, delictiſquè cõtinentem (quibus numeris ſuis abſolutus Tractatus hic, totaquè videtur materia) ſumus polliciti. Adimplemus promiſſa. Vtinam & noſtra, & Lectoris adimpleamus vota. Quæ quia nulli adhùc mortalium conceſſa fœlicitas, & inuidiæ, & inſcitiæ ſubiecta; benè Nobiscum actum iudicabimus, ſi aptè dicta (ſi quæ ſunt) minus comptè, argutèque prolatis gratiam comparent. Neque enim omnia malè, neque omnia bellè, venuſtèque continere librum poſſe, compertum eſt, Martialiſq; oſtendit:

*Lib. 7. epigram. 74. aliàs 89. ad Creticum.*

*Iactat inæqualem Matho me feciſſe libellum,*
*Si verum eſt, laudat carmina noſtra Matho.*
*Æquales ſcripſit libros Caluinus, & Vmber:*
*Æqualis liber eſt Cretice, qui malus eſt.*

Et alibi idem ipſe.

*Lib. 1. epigram. 16. aliàs 74. ad Auitũ.*

*Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala plura,*
*Quæ legis hìc, aliter non fit, Auite, liber.*

Hunc te iudicaturum, non tam ad eundem Martialem in Lælium ſic inuehentem:

*Lib. 1. epigram. 59. aliàs 74. in Lælium.*

*Cum tua non edas, carpis mea carmina, Læli,*
*Carpere vel noli noſtra, vel ede tua.*

quàm ad Horatium conſulentem mittam:

*De arte Poet.*

*Verùm vbi plura nitent in carmine, non ego paucis*
*Offendar maculis, quas aut incuria fudit,*
*Aut humana parum canit natura.*

Non placitiſquè præſertim ignoſces; tum ſi animi noſtri motus (quorum te vt prouinciam hãc ſubiremus, in primæ huius Tractatus partis epiſtola certiorem fecimus) intuearis: tum (quia vt Seneca ait) *Nullum ſine venia placuit ingenium.* Hæc te mitiorem, beniginumquè iudicem reddant.

*Epiſt. 115.*

*Ouid. de Ponto li. 3. eleg. 9. infin.*

*Da veniam ſcriptis, quorum non gloria Nobis*
*Cauſa, ſed vtilitas, officiumquè fuit.*

PRÆ-

# PRÆCLARISSIMO DOMINO D. DIDACO de Corral & Arellano, Diui Iacobi Ordinis Equiti, à Maximi ac Potentiſsimi Philippi IIII. Iuſtitiæ, Cameræ, Regitique patrimonii Conſiliis, &c.

SI Conditio naſcendi à noſtro penderet arbitrio (præclariſsime Domine) vltimam dementiæ tetigiſſe metam, rationis nullam eum meritò diceremus, qui optimos quoſq; fortunatiſsimoſq; ſibi parentes non optaret. Quòd ſi humanis vetuit; animi, ingeniiq; fœtibus Natura conceſsit. Primus inde ille meus *De priuilegiis pauperum, & miſerabilium perſonarum*, Excellentiſsimum Dominum D. Gaſparem de Guzman, Comitem de Oliuares, Ducem de San-Lucar, &c. Te hic ſecundus PATRONVM, MECOENATEM, VERVMQVE PARENTEM adeptus eſt. Tantus ingeniis, ſiuè maximis, ſiuè tenuioribus fauor! Illis, quia merẽt: His, vt mereant: Sine quo nullum vnquam erupit. *Cũ ingenia* (vt Seneca inquit [a]) *fauor hominum oſtendat, fauor alat. Nec enim* (teſtante Plinio [b]) *cuiquam tàm clarum ſtatim ingenium, vt poſsit emergere, niſi illi materia, occaſio, Fautor etiam, Commendatorq; contingat.* Quantum libelli huius materia, & occaſio fauorem ſibi arrogent, nemo non iudicabit; pariterq; atque longè validiorem in tanti Domini patrocinio eſſe repoſitum. Quem penes virtutis cultus, vitæ candor, morum integritas, literarum amor, ſtudioſorum dilectio reſidet, omnigenæquè eruditionis ſedem ſibi Scientia locauit. Cuius nominis ſplendor caliginem in ſole (vt aiunt) maleuolis, detractoribus metum, liuidis terrorem incutiet: approbationẽ operi, & authoritatem cumulabit, miſeris leuamen. Quòd ſi (vt conſultò Seneca [c]) *Hominum vtiq; delectus habendus eſt, an digni ſint, quibus partem vitæ noſtræ impendamus; an ad illos temporis noſtri iactura perueniat*: Cui ali (nec ex voto quidem formato, aut concepto) vitæ meæ partem beatiùs impenderem, vouerem, dica-

a *Contr. lib. 10. in epiſt. procœmiali ad Nouatum.*

b *Epiſt. lib 6. ep. ad Triarium.*

c *De trãquillitat. animi, cap. 6.*

dicarem? Cui miſerabilium tutamen, meiq; cliẽtelam potiùs committerẽ? quàm Iuſtitiæ Normæ, Legum Lucernæ, Iuris Antiſtiti, Virtutis Exemplo? Cuius humanitas iurium ſeueritatem lenit, puſillos protegit, fouet miſeros: Cuius ſeueritas potẽtiores terret, ab illorũ iniuriis inferiores vindicat, omnes in officio cõtinet. Cui nihil ſeueritati hilaritas, nihil grauitati ſimplicitas, nihil maieſtati humanitas detrahit; ſed ſumma omnium virtutum in te concordia, nullo vitiorum confinio læſa. Cui deniq; natalium claritas, generis nobilitas, tot egregiè factis à Maioribus quæſita, tantis ab Attauis parta meritis, tuis non ſeruata modò, ſed adaucta, & maximorum tuorũ operum prætextu ſtemmatum, imaginumque tuarum titulis amplificata: ciuilium Officiorum ratio, & Dignitatũ culmẽ, quibus prouidentiſsimè à beatis, potentibuſque Regibus noſtris PHILIPPO III. & IIII. in omnium gratiam, in commune bonum honeſtatus es, quibuſq; ſpecioſiſsimè fungeris, hanc curã, & mihi neceſsitatem imponunt. Exile fateor, ponderoſum imò, ſed diuite animo, ſed generoſo munus: paruum tanto Domino; ſed quod tanto Domino eget: Vtquè cum Ouidio [d] loquar.

d *De Põto libr. 3. eleg. 4. ad Ruſinum.*

*Eſt opus exiguum, veſtriſquè paratibus impar:*
*Quale tamen cumquè eſt, vt tuare rogo.*
*Firma valent per ſe, nullumquè Machaona quærunt:*
*Ad medicam dubius confugit æger opem.*
*Viribus infirmi veſtro candore valemus,*
*Quem mihi ſi demas, omnia rapta putem.*
*Cunctaquè cum mea ſint propenſo nixa fauore:*
*Præcipuum veniæ ius habet iſte liber.*
*Non ego defectus, dubiiſquè Authoribus vſus,*
*Ad veſtri venio iure fauoris opem.*

*Licentiatus Gabriel Aluarez de Velaſco.*

LICEN.

# LICENTIATVS PAVLVS DE VICTORIA

*apud Regia Consilia causarum Patronus Licentiato*

*Gabrieli Aluarez de Velasco*

*S. P. D.*

IAM miseri, quibus solebat fatum crudeliter vti, in quibus vix erat spiritus precarius, ex illis ærumnarum procellis, quibus eos nouerca fortuna concussit, tuo (Gabriel amice charissime) præsidio incolumes emergunt, contingunt litora, & optata potiuntur arena. Iam illa contracta paupertas, quæ omnibus inuisa, temporis sæpè iniuriis magna diuitiarum vi flexa succũbens, suis à mitissimis Iurisconsultis concessis priuilegiis fraudata recessit ab aula, & foro cessit: tua opera eorum gratiis restituta, & ab oneribus ad honores reuocata soluitur, & nulli se pugnæ subtrahens, causas strenuo robore, temperato discrimine, ac superata formidine tuetur. Hic tuus labor, hic omnium liber (quia omnibus prodest) liberos, & beatos pauperes fecit, & nomen tuum ad sidera euexit, ac posteritati cõmendauit. Te pro dignitate quasi vaticinio Leo Anthen. Imperator laudauit: *Qui lapsa erigis, fatigata reparas, & humano generi hac nobilissima militia, & patrocinio pauperibus, & miseris gratis impenso, ac si præliis, atque vulneribus patriam, parẽtesquè saluares, præstantissimè prouides.* Cui vtilius sit hoc opus, an tibi, an pauperibus, & miserabilibus; mens anceps nostra discernere nequit. Illos ab iniurijs seruat, te ab obliuionis edacis tacito morsu (qui rerum humanarum exitium ineuitabile est) immunem reddit. Illorum labores lenit, animos fortunæ vulneratos ictibus fouet; periculorum timorem remittit; pauperibus diuitias, pupillis incrementum, virginibus tutamen, viduis solatium, omnibus deniquè commoda, & securam fœlicitatem præstat. Te iuris alumnum eruditissimum, beneficum, indulgentissimum, omnibus gratum, &

*L. Aduocati, C. de Aduocatis diuersorum iudiciorum.*

ama-

amabilem prædicat. O fortunatus labor, qui tanto cum fœnore fructus refert! vt non solùm integrè, verumetiam amplissimè eius veritatem sententiæ, *Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem*, experiamur. Laudamus, imo miramur tui singularis ingenii dexteritatem, tuæ eloquentiæ opes, & facundiam, tuarum sententiarum pondus, & in controuersiis sedandis eximium arbitrium: summæ quoque laudationis, quòd maximum huic operi ornamentum, atquè eo dignum patrocinium comparasti, cùm id Domino D. Didaco de Corral & Arellano, Equiti nobilitate clarissimo, omnigena eruditionis suppellectili conspicuo, iurisperitia præstantissimo, Supremi Senatus Regii integerrimo Iudici, humanitate, benignitate, & omnium virtutum splendore, de omnibus benemerito dicaueris. Hæc cùm ita constitueris, vota nostra superasti: viues enim fœliciter, cùm te æternitati consecraueris, & nulli secundus aura secunda cœlum vertice tetigeris. Habes iam quod tibi amicitia nostra precari potuisset. VALE.

*Licentiatus Paulus de Victoria.*

ELEN-

# ELENCHVS QVÆSTIONVM IN HAC SECVNDA parte contentarum.

QVAEST. LVI.

VTrum coniux pauper cõsanguineis prædefuncti, vel legitima etiam sobole exiſtentibus, coniugi diuiti prę-mortuo ſuccedat? Et in qua parte?

QVAEST. LVII.

Vtrùm pendente confectione inuentarii poſsit pauper hæredẽ etiam pro hæreditariis actionibus conuenire?

QVAEST. LVIII.

Vtrùm adiens hæreditatem inuentario non confecto, vel elapſo inuentarii cõficiendi tempore, propter paupertatem excuſetur, nè vltra hæreditatis vires teneatur? Et quid ſi pauperi ſuccedat?

QVAEST. LIX.

Vtrùm filii, vel deſcendentes pauperes teneantur cum fratribus, vel aliis deſcendentibus bona, quæ pro ſuis neceſsitatibus conſumpſerunt, conferre, aut in legitimam imputare?

QVAEST. LX.

Vtrùm mater ad ſecundas cõuolans nuptias antequàm rationem tutelæ reddat, reliqua ſoluat, tutoremque filio aſsignare faciat, propter paupertatem excuſetur?

QVAEST. LXI.

Vtrum Clericus in ſacris cõſtitutus poſsit, vel etiam compellatur pro pauperibus, ac miſerabilibus tutor, aut curator exiſtere?

QVAEST. LXII.

Vtrùm executor teſtamenti ad diſtribuendu bona inter pauperes nominatus poſsit teſtatoris conſanguineos, ipſiusvèmet, vel filios, aut ſeipſum, ſi pauperes ſint, eligere?

QVAEST. LXIII.

Vtrùm executor teſtamenti conuenire, vel conueniri poſsit pro teſtatoris adimplenda voluntate, vbi ſaltem ad diſtributionem inter pauperes, miſerabileſvè perſonas faciendam nominatus eſt?

QVAEST. LXIIII.

Vtrùm conditio *Si nupſerit*, limitatum habeat tempus intrà quod debeat adimpleri? Et quid ſi pauperi adiecta ſit? Vel ſi intra certum tempus matrimonium contrahere iuſſus, ob paupertatem non contrahat, an legatum amittat, vel hæreditatem?

*ALIAS IN VLTIMIS VOLVNTATIBVS quæstiones, non tamen quæstionum inscriptione, sed priuilegium pauperũ, miserabiliumq; formando, vt breuiùs Nos expediremus, post vltimarum voluntatum priuilegia (specialium nomine) in vnum congessimus. Quas nè has legentes operi deficere iudicarent; suo hic ordine numerorum assignatione locamus.*

VTrùm in conditione de nubẽdo certæ, & determinatę personæ, aliqua in conditione appositarum personarum ante conditionis implementum decedente, legatum corruat? Et quid si pauperi appositа conditio sit? in specialibus, num. 1. & 2.

Vtrùm conditio *Si sine liberis decesserit*, tacitè à lege subintellecta, cum fideicommissum vniuersale à filio post ipsius mortẽ relinquitur; si pauperibus relinquatur, subintelligatur? ibidem, numer. 3. & seqq. vsque ad 8. excluſiuè.

Vtrùm tacita pupillaris substitutio matrem pupilli excludat? Et quid si pauperes substituti sint? à num. 8. vsquè ad 12. excluſiuè.

Vtrùm pupillaris expressa matrem excludat? Et quid si mater pauper sit? numer. 12. & tribus seqq.

Vtrùm legatum consanguineis pauperibus factum, pietatis ratione, an sanguinis factũ præsumatur? ibid. num. 16.

Vtrùm dispositio in fauorem pauperum, miserabiliumq; personarum, de prima tantùm vice intelligatur? ibidem, numer. 17. & 18.

QVAEST. LXV.

Vtrùm in delictis ab eorum pœna, & infamia aliàs incurrenda, excuset paupertas?

§. I.

Vtrùm à contumacia excuset paupertas?

§. II.

Exponentes infantes, quibus plectantur pœnis? Et an ab eis excuset paupertas?

QVAEST. LXVI.

Vtrùm reo pauperi, vel miserabili personæ, etiam non petenti, actorum, processus, & indiciorum sit danda copia?

# SECVNDA PARS.

## VTRVM CONIVX PAVPER CONSANGVINEIS PRAEDEFVNCTI, VEL LEGITIMA ETIAM SOBOLE EXISTENTIBVS, CONIVGI DIVITI PRAEMORTVO SVCCEDAT? ET IN QVA PARTE?

## *SVMMARIVM.*

1 In ſucceſsionibus, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato primus liberorum eſt gradus.

2 Quæ pars bonorum paternorum antiquiori iure filiis erat relinquenda?

3 Et quę de recẽtiori Authẽticorũ iure?

4 Et qualiter, & in quibus bonis ſuccederent?

5 De iure nouiſsimo Regio in quibus bonis filii tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato parẽtibus ſuccedant? & n. 6.

7 Filius ab inteſtato patri ſuccedens, quintũ pro eius anima neceſſariò diſtribuere nõ tenetur, nec ab eo per iudices Eccleſiaſticos ad id erit extorquendũ.

Ab inteſtato omnia parẽtum bona filii legitima cenſentur, ibid.

8 Coniux non niſi in defectum conſanguineorum, vſque ad decimum gradũ, coniugi ſuccedit.

9 Coniux pauper in quartam bonorum coniugis diuitis decedentis partem, cũ filiis, ſi tres, vel pauciores ſunt; ſin verò plures, in virilem portionem iure Codicis ſuccedit.

10 Et quid hodie de iure Regio? & n. ſeq.

11 Leges poſteriores augentes legitimã, per priores intellectũ, limitationemq; recipiunt. Et quod lege noua nõ exprimitur, id veterum legum regulis reſtrictum intelligitur.

12 Coniux pauper etiam hodie coniuge teſtato decedente, ab eoque extranei quinta bonorũ parte relicta, pro quarta cum filiis concurret.

13 Quarta cõiugi pauperi debita, eſt debitum legale, tempore celebrati matrimonii cum coniuge paupere tractatũ, & num. 44.

14 Quarta hæc tamquam æs alienum priusquam tertium, & quintum deduci debet, illudque minuit.

Et quid ſi melioratio tertii, & quinti per contractum donationis irreuocabilis facta fuiſſet? ibid. remiſsiuè.

15 Diſpoſitio *Authentic. Præterea*, C. *vnde vir*, *& vxor* ita in marito paupere ſuperſtite, ſicut in vxore, marito diuite decedẽte locum habet, dictaque in altero coniugum, in alio quoque hac in ſpecie procedunt.

16 In bonis filiis a matre relictis vſumfructum pater habet. Et an tunc *d. Authẽtic.* diſpoſitio locum habeat? & num. ſeq q.

17 Maritus pauper ſuperſtes, filiis communibus non ſtantibus, quartam in bonis vxoris diuitis præmortuæ habet.

18 Et quid filiis communibus exiſtentibus?

19 Et quid in matre quam filii tenentur alere? & num. ſeqq.

Duæ lucratiuæ cauſæ circa eandem perſonam, & rem concurrere

non debent, dict. numero 18.

20 Ius consequendi alimenta ita demum excludit a quarta, cum tempore mortis viri illud ius creatum, productum que erat, secus si creandum, aut producendum foret.

21 Pauper dicitur mater licèt actionem habeat contra pauperem, vel non exigibilem de iure, & de facto.

22 Vt mater, quæ alimenta percipere potest, pauper non dicatur, remouerique valeat à quarta, requiritur vt aliunde, non ab ipsius mariti substantia alimenta percipiat.

23 Vxor pauper, quæ fratrem diuitem habet, à quo alimenta consequi potest, an quartam ex bonis prædefuncti mariti diuitis deducat?
Remedium minùs subsidiarium præualet, vbi duo subsidiaria remedia adsunt, ibi.

24 Et an quæ patrē diuitē habet, beneficiū quartæ consequatur? & num. seqq.

25 Vt beneficium quartæ denegari vxori possit, facultates in actu, non in habitu, vel potentia habere debet.
Ius adeundi hæreditatē alicui cōpetēs non efficit vt locuples dicatur, ibid.

26 Non dicitur quis habere vnde se alat, nisi ex proprijs bonis possit alimenta percipere.

27 Dispositio *Authent. Præterea*, quartæque detractio non solùm vbi mulier nullam omnino ad matrimonium bona attulit: sed si attulit, paruam tamen, & incongruam, locū habet, & num. seqq.
Et quæ paruitas ad id requiratur? nu. 30. & seqq.

28 Causa finalis constitutionis *d. Authen. Præterea*, superstitis fuit coniugis inopia, & ne in præteriti matrimonii dedecus mendicaret.

29 *Parum*, & *nihil* æquiparantur.

31 Dos parua notabiliter, vt *d. Authent.* dispositio locum habeat, quæ dicatur? & num. 32. & seq.
*Plus*, & *minus* specie nō differunt, ibi.
Dotis paruitas an respectu diuitiarum prædefuncti mariti, vel conditionis viduæ iudicanda sit? num. 33.

32 Vxor quæ ex redditibus dotis alimenta non percipit necessaria, quartam ex *d. Authentic. Præterea* dispositione habere debet.

34 Nec ad hoc proprietas vendenda est.
Et qualiter alimenta hæc considerանda sint? numero 41.
Et an sufficiat si secundū vitæ necessitatem, licèt non secūdū dignitatē alimenta mulier habeat? num. 42. & seq.

35 Quartæ detractioni locus est, licèt mulier indotata, vel incongruè dotata industriosa sit, viuereque ex proprio artificio, iunctisve dotis reddi tibus possit, in muliere præcipuè nobili, cui operari dedecus esset.
Et quid in mulicre ignobili cui victū propriis manibus, & laboribus quærere indecorum non esset? num. 38. & 39.
Vxor nobilis nec viro viuente tenetur operari, nec mortuo marito viliores operas, quàm eo viuente faceret, exercere, d. num. 35.

36 Hæres qui in causa est, vt defuncti mariti vxor alteri seruire cogatur, vel aliter per artem vilem sibi victum quærat, indignus efficitur hæreditate.
Limita num. sequen.

39 *Authent. Præterea* dispositio etiam in muliere ignobili cui indecorū nō esset laborare, si vel valetudinaria, vel senex sit, locum habet.

40 Senex dicitur quinquagenaria.

41 Mulier quæ secundū necessitatē viuere, non secūdū dignitatē potest, nec ita lautè vt cum marito viuebat, an beneficiū quartæ habeat? & duobus nu. seqq.

43 Iudicis arbitrio relinquitur, quis in d. *Auth. Præterea* specie pauper dicatur.

44 Coniux locuples decedens superstitē paupere quarta hac priuare nō potest.

45 Nec delinquendo, & licèt ad Fiscū ob coniugis delictū eius bona perueniant, quartā cōiux superstes habebit, & n. 116

46 Etiamsi confiscatio alicuius particularis statuti fieret vigore.

47 Et etiam in læsæ Maiestatis crimine.

48 Coniux sicut in totum quarta coniugem superstitem priuare nō potest: ita nec in parte, nec legatum (etiam alimēta excedens, si quartam non æquet) ei relinquendo, & num. 56.

49 Legatum coniugi à coniuge factum in quartā debet imputari, & quod quartæ deest suppleri, & num. 56.

50 Quartæ detractioni locus non est, quando coniux aliqua in vita coniugi donauit ex quibus viuere possit. Limita, & intellige vt num. seq.

52 Et quid si a coniuge in vita donata cō sumpsit, vel dilapidauit coniux?

53 Coniux non imputat in quartam legatum

tum à coniuge cum grauamine alteri reſtituendi factum, ſi nullum inde cõmodum ſentiat; ſecus ſi ſentiat, & numer. ſeq.

55 Coniux poterit legatum à coniuge factum repudiare, & quartam habere, niſi quartam compleat.

56 Coniux ſimpliciter legatum ſibi à coniuge factum acceptans, ſi ad quartam non aſcendat, ea non priuatur; debet tamen illud in quartam imputare. Limita duobus numer. ſeqq.

59 In quartam quæ ſint imputanda?

60 Coniux ſuperſtes ad debitorum ſolutionem pro rata obligatus eſt.

61 Quarta non vt quota bonorum, ſed hæreditatis debetur.

62 Succedens in quota bonorum, à creditoribus conueniri non poteſt, ſecus ſi in quota hæreditatis.

63 Nomen *bonorum* ære alieno deducto intelligitur, remiſsiuè.

64 *Hæreditatis* nomen etiam debita includit.

65 Pro pignoris luitione coniux pauper in quartam ſuccedens tenebitur.

66 Vt *Authentic. Præterea* diſpoſitio procedat, quatuor principaliter deſiderantur, & quæ?

67 Coniux quartã prætendens verũ matrimoniũ interceſsiſſe probare debet.

68 Matrimonium clandeſtinè contractum, an matrimonium dicatur, & vt tale iudicandum ſit?
Quartæ detractioni an inter coniuges ex matrimonio clandeſtino locus ſit?

69 Sponſa de præſenti etiam ad viri domum non traducta, nec carnali ſequuta copula, quartam detrahit, & num. 73.
Sponſi de præſenti abſque copula, vel traductione ad domum, verè coniuges, vir atque vxor vocantur, ibid.

70 Sponſa de præſenti etiam ad domum viri non traducta, nec carnaliter cognita mariti forum ſortitur.

71 Statutum maritatas à ſucceſsione excludens, eas quoque quæ per verba de præſenti, licèt nec ad domum viri traductæ, nec ſint carnaliter cognitæ, maritatæ ſunt, excludit.

72 Omnia iura de matrimonio, ſeu de marito, & vxore loquentia, quando per verba de præſenti copula etiam vel traductione non ſequuta contractum eſt, locum habent.

74 Sponſa de futuro quartã non detrahit.

75 Quartam in bonis coniugis prædefuncti prætendens, paupertatem ſuam (vt illius conceſsionis cauſam, intentioniſque ſuæ fundamentum) probare debet.

76 Dos congrua, vel incongrua vt quartæ locus ſit, quo tempore attento ſit iudicand.?

77 Vxor quæ mortis mariti tempore inops reperitur, quartam retinere, aut conſequi poterit, licèt ad meliorem poſtmodum fortunã deueniat, ditiorque fiat, cum maritove diuite matrimonium contrahat.

78 Et quid ſi incontinenti poſt mariti mortem aliquo caſu fieret vxor locuples? vel pauper, cum diues eſſet? remiſsiuè.

79 Auri libra ducatorum 72. continet valorem.

80 Quarta coniugi inopi debita centum librarum auri ſummam excedere non debet; & ſi excedat, ad centum tantùm auri libras conditione ex lege coniux ſuperſtes ager.

81 Coniux pauper ſuperſtes quartam ſine diminutione habebit, licèt ampla ſit, minorique quantitate honeſtè viuere poſſet.

82 Nec augebitur licèt maiora alimenta ad vitam decenter tranſigendum requirantur.

83 Quarta cõiuxi ſuperſtiti pauperi debita an & quando quoad vſumfructũ & proprietatem, vel vſumfructum tãtùm debeatur? & num. 84. 85. 86. 87. 89. & 92.

84 Liberorum appellatio maſculos, & fœminas comprehendit.

87 Coniux ſuperſtes concurrens pro quarta in ſucceſsione cùm nepote ex filio communi præmortuo, vel cum aſcendentibus coniugis mortui, quoad vſumfructum tantùm quarta fruetur.

88 Coniux pro quarta cum ſeptem, vel octo nepotibus ex filio cõmuni cõcurrens, quartã nihilominus debet habere.
Quartæ locus non eſt, ſi plures quàm tres ſtent filii, ſed in virile cõiux ſuperſtes ſuccedet, ibid.

90 Quarta abſque diminutione debetur coniugi tranſuerſalibus ſuccedentibus, licèt plures quàm tres in eodem gradu defuncto ſtent conuncti, & num. ſeq.

93 Vxor quartã hãc ex omnib⁹ prædefuncti mariti bonis, ſiue mobilib⁹ ſiue immobilib⁹

bilibus, in quoquove territorio exiſtẽtibus habebit.

94 Et idẽ in marito, qui in quartã dotis, & aliorum bonorum vxoris ſuccedet.

95 Quartæ hæc etiam in feudo hæreditario, non verò in feudo ex pacto, & prouidentia, abſoluto, vel mixto debetur, & num. ſeq.

97 Nec in emphyteuſi Eccleſiaſtica, aut etiam laicali locum habet.

98 Nec in bonis fideicommiſſo ſubiectis.

99 Nec in bonis maioratus.

100 Coniux, quæ prædefuncti coniugis hæreditatem expilauit, quartam hanc non deducit. Limita, & intellige vt numero ſeq.

102 Nec quæ poſt mariti mortem, ante quartæ receptionem impudicè viuit.

103 Nec coniux coniugem occidens, vel ob cuius culpam coniux deceſsit, quæve coniugali affectu coniugẽ non tractauit, & duobus ſeqq. numer.

106 Nec cuius cauſa Iudicis authoritate ſeparatio matrimonii facta eſt, quæ mortis tempore durat.

107 Nec quæ à viro abſque cauſa diuertit, ſecus ſi culpa viri, & numer. ſequenti.

109 Sponſa quam maritus ex iniuſta cauſa admittere recuſat, in quartam marito ſuccedit.

Idem eſt expellere, & non admittere, ibid.

110 Quartæ deductioni locus non eſt, ſi vtriuſque coniugis culpa, & mala gratia diuortium factum ſit, ſecus ſi bona, & in caſu licito, & num. ſeq.

112 Coniux ſterilis impedimẽto naturæ, quartam non deducit.

113 Nec quæ à primo viro quartam habere potuit, eam in bonis ſecundi habebit. Limita num. 114. & 115.

116 Vxor pauper, quæ à primo coniuge etiã cuius bona confiſcata eſſent, quartam non petiit, in bonis ſecundi eam non debet habere.

117 Coniux ſuperſtes an quartam hanc propria poſsit authoritate deducere?

118 Coniux pauper ſuperſtes an poſsit ad reuocationem donationis gratuitæ à coniuge factæ agere, ſi ob illius immenſitatem quarta priuetur?

119 Ius quartæ huius an ad hæredes transmittatur?

## QVÆST. LVI.

1 PRimus in ſucceſsionibus liberorum eſt gradus † *Authẽ. Inſucceſsione, C. de ſuis & legitim. hæredib.* & in corpore vnde ſumitur in *Auth. de hæred. ab inteſt veni. §. 1. coll. 9. l. Inter filios 11. C. famil. herciſc. l. Inter cætera 30. D. de liber. & poſthum. l. 1. D. de iniuſt. rupt. irrit. que fact. teſtamen. l. 53. tit. 6. part. 1. l. 3. tit. 13. part. 6.*

Siue ex teſtamento, vt in *d. l. Inter cætera, & in princip. inſtit. de exhæredat. liberorum*: ſiue ab inteſtato, vt in *l. Maximũ vitiũ, 4 C. de liber. præter. & in d. Auth. de hæred. ab inteſt. venient. in princip. §. 1. inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. dicliſque iuribus Regiis.*

Ex teſtamẽto autem, ſiue vnus, ſiue plures filii eſſent, antiquiore iure quarta pars
2 † eis erat bonorũ paternorum relinquẽda. *l. Papinianus 8. §. Quoniã, & §. Quarta autem, D. de inoffic. teſtam. l. Cum quæritur, 6. l. Parentibus, 8. C. eod. tit. §. fin. inſtit. eod. l. Deo nobis, 42. §. Hoc etiam, C. de Epiſcop. & Cleric.*

De recentiori verò Authenticorum, in
3 tertiam partem † totius aſsis ſi quatuor erant filii, vel pauciores; ſi autẽ plures, in trientem, (id eſt, totius aſsis partem dimidiam) ſuccedere debebant, *Auth. Nouiſsima, C. de inoffic. teſtam. Auth. de triente, & ſemiſſ. §. 1. coll. 3. Auth. de nuptiis, §. fin. coll. 4. gloſſ. in d. §. Hoc etiam, verb. Quartam, l. 17. tit. 1. part. 6. verſ. E la legitima parte.*

4 Ab inteſtato † verò in omnibus parẽtum bonis, ſiue in poteſtate, ſiue emãcipati, ſiue maſculi, ſiue fœminæ eſſent, ſuccedebant filii, *text. in d. Auth. in ſucceſsione, & in corpore*, vnde ſumitur, *d. l. Maximũ vitiũ, d. l. 3. tit. 13. p. 6. & ibid. Greg.*

De iure verò nouiſsimo Regio in omnibus paternis bonis † debet filius, ſi vnicus eſt, quinta excepta parte, de qua parens ad libitũ diſponere poteſt, heres inſtituti. Si verò plures ſint, de tertia, & quinta, ita tamen vt tertiã non in alios quã inter liberos diſtribuat, aliquem eorum ſi voluerit, meliorando, cui in ea quæcunq; poterit grauamina apponere, ex diſpoſitione *legis 6. l. 17 l. 27. & l. 28. Taur. l. 9. tit. 5. & l. 7. tit. 12. lib 3. fori leg. l. 11. & 12. tit. 6. lib. 5. nouæ Reg. Collect.*

6 Ab inteſtato † autem in omnibus parẽtum

tum bonis ſuccedunt. *d.l. 6. Taur.* & aliis *Regiis iuribus.* Nec tunc quintum
7 pro anima neceſſario diſtribuendum † eſt, vel ab Epiſcopo, aut iudicibus Eccleſiaſticis teſtamentorum executoribus eruendum, cum omnia parẽtum bona cenſeantur filiorum legitima, vt probat *text. in d. Authentic. In ſucceſsione,* & in corpore vnde ſumitur, & in *d. §. 1. inſtit. de hæred. quæ ab inteſtat. defer. & in d. l. 3. tit. 13. part. 6. dictiſque iuribus Regiis.* Quare prædictam ſententiam tenet *Tell. Ferdinand. in l. 36 Tauri num. 4.* & ſic iudicaſſe, dum Vicarii Generalis in Zamorenſi Epiſcopatu officio fungeretur, in caſus contingentia, teſtatur *Ioan. à Rojas de ſucceſsion. cap. 3. numero 5. & 6.*

Sed licèt primus in ſucceſsione liberorum ſit gradus, omnes alios excludens; coniuxque non niſi in conſanguineorum
8 vſque ad decimum gradum defectum † ſuccedat, *l. 1. C. vnde vir, & vxor:* Coniugis tamen paupertas efficit, vt cum filiis in quartam † bonorum coniugis di-
9 uitis decedentis partem, ſi tres, vel pauciores ſint, ſin verò plures, in virilem portionem ſuccedat: celebris *text. in Authentic. Præterea, C. vnde vir, & vxor,* cuius ſunt verba: *Præterea ſi matrimonium ſit abſque dote, coniux autem præmoriens locuples ſit, ſuperſtes verò laboret inopia, ſuccedat vna cum liberis communibus, alteriusve matrimonii, in quartam, ſi tres ſint, vel pauciores; quòd ſi plures ſint, in virilem portionem, vt tamen eiuſdem matrimonii liberis proprietatem ſeruet, ſi extiterint. His verò non extantibus, vel ſi nullos habuerit, potietur etiam dominio. Authentic. Vt liceat matri, & auiæ, §. Quia verò el 2. collat. 8. Authentic. de exhibend. reis. §. Quòntam verò, collat. 5. l. 7. tit. 13. part. 6.* Id, quod ex Longobardorum etiam iure diſpoſitum obſeruat *Anæus Robert. rerum iudicatar. lib. 1. cap. 13. pagin mihi 224. verſ. Nam quemadmodum Iuſtinianus.*

Quæ quidem diſpoſitio apud nos etiam hodie nouæ Regiæ Collect. Tauriquè ſupra relatis iuribus ſtantibus, quibus omnia parentum bona filiorum legitima (iuxta præfatum iam modum) dicuntur,
10 locum habet. † Cùm enim *ſeptima* relata *partitæ lex* dictę *Authentic. Præterea* cõſtitutionem firmet, pariterque diſponat, nec aliqua nouiori lege reperiatur correcta; ſeruanda omnino erit. Leges namque poſteriores legitimam augentes, intellectum, limitationem que per prio-
11 res † recipiunt, iuxta *text.* in *l. Non eſt nouum 25. & l. Sed & poſteriores 27. D. de legib.* Quidquid enim lege noua non reperitur expreſſum; id veterum legum regulis relictum intelligitur, vt docent Imperatores Theod. & Valen. in *l. Præcipimus 32. in fin. C. de appellat. & conſult.* Cùm præſertim *d. partitæ lex* quando parenti ab inteſtato ſucceditur, loquatur: quo caſu omnia parentum bona ad filios (vt diximus) deueniebant, eorumque erant legitima. Ac ideò licèt nouiori Regio iure ad omnia parentum bona, quinto excepto, ex teſtamento adducta ſit: dictæ *Authentic. Præterea*, dictæque *legis 7. partitæ* diſpoſitioni locus erit, cum vtroque pariter caſu eadem videatur ratio. Ita tenet, firmatque *Gregor. Lopez ibid. verb. Fijos Andre. Angul. de meliorat. ad l. 9. tit. 6. lib. 5. nouæ Reg. Collect. gloſſ 2. ex num. 49. Ioan Rojas in epitom. ſucceſſ. cap. 23. numero 54. Cordub. de Lara in l. Si quis à liberis in principio numero 76. & ſeq. D. de liber. agnoſc. Azeued. in l. 6. titul. 4. lib. 5. nouæ Reg. Collect. numero 33. & ſequentil. & in l. fin titul. 6. num. 16. & in l. 12. titul 8. numero 4. eod. lib. 5. Ioan. à Caſtillo de vſufruct. cap. 15. numero 23. & ſeq. Anton. Gam. deciſ. 62. num. 6. Petr. Barboſ. in l. maritum 13. numero 99. D. ſolut. matrimon. Gomez Leon incentur. informat. iuris reſponſ. 8.*

Quare, & ſi ex teſtamento filius hodie parenti ſuccedat, quintumque extraneo relinquat parens, cum filiis pro quarta concurret † in cæteris bonis coniux
12 pauper ſuperſtes, vt poſt longam diſputationem tenet *Gregor. Lopez, dict. verb. Fijos*, durum eſſe aſſerens ab ea ſententia recedere: ſequiturque *Tell. Ferdinand. in l. 9. Tauri, numero 31. &* 32. ex eo, quia quarta coniugi pauperi debita, eſt debitum † legale, tem-
13 pore celebrati matrimonii cum coniuge paupere contractum; quam communem ſententiam dicit, de qua Nos latiùs infra.

Quinimò quartam hanc tamquam
14 æs alienum priùs deduci, † quàm tertium, & quintum, illudque minuere, aſſeruere idem ipſe *Tell. Ferdinand. in l. 25. Taur num. 5.* poſt *Didac. à*

*Segura in l. Cohæredi, §. Cum filiæ, num.* 210. *D. de vulgar. & pupill. Gomez Arias in l.* 32. *Taur. num.* 19. *Ioan. Gutierr. practicar. quæstion. lib.* 2. *quæstion.* 61. *numero* 4. *Andreas de Angul. de meliorat. ad leg.* 13. *gloss.* 3. *num.* 32. *& ad d. l.* 9. *titul.* 6. *lib.* 5. *nouæ Reg. Collect. gloss.* 2. *num.* 52. *vbi numeris sequentib.* quid si melioratio tertii, & quinti per contractum donationis irreuocabilis facta esset, disserit.

In vtroque autem coniugum relatæ *Authentic. Præterea* dispositio pro-
15 cedit, † dictaque in vno hac in specie, in alio locum habent, vt ex eiusdem *Authentic.* contextura deducitur, demonstratque apertius *text. in dict. Authentic. de exhibend. reis*, §. *Quoniam verò*, ibi: *Similiter quidem in viris, similiter autem in mulieribus, communem namque etiam hanc super eis ponimus legem. & in §. Si verò quasdam, vers. Hæc itaque, collat.* 5. cuius sunt verba: *Hæc itaque dicimus, si coniunctorum alter dotem, aut donationem non faciens, inops, aut vir, aut mulier inueniatur, & moriens quidem, aut vir, aut mulier locuples sit; ille verò, vel illa superstes pauper existat, &c.* Estque firmissima, quæque dubitationem non recepit conclusio, quam firmant, tenentque *Alexand. in d. Authentic. Præterea, num.* 6. *in fin. & Fabian. de Pep. num.* 10. *Guillelm. Bened. in cap. Raynuntius, verb. Et vxorem nomine Adelasiam, decis.* 5. *num.* 241. *&* 251. *Michael. Cras. in §. Successio ab intestato, quæstion.* 39. *num.* 8. *Federic. Scot. consil.* 5. *num.* 39. *tom.* 1. *lib.* 3. *Hieronym. Gabriel consil.* 142. *num.* 6. *lib.* 1. *Paul. Æmil. Gall. de except. quæ oriri poss. tam ex testam. quàm ab intest. titul.* 4. *except.* 5. *part.* 1. *num.* 27. *Cæsar Barzi. decis.* 128. *num.* 12. *vers. His accedit, Gregor. Lopez* (communem dicens) *in d. l.* 7. *titul.* 13. *part.* 6. *gloss.* 4. *verb. Desamparadas, Ioan. Anton. Mangil. de imputat. quæst.* 143. *num.* 1. *& per tot. Andre. Gaill. practic. obseruat. lib.* 2. *obseruat.* 98. *num.* 5. *Ioan. Baptist. Cost. de portione ratæ, quæst.* 84. *num.* 14.

Et licèt dubium facere posset ab aliquibus opposita obiectio: Qualiter nempe dictæ *Authentic.* dispositio (circa maritum præcipuè) locum habere possit, filiis communibus remanentibus? Cum vsum fructum bonorum à matre re-
16 lictorum debeat habere, † ex *text. in l.* 1. *C. de bon. matern. & in l.* 1. *C. de bon. quæ liber.* ac per consequens, pauper dici nequeat, vt dictæ quartæ possit gaudere beneficio, quod in superstitis coniugis paupertate fundatur, *text.* & communiter Scribentes in *dicta Authentic. Præterea.* dicemusque latiùs infra: filiis namque communibus non extantibus, sine controuersia res est, debere pauperem maritum superstitem quartam in bonis præmortuæ coniugis habere;
17 † dicuntque communem *Franc. Viui. commun. opinion. verb. Vxor, numero* 7. *Michael. Cras. dict. quæstion.* 39. *numero* 8. *Gregor. Lop. in d. l.* 7. *gloss.* 4. *Ioan. Petr. Fontanell. de pact. nuptialib.* 2. *tom. clausul.* 4. *gloss.* 8. *part.* 12. *num.* 38. *& sequentib. vsque ad num.* 42? Qualiterve in matre filiis communibus existentibus, qui eam alere tenentur, cùm tunc pauper non dicatur, iuxta dicta à *Nobis* 1. *part. quæstion.* 4. deficiatque per consequens *dict. Authentic.* dispositionis fundamentum, eius procedat constitutio? Quam nihilominus filiis etiam communibus extantibus, quoad patrem pauperem superstitem locum habere;
18 † ita tamen vt non vsumfructum, & quartam pariter, sed alterum, quod velit, consequatur, ne duæ lucratiuæ causæ circa eandem rem, & personam (contra regulam *text. in §. Si res aliena*) *instit. de legat.* cùm aliis, concurrant, & sic in potentia, non in actu *dictæ Authentic.* fauore gaudere in prædicto casu maritum, post longam disputationem concludit *Cornel. Benine. de paupert. special.* 1. *in vltim. volumatib.* Idem
19 in matre, † licèt à filiis alimenta consequi possit, firmans: quia adhuc quodammodo dicitur mendicare, quæ ab aliis vt viuat, cogitur alimenta exigere, tenentque in terminis *Cordub. de Lara in dict. l. Si quis a liberis*, §. *Si mater, nu.* 33. *Ioan. Anton. Mangil. de imputat. quæst.* 145. *num.* 2. qui sententiam hanc per totam quæstionem contrariis respondendo, tuetur. Cuius fundamenta, quia nõ est communis liber, attingam breuiter. Mouetur ergo, præter dictam proximè rationem, quia (inquit ipse) ius consequendi alimenta ita demum excludit à quarta,
20 cum tempore mortis viri illud ius productum, † creatumque erat, secus si creandum, producendumve foret, vt in

isto

iſto caſu, in quo ius quartæ alimenta conſequendi præcedit ius, ipſoque morientiæ mariti tempore vxori inopi debetur. Et licèt tunc temporis filios à quibus alimenta ſperare poſsit, habeat; non tamen certum eſt, ab illis forè alendam. Cùm nec tunc paternæ ſe immiſcuerint hæreditati, ab eaque poſſint abſtinere, §. *Sui, inſtit. de hæred. qualit. & differ. l. Neceſſarius, D. de adquirend. hæred.* Nec certum ſit, diuites futuros, inaniſque tunc filiorum paupertate eſſet actio matri, imò & extincta, cùm eam alendi nulla obliget filios tunc ratio, iuxta *text. in l. penult. D. de alend. liber.* & diximus latiùs 1. *part. quaſtion.* 42. *num.* 16. quo argumento idem firmat *ipſemet quæſtion.* 169. *numero* 12. *verſ. Reſpondetur enim*; dicique tunc matrē pauperē, † licèt actionem contra pauperem habeat, ex *Socin. Seniore conſil.* 121. *numero* 30. *lib.* 4. *Pepe in dicta Authentic. Præterea, numero* 104. *& Natta conſil.* 649. *numero* 13. 21

Rurſus, quia ad hoc vt mater, quæ alimenta percipere poteſt, pauper non dicatur, remouerique à dicta quarta valeat, requiritur, vt aliunde, † non ab ipſiusmet mariti ſubſtantia alimenta percipiat, *d. §. Si verò quaſdam, verſ. Nam ſi aliunde in dict. Authentic. de exhibend. reis*, quam etiam pro hac ſententia rationem repetiit in *d. quæſt.* 169. *numero* 12. *verſ. Aliter reſpondet*, ex *Gozad.* & aliis ibi adductis, & Nos etiam latiùs infra; ſuprà dictam præterea opinionem multis relatis, ſequitur, ac comprobat *Ioan. Petr. Fontanell. de pact. nupt. d. 2. tom. claus. 5. gloſſ. 8. part. 9. num.* 47. 48. 49. & 50. 22

Quę omnes rationes in vxore pauperē fratrem diuitem habente, † à quo alimenta conſequi poſsit, locum quoque habent, ex eiſque poſſe quartam in bonis diuitis prædefuncti mariti obtinere, firmarunt *Gozad. in dict. Authentic. Præterea, numero* 12. *Socin. Seni. conſil.* 30. *num.* 4. *& ſeq. lib.* 4. *Rimin. Iuni. conſil.* 657. *num.* 60. *& ſequentib. & conſil.* 658. *num.* 9. *& ſequentib. lib.* 6. *Iacob. Menoch. conſil.* 433. *num.* 16. *& ſequentib. lib.* 5. *& conſil.* 505. *num.* 18. *& ſeq. lib* 6. *Alexand. Raudenſ.* (ſic iudicatum per *Rotam Florentinam* aſſerens) *conſil.* 40. *numero* 94. *verſic. Quoniam reſpondetur primo, lib.* 2. 23

Licèt contrariam ſententiam tenuerint *Roland. à Valle conſil.* 14. *numero* 19. *& 53. lib.* 2. *Tiber. Decian. conſil.* 70. *num.* 17. *verſ. Non obſtat, lib.* 2. *Hieronym. Gabri. conſil.* 142. *numero* 3. *lib.* 1. *Ioan. Vincent. Honded. conſil.* 93. *num.* 29. *lib.* 1. *& conſil.* 79. *num.* 35. *lib.* 2. *Cæſar Barz.* (latiſsimè materiam proſequens) *deciſ.* 130. *per tot. Ioan. Anton. Mangil. de imputat.* (veriorem hanc ſibi videri dicens) *quæſtion.* 169. *numero* 5. *& ſequentib. Petr. Surd. de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 35. *num.* 9. *Ioan. Petr. Fontanell. d. clauſul.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 9. *numero* 44. *&* 55. *Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. lib.* 1. *cap.* 120. *numero* 52. *Paul. Æmil. d. excep.* 5. *titul.* 4. *numero* 31 *&* 32. Eo præcipuè moti fundamento: Quia cùm vtrumque hoc remedium ſubſidiarium ſit, multò tamen magis ſubſidiarum eſſe quartæ, quàm aduerſus fratrem diuitem pro alimentis, contendunt: ac ideò minùs ſubſidiarium prævalere debere, ex doctrina *Alex.* poſt *Bart. in l. In prouinciali*, §. 1. *numero* 7. *D. de noui oper. nunciat.* quem ibi ſequuntur communiter Doctores.

Verior tamen (hodie præcipuè) prior contraria ſententia videtur, ex infra proximè referendis, ſupraque iam dictis rationibus. Ex quibus multi quoque tenuerunt, pauperem ſuperſtitem vxorem patrem diuitem † habentem, à quo alimenta conſequi poteſt; quartæ nihilominus beneficio frui: quam ſequuti ſunt *Fabian. de Pepe in dict. Authentic. Præterea, numero* 22. magis communem dicens, *Iacob. Thoming. deciſ.* 40 *numero* 9. relati à *Michaele Craſ. in §. Succeſsio ab inteſtato, quæſtion.* 39. *num.* 5. *Ioan. Bapt. Ferret. conſil.* 34. *num.* 9. *verſ. Præterea, lib.* 1. *Gregor. Lopez in d. l.* 7. *tit.* 13. *part.* 6. *gloſſ.* 6. *verb. De loſuyo, verſ. Sed quid ſi vxor*, vbi fundamentis *Alexandri & Cumani* contrarium tenentis reſpondet, doctiſsimus *Petr. Barboſ. in l. Maritum* 13. *numero* 99. *verſic. Vnde infertur, D. ſolut. matrimon.* Ad hoc enim vt denegari dicta quarta pauperi vxori poſsit, facultates habeat in actu, † non in habitu, vel potentia, neceſſe eſt, ex elegantì deciſione *text. in l. Pretia rerum, D. ad ad leg. Falcid.* determinans, ius adeundi hæreditatem alicui competens 24 25

non efficere vt locuples dicatur, *l. Alienum, §. In extraneis, D. de hæredib. instituend.* quando præsertim aduersus patrem actio datur, contra quem animosè agere timor impedit reuerencialis.

Item quia vnde se alat vxor habere non dicitur, nisi ex propriis bonis
26 † alimenta possit percipere, ex sententia *Baldi consil. 30. lib. 2. Socin. consil. 64. num. 3. lib. 4. Crauet. consil. 199. num. 5. Menoch. consil. 81. num. 66.* vt in proposita specie hos referendo, considerat *Mangil. quæstion. 168. num. 2.* Id quod expressiùs firmat hodie *text. in dict. l. 7. part.* in illis verbis: *Nin ella lo ouiesse de lo suyo*: quam pro hac parte ponderat *Gregor. Lopez ibidem d. gloss. 6. in fin.* aduersus communem, de communi iure asserentem, locum tunc quartæ detractioni non esse, de qua testantur prope infiniti relati à *Mangil d. quæst. 168. num. 3. & sequentib. & quæst. 169. nu. 8. Cæsar Barz. d. decis. 30. n. 70. Petr. Surd. de aliment. d. titul. 9. quæst. 29. num. 7. & quæst. 35. num. 8. Stephan. Gratian. d. cap. 120. num. 50. 51. & 55. Mart. voto, siuè decis. 21. num. 5. Ioan. Petr. Fontanel. d. clauſ. 5. gloss. 8. part 9 num. 42. & 43. Statil. Pacific. decis. 174 numero 41.* vt alios prope infinitos ab eisdem adductos omittam.

Habet rursus *d. Auth. Præterea*, quartæque detractio locum, non solùm quando mulier nullam omnino ad
27 matrimonium dotem attulit, † sed & quando attulit, paruam tamen, & incongruam. Licèt enim *text. in dicta Authentic.* omnino indotatam videatur requirere vxorem, vt eius fauore, dispositioneque gaudeat; ibi: *Præterea si matrimonium sit absque dote*: & in *Authentic. Vt liceat matri, & auiæ, §. Quia verò el 2. coll. 8.* ibi: *Et aliam post hæc fecimus legem decernentem, si quis indotatam vxorem per affectum solùm acceperit.* & in *dict. authentic. de exhibend. reis, §. Quoniam verò*, & in *dict. l. partitæ*, ibi: *Demanera que casan con ellas sin dote*: negaueritque etiam incongrue dotatam dictæ quartæ fauore frui, ex dictis iuribus *Socin. Seni. consil. 121. num 38 & sequentib. lib 4.* de communi attestans, *num. 42.* glossasque omnes, ac *DD.* antiquos vsque ad *Baldi* tempora simpliciter *d. Auth. Præterea* dispositione acquieuisse: cui etiam adhærent *Ioan. Cephal. consil. 671. num 11. & seqq. Ioan. Vincent. Onded. consil. 92. num 19. lib. 1. Petr Surd. decis 61. num 9. & seq. Marta. decis. siue voto 21. numero 10.*

Contraria nihilominus verissima ab omnibusque recepta est sententia, de qua nullus ferè hodie dubitat; quam tenuerunt *Bald. in l. Licèt, num 3. C. de iure dot. & in d. Auth. Præterea, num. 7.* quem sequuntur *ibid. Salyc. Paul. Alex. & Iaſ. idem Alex. consil. 91. num. 1. circa fin. lib. 7. Andre. Tiraquel. de iudi. in reb. exig. ferend. verſ. 9. Roland. à Valle consil. 14. num. 29. & seqq lib. 3. & consil. 15 num. 4. eod. lib. Tiber. Decian.* (communem dicens) *d. consil. 70. num. 12. verſ. Tertio, & vltimo, lib. 2. Micha. Craſſ. in d. §. Succeſſio ab inteſtato, quæſt. 39 num. 4. Bertazol. consil. ciuil. 79. num. 27. Aym. Crauet. cõsil. 199. num 7. Hieronym. Gabri. consil. 142. num. 4. lib. 1. Vgo de Celſ. consil. 4. num. 11. verſ. Hodie tamen.* Negans in dubium id hodie esse reuocandum; pro hac in Regia Cataloniæ Audientia iudicatum fuisse asserens *ibid. numero 12. Federic. Scot. consil. 5. numero 12. & 19. tom. 1. lib 5.* vbi communem, & semper pro hac opinione iudicatum dicit, *Petr. Surd. de aliment. titul. vltim. quæſtion. 29. numero 7. & consil. 112. numero 84. lib. 1. Gregor. Lopez* (communem quoque dicens) *in dict. l. 7. tit. 12. part. 6. gloss. 3. Vincent. de Franch. decis. 410. per tot.* vbi testatur *Baldum* sequi omnes *DD. Iacob. Menochi. consil. 505. num. 6. lib. 6.* magis communem. & ab hac non esse recedendum, neque de hoc dubitandum, firmat *Ioan. Anton. Mangil de imputationib. quæſt 158. num. 4 & sequentib. Franciſc. Burſat. consil. 92. num. 22. lib. 1. Ioan. Cephal. consil. 224 num. 10 & consil. 288. num. 2. Ioan. Petr. Fontanel. de pact. nupt. d. clauſ. 5. gloss. 9. part. 8. num. 3. & 4.* vbi neminem esse, qui de hoc nunc dubitet, addit, *Cæsar de Graſsis decis. 162. aliàs 1. tit. de ſucceſsionib. ab inteſtat. num. 14. Rota Roman. Diuerſor. decis. 202. num. 11. & seq. part. 2.* vbi de communi, *Statil. Pacific.* post tractatum suum de Saluiano interdicto, *decis. 174. num. 5. & sequentib.* vbi latissime, *Stephan. Gratian. dict. cap. 120. num. 2. Marc. Anton. de Amat. decis. 70. n. 7.*

*n.7. Marta in ſumm. ſucceſſ. legal. par. 3. quæſt. 12. art. 5. num. 5. Paul. Æmil. Gall. dexcept. quæ oriri poſſ. in ſucceſſ. tam ab inteſt. quàm ex teſt. tit. 4. except. 5. num. 8. & 9. part. 1.*

Huiuſmodi autem effectum rationis identitas parit. Cum enim coniugis inopia conſtitutioni illi præbuerit anſam,
28 fueritquè eius finalis cauſa, † nè in præteriti matrimonii dedecus mendicet (ex receptiſsima omnium ſententia, vt teſtatur *Socin. conſil. 121. num. 38. Roland. à Valle d. conſil. 14. num. 26. Ioan. Cephal. conſil. 244. num. 11. & 20. lib. 2. Mart. d. voto 21. num. 17.* & omnes ferè alii proximè relati) idem operabitur vbi nulla, quàm vbi parua extiterit dos, ſi mendicitatis inconueniens, dedecuſquè non remoueatur, vt conſiderant, tenentq; omnes pro hac ſententia ſuprà adducti: Et quia
29 *parum*, & *nihil* † æquiparantur, *l. Si oleū, 10. §. vltim. D. de dol. l. 2. D. quod cum eo, l. Illud, 7. §. Minùs, D. de tribut. actione princip. Inſtit. ad leg. Falcid. Auth. Tutoris debitor, C. qui dari tutor. poſſ. l. fin. C. de reuoc. donat. c. De multa, de præben. & dig. Socin. conſil. 108. num. 4. lib. 1. Deci. in cap. De appellat. 2. notab. de appellat. Fabian. de Pep. in d. Auth. Præterea, num. 6. Marc. Anton. Natta conſil. 346. num. 6.* plurimis relatis *Rota Roman. d. deciſ. 202. num. 13. Marc. Anton. de Amat. d. deciſ. 72. num. 9.*

Ita tamen prædicta ſententia, extenſioquè ad contraria iura indotatam mulierem deſiderantia, æquiparatioquè admittenda eſt; vt non de dote ſimpliciter
30 parua, ſed de notabili † paruitate intelligatur, vt tenuerunt *Philipp. Corne. in d. Auth. Præterea, numer. 4. Curti. Iuni. num. 7. Fabian. de Pep.* communem dicens, *num. 6. Idem Corne. conſil. 249. n. 3. lib. 3. Andr. Barbat. conſ. 74. num. 9. lib. 4. Hugo de Celſ. d. conſil. 4. numer. 11. & 7. Honded. conſil. 93. numer. 36. lib. 1. Anchar. Iuni. quæſt. 26. lib. 3. Ioan. Anton. Mangil. d. tract. quæſt. 159. num. 4. Rota Roman. d. deciſ. 202. num. 15. Ioan. Petr. Fontanel. d. clauſul. 5. gloſſ. 8. part. 8. numer. 22. Marta d. voto 21. num. 13. & in ſumm. ſucceſſ. legal. part. 3. quæſt. 12. art. 5. num. 6. 7. & 8.* & ita Dominis placuiſſe dicit *Cæſar de Graſſ. d. deciſ. 162. num. 15. & ſeqq.*

Eritquè notabilis in præſenti parui-
31 tas, † ſi ex dote, alijsvè bonis neceſſarium non valeat percipere victum, mendicareque cogatur, ita (poſt *Bald. in d. Authen. Præterea circa fin.*) eam intelligens voluit *Socin. Seni. d. conſil. 121. num. 2. lib. 4. Andr. Alciat. conſ. 252. num. 5. Ioan. Cephal. conſil. 671. num. 2. Anton. Mangil. d. quæſt. 159. num. 4. & 5. Paul. Æmil. Gall. d. tit. 4. except. 5. part. 1. numer. 10. Statil. Pacific. d. deciſ. 174. num. 16. 17. & 18.* ita iudicatum referens, addenſquè inſuper *d. num. 18.* præfatæ quartæ locum fore, ſiue dos minima ſit notabili paruitate, ſiue mediocriter parua conſideretur, dummodò ad alimenta non ſufficiat, cum â minima tunc non diſtet, niſi per *plus*, & *minus*, quæ ſpecie non differunt, ex *text. in l. fin. D. de triti. vin. & oleo legat.*

Item quia cum dos parua computanda veniat in quartam (vt infrà num. 49. & 59. dicemus latiùs) ſi fuerit minima, maior pars erit in quarta; ſi verò parua, pluſquè contineat, minùs in quarta conſequetur coniux ſuperſtes. Qua ratione ſuprà dictam ſententiam cum plurimis, quos refert, ſæpè communem dicens, tenet *Ioann. Anton. Mangil. d. quæſt. 159. num. 1. & 2.*

32 Ex reditibusquè † dotis alimenta conſequi, ac percipere debet mulier vt prædictæ quartæ locus non ſit, aliàs paruam dici dotem, ex qua alimenta, victum, & veſtitum percipere nequeat vxor, dixit communem poſt *Bald. Decius in dicta Auth. Præterea, numer. 5. Corne. 3. Curt. Iuni. 70.* de communi aſſerens *Piccus 10. Rimin. Seni. 2. verſ. Intellige etiam iſtum text. Pepe 10.* communem quoque dicens *Gozad. num. 24. 29. 33. & 37.* refert, & ſequitur *Cæſar Barzi. deciſ. 128. numer. 2. Hugo de Celſ. conſ. 4. num. 15. & ſeqq. Tiber. Decian. d. conſ. 70. num. 12. verſ. Tertiò, & vltimò*, ſalua conſcientia aliud non poſſe iudicari aſſerens, *Marc. Antoni. Natta conſil. 115. num. 12. Michael Graſ. in d. §. Succeſſio ab inteſtato, quæſt. 39. numero 4. in fin. Aym. Crauet. d. conſil. 119. num. 7. Mangil. d. quæſt. 159. numero 2. Roland. à Valle d. conſil. 14. num. 21. & ſeqq. Vincent. de Franch. deciſ. 410. nu. 2. Marc. Anton. de Amat. d. dec. 72. num. 8. Polydor. Ripa obſeruat. 384. num. 2. & 5.* vbi quòd vt locus huic quartæ non ſit, ſufficere mulieri dotē pro victu, veſtitu, & habitatione debere, ait *Pet. Sur. dec. 61. num. 2. & conſil. 112. num. 84. lib. 2.* vbi

do-

dotem paruam vt *d. Auth.* locus ſit, dicit
33 diuitiarum mariti † reſpectu, quod etiam dixêre *Hugo de Celſ. vbi ſuprà*, & plerique ex proximè relatis, plurimos pro hac ſententia adducens, tenet (ſic in Cataloniæ Senatu ſæpè iudicatum atteſtans) *Ioann. Petr. Fontanell. de pactis nupt. dict. clauſul. 5. gloſſa 8. part. 9. numer. 10. & ſequentib.* Licèt conditionem viduæ attendendam dicentem referat *idem ipſe ibi, numero 15. Federic. Scot. reſponſ. 5. tomo primo, libro 3. numero 32. circa med.*

Neque proprietas pro huiuſmodi
34 alimentis à muliere vendi † debet, vt per *text. in l. Imperator, D. ad S. Conſ. Trebell. & per l. 3. §. Modum, D. vbi pupill. educ. debe.* pluribus relatis tradit in terminis *Mangil dicta quæſtione 159. numero 3. & quæſtione 139. numero 2.* per text. in *l. Qui bonis, C. de ceſſ. bon.* & latiùs *quæſtione 184. per tot.* vbi hanc veriorem, & magis communem dicit, ac defendit, *Gregor. Lopez in dict. l. 7. tit. 13. part. 6. gloſſa 6. ante med. verſic. Quid autem ſi coniux ſuperſtes haberet magnam domum, vel prædium, ex quo tamen viuere non poſſet?* ex text. quem dicit ſingularem, in *l. fin. §. Ipſum autem, C. de bon. quæ liber. Ioann. Baptiſt. Coſt. de portione ratæ, quæſt. 84. num. 1.* diximusque Nos etiam *1. part. quæſt. 4. §. 4. ex num. 167. cum ſeqq.*

Et licèt mulier indotata, vel dotata
35 incongruè, induſtrioſa ſit, † ex proprioquè artificio, iunctis vè dotis reditibus viuere poſsit, quartæ detractioni locum eſſe (ex diſpoſitione præſertim *d. l. 7. tit. 13. part. 6.* quæ in propriis ſuperſtitis coniugis bonis, vt quartæ locus non ſit, facultates deſiderat) notat *ibid. Gregor. verb. De lo ſuyo*, ſic tenuiſſe in terminis referens *Decium in d. Auth. Præterea.* Idquè fortiùs procedere in muliere nobili, cui operari dedecus eſſet, tenuit *Andr. Barbat. conſil. 74. numer. 11. & 12. libro 4. Deci. in d. Auth. Præterea, num. 21. Rimin. Iuni. conſil. 657. numer. 53. Tiber. Decian. dict. conſil. 70. num. 17. lib. 2. Ioann. Vincent. Honded. conſil. 93. numero 35. lib. 1. Petr. Surd. deciſ. 61. nu. 12. Mangil. d. tract. quæſtione 167. per tot.* maximè *num. 8. Cæſar Barzi. deciſ. 129. numer. 26. vſquè ad numer. 30. Stephan. Grat. diſcept. forenſ. d. cap. 120. num. 58.* quia nec viro viuente tenetur operari, vt *ibid. per eum, Marc. Ant. de Amat. dicta deciſ. 72. num. 17. & 18.* tradens, non debere mulierē ad viliores operas, quàm viuente marito ſalua dignitate faceret, deſcendere, ex ſententia *Deciani conſilio 111. (incip. Deceſsit maritus) nu. 19. lib. 3.* nec alteri inſeruire, ex *Menoch. conſil. 433. (incip. Cum præſtantiſsimo) numer. 14. & 15. lib. 5. & Honded. dicto conſil. 93. incip. Prætendit, numero 13.*

Imò indignum † effici hæredem, qui in
36 cauſa eſt vt defuncti mariti vxor alteri cogatur inſeruire, addit *num. 19.* ex ſententia *Andr. Barbat. dict. conſ. 74. col. 5. verſ. Quinimò plus videtur, lib. 4. Roland. à Valle d. conſ. 14. num. 49. lib. 3. & Tiber. Deciano d. conſil. 111. num. 20.* tenetquè idem (his non relatis) *Ioan. Anton. Mangil. quæſtione 170. numer. 4.* hæredes admonens, ne aduerſus nobilem viduam vt efficiatur pediſequa, vel aliter per artem vilem ſibi victum adquirat, opponant; quia ſic virum offenderent, indigniquè per conſequens hæreditate efficerentur. Licèt adhuc in muliere nobili, ſi Ciuitatis, vel Regionis, in qua mulier degit, huiuſmodi artem, exercitium, vel la-
37 borem patiatur conſuetudo, † contrarium ex pluribus referat, teneatque *idem ipſe Mangil. quæſtione 169. numero 11.*

Si verò ignobilis ſit mulier, quæ propriis manibus, ac laboribus victum quærere poſſet, cuique hoc illum ad-
38 quirere modo, indecorum non eſſet, † indiſtinctè *dictæ Authent. Præterea* diſpoſitioni, quartæquè detractioni locum non fore, tenent communiter *Doctores, Curt. in ead. Authen. Præterea, numero 35. verſic. Circa præmiſſa*, receptamque teſtatur ſententiam *Pepe ibidem numero 38. & 86. Rolandus à Valle dicto conſilio decimoquarto, numero decimoquinto, Ioannes Baptiſta Pontan. de alimentis, capite 15. rubric. de alimentis viduarum, numero octauo, verſiculo, Quæ tamen inopiæ ratio. Hondedeus dicto conſilio 63. numero 35. Rota Romana Diuerſorum dicta deciſione 202. part. 2. Mangil. dicto tractatu de imputat. quæſtione 167. num. 9.* hac intendens contrarietates ſedare diſtinctione, aduerſantemque ſententiam, quam multis firmauerat *idem ipſe ibi, num. 5. 6. & 7.* deberi nempè etiam ignobili mulieri non habenti vnde ſe præter artificium, vel ſer-

uitium

uitium alat, cui ſatis fauent *d. legis 7. partitæ* mens, & verba: Priorem tamen ſequuntur etiam *Ioann. Petr. Fontanell. de pact. nuptialib. 2. tom. clauſul. 5. gloſſ. 8. part. 9. num. 41. Cæſar de Graſſ. d. dec. 162. aliàs 1. de ſucceſſionib. ab inteſtato, numer. 1. 7. & ſeq. Marc. Anton. de Amatis d. deciſ. 72. numer. 6. & 16. Marta de ſucceſſ. legali d. quæſtione 12. 3. par. art. 5. num. 19.*

Illud planè receptiſsimum eſt, *d. Auth. Præterea* diſpoſitionem etiam quoad mulierem ignobilem, cuique laborare non eſſet indecorum, procedere, ſi vel valetu-
39 dinaria † ſit, vel lenex, ita quòd aptè victum quærere nequeat, nec congruam, vnde viuere poſsit habeat dotem, vt notarunt *Fabian de Pepe in d. Authen. Præterea, num. 86. in fin. Purpurat. conſ. 330. num. 3. in fin. lib. 1. Andr. Barbat. dict. conſ. 74 num. 11. lib. 4. Rimin. Iun. conſil. 657. Aym. Grauet. conſ. 199. num. 7. Iacob. Menoch. conſ. 433. num. 5. & conſil. 505. num. 16. lib. 6.* quos refert, & ſequitur *Mangil. d. quæſt. 167. numer. 10. Stephan. Gratian. d. cap. 120. numer. 14. Marc. Anton. de Amat. d. deciſ. 72. nu. 20.*
40 Senem dicens † quinquagenariam, ex *Innocen. Oldrad. Roland.* & aliis ibi adductis.

Mulierem autem quæ vnde viuere poteſt, habet, licèt ſic honorifi. è, & lautè, vt cum marito degebat, nequeat viue-
41 re, † à quartæ beneficio remouendam, (cum raro, aut nunquam dotis reditus ad id ſufficiant) docuere *Socin. conſ. 30. numero 14. lib. 4. Purgurat. dict conſil. 230. num. 7. verſ. Ex cuius dictis, Hieronym. Gabriel conſ. 142. numer. 25. libro 1. Steph. in. Gratian.* (alios quoq; referens) *vbi ſuprà num. 6. & 7. Fontanell. d. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 9. num. 33. in fin.*

Ad huiuſmodiquè remotionem ſufficere, ſi ſecundum neceſsitatem, †
42 quamuis non ſecundùm dignitatem alimenta mulier habeat, cum *d. Authen.* finalis ratio, inopiæ ſcilicet, videatur deficere, eiusque ſit ſubſidiarium remedium, miſerationisque cauſa conceſſum; ac ideò ea deficiente cauſa in muliere, quæ pro vitæ ſubuentione neceſſaria alimenta habet, *dictæ* quoque *Auth.* deficere diſpoſitionem; latè probat *Petr. Surd. deciſ. 61. num. 15. & per tot.* multisque adductis *Ioann. Petr. Fontanell. d. loco numer. 16. & 17.* ita referens iudicatum.

Quæ tamen dura mihi videtur opinio, in terminis etiam iuris communis, ſi vnde congruè mulier alimenta percipere poſsit, decenterque viuere nõ habeat, iuxta dicta à *Nobis 1. part. quæſt 4.* Contrariamque hodiè iure Regio Partitarum attento iudico veriorem, ac tenendam ex diſpoſitione *d. l. 7. tit. 13. part. 6.* ibi: *E por eſta razon tuuieron por bien los Sabios antiguos, que ſi el marido non dexaſſe a tal muger, en que pudieſſe bien, è honeſtamente viuir nin ella lo ouieſſe de lo ſuyo. &c.*

Quarè omnia hæc in Iudicis arbitrio
43 † repoſita eſſe videntur, cuius quippè iudicio commiſſum eſt, quis in præſenti pauper dicatur, vel non, iudicare, vt docent (poteſt *gloſſam* 1. cõmuniter approbatam *in d. Auth. Præterea*) *Bald. Roman. & Corne.* quos refert, & ſequitur *Didac. Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 6. numer. 8. Fabian. de Pep. in ead. Authent. num. 72. Socin.* (communem dicens) *dict. conſ. 30. num. 1. lib. 4. Petr. Surd. de aliment. d. tit. 9. quæſt. 25. num. 35. Roland. à Valle d. conſil. 15. num. 19. lib. 3. Ioann. Anton. Mangil. d. tract. de imputationib. quæſt. 138. numer. 4. Marta in ſumma ſucceſſ. legal. d. 2. part. quæſt. 12. artic. 5. num. 9. Cæſar de Graſ. d. deciſ 162. nu. 2. & 24.* communem dicit *Fontanell. dict. clauſul. 5 gloſſ 8. part. 9 num. 6. Honded. d. conſil. 93. num. 5. Stephan. Gratian. dicto cap. 120. numer. 14. 15 & 18. Antoni. Monach. deciſ. Lucenſ. 50. num. 38. & ſeqq.*

Huiuſmodi verò quarta non poterit coniux locuples decedens ſuperſtitẽ pau-
44 perem priuare, † ſed etiam coniuge renuente eam habebit, cum non tam ex cõiugis, quàm legis liberalitate præſtetur, ſitquè debitum legale, *gloſſ. verb. Hæredem in fin. in Auth De hared. & Falc. §. Si verò expreſsim, coll. 1.* Scribentes communiter *in d. Auth. Præterea, vbi Bald. n. 1. Roman. 10. Decius 9. Pepe 17. 35. & ſeq. Rimin. 3. & 6. Corne. 5. 18. & 19. Alex. 6. Inſ. 10. idem Corne. conſil. 178. num. 3. lib. 2. & conſil. 4. num. 4. lib. 4 Ruin. conſilio 72. num. 17. lib. 3. Decius conſilio 24. num. 5. col. 2. circa med. verſ. Et ideo, Rimin. Iuni. conſ. 657. numer. 24. lib. 6. Roland. à Vall. conſil. 62. numer. 58. & 63. lib. 1. & d. conſ. 14. in fin lib. 3. & in tractat. de lucro dot. quæſt. 82. numero 2. Marc. Anton. Natta conſil. 605. num. 6. lib. 3.*

*lib.3.Fran.Viui.in ſuis commun.opini. verb.Vxor, num 6. Ioann.Cephal. conſil.108.num.1.& conſil.183.num.14.& conſil.244.lib.2.Franc.Becci.conſil.76. num.8.Bertaz.conſ.ciuil.79.numer.29. Micha.Craſ.d.quæſt.39.num.3.Hugo de Celſ.d.conſ.4.num.5.& ſeq.Feder.Scot. d.conſil.5.num.12.tom.1.lib.3.*plures referens *Mangil.d.tract.quæſt.140.per tot. Gregor. Lopez in dict. l.7.tit.13.part.6. gloſſ.5.verb.Non dexaſſe,Petr.Surd.deciſ.8.num.28.& 29.& conſil.81.num.15. Statil.Pacific.d.deciſ.174.num.26.& 27. Andr.Gaill.obſeruat.87.num.1.verſ.Imò vxor indotata,lib.2.Stephan.Gratian.d. cap.120.num.34.& 39.*

Nec delinquẽdo poterit coniux quarta hac priuare † cõiugem, ideoq; licèt ob coniugis delictum eius ad Fiſcum perueniant bona, cõiugi inopi ſuperſtiti quarta præſtabitur, *text.iuncta gloſ. in Auth. Bona damnatorum, C. de bon.proſcript. & in Authen. Vt nulli iudic. §.fin.* vbi de communi teſtatur *Angel. Socin.conſ.121. num.7.& 16.lib.4.* latè proſequitur, ac firmat *Mangil.quæſt.180.per tot.Micha. Craſ.* omnium conſenſu receptam ſententiam dicens, *in d.§.Succeſſio ab inteſtato,quæſt.fin.Paul.Æmil.Gall.dict.excepti.5.tit.5.num.16.Gratian. vbi ſupra,num.35.& ſeqq.* qui etiam *num.36.& 37.& Mangil.* proximè relato loco id extendunt, licèt alicuius particularis ſtatuti vigore † confiſcatio fieret. Idem etiam volens, firmansque *Gratian.nu.38.* quamuis ſimus in crimine læſæ Maieſtatis, † allegat *Plot.conſil.crimin.130.n.41.& 45.& Farina. quæſt.45.num.123. vſquè ad 127.* latiùs *Mangil. quæſt.181. num.3 & 4.* adducens *Plot. vbi ſupra, num.47.tom.1.Fabian.de Pep.in d.Auth. Præterea,num.113.& ſeq.Cordub. in l.Si quis a liberis, numer.49.D.de liber. agnoſc.& Honded. d.conſil.93.num.10.* Licèt contrarium videantur velle *Marc. Anton. Peregrin. in tract. de iure Fiſci, lib.5.tit.1.num.46.& Valen. Forſter* relatus à *Craſſo.* loco proximè citato.

Sicut autem in totum coniux locuples decedens ſuperſtitem pauperem priuare quarta non poteſt; ita nec in parte. † Vnde neque legatum ei relinquendo, licèt pro alimentis ſufficiat, imò & ſi alimenta excedat, ſi quartam nõ æquet, non poſſe coniugem parte illa coniugem priuare, tradunt plenè *Mangil. dict. tractat. quæſt.176.ex nu.5.cum ſeqq Hieronymus Gabr.conſil.142.num.32.lib.1.Surd.de alimen.tit.9.q.35.n.19.& per tot.* vbi latè contrariis ſatisfacit. *Statil. Pacific.d. deciſ.174.num.28.vſquè ad num.41.* contrariis quoque reſpondens, & ſic Rotam tenuiſſe referens, multis etiam relatis *Ioan.Petr.Fontanell.* (deciſione Senatus Cataloniæ comprobatam ſententiam aſſerens) *de pact.nupt.d.tom.2.clauſul.5. gloſ.8.part.9.numero 25. Paul. AEmil. Gall. d.tit.5.except.5.part.1.num.14. & 15.*

In quartam tamen huiuſmodi debet imputari legatum, † quodque quartæ deeſt, ſuppleri, *tex.* in ead. *Auth. Præterea in fin.* ibi: *Et imputabitur legatum in talem portionem.* & tenent *Fabian. de Pep.ibid.num.127.& Paul.Pich.nu.61. Philipp. Corne.conſil.4.per tot.lib.4.Rimin.Iuni.conſ.701.num.56.& ſeqq.lib.6* & alii, quos refert, & ſequitur *Mangil. quæſt.176.numer.9.Didac.de Segur. in repet.l.Cohæredi,§.Cum filia,numer.110. D.de vulg.& pupill. Didac. Perez in l.1.tit.2.lib.5. Ordinam.gloſſ.1.pagin. mihi 80.colum.1.verſ.Quæri poteſt,* plures referens *Baldes in addit. ad Roderic. Xuar.in l.1.tit.de las arras, §.Sed pone quæſtionem,in princip.lit.A. Petr.Surd. d.quæſt.35.numer.17.& ſeq. Fontanell.* (communem dicens) *vbi ſupra,gloſſa 8. part.12.num.32.Stephan. Grat.d.c.120. num.39.Paul.Æmil.d.except.5.num.46. tit.5.part.1.*

Si verò coniux in vita quid tale coniugi vnde viuere poſſet donaſſet, † quartæ ceſſabit detractio, cum tempore mortis coniugis aliunde vitam degere, ſequè valeat ſuſtentare ſuperſtes, ceſſetquè per conſequens *d.Auth.Præterea* ratio, hominis tunc diſpoſitione, factoque, legis preueniente remedium. Sic docent *Rapha. Cum.conſil.31.propè fin. Philipp.Corne. conſil.178.per tot.lib.2.Socin.Seni. conſilio 121.num.50.& ſeq.lib.4.Hieronym. Gabr.conſ.152.num.29.& ſeqq.libro 1. Ioann.Vincen.Honded.conſ.79.num.24. lib.2.Vincent.de Franc.deciſ.410.num.3. Cæſar Barzi.deciſ.130.num.62.* quos refert, & ſequitur *Mangil. d.quæſt.176. num.10. Ioann. Bapt. Coſt. de ratione ratæ,quæſt.84.num.18. circa fin. & de remed.ſubſidi.remed.2.num.4. propè fin. Petr.Surd.conſil.250.num.2.lib.2. Paul. AEmil.d.except.5.tit.4.num.2.par.1.*

*Fon-*

*Fontanell. dict. clauſul.5.gloſſ.8.part.9. num.54.* vera hæc *numero ſequenti* intel-
51 ligens, ſi ceſſet omnis frau-, † non ſi dolo fieret inter viuos donatio; repetiitque *eadem gloſſ.8.part.11.num.39.& 40.*

Sed ſi à coniuge in vita donata con-
52 ſumpſiſſet, † dilapidaſſetvè coniux; nec ceſſare, nec minui quartam, obſeruant *Ripa in l. In quartam, num.188. D. ad leg. Falcid. Petr.Surd. deciſ.119. numer.30. & 31. Anton.Mangil.d.quæſt.176.nu.12. Font.nell.d.gloſſ.8.part.12. nu.33. Gratian.d.cap.120.num.83.*

Nec pariter in quartam imputabit coniux legatum à coniuge cum grauami-
53 ne alteri reſtituendi † factum, ſi modò nullum inde commodum ſentiat. Cum coniugi non relictum, quod alteri eſt reſtituendum videatur, ex doctrina *Angeli in l.Si cum dotem §.Si pater, circa fin.D. ſolut.matrim. Iaſ. in d. Auth.Præterea, num.26.verſ.Tertiò limita, & ibid.Pep. num.51.Mangil.quæſt.198.num.6. Petr. Surd.conſil.250.nu.2. Fontanell. vbi proximè, num.34. Gratian.d.loco, num.31.& cap.132.num.37.*

Si verò commodum ſentiat, veluti ſi poſt aliquod tempus reſtitutionem fieri iuſſum ſit, lucrumque inde perceptum; in
54 quartam illud imputabit † coniux, vt docent *Iaſ.vbi ſup.& Pepe nu.52.Mangil. d.quæſt.198.num.7. Gratian.d.cap.120. num.32.& d.cap.132.num.38. Marta in ſumm. ſucceſſ. legal. quæſt.12. artic.5. num.29.*

Poterit tamen coniux legatum à cõ-
55 iuge factum repudiare, † quartamque habere, vt ex pluribus reſoluit *Ioan.Anton.Mangil.quæſt.177. num.2. cum ſeqq. & Gratian. d. cap.120. num.40. & ſeq.* Niſi quartam compleat, cum nihil aliud prætendere tunc valeat, vt firmat *Mangil. ſup.num.4.*

Licèt autem legatum ſimpliciter ac-
56 ceptauerit, ſi ad quartam non aſcendat, † ea non priuari, quamuis illud in quartam (vt diximus) debeat imputare, firmat *Mangil.d.loco, numer.5.* limitans caſum hunc *numero præcedenti*, quando mulier legatum, ſeu alimenta à marito relicta
57 acceptauit, & non ſemel, † ſed per plures exegit annos, quia à iure tunc quartæ cadere firmat ex *textu in l.Si pars, 10.§.fin. & in l.Nihil intereſt, 12. D.de inoffic.teſtamen.* Quod in ſimpliciter acceptante legatum ibi relictum procedere negat *Ioann.Petr.Fontanel.d.clauſul.5.gloſ.8. part.9.numer.56.* niſi cum acceptatione expreſſa teſtamenti, & in eo cõtentorum
58 intercedat approbatio, † ex ſententia *Ioann.Baptiſt.Coſt.in tract.de re integr. diſtinct.106.num.3.*

Quæ denique in quartam hanc ſint
59 imputanda, † vide *Mangil.d.quæſt.198. per tot.* vbi imputandum fore lucrum donationis ex parte viri, vſumfructum, qui marito ex legis diſpoſitione adquiritur, dotem paruam, & alia bona mulieris, quæ poſſet à patris hærede, vel ab ipſo patre conſequi aſſerit: quos omnes caſus breuiter per priores *quatuor* proſequitur *numeros*, iamque adnotauimus ſuprà. Aduertit tamen ſingulariter *num.5. ibidem*, id limitans, ſi penes ſe quaſdam res paruas repoſitas haberet coniux, quas imputare non adſtringi tradit ex *d.§.Quoniam verò, verſ.Si verò quaſdam in Auth. De exhibend.reis*, quem decepiſſe dicit *Curtium Iuniorem in d. Authen.Præterea, num.25.verſ.Vltima*, idque notare *Alex. Raudenſ. conſil.40. numer.91. lib.2.* De quibus omnibus caſibus videndi etiã (poſt *Deci.* & alios in *d.Auth. Præterea*) *Hieronym.Gabr. conſil.142. num.33. lib.1. Petr. Surd. deciſ.119 numer.29. & ſeqq. Ioan.Vincent.Honded.d. conſil.93. lib.1. Ioan.Petr. Fontanell.d.gloſſ.8. part.12. num.30. & duobus ſeqq. Stephan. Gratian. d. cap.120. numero 82. cum duobus ſeqq.*

Teneturque coniux pauper ſuperſtes
60 ad debitorum ſolutionẽ † pro rata, *Auth. de nuptiis, §.Sic itaque in fin.coll.4.* & notant *Franc.Viui. deciſ.163. num.1. & 2. lib.1. Cæſar Barzi.deciſ.128. numero 25. Mangil.quæſt.142. num.8. & quæſt. 96. num.1. Ioann. Baptiſt. Coſt. de ratione ratæ, d.quæſt.84.num.1. & per tot. Mart. dicta quæſtione 12. 3 part.art.5.num.45. & ſeqq.*

Vnde quartam hanc non vt quotam
61 bonorum, ſed hæreditatis † deberi, colligitur, obſeruantque *Pet.Surd. de alimen. d.tit.9.quæſt.35.num.22.& deciſ.8.nu.11. Ioann.Bapt. Coſt.d.quæſt.84.num.6. & ſeqq. Stephan. Gratian.* (omnino videndus) *d.cap.120. num.67. cum ſeqq. Marta* (ita iudicatum referens in Senatu Mantuano) *vbi ſuprà, num.43.* probatq; *text.* de iure Regio in *d.l.7. tit.13. part.6.* ibi: *Que pueda heredar haſta la quarta parte.* & *ibid. Gregor. Lopez.* Si enim vt quota bono-

bonorum deberetur, ad defuncti onera coniux pauper ſuperſtes non teneretur, vt præter iam relatos plenè cõprobat *Mangil. de imputationib. quæſt.* 141. *per tot.* Neque in quotam bonorum ſuccedẽtem
62 à creditoribus poſſe conueniri, † probant *text. in l. Si quis ſeruum, 8. & l. ſequens, D. de legat. 2.* & ibid. Scribentes, latèque *Aluar. Valaſc. in praxi partit. capit.* 17. *num. 4. cum ſeqq.* Nomen namque *Bono-*
63 *rum*, † ære alieno deducto intelligitur, vt *iuribus vulgatis*, in primaque huius tractatus parte, *quæſt. 4. §. 2. nu. 97.* exornauimus. *Hæreditatis* verò nomen † etiam
64 debita includit, *text. in l. Hæreditatem, 28. D. de donat.* aliisquè iuribus probat *Valaſc. vbi ſuprà, num. 6.* Quare & propi-
65 quioris ſuitione † coniux pauper in quarta ſuccedens tenebitur, vt poſt alios concludunt *Mangil. d. tract. quæſt. 196. nu. 5. & Ioann. Bapiſt. Coſt. loco proximè relato.*

Quæ igitur requirantur vt *d. Auth.* diſpoſitio locum habeat, ſat ex ſuprà dictis deducitur. Quatuor † enim principa-
66 liter deſiderantur: Quod nempè matrimonium ſit contractum: Sine dote, vel ſaltem congrua: Quod ſuperſtes laboret inopia: Premoriensque locuples decedat, ex *d. Auth. Præterea, & ibid. DD. Corne. conſilio 249. numero 1. Rimin. Iuni. conſilio 658. num. 3. lib. 6. Hieronym. Gabr. conſil. 142. numero 1. lib. 1. Simon de Præt. conſil. 9. num. 2. lib. 1. Honded. d. conſil. 93. numer. 18. lib. 1. Cæſar Barzi. deciſ. 126. num. 4. Iacob. Menoch. conſilio 105. nu. 2. Mangil. d. tract. quæſt. 137. num. 7. Gratian. d. cap. 120. num. 1. Anton. Monach. deciſ. Lucenſ. 50. numer. 4. Marc. Anton. de Amat. d. deciſ. 72. num. 1. Ioann. Baptiſt. Coſt. d. quæſt. 84. num. 11. Mart. voto, ſiue deciſ. 21. & 22. & in ſumm. ſucceſſ. legal. dict. 3. part. quæſt. 12. art. 5. num. 1.*

In primis igitur verè, & reale inter
67 coniuges matrimonium extitiſſe † probare oportet: neq; enim putatiuum vt prædictæ quartæ locus ſit, ſufficiet, vt notant *Fabian. de Pep. in d. Authen. Præterea, num. 7. Curt. Iun. num. 9. Purpurat. conſil. 330. nu. 1. lib. 1. Rolan. à Valle de lucro dotis, q. 93. Honded. d. conſ. 93. n. 15. lib. 1. Alex. Raudenſ. conſ. 40. n. 30. lib. 2.* ſequitur alios referẽdo, receptiorem, ac veriorem dicens *Ioan. Anton. Mangil. d. tract. quæſtione 189. numero 4.* latè *Gratian. d. cap. 120. num. 75. & ſequentibus.*

Matrimonio autem etiam clandeſtinè
68 † contracto (cum matrimonium dicatur, vt determinat *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat.*) *dicta Auth. Præterea* diſpoſitioni locum fore, iudicauit *Rota Romana Diuerſorum deciſ. 317. num. 1. part. 1.* tenentque *Alex. Raudenſ. d. conſ. 40. num. 52. verſic. Septimus eſt caſus, libro 2. Mangil. quæſt. 187. Mart. d. quæſt. 12. num. 2. & 3.* ita pariter iudicatum referens.

Quæ mihi hodie ſententia (licèt eam indubiè ſuprà relati teneant, pro eaquè fuerit iudicatum) ſatis redditur dubia; ex eo quia quartæ commodum à matrimonio prouenit, quod contractum eſſe non ſufficit, ſed iuſtè contractum, vt detractioni quartæ locus ſit, probãte ſic *text. in l. vnic. D. vnde vir, & vxor*, ibi: *Iuſtum eſſe matrimonium oportet.* & ibi: *Nihil enim capi propter iniuſtũ matrimonium poteſt.* Ambigit autem nemo, matrimonia clandeſtina iniuſta, & iure Canonico (quod in his præualet) improbari; *text. in cap. 3. de clandeſt. deſponſat.* imò & per ſacrum annullari *Tridentinum Concil. d. cap. 1. de reformat.* ibi: *Qui aliter quàm præſente Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius Parochi, ſeu Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus teſtibus matrimonium contrahere attentabunt; eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti decreto irritos facit, & annullat.* Quare ſi caſus mihi occurreret contra prioris ſententiæ ſequaces tenerem, conſulerem, & iudicarem.

In matrimonio autem per verba de
69 præſenti † contracto, quamuis ad viri domum ſponſa tradũcta non ſit, nec carnaliter cognita, prædictæ quartæ locum eſſe, dubium non eſt: cum nuptias non concubitus, ſed conſenſus faciat, iuxta vulgar. *text. in l. Nuptias, 31. D. de reg. iur. & in l. Cum fuerit, 15. D. de condit. & demonſt.* verèque coniuges dicantur vir, atque vxor, inter quos per verba de præſenti abſque copula, vel traductione ad domum matrimonium celebratum eſt, vt notat *Bald. in l. Solet, §. Qui virum, num. 2. in fin. D. de his, qui not. infam.* Ac ideò tanquam veram vxorem mariti
70 forum † ſponſam de præſenti etiam ante copulam, vel traductionem ad domum

ſequi,

ſequi, docet *gloſ. in l. Ea quæ, la* 2.32. in ordine, *D. ad municip. & in l. Cum quædam puella*, 19. *verb. Hoc euenerit, D. de iuriſd. omni. iudic.* Et ſtatutum excludens maritatas à ſucceſsione, eas etiam quæ per verba de præſenti, licèt nec ad domum viri traductæ, nec ſint carnaliter cognitę,
71 fuerint maritatæ, excludere, † docuerunt *Albert. Brun. in tract. de ſtatut. excluden. fœmin. & cognator. lineam à ſucceſsionib. art.* 6. *princip. membr.* 4. *quæſt.* 19. *n.* 285. ſequitur (poſt multos ab eo relatos) *Mar. Anton. Natta in ſimili ſuo tract. quæſ.* 2. *princip. verſ. Quartò quæro.*

Omnia denique iura de matrimonio, ſeu de marito, & vxore loquentia, in matrimonio per verba de præſenti contracto, copula etiam, vel traductione ad do-
72 mum non ſequuta procedunt, † *text. in l. pen. D. de inceſt. nupt. & in l. pen. D. de donat. inter vir. & vxor.* pluribus comprobat *Didac. Couar. ſuper* 4. *decret. c.* 1. *à num.* 2. *cum ſeqq. Ioann. Matienç. in l. fin. tit.* 2. *lib.* 5. *nouæ Reg. Collect. gloſ.* 6. *num.* 1. *Ioann. Gutierr. de iuram. confirmat.* 1. *part. cap.* 51. *num.* 2. *Pat. Thom. Sanch. de matrimon. lib.* 1. *diſputat.* 1. *à num.* 1. in fauorabilibus præcipuè, vt multis comprobat *Ioan. Petr. Fontanell. de pact. nupt.* 2. *tom. dict. clauſul.* 5. *gloſ.* 8. *part.* 10. *num.* 35.

Quarè prædictam ſententiam (ſponſam nempè de præſenti ad domum viri non traductam, nec carnaliter cognitam
73 quartam detrahere) † tenuerunt *Bald. in l.* 1. *C. vnde vir, & vxor, & ibid. Deci. num.* 7. *Curt. Iun. num.* 9. *& ſeqq.* de communi atteſtans, *& in d. Auth. Præterea, num.* 3. vbi etiam *Fabian. de Pep. num.* 3. *Rimin. Iuni. conſil.* 534. *per tot. lib.* 5. *Roland. à Valle in tract. de lucro dot. qu.* 106. *num.* 6. *Micha. Craſ. in d.* §. *Succeſsio ab inteſtato, quæſt.* 38. *num.* 2. *Alex. Raudenſ. d. conſ.* 40. *num.* 25. *verſ. Septimus eſt caſus, Rota Rom. Diuerſor. deciſ.* 317. *num.* 2. *part.* 1. *Mangil. de imputat. quæſt.* 186. *numer.* 10. *Gregor. Lopez in d. l.* 7. *tit.* 13. *part.* 6. *gloſ.* 2. *verb. Con ellas, Fontanell. vbi ſupr. numer.* 37. *Marta d. quæſt.* 12. *part.* 3. *art.* 5. *ſummæ ſucceſsionis legalis, num.* 2. *&* 3. ita deciſum referens, *Paul. AEmil. Gall. de except. quæ orir. poſſ. tam ex teſtam. quàm ab inteſt. d. tit.* 4. *except.* 5. *num.* 22. *part.* 1. *Azeb. in l.* 12. *tit.* 8. *lib.* 5. *nouæ Reg. Collect. num.* 3. *Coſta de rat. rat. dict. quæſt.* 84. *numer.* 1. *Martin. Nauarr. conſil.* 29. *de ſponſalib. libro* 4.

74 Secùs in ſponſa de futuro, † vt (poſt *Bald. Matthæſil.* & alios) teſtatur de communi aſſerens *Oluer. Textor. in tract. de ſucceſsionibus ab inteſtato, num.* 97. quos refert, & ſequitur *Paul. AEmil. Gall. d. except.* 5. *num.* 23. *&* 56. Licèt de hoc dubitantem referat *ibi Anton. de Roſell. in tract. de ſucceſſ. ab inteſtat. num.* 184. per fundamenta ibi adducta, quæ in ſponſa de futuro non multùm vrgent.

Paupertatem præterea ſuam coniux pauper ſuperſtes, vt quartam conſequa-
75 tur, † tanquam conceſsionis eius cauſam, ſuæque intentionis fundamentum, nullamque ad matrimonium dotem, incongruamvè (iuxta à Nobis ſuprà dicta) attuliſſe, probare debet, vt (ex *Socin. Pep. Alciat. Gabriel.* & aliis) tradit *Ioan. Anton. Mangil. d. tract. quæſt.* 161. *per tot.*

Dotem autem congruam, vel incongruam vt quartæ locus ſit (ſecundùm veriorem, quam iudico ſententiam) tempo-
76 re mortis † coniugis attento, non conſtitutæ dotis, iudicari debere; colligitur ex *text. in d.* §. *Quoniam verò, in Auth. de exhibend. reis*, ibi: *Inops aut vir, aut mulier inueniatur.* & in *d. Auth. Præterea*, ibi: *Et coniux præmoriatur locuples, ſuperſtes verò laboret inopia.* Pluribus hanc rationibus comprobat ſententiam *Andr. Barbat. d conſil.* 74. *num.* 3. *&* 6. *lib.* 4. *Philipp. Corne. conſil.* 249. *num.* 3. *lib.* 3. *Andr. Alciat. in l.* 1. *num.* 80. *D. de verb. ſignific. Rimin. Iuni. conſil.* 657. *num.* 44. *& ſeqq. lib.* 6. *& conſil.* 701. *num.* 13. *& ſeqq. eod. lib. Curt. Iun. in d. Authen. Præterea, num.* 10. *verſ. Vltima, Guill. Benedict. in cap. Raynuncius, de teſtam. verb. Vxorem nomine Adelaſiam, deciſ.* 5. *numero* 244. *Rolan. à Valle d. conſil.* 15. *numero* 24. *&* 25 *lib.* 3. *Iacob. Menoch. conſil.* 433. *num.* 4. *lib.* 5. *& conſ.* 505. *num.* 5. *lib.* 6. vbi de magis recepta opinione teſtatur, plenè *Mangil. d. tract. quæſt.* 160. *num.* 2. licèt in contrariam poſtmodum inclinet, *Petr. Surd. de aliment. tit. vltim. quæſt.* 35. *num.* 7. *Ioan. Cephal. conſil.* 244. *lib.* 2. & vt communi aſſentitur *Cæſar de Graff. deciſ.* 162. *aliàs* 1. *tit. de ſucceſſ. ab inteſtato, num.* 23. *Rota Rom. Diuerſor. d. deciſ.* 202. *num.* 17. *part.* 2. *Gregor. Lopez in d. l.* 7 *tit.* 13. *part.* 6. *gloſ.* 6. *verb. De lo ſuyo, circa med.*

Contrariam etſi tenuerint *Socin. Ioan. And.* & alii quos refert, & ſequitur *Mangil.*

*gil. d. quæſt.* 160. *num.* 3. *& ſeqq.* & cum eis *Stephan. Grat. d. cap.* 120. *numer.* 64. *Petr. Surd. conſil.* 216. *num.* 4. *lib.* 2. *Hieronym. Gabr. conſ.* 142. *n.* 9. 20. *& per tot. Mart. in ſumm. ſucceſſ. legal. d. part.* 3. *quæſt.* 12. *art.* 5. *num.* 40. *&* 41. Quorum mihi non ſatisfaciunt rationes, vrgentq; contrariæ.

Quinimò ſi mortis tempore ſuperſtes coniux inops reperiatur, licèt ad meliorem poſtmodum fortunam deuenerit, aut ſi dum petitionem differt, cauſavè diſcutitur, diteſcat, vel cum marito diuite matrimonium contrahat, quartæ ad-
77 huc locum fore, † cum diuitiæ ſuperuenientes ius in bonis locupletis mariti prædefuncti iam quæſitum non tollant, iuxta *text. in l. Qui Romæ*, 102. §. *Flauius Hermes, verſ. Item quæro, el* 2. *D. de verbor. obligat.* cum ſimilibus: tenent, ac defendunt *Deci. in dict. Authen. Præterea, numero* 23. & latiùs *conſilio* 24. *per tot. Corne. conſilio* 249. *numero* 3. *Guill. Benedict. in dicto capit. Raynuntius, verb. Et vxorem nomine Adelaſiam, deciſione* 5. *numero* 244. *verſic. Secundò quæritur, Hugo de Celſ. conſilio* 4. *numero* 13. *Andreas Tiraquell. in tractat. ceſſante cauſa, limitat.* 4. *numero* 2. *Rolandus à Valle* (communem dicens) *dicto conſilio* 15. *numero* 5. *libro* 3. *Alexand. Raudenſ. d. conſ.* 40. *nu.* 48. *lib.* 2. *Mangil. de imputationib. quæſtione* 182. *num.* 10. *& quæſtione* 194. idem firmans de muliere, quæ mortuo marito theſaurum inuenit, *Marta deciſione, ſiue voto* 22. *per tot. & in ſumm. ſucceſſ. legal. d. part.* 3. *quæſtione* 12. *articulo* 5. *numero* 14. ita iudicaſſe in Collegio Piſano referens, *Gregorius Lopez in dict. l.* 7. *part. gloſ.* 6. *verb. De lo ſuyo, propè med. Paul. Æmil. Gall. dict. except.* 5. *numer.* 11. *Stephan. Gratian. dicto capite* 120. *numero* 59. *& ſequentibus*, apud quem *numero* 62. *&* 63. vide, quid ſi in continenti poſt mariti mortem aliquo caſu fieret vxor locuples? de quo etiam *Mangil.* proximè relato loco: Vel quid ſi cum diues eſſet,
78 fieret in continenti pauper, † an nihilominùs *d. Auth.* locus ſit?

Huiuſmodi autem quarta centum librarum auri ſummam (quarum quælibet ducatorum ſeptuagintaduo continet
79 † valorem, vt notatur *in l. Quoties, C. de ſuſcept. & archia. libro* 10. *Mangil. dict. tractat. quæſtione* 199. *num.* 1. *Gregorius Lopez vbi ſuprà, gloſſ. fin. verbo*
80 *De oro*) excedere † non debet, vt (poſt *Vincent. de Franch. deciſione* 318. & alios ibi adductos) tenent *Margil. vbi proximè, numero* 1. *Stephan. Gratian. dict. loco, numero* 10. *&* 20. *Mart. in ſumm. ſucceſſionis legal. d. quæſtione* 12. *part.* 3. *articulo* 5. *numero* 40. Eſtque hodie expreſſus de iure Regio *text. in dicta l.* 7. *titulo* 13. *part.* 6. ibi: *Pero eſta quarta non debe montar mas de cien libras de oro, quantoquier que ſea grande la herencia del finado.* Ideòque ſi prædefuncti locupletis coniugis quadringentarum librarum auri ſummam bona excederent; quartam nequaquam conſequeretur ſuperſtes inops, ſed ad centum auri libras conditione ex lege ageret, ex *text. in Authen. de nuptiis, §. Sic itaque, verſic. Si quid autem, coll.* 4. *auth. vt liceat matri, & auiæ, §. Quia verò legem, el* 2. *coll.* 8. *& d. l. part.* tradunt que *Angel. Bald. Aretin. Corne. Gabr. Honded.* & alii, quos refert, & ſequitur *Gratian. dict. cap.* 120. *num.* 30. *Paul. AEmil. Gall. d. except.* 5. *num.* 3.

Si verò prædictam non excederent bona ſummam, licèt ampla ſit quarta, minorique quantitate honeſtè ſuperſtes cõiux poſſet viuere; integram nihilominùs
81 quartam † abſque deductione, vel diminutione aliqua habebit, cum à lege definita ſit, eiuſque liberalitate fruatur, vt per *Gratian. vbi proximè*, iamque notauimus. Sicut ex aduerſo licèt tenuis ſit quarta, neque ſuperſtiti coniugi ad vi-
82 tam decenter tranſigendam ſufficiat, † vel ob infirmitatem, aliavè ratione maioribus egeat alimentis, nequaquam augebitur, vt profitentur *Paul. Pich. in d. Authen. Præterea, numer.* 60. *Stephan. Gratian. d. loco, num.* 65. *&* 66. *Ioann. Anton. Mangil. d. tract. quæſt.* 175. *nu.* 7. *Statil. Pacific. d. deciſ.* 174. *nu.* 32. aſſentiturque *Ioann. Bapt. Coſt. de rat. ratæ. d. quæſt.* 84. *num.* 9.

Hancque ex prædefuncti bonis quartam ſuperſtiti pauperi coniugi quoad
83 vſumfructum, & proprietatem, † ſi liberi non extent; eis verò extantibus, quoad vſumfructum proprietate illis reſeruata, deberi, explorati iuris eſt, *text. in dict. §. Quia verò legem, el* 2. *& in dicta Authen. Præterea*, & tenent (poſt antiquiores à ſe relatos) *Stephan. Gratian. d. cap.* 120. *num.* 18. *Pet. Surd. deciſ.* 8. *nu.* 11.

*Ioan.*

*Ioan. à Caſtillo de vſufruct. lib. 1. cap. 45. num. 23. Ioann. Bapt. Coſt. de re integr. diſt. 10. num. 1. Ioan. Petr. Fontanel. de pact. nupt. d. clauſ. 5 gloſſ. 8. part. 12.* ita in Catallon. Senatu iudicatum dicens, *Paul. AEmil. Gall. d. tract. de except. quæ oriri poſſ. tam ex teſtam. quam ab inteſt. d. except. 5. num. 2. part. 1.* Et ſiue maſculi, ſiue fœminæ liberi extent, cum liberorum appellatio (de qua in *d. auth. Præterea* fit mentio) vtriuſque ſexus comprehendat
84 † liberos, *text. in l. Non eſt ſine liberis, 148. l. Cognoſcere, 56. §. Liberorum, D. de verb ſignif.* & tenent in ſpecie *Curt. Iun. in d. auth. Præterea, nu. 30. & ſeq. Mangil. quæſt. 148. num. 2. & ſeqq. Gratian. d. cap. 120. num. 25. Roland. a Valle conſ. 82. num. 32. & 41. lib. 3.* Quod limitat *Mangil. quæſt. 149. nu. 8. & ſeqq.* quando filia
85 ab ſtatuto excluditur, † ita iudicatũ Mãtuæ referens: ex *Petr. Surd. d. dec. 8. n. 18. verſ. Hanc partem tenendo, & n. 30. verſ. Fuit etiam adductum*, idemquè firmant *Stephan. Gratian. vbi ſup. n. 27. 28. & 29.*

Hæc tamen (ſecundum communiorem ſententiam) procedunt, liberis communibus exiſtentibus: ex alio verò matrimonio extantes filii non ſolùm quartæ detractionem quoad vſumfructum non
86 impediunt; † Sed neque quoad proprietatem, quæ coniugi pauperi ſuperſtiti tunc adquiritur, vt (ex *Bald. in dicta authent. Præterea, numero 1. Paul. Caſtren. numero 4. Roman. numer. 3. Iaſ. numero 13. Curt. Iuni. numer. 14. Paul. Pich. numer. 7. verſic. cogita*) obſeruat *Mangil. quæſtione 146. per tot. Gratian. ſupra, numer. 17. verſic. Secundo.* Licet pluribus mediis hanc conetur diſtinctionem ſubuertere *Andre. de Angul. in tractatu de meliorat. ad leg. 9. tit. 6. lib. 5. nouæ Reg. Collect. gloſ. 2. numer. 60. & ſeqq.* contendens, vtroquè pariter caſu proprietatẽ prioris matrimonii filiis ſeruandam, ſatisfacereque textui in *d. auth. Præterea* (qui contrarium ſuadet) auferẽdo verba illa in ea adiecta, *Vel ſi nullos alios habuerit*, vt quæ in originali vnde ſumptus eſt, nõ reperiantur. Et hanc opinionẽ ſequitur in caſu, quo cum filiis cõmunibus, alterius etiam exiſterent matrimonii filii, vt tunc in vſufructu tantum ſuccedat coniux, proprietate vtriſquè æqualiter reſeruata, ex *Vincent. de Franch. deciſ. 621. numer. 3.* & aliis ab eodem relatis, tenetque etiam *Ioannes Petrus Fontanell. de pactis nupt. clauſul. 5. gloſſa 8. part. 12. numero 10. & ſequenti.*

Quando verò adſunt ſoli alterius matrimonii liberi quartæ quoque proprietatem ſuperſtiti coniugi deberi; adſeuerant etiam præter iam relatos *Ioan. Vincent. Honded. d. conſil. 93. num. 6. lib. 1. Petr. Surd. d. deciſ. 8. num. 11. Micha. Craſ. in §. Succeſsio ab inteſtato, quæſt. 39. num. 2. Ioan. Batiſt. Coſt. de re integr. d. diſtinct. 106. numer. 1.* & alii, quos refert, & ſequitur (communem dicens, & in Catallon. Senatu ita iudicatum) *Fontanell. ſupr. num. 8 & 9.*

Sicut autem communium filiorum exiſtentia quartæ deductionem quoad
87 proprietatem impedit: ita nepotis † ex communi filio præmortuo, vel mortui coniugis aſcendentium, cum quibus, vel eorum altero ſi coniux concurrat ſuperſtes quoad vſumfructum tãtùm quarta fruetur, vt multis relatis tradunt *Stephan. Gratian. dicto capite 120. num. 21. & ſequenti, & Mangil. dicto tractatu, quæſtione 153. numero ſecundo, verſic. Contra verò, & numer. ſequentibus*, vbi pariter aduertit *numero ſeptimo*, quartę
88 locum fore, licèt plurimi, † ſeptem, vel octo ex communi filio extent nepotes, cum pro vno reputentur omnes, §. *Cum filius, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* Licèt filii tres tantùm eſſe debeant, vt quarta deduci poſsit: ſi verò plures ſint, in virilem ſucceſsio detur, vt & tenet *idem ipſe, quæſtione 147. Gratian. d. num. 19.* diximuſque latiùs ſuprà.

Quòd tamen liberis deficientibus, quamuis aſcendentes extent, quoad vſumfructum, & proprietatem debeatur ſu-
89 perſtiti coniugi † pauperi quarta, contendunt (per *text. in d. auth. Præterea*, nec in hoc caſu filiorum fauorem prærogatiuamque parentibus concedi) *Decius ibidem, numero 17. Curt. Iuni. numero 37. verſic. Secundò principaliter, & Mangil. dict. tract. quæſt. 15. num. 4.*

Ex quibus ſatis, apertèque conſtat, tranſuerſalibus ſuccedentibus, quartam
90 inopi coniugi ſuperſtiti deberi, † cum eorum impotentior, debiliorque in ſucceſſione, quàm aſcendentium, vel deſcendentium ſit ratio. Ita tenuit *gloſſa* (ab omnibus communiter recepta, per text. ibi) *in dict. auth. Præterea, & in dicto*

§. *Quoniam verò in d. authent. De exhibend. reis*, *Alex. in d. auth. Præterea*, *num. 9. Curt. Iun. num. 38. Fabian. de Pep. num. 93. Paul. Pich. num. 26. & 28. Micha. Craſ. in dict. §. Succeſsio ab inteſtato, quæſt. 41. Mangil. quæſt. 154. Gratian. d. cap. 120. num. 24.*

Quinimò etiamſi plures, quàm tres
91 in eodem gradu tranſuerſales extent; † non in virilem, ſed in quartam, eamque integram ſuperſtiti coniugi pauperi competere (contra *Salycet. in d. authen. Præterea, num. 10.* cum *Curt. Iuni. ibidem, numer. 38.*) defendit, equiorem hanc ſententiam dicens *Ioan. Anton. Mangil. vbi ſup. num. 2.*

Vnum præterea ſatis notabile aduertit, ac pluribus firmat *Ioann. Petr. Fontanell. d. clauſul. 5. gloſſ. 8. part. 12. numero 18. & ſequentib.* Non ſolùm nempè filiorum communium exiſtentiam efficere, vt coniux pauper ſuperſtes quartam quoad vſumfructum tantùm, non etiam quoad proprietatem percipiat: ſed idem etiam fore ſeruandum, ſi in filiorum lo-
92 cum pia † cauſa inſtituta ſit, quod vt pium, ſatis dubium in pacto iuris arbitror. Cum coniugem iure à lege delato priuare coniux non valeat, nec aliquo illud minuere modo, deteriusvè reddere (vt iam diximus) queat.

Huiuſmodi autem quartam ex omnibus mariti prædefuncti locupletis bonis, ſiue mobilia ſint, ſiue immobilia, ſiue in mariti territorio, ſiue in alio ſita, percipiet
93 pauper vxor, † cum à lege (quę vbiquè dominatur) eius proueniat commodum, vt tenet *Iaſ. in in l. Cunctos populos in 2. repet. numer. 94. & 96. C. de ſumm. Trinit. & fidei Cathol. Coler. de proceſ. execut. 1. part. cap. 3. numer. 241. Stephan. Gratian. d. loco num. 85. & ſeq.*

Idemquè in viro ſuperſtite, qui in quartam dotis, & aliorum bonorum vxo-
94 ris ſuccedet, † *gloſſ. Cyn. & Bald. in l. Licet, C. de iure dot. idem Bald. in l. 2. num. 5. D. ſolut. matrim. Alex. num. 3. Doctoreſque communiter in d. auth. Præterea*, *Mangil. d. tract. quæſt. 143. numer. 4. & ſeqq. & quæſt. 165. num. 4.*

Debeturque quarta hęc etiam in feu-
95 do, hereditario † ſaltem, vt ex pluribus obſeruat idem *Mangil. quæſt. 174. nu. 10.*
96 *& ſeqq.* Licèt non in feudo ex pacto, † & prouidentia, abſoluto, vel mixto, ex *text. in c. 1. §. fin. de inueſtit. de re alien. fact.* tradunt *Roman. in d. auth. Præterea, n. 11.* vbi ſic conſuluiſſe, & iudicatum fuiſſe teſtatur in ciuitate Arimini, licèt multi ex famoſioribus Italię Doctoribus conſuluiſſent contrarium: ſequitur etiam *Romanũ Iaſ. ibid. num. 4. Fab. de Pepe num. 2. & 130. Franc. Burſat. conſil. 92. num. 22. lib. 1. Mangil. quæſt. 174. num. 7. Vincen. de Franch. deciſ. 318. num. 2. Gratian. d. cap. 120. num. 9.* pleniſsimè hac de re omnino videndus *Marta in ſumm. ſucceſſ. legal. d. 3. part. artic. 5. quæſtione 12. ex num. 30. vſquè ad numer. 40. excluſiue*, *Paul. AEmil. Gall d. tit. 4. except. 5. n. 75. & 76. part. 1.*

97 Nec in emphyteuſi Eccleſiaſtica † locum habere quartam, reſponderunt *Curt. Iuni. in d. auth. Præterea in fin. Rapha. Cum. conſil. 131. Ioan. Petr. Fontanell.* loco proximè referendo. Nec in laicali, *Ioſeph. Ludouic. communi. opini. tit. ſoluto matrim. col. 2. verſic. Limitatur primo, Stephan. Gratian. d. cap. 120. num. 91.*

98 Nec in bonis fideicommiſſo † ſubiectis, *Alexand. Rauden. d. conſilio 40. numero 79. lib. 2. Ioann. Anton. Mangil. d. quæſt. 174. num. 8. & 9. Fontanell. de pact. nupt. 2. tom. clauſul. 5. gloſſ. 8. p. 11. n. 46. Mart. d. quæſt. 12. part. 3. artic. 5. num. 42.*

99 Quare nec in maioratus bonis † locum habere, docent *Oliban. in §. Fuerat, num. 36. inſtit. de actionib. Alexan. Raudenſ. vbi ſuprà, num. 79. Fontanell. d. loco, nu. 44. & ſeqq.* ſic iudicatum referens, *Cardin. Dominic. Tuſch. practic. concl. lit. V. concluſ. 401. num. 64.* Cum hęc prędefuncti coniugis bona non dicantur, ad aliosque pertineant: quarta autem de ipſiuſmet bonis, non de aliis, ad aliosvè pertinentibus deducenda ſit, *d. authent. Præterea.*

Nec pariter quartam hanc conſequi-
tur vir, aut mulier ſuperſtes, quę coniu-
100 gis expilauit hereditatem, † *Fabian. de Pepe in d. authent. Præterea, num. 126. Socin. conſilio 121. numer. 35. & 54. libro 4. Andr. Alciat. conſil. 252. num. 15. Alexand. Raudenſ. d. conſil. 40. num. 39. Petr. Surd. deciſ. 61. num. 16.* refert, & ſequitur *Mangil. d. tract. quæſt. 190. Gratian. d. loco, num. 72. Fontanell. ſupr. n. 48. & 49. Anton. Monach. deciſ. Lucenſ. 50. num. 31.*

Quod limitat *Gratian. ſupra. nu. 73.*

Dum-

101 Dummodo per Principis gratiam † non fuerit reſtituta, nec alteri ſit ius quæſitum?

Nec quæ poſt viri mortem ante quartæ receptionem impudicè viuit, † ſecundum *Ioan. Lup. in repet. rubr. de donat. inter iur. & vxor. §. 67. numer. 15. Petr. Surd. d. deciſ. 61. num. 18. Mangil. quæſt. 191. Gratian. d. cap. 120. num. 71. Fontanell. d. gloſſ. 8. part. 1. num. 51. Gregor. Lopez in d. l. 7. tit. 13. part. 6. verb. Fijos in fin. Paul. AEmil. Gall. d. tract. except. 5. tit. 4. num. 34. & 35. par. 1.*

102

Nec maritus qui vxorem, aut vxor quæ maritum occidit, † ex communi Doctorum ſententia, de qua teſtantur *Rolan. à Valle in tract. de lucro dot. queſt. 61. num. 11. Nicol. Boer. deciſ. 25. num. 8. Anton. de Roſel. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 179. & ſeqq. Oliuer. Textor. nu. 102. & Nicol. de Vbald. in 4. part. nu. 5. verſ. Pro hoc, eod. tract. Paul. AEmil. Gall. vbi ſupra, num. 36. & 37.* Vel ob cuius negligentiam † coniux deceſsit, veluti ſi in infirmitate coniugis præmortui neceſsaria non præſtiterit alter, non adhibendo medicum, vel adhibẽdo notoriè imperitum. Ita (per *gloſ.* notabilem in *l. Si ab hoſtibus, §. Si vir vxorem, D. ſolut. matrim.*) tenet *Nicol. de Vbald. vbi ſupra, verſic. Ad hoc eſt bonus text. Anton. de Roſel. d. tractat. num. 186. verſic. Nam iſte, & Oliuer. Textor, d. loco. Paul. AEmil. Gall. d. except. 5. num. 38. & 39. & nu. 77. cum duobus ſeqq.* vbi de coniuge coniugem non alente, vel non curante. Et generaliter priuandam quarta hac coniugem coniugali affectu coniugem non tractantem, † reſoluit (ex ſententia *Simon. de Prat. conſil. 9. nu. 20.*) *Ioan. Bapt. Coſt. de ratione ratæ, d. q. 84. num. 18. Fontanell. vbi ſupra numer. 47.* non parui caſum hunc faciendum admonens.

103

104

105

Nec præterea conſequitur quartam coniux, cuius culpa matrimonii ſeparatio, † quæ mortis tempore durat, Iudicis authoritate facta eſt, vt docent *Cyn. in l. 1. C. vnde vir, & vxor, Micha. Craſ. in d. §. Succeſſio ab inteſtato, quæſt. 38. nu. 5. Oliuer. Textor. & Anton. de Roſel. in dict. tract. de ſucceſſ. ab inteſt. at.* alter *num. 104 & 105.* alter *num. 144. verſ. Eſt tamen attendendum, Gratian. d. cap. 120. nu. 74. Paul. AEmil. Gall. vbi ſupra, num. 64. 65. 69. & 71.* Nec quæ à viro abſque cauſa diuertit † vxor, *Rolan. à Valle d. conſ. 14. num. 38. lib. 3.* plenè *Mangil. d. tractat. queſtione 188. numero 2.*

106

107

108

Secùs ſi culpa viri † eam expellentis, ſecundum *Curt. Iun. in d. auth. Præterea, num. 4. & 5. & ibid. Fachian. de Pep. n. 9. Roland. à Valle conſil. 15. num. 8. d. lib. 3. Rota Rom. diuerſ. deciſ. 317. nu. 3. part. 1. Mangil. vbi ſupr. num. 1.* Idem ipſa mulier ſponſa † quoque dicens *ibi num. 2.* quam ex iniuſta cauſa maritus admittere recuſat, quia idem eſt expellere, & non admittere, ex *Alexan. conſil. 78. in princip. lib. 5.* & ita decidit *Rota Roman. vbi ſupra, num. 3.*

109

Sed ſi vtriuſque coniugis culpa † vehiti ſi per communem diſcordiam matrimonii ſeparatio mala gratia facta ſit, vterque cõiux quarta priuatur, ex diſpoſitione *text. in l. vnic. §. Vt autem, verſic. Sed ſi diuortium, D. vnde vir, & vxor.* ita obſeruat (poſt alios à ſe relatos) *Paul. Æmil. Gall. d. except. 5. num. 71.* Secùs ſi mutuus conſenſus † in re ſit licita, ex communi concordia ſeparatio fiat.

110

Non etiam ſterilis coniux † (impedimento ſaltem naturæ, non accidentali) quodque poſt matrimonium contractum ſuperuenit) quartam deducet, vt obſeruat (poſt Dyn. Iaſ. & alios ibid. adductos) *Alexand. Raud. d. conſil. 40. nu. 30. & 31.* quos ſequitur *Mangil. quæſt. 192. per tot. præcipuè num. 3.*

111

Item à quarta in bonis ſecundi coniugis excludi coniugem, qui à primo † quartã conſequi potuit, obſeruat *Fabian. de Pepe in d. auth. Præterea, num. 33. & 4 numer. 104. vſquè ad numer. 110. Gozad. ibid. numer. 101. Deci. conſil. 24. numer. 2. ad fin. & numer. 5. verſic. E contra, Socin. Seni. conſil. 121. numer. 30. & ſeqq. lib. 4. Aym. Crauet. conſil. 102. numer. 1. verſic. Iaeò ſcripſit, Petr. Surd. de aliment. d. tit. 9. quæſt. 29. numer. 21. & quæſt. 35. num. 32. & ſeq. Cæſar Barzi. deciſ. 130. num. 47. & ſequentib. Decian. Cephal. Craſſ.* & alij, quos refert, & ſequitur *Ioann. Anton. Mangil. d. tract. quæſt. 178. ex numer. 4. cum ſeqq.* præcipuè *num. 13.* veriorem hanc communem, & magis receptam teſtatur *Stephan. Gratian. dicto cap. 120. num. 53. & ſeqq. Alexan. Raud. d. conſilio 40. numero 29. & 48. libro 2. Paul. AEmil. Gall. d. except. 5. numer. 29. Fontanell. d. gloſſ. 8. part. 10. ex num. 2. cum ſeqq.* verum id intelligens *numer. 5.* ſi primus maritus fuiſſet ſoluendo, † non

112

113

114

aliter. Quæ inanis videtur limitatio: cum ita demum quarta hæc debeatur, si coniux præmoriens locuples decedat, & sic soluendo, nisi ad conueniendi facilitatem respexerit.

Secundò limitat, & intelligit *idem ipse ibi numero 7. & sequentib.* si antequam ad secundas conuolasset nuptias
115 coniux, ab hæredibus † coniugis prædefuncti quartam petiit, quia ab hæredibus secundi coniugis, in cuius bonis quartam prætendit superstes, opponi posset, vt cœptam contra primi coniugis hæredes prosequeretur causam, repellique debere si non prosequatur: Secùs si absque tali petitione secundò matrimonium contraheret: hoc modo prioris sententiæ restringens generalitatem. Quam etiam eius sequaces ampliant, si bona primi
116 coniugis essent confiscata, † in quibus quartam superstiti coniugi pauperi deberi firmat *Mangil. quæstione* 180. diximusque suprà; ideòque nec à secundi coniugis hæredibus deberi.

Vtrùm autem quartam hanc possit superstes coniux pauper propria authoritate † deducere? non minima dubitatio
117 est. In qua affirmatiuam partem tenendam suadent *textus in dicto §. Quia verò legem, in authent. Vt liceat matri, & auiæ, text. in §. fin. in authent. de exhibend. reis, & in §. Quia verò in auth. de æqualit. dot.* firmantquè *Iaſ. in dicta authent. Præterea, numero 9. Caſtrenſ.* 119 *in fin. Philipp. Corne. conſilio 4. numero 5. & 7. in fin. libro 4. Marc. Anton. Natta conſilio 605. numero 9. libro 4. Petr. Surd. dicto titul. fin. quæstione 35. numero 23. in fin. & deciſione 8. numero 11. Stephan. Gratian. dicto capite 120. numero 44.* & assentitur *Gregor. Lopez in d. l. 7. tit. 13. part. 6. verb. Heredar.*

Negatiuam tamen tenuerunt *Curt. Iun. in dict. authent. Præterea, numero 40.* secundum quam iudicatum à Sacro Concilio testatur *Alexand. Trentac. conſilio 60. num. 14.* reuocasseque idem Concilium sententiam pro aduersa superiore latam, sequitur *Ioannes Antonius Mangil. dict. tractat. quæstione 156. numero 4.* defenditque *Coſta d. quæſt. 84. num. 18.*

Non minorem continet quæstio illa difficultatem: An ad reuocationem donationis gratuitæ à coniuge factæ, super-
118 stiti pauperi pro quarta consequenda † agere permissum sit, si propter donationis immensitatem ea priuaretur? In qua affirmatiuam multi, tenent multi negatiuam. Illam *Ioann. Baptiſt. Laderch. conſil. 167. per tot. Ioann. Batiſt. Coſta ſuprà, numer. 17.* vbi quòd vxor inops potest alienata a viro titulo lucratiuo, reuocare, vt quarta sibi debita suppleatur, ad ratam saltem, vt ex patrimonio, quod supereſt, tantum habeat, quantum si maritus non donasset habitura fuisset: & in hac (vtraque discussa) residet sententia *Mangil. quæſtione 183. numero 6. & ſequentib. Ioann. Petr. Fontanel. dicta clauſula 5. gloſ. 8. part. 11. numero 43.* Hanc (negatiuam scilicet) *Valent. Forſter de ſucceſſ. ab inteſtat. libro 5. titulo de ſucceſsione viri & vxor. pagina mihi 358. verſic. Verum omiſſa, Durand. de arte teſtand. titulo 6. de legat. caut. 20. numero 3. Gregor. Lopez in d. l. 7. verbo Quarta, Andre. de Angulo de meliorat. ad leg. 9. tit. 6. lib. 5. nouæ Reg. Collect. gloſſ. 2. num. 54.*

Quam opinionem, *dummodo in fraudem donatio facta non ſit,* probauit *Alexand. Raudenſ. d. conſil. 40. numero 20. libro 2.* & sic iudicatum asserit *Vincent. de Franc. deciſ. 318. num. 7.*

Vnum sanè apud omnes peræquè obseruatum reperio: Pauperem coniugem ad hæredes ius hoc quartæ non trãsmittere: † Cum cõiugis morte cesset mendicitatis causa, quæ dictæ (vt sæpè diximus) constitutioni ansam præbuit. Ita docent *Philipp. Corne. d. conſil. 4. numero 4. libro 4. Fabian. de Pep. in dicta Authen. Præterea, numero 4. & ibidem Paul. Pich. in princip. Franc. Burſat. conſilio 92. numero 22. libro 1. Ioann. Anton. Mangil. d. tract. quæſtione 152. Paul. Æmil. Gall. d. except. 5. titulo 4. part. 1. numero 51.* Quod si pauper coniux præmoriatur, intelligendum erit; quia nec contra superstitem locupletem coniugem, neque contra eius hæredes pro quarta præmortui coniugis hæredes agere poterunt, ex suprà tradita ratione, ex apertaque *d. authen. Præterea*, consimiliumque suprà relatorum iurium ordinem hunc præfigentium dispositione, vt quartæ successioni locus sit, sub conditioneque ius quartę assignantium, si coniux præmoriens locuples sit, superstes verò laboret inopia.

Mortis

Mortis autem ordine hoc, qualitateque exiſtente, licèt antequam coniux ſuperſtes pauper quartam peteret, aut conſequeretur, decedat, illius ius ad hæredes tranſmitti, cum iam in perſona coniugis radicatum extiterit, euenerit-què exactionis caſus, indubiè tenendum videtur, ex *text. in l. Hæreditas, 63. & l. Hæredem, 60.* cum ſimilibus, *D. de reg. iur.* & ita ſuprà dictam intelligendam, limitandamque ſententiam.

## VTRVM PENDENte confectione inuentarii poſſit pauper hæredem etiam pro hæreditariis actionibus conuenire?

## *SVMMARIVM.*

1 Hæres defuncti perſonam repræſentat, eademque videtur cum defuncto, & in illum (licèt hæredis nulla ſit facta mentio) defuncti actiuè, & paſſiuè tranſit obligatio.

2 Et etiamſi in principalis obligatione adſit dictio taxatiua *tantùm*, eius adhuc comprehenditur hæres.

3 Si ſtatutum dicat, *vt debitor poſsit pro debito incarcerari*, eius quoquè hæres poterit, licèt de eo nullam faciat ſtatutum mentionem.

Statutum conſtituens certam pœnam petenti illud, quod iam ſolutum erat, in eius quoque hærede, quando de eo notitiam habuit, procedet, ibidem.

4 Contra hæredem, ſicut contra debitorem principalem, & ad petitionem hæredis, ſicut ad petitionem principalis executio facienda eſt.

Etiamſi ſtatutum mandandum executioni inſtrumentum contra debitorem in ipſo comprehenſum, vel deſcriptũ dicat, ibid.

In ſtatutis de perſona ad perſonam non fit extenſio, ibid.

5 Hæres inuentarii confectione durante, à creditoribus, legatariis, vel fideicommiſſariis conueniri non poteſt.

Et quid hodie de iure nouiori? numero 9.

Et quid in actionibus realibus, & quando hæres vt quilibet alius conuenitur? num. 8.

6 Exceptio inuentarii non confecti litis impedit ingreſſum.

7 Sententia contra defunctum lata contra hæredem tempore confectionis inuentarii durante exequi non poteſt.

9 Intellectus ad *textum in l. final. §. Donec, C. de iure deliberat. in authent. Vt cum de appellat. cognoſcit, §. Sancimus, el 2. collatione 8. & in l. final. titulo 13. part. 1. & l. 19. titulo 7. part. 7.*

De iure Digeſtorum dum funus tantùm ducebatur prohibitum erat aliquem ex defuncti familia in ius vocare, ibid.

10 Pauperes etiam intra tempora conficiendi inuentarium poterunt ſibi debita, vel relicta ab hæredibus vt neceſſitatibus ſuis ſubueniant, exigere, & num. 13. & 14.

11 Et ſiue ſint pro alimentis relicta, ſiue non, dummodò pauperi relinquantur.

12 Legatum alimentorum non pauperi factum intra tempora conficiendi inuentarium exigi non poterit.

13 Arbitrio Iudicis relinquitur, quis dicatur pauper, vt per modum ſaltem prouiſionis ſententiam interlocutoriam contra debitorem pro alimentis intra tempora conficiendi inuentarii obtineat, debitaque poſsit ab eo exigere.

## QVÆST. LVII.

1 LIcèt hæres perſonam defuncti repræſentet, & eademque cum eo videatur: *authent. de iureiurand. à morien. præſtito in principio, collat. 5. l. fin. C. de hæredib. inſtituend. cum aliis:* Et quidquid iuris eſt de aliquo, idem etiam ſit de eius hærede, in eumque de-

functi obligatio ( nulla etsi hæredis facta mentione ) actiuè , & passiuè transeat : *textus in l. Veteris* , 13. *C. de contrahenda & commit. stipulat. text. in l. Postulante*, 44. *versic. Cæterum, D. ad Senatusconsult. Trebell.* & vtrobiquè communiter Doctores, *Iaſ. in l. 2. §. Item si in facto, num. 1. versic. Quæro ergo, D. de verbor. obligat.* Quinimò etsi in principalis debitoris obligatione adsit dictio taxatiua *Tantum*, † vt si de se *tantum*, 2 vel de suo dato , & facto *tantum* promittat ; adhuc in ea ( ex suprà dicta ratione , quòd vna eademque persona cum defuncto videatur) comprehendatur hæres, vt probat textus singularis in *l. Si necessarias*, 8. §. *De vendendo*, *D. de pignorat. actione*, *& in l. Stipulatio ista habere licere*, 38. *in princip. versic. Sed si se* ( & ibi notant *Paulus Castrenſ. Ludouic. Roman. & Alexand.* ) *D. de verbor. obligat.* ſingulare mque dicunt ad id textum ibi *Baldus & Salycetus in l. final. C. de actionibus empti*, ſequitur *Iaſ. in dicta l. 2. §. Item si in facto, numero primo in fine, & numero 2. & in l. 1. numero 11. versic. Quartò limita*, *D. si quis ius dicent. non obtemperau. & in l. Si tibi*, §. *Si quis per tot. D. de pactis*, *Barthol. Caſſanæ. in conſuetud. Burgund. titulo deſcenſ. rubric. 11. verbo Contre le principal oblige*, §. 4. *numero 2. & ſequentibus, folio mihi 363. Decius conſilio 213. numero 8. Hippolyt. de Marſil. ſingular. 475. incip. Non eſt tibi nouum, & ſingul. 656. numero 2. Andreas Tiraquell. de retractat. conuent. §. 1. gloſſa 6. numero 4. Nicola. Boerius deciſione 67. numero 5. Antoni. Gabriel communi. opin. libro 6. titulo de verbor. ſignificatione, concluſione quinta, numero ſecundo, Petrus Cened. ſingul. 2. de dictione Tantum , numero tertio , Cald. Pereira de emptione, & vendit. cap. 28. num. 3. & 5.*

Ex hisque fiat, vt si ſtatutum dicat, *poſſe debitorem pro debito incarcerari*, eius quoque hæres † ( licèt nullam de 3 hærede faciat ſtatutum mentionem ) poſſit, vt docent *Bart. in dicta l. Poſtulante*, 44. *numero primo, D. ad Senatusconſult. Trebell.* quem ſequuntur ibi *Paul. de Caſtro*, *& Alexand. Iaſ. in dicto §. Item si in facto , numero 2. D. de verborum obligat. & in l. Diuortio*, §. *Interdum, numero ſexto, & ſeptimo, D. ſoluto matrimon.* pulcrum per hæc decidens caſum : Quòd ſtatutum certam conſtituens pœnam petenti illud , quod iam ſibi ſolutum erat, quamuis ſit perſonale ; in eius quoque hærede, quando ſcientiam habuit de hoc , locum habet : ſic concluſiſſe aſſerens *Fulgoſium conſilio 31. incip. Dubia ſuper quibus conſilium poſtulatur* : ſuprà dictam etiam ſententiam latè firmauit *Azeued. in l. 19. titulo 21. libro 4. nouæ Reg. Collect. à numer. 86. ad numerum 90. & in l. 14. titulo 7. libro nono, Antonius Gomez in l. 64. Taur. num. 5.*

Contraquè hæredem ſicut contra principalem debitorem , & ad petitionem hæredis, ſicut ad petitionem cre- 4 ditoris executio † facienda ſit ; *text. in dicta l. Poſtulante*, 44. *ad Senatusconſult. Trebell. textus in l. 1. & toto titulo C. de hæredit. actionibus , textus in l. vnic. C. vt actiones ab hæred. & contra hæred. incip. text. in l. Ex contractu*, 44. *D. de re iudic.* notat *Bart. in dicta l. Poſtulante* , per quam decidit *Paulus Caſtrenſ. ibi in principio* , ſtatuto dicente, mandandum eſſe executioni inſtrumentum contra debitorem in ipſo comprehenſum , vel deſcriptum, etsi in ſtatutis, quę de perſona ad perſonam non extenduntur , loquamur , *l. Si verò*, 65. §. *De viro, D. ſolut. matrim.* Secùs tamen hoc in caſu eſſe , executionique contra hęredem mandandum : quia talis ſtatuti diſpoſitio perſonam , quę non ſit , nec reputetur eadem cum defuncto, repellere intelligitur , ſecùs ſi reputetur. Præfatam quoque tenet ſententiam *Iaſ. in l. Iulianus, numero tertio , D. de verbor. obligation. Barthol. Caſſanæ. loco proximè relato, numero primo , & ſequentibus*, latè *Rodericus Suarez in l. Poſt rem iudicatam , extenſione 1. numero primo, & 10. D. de re iudic. Antonius Gomez vbi ſuprà Paz in praxi quintæ partis tomi primi , capite primo , numero 36. Didacus Perez in l. 4. titulo octauo , libro tertio , Ordinam. gloſſa 1. pagina mihi 629. verſicul. Quæro, vtrum executio per inſtrumentum guarentigium peti poſsit contra hæredem? Azeued. in dicta l. 19. titulo 21. numero 86. Ioann. Yañez Parlador. rer. quotidianar. lib. 2. cap. fin. 4. part. §. 1. num. 1.*

Non

Non tamen ante hæreditatis acceptationem, inuentariumquè confectum, ſed poſteà hæc locum habent. Inuentarii namquè confectione durante, à creditoribus hæreditariis, legatariis, vel fideicommiſſariis conueniri † nequaquam 5 hæredem poſſe, eſt *textus in l. final. §. Donec, C. de iure deliberan.* cuius ſunt verba: *Donec tamen inuentarium conſcribitur, vel ſi res præſtò ſint, intra tres menſes, vel ſi abſuerint, intra annale ſpatium ſecundùm anteriorem diſtinctionem, nulla erit licentia, neque creditoribus, neque legatariis, vel fideicommiſſariis eos, vel inquietare, vel ad iudicium vocare, vel res hæreditarias quaſi ex hypothecarum authoritate vendicare, &c.* textus etiam de iure Regio in *l. 7. titulo 6. part. 6. & ibidem Gregor. verb. Mandando algo, Rodericus Suarez in dicta l. Poſt rem iudicatam, extenſione 1. numero 5. & ibidem Baldeſ. in eius additionibus ad numerum 6. Nicola. Boer. deciſione 10. numer. 2. & 3. Gaſpar Baeça de inope debitore, cap. 6. numero 16. Anton. de Meneſes in l. Eam quam, numero 113. C. de fideicommiſſ. & in l. 1. numero 4. C. de iuris, & facti ignor. Antonius Gomez in dicta l. 64. Taur. numero 5. Didacus Perez ſupra Marius Giurba in conſuetud. Senat. Meſſanenſ. capite 9. gloſſa 5. numero 6. part. 1. Rolandus à Valle de confect. inuentar. 4. parte, verſic. Quarta eſt vtilitas, numero 1. & ſequentibus, Franciſc. Porcellin. eodem tractatu de inuentar. capite 4. quæſtione 7. numero 9. Ioann. Bardell. conſilio 58. numero 31. Azeued. in dicta l. 19. titulo 21. libro 4. nouæ Regiæ Collect. numero 91. Didacus Spino de teſtament. gloſſa 35. numero 46. Vincentius de Franch. deciſione 352. Paz dicta 5. parte, 1. tomo, capite 1. numero 4. Ioannes Aloyſius Ricci. collect. 463. parte 2. Aluar. Valaſc. in praxi part. it. cap. 8. num. 20.*

Huiuſmodique exceptio inuentarii 6 non confecti † litis ingreſſum impedit, vt notant *Bart. in dicto §. Donec, numero primo, Iaſon in dicta l. Eam quam, numero 20. & in §. Fuerat, numero 71. inſtitut. de actionib.* plurimos referens *Petrus Surdus de alimentis, titulo octauo, quæſtione 11. numero 2.* & alii ex ſuprà proximè adductis.

Etiamquè ſi ſententia contra defunctum lata ſit, confectionis inuentarii tem- 7 pore † durante, contra hæredem exequi non poterit, *Bart. vbi ſupra in dicto §. Donec, numero primo, Rodericus Suarez dict. extenſ. 1. numero quinto, Gaſpar Baeça dicto capite ſexto, numero decimoſeptimo, Rolandus à Valle vbi ſupra, verſicul. Sciendum, Stephan. Auſreri. in additionib. ad Capell. Tholoſ. deciſione 257. in fin. Iacob. Cancer. variarum reſolutionum libro ſecundo, capite tertio, numero 98. & libro 3. capite 2. numero 156.* plures alios referens ſequitur *Marius Giurba dicto loco, & numero ſupra.*

An autem in actionibus quoque rea- 8 libus, † & quando vt quilibet alius conuenitur hæres, nec lis fuit cum teſtatore cœpta, ſuprà dicta procedant? vt non confecti inuentarii exceptio litis ingreſſum impediat, conuenirique poſsit hæres? vide latè *Rolandum à Valle dicto tractatu de confectione inuentarii, 4 parte, verſicul. Quarta eſt vtilitas, numero quarto & quinto, Vincent. de Franch. dicta deciſione 352. per tot.* præcipuè ex *numero 2.* qui, quandoquè pro vna, quandoquè pro alia parte iudicatum refert, *Franciſcus Porcellinus dicta quæſtione 7. capite quarto, numero nono, de confect. inuent.* pleniſsimè *Phanuti. de Phanut. de inuentar. hæred. 5. parte, numero ſecundo, & ſequentibus, Gregorius Lopez in dicta leg. 7. titulo ſexto, part. 6. gloſſa ſecunda, verbo Mandando algo, verſiculo Et limita iſtam legem, Ioann. Aloyſius Ricci. dict. collect. 463. limitatione 1. Andreas Fachin. controuerſ. libro ſexto, capite 27.* qui tempore confectionis inuentarii durante, neque realibus actionibus, neque vt quilibet alius poſſeſſor conueniri, quoquouè modo inquietari hæredem poſſe, probat, ac defendit.

Hodiè autem ex nouiori Authenticorum, Partitarumquè iure non pro confectionis inuentarii tempore; ſed nouem † tantùm dierum huiuſmodi pro 9 hæreditariis actionibus hæredes conueniendi facultas denegari videtur, ex textu in *Authent. Vt cum de appellation. cognoſc. §. Sancimus, el 2. collatione 8. Authent. Sed neque, C. de ſepulc. violat. & in l. fin. titulo 13. part. 1. & in l. 13. titulo 9. part. 7.* Per quæ iura *dictæ leg. final. §. Donec, C. de iure deliber.* corre-

ctionem introducere voluerunt quidam. In qua fuerunt opinione *Auendañ. in titulo de exceptionibus in declaratione legis* 4. & 5. *Ordinam. num.* 25. *Didac. Perez in l.* 4. *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordinam. folio mihi* 629. *verſ. Quæro vtrùm executio, & Parlador rerum quotidian. lib.* 2. *cap. fin.* 5. *part.* §. 1. *num.* 28.

Communior tamen reſolutio eſt: *text. in d.* §. *Donec*, in legatariis, fideicommiſſariisvè procedere: vt hi intra tempora conficiendi inuentarium conuenire hæredem non poſsint: Textum verò in *d.* §. *Sancimus*, *Regiaque Partitarum* iura, in aliis non teſtamentariis creditoribus, quibus poſt nouem à morte teſtatoris dierum ſpatium hæredem licet conuenire. In hac fuerunt ſententia *Petrus Rebuffus ad conſtit. Regias, titulo de appellationibus, articulo* 16. *gloſſa* 1. *numero* 26. & *titulo de liter. obligat. articulo* 3. *gloſſa* 2. *numero* 32. *Bartholom. Caſſanæ. in conſuetud. Burgund. rubric.* 7. §. 13. *numero* 9. *Petr. Dueñ. regul.* 277. *Gaſpar Baeça de inope debitore, cap.* 6. *numero* 15. & 16. *Marius Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſanenſ. capite* 9. *gloſſa* 5. *numero* 6. *part.* 1. *Ioannes Gutierrez de iuramen. confirmat.* 2. *parte, capite* 4. *à numer.* 18. *Azeued. in l. fin. titulo* 21. *libro* 4. *nouæ Reg. Collect. numero* 62. *Amator Rodrig. de executionibus, capite* 4. *numero* 5. & 7. *Aluar. Valaſc. in praxi partition. cap.* 8. *numer.* 23. *Petrus Sanz Morquech. de diuiſ. bonor. libro* 1. *capite* 1. *numero* 65. *Iacob. Cancer. variar. reſolut. dict. libro* 2. *capite* 2. *numero* 156. & *cap.* 3. *num.* 98. *Paz in praxi*, 5. *part.* 1. *tom. capite* 1. *numer.* 44. & *ſequenti*, vbi quoad leges Regias hanc aſsignat interpretationem; quoad textum verò in *dict.* §. *Donec*, correctionem per *textum in dicto* §. *Sancimus*, induci affir nat, ex eo quòd *dictus* §. *Donec* generaliter, imò & expreſsè tam in legatariis, & fideicommiſſariis, quàm in hæreditariis creditoribus loquatur. Poſtmodum tamen *idem ipſe ibi, numero* 46. maturiori iudicio vſus, ſententiam mutauit, inter vtrumquè paragraphum correctionem vitando, intelligendoque *textum in dicto* §. *Donec*, quando inuentarium fit; quia tunc intra tempora illud conficiendi non poteſt hæres conueniri: dictum verò §. *Sancimus*, quando inuentarium non fit; quia tunc poſt nouem poterit dies aduerſus eum iudicium agitari. Quæ mihi etſi arrideat opinio: alia eleganti noua, & à nemine aſsignata, congruaque (ni fallor) ratione, correctionem inter prædicta iura vitari, eaque ad concordiam reduci poſſe arbitror. Quia *textus in dicto* §. *Donec* actiones tantùm hæreditarias, & quæ à defuncti perſona originem trahunt, moueri aduerſus hæredes intra tempora confectionis inuentarii vetat, non etiam alias: *Text.* verò in *d.* §. *Sancimus*, quaſuis alias etiam non hæreditarias intra nouem dies aduerſus hæredes, ſiuè alios de familia defuncti moueri prohibet, ibi: *Siue debiti gratia, quod à defuncto deſcendit, ſiue alterius cuiuſcumq; cauſæ nomine ad memoratas perſonas ſpecialiter pertinentis.*

Licèt enim antiquiori iure dum funus tantùm ducebatur, aliquam ex prædictis perſonis in ius vocare ſub grauibus pœnis interdictum eſſet: *text. in l.* 2. & *in l.* 3. *D. de in ius vocand.* Ad nouem poſtmodum vſquè dies ex Authenticorum proximè relato iure id prorogatum eſt. Ac circa hunc tantùm nouē dierum terminum text. in *d.* §. *Sancimus* diſponere, & innouare videtur, vt intra illud hæres, nec alius de familia defuncti ſiue ex ſuæ, ſiue ex defuncti perſonæ obligatione conueniri quoquo modo poſsit; quod in *dicto* §. *Donec* conſtitutum non erat, poſſetque in dicto termino hæres (quantumcumque cum beneficio inuentarii adiiſſet) actionibus non hæreditariis, quequè ab ipſomet ortum habebant (*dictæ legis* 2. & 3. *de in ius vocan.* caſu excepto) conueniri, ſolùmque circa hæreditarias actiones text. ibi: dictus verò §. *Sancimus* circa omnes intra prædictum tempus diſponit. Poſt nouendium autem, illæſam *dicti* §. *Donec* relinquit conſtitutionem, nec eam aliquo modo corrigit, aut mutat, potiùsque confirmat, vt ex eiuſdem verbis in *verſic. Poſt nouem* manifeſtè deprehenditur. *Poſt nouem autem dierum excurſum* (inquit textus) *ſi quis contra tales perſonas aliquas habere putauerit actiones, eas ſecundùm leges exerceat.* & ſic ſecundùm *dictum* §. *Donec*, vt intra tempora confectionis inuentarii actionibus hereditariis hæres conueniri non poſsit.

De iure verò Partitarum ſupra poſita inter legatarios, & fideicommiſſarios, alioſ-

alioſque creditores ſuſtineri poteſt diſtinctio, iamque tradita per *Paz* opinio inter eum, qui inuentarium confecit, & eum, qui abſque illius beneficio hæreditatem adiuit.

In debitis tamẽ, & relictis pauperibus,
10 † neutro iure confectionis inuentarii tẽpus ſpectari neceſſe erit, ſed & ante eius confectionem, vt neceſsitatibus ſuis ſubueniant, ea pauperes exigere poterunt. Ita docent *Cyn. Bald. & alii in d. §. Donec*: facitque benè *text. in l. Nulli* 28. §. *Sin autem* (ibi *Pium defuncti propoſitum ſine vlla cunctatione, vt conuenit impleturus*) C. *de Epiſcop. & Cleric.* Ad quod textum hunc ponderauit ibi *Bald. num.* 9. & ſingularem dicit *Roderic. Xuar. in l. Poſt rem iudicatam, extenſione* 1. *num.* 6. Aduertens, quòd licèt in executore teſtamenti loquatur; idem tamen in hærede (cum eadem ſit ratio) erit: tenet etiam prædictam ſententiam *Petr. de Ancharran. conſil.* 383. *num.* 4. *Iaſ. in l. Eam quã, num.* 20. *verſ. Tertiò nota*, C. *de fideicommiſ. Andr. Tiraquell.* (*plures referens*) *de priuileg pia cauſ. priuileg.* 24. *Stephan. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholoſ. deciſ.* 258. *verb. Exceptio. Petr. Gregor. lib.* 46. *ſyntagmat. cap.* 3. *Petr. Dueñ. regula* 277. *num.* 4. *Roland. à Valle de inuentar. in verſ. Quarta vtilitas. Vitalis de clauſul. clauſul. Nihil nouari pendente confectione inuentarii, Petr. Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 44. *num.* 37. *& tit.* 8. *priuileg.* 11. *num.* 4. *& deciſ.* 323. *num.* 10. *Martin. Coller. de aliment. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 49. *Mari. Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſanenſ. cap.* 7. *gloſſ.* 15. *num.* 5. *& cap.* 9. *gloſ.* 5. *num.* 13. *&* 14 *& deciſ.* 4. *num.* 46. vbique ſeruari dicens, *Phanut. de Phanut. de inuentar.* 4. *part. num.* 8. *Porcellin. eod. tractat. cap.* 4. *num.* 9. *Vincent. Carot. de remed. contra præiudic. ſenten. vel damnoſas executiones, exceptione* 68. *num.* 18. *Gregor. Lopez in d. l.* 7. *tit.* 6. *part.* 6. *gloſſ.* 2. *verb. Mandando algo, propè med. verſ. Et idem ſi hæres conueniatur, Didac. de Spino de teſtament. gloſſ.* 35. *num.* 46. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 62. *numero* 26. *& cap.* 236. *numer.* 52. *Paul. Æmil. Gallus de exceptionib. quæ oriri poſſunt in ſucceſsionib. tam ex teſtament. quàm ab inteſtat. part.* 2. *tit.* 4. *except.* 13. *numero* 59. *Ioann. Aloyſ. Ricci. dict. collect.* 463. *verſ. Limita ſecundò, fauore piæ cauſæ.*

Et licèt plerique ex proximè relatis in relictis pro alimentis loquantur: idem tamen & in legato pauperi facto, quamuis pro eius alimentis nominatim relictũ
11 non ſit †, ex identitate rationis, & quia res dilationem non patitur, (quæ eſt ratio quare id in legato alimentorum Doctores conſtituant) erit dicendum. Cum
12 & pro alimentis non pauperi † relictis, inuentarii faciendi tempora ſpectanda ſint, nec ante ea exigi poſsint, cum rationes illæ ceſſent, & ex latè deductis à *Nobis* 1. *part. quæſt.* 52. *num.* 16. *& ſeqq.* traditque in ſpecie *Petr. Surd. d. tit.* 8. *priuileg.* 11. *num.* 4. *Stephan. Gratian. d. cap.* 62. *num.* 24.

Ex eiſdemque ipſis rationibus, pietatis ſcilicèt, & quia periculum ſit in mora,
13 alia quoque debita † licere pauperi ante inuentarii confectionem (ſi alia quàm inuentarii non confecti obſtet exceptio) ab hæredibus exigere; in conſequentiam venit. Poſſeque intra confectionis inuentarii tempora pauperem creditorem à lo-
14 cuplete hærede per prouiſionis † ſaltem modum ſententiam interlocutoriam prouiſionalem obtinere; firmauit *Sabaudiæ Senatus deciſio* relata ab *Anton. Fabro in ſuo definitionum Codice lib.* 6. *tit.* 11. *de iure deliber. definit.* 4. Quod iudicãtis arbi-
15 trio, † quandoque locum habeat, ſicut cætera, quæ ex circunſtantiis facti, & perſonarum pendent, relinquendum dicit.

## VTRVM ADIENS HAEreditatem inuentario non cõfecto, elapſoque inuentarii conficiendi tempore, propter paupertatem excuſetur, ne vltra hæreditatis vires teneatur? Et quid ſi pauperi ſuccedat?

## *SVMMARIVM.*

1 *Hæres* non conficiens inuentarium, in ſolidum pro teſtatoris debitis, legatiſque in teſtamento relictis, licèt eius ad id bona non ſufficiant, tenetur. Amplia, num. 7. & 8.

2 Et ſi plures ſunt hæredes, vnuſquiſque

què inuentarium ſuum conficere debet, & numer. ſeqq. Limitatur, num. 5. & 6.

3 Hæreditaria onera inter hæredes diuiduntur, & pro ea parte in actione perſonali ad debita quilibet tenetur, pro qua hæres eſt.

4 In actione reali, & in dote inſolidum quilibet hæredum rei poſſeſſor tenetur.

8 Pater, quem filius in caſtrēſi, vel quaſi hæredem inſtituit, inuentario non confecto, inſolidū vltra vires hæreditarias tenetur.

9 Et quid in filio patris hærede? & numero 10. & 11.

10 Filius abſque inuentario paternam adiens hæreditatem (ex magis recepta ſententia) in legitima de iure naturæ ſibi debita non præiudicat. Contrà numero 12.

13 Remiſsio confectionis inuentarii à teſtatore in creditorum præiudicium facta non prodeſt, ſecùs in legatariorum odium.

14 Eccleſia inuentario debito tempore non confecto hæreditatem adiens, an vltra hæreditatis vires teneatur? & numero 18.

15 Minores, & pupilli inuentarium non conficientes vltra vires hæreditatis tenentur.

16 Fiſcus an & quando inuentarium conficere teneatur?
Intellectus ad *text. in l. 1. §. An bona, D. de iure fiſci*, ibid.

17 Fiſcus æquiparatur Eccleſiæ, pauperibus, & piæ cauſæ.

18 Pauperes, & Eccleſia hæreditatem abſque inuentario adeuntes, vtra vires hæreditarias (excommuniori, vſitatiorique ſententia) non tenentur.

19 Et de quibus pauperibus intelligendum ſit? & num. 22. & 23.

20 Hoſpitali authoritate Epiſcopi conſtructo Eccleſiarum competunt priuilegia, earumque diſpoſitione includitur.

21 Hoſpitale non conficiens inuentarium vltra vires hæreditarias non tenetur.

23 Contra non conficientem inuentarium eſt præſumptio iuris, & de iure, quòd res hæreditarias ſubtraxerit; contra quam non admittitur probatio.

24 Pauperes in genere inuentarium non conficientes, licèt vltra vires hæreditarias teneantur; poſſunt in integrum reſtitutionem aduerſus omiſſam inuentarii confectionem obtinere, & num. ſeqq.

25 Minoribus competit in integrum reſtitutio aduerſus omiſſam inuentarii confectionem. Limita, & intellige vt num. ſeq.

27 Pauperibus in genere, & non collegiatè viuentibus reſtitutio iure minorum, vel Eccleſiarum competit.

28 Eccleſiæ competit reſtitutio aduerſus omiſſam inuentarii confectionem.

30 Tutor, vel hæres pauperis vltra vires hæreditatis ob non confectum inuentarium non tenetur.

31 Et an tunc neceſſaria ſit hæredis, vel tutoris proteſtatio?

## QVÆST. LVIII.

QVemlibet hæredem conficere inuentarium † debere; alias tempore confectionis inuentarii elapſo, inſolidū pro teſtatoris debitis, legatiſque in teſtamento relictis, licèt ad id teſtatoris facultates non ſufficiant, teneri, eſt *text. in l. fin. §. Sin autem dubius, C. de iure deliberand. Authentic. de hæredib. & Falcid. §. Si verò non fecerit, collat. 1. text.* de iure Regio in *l. 10. tit. 6. part. 6.* qua de re latè *Cardin. Tuſch practic. cō cluſ. lit. H. concluſ. [illegible] per tot. Proſper Farinat. fragment. crimin. part. 2. verb. Hæres, num. 1. & ſeqq. Petr. Surd. conſil. 459. num. 16. Cæſar Barzi. deciſ. 35. num. 2. Seraphin. deciſ. 1311. num. 2.* 1

Et ſi plures ſint hæredes, vnuſquiſque † inuentarium ſuum conficere debet, nec vnius inuentarium alteri prodeſt; *Michael. Craſ. in §. Inuentarium, quæſt. 4. num. 12.* probatque *Mari. Giurba in conſuetud. Senat. Meſſanenſ. cap. 9. gloſſ. 5. num. 40. part. 1.* Ex eo, quia cum hæreditaria onera inter heredes † diuidantur; *l. 1. C. de except. l. 1. C. ſi cert. petat.* proque ea parte in actione perſonali ad debita teneatur, pro qua quis hæres eſt: *text. in l. 2. C. de hæredit. actionib. in l. 2. C. ſi vnus ex plurib. & in l. 2. §. Incertum, D. de Prætor. ſtipulat.* docentque *Barnab. Cornazan. deciſ. 35. num. 5. Hieronym. Magoni. deciſ. Lucenſ. 98. num. 16. Borgnin. Cauallcan. deciſ. 17. num. 21. & 22. lib. 4.* Licèt 2 3

in

4 in reali † quilibet hæredũ rei poſſeſſor, & in dote, eius fauore teneatur, *text.in l. Si poſſeſſor* 56.*D.de rei vendic.& in l.2. §. Sed ſi vnus, D. de Prætor.ſtipulat.* per quæ iura (quamuis in dote non loquãtur) ita etiam in dote iudicaſſe *Senatum* teſtatur *Cornaz.in.vbiſupra*: Vnumquemque huiuſmodi conficiendi inuentarium tenet obligatio, niſi (ſecũdum *Marium Giurbam,d.loco,num.*41.& 42) ab vno om-
5 nium nomine † confectum ſit, ex *Iaſ. in l.Si quis ex argentariis,§.Cogentur,num.* 3.4 & 5.*D.de edend. Aluar. Valaſc. de partit.cap.*8. *num.* 28. *& deciſ.* 52. *num.* 34.*Vveſembech.conſil.*3.*num.*41.

Vel niſi omnes cohæredes inuenta-
6 rii confectione † interfuiſſent, eique ſubſcripſiſſent, ex *Michaele Craſ.d.§.Inuentarium,quæſt.*4.*num.*12.

Huiuſmodique conficiendi inuentarii obligatio, vt à pœna ſolidum præſtandi, contingat liberatio, omnes cuiuſcun-
7 que conditionis, & qualitatis hæredes † comprehendit, ſiue priuata, ſiue Militari, ſiue Sacerdotali, ſiue etiam Imperiali dignitate præfulgeant; text.de his omnibus eſt in *authentic. de hæred. & Falcid.* §. *pen.*(*incip.Quia verò*, ibi.*Et in omni perſona, ſiue priuata, ſiue Militari ſiue Sacerdotali, ſiue Imperiali ſiue alterius cuiuſlibet.Communem namque omnibus hominibus hanc legem ponimus.* Per quem
8 text. idem etiam in patre, † quem filius in caſtrenſi, vel quaſi hæredem inſtituit, (vt inuentario non confecto inſolidum vltra hæreditatis vires teneatur) profitentur *Sebaſtian. Monticul. de inuentar. cap.*5.*num.*14 *& Ioan.Antoni.Mangil. de imputationib.quæſt.*132.*per tot.* præcipuè *num.* 32. vbi etiam de muliere, Fiſco, aliiſque priuilegiatis perſonis, de quibus Nos etiam infra.

9 Idemque in filio † patris hærede, eſt communis, & verior opinio. Licèt enim patris hæreditatem inuentario non confecto adiens (ſecundum magis receptam ſententiam) in legitima ſibi natura debita
10 non præiudicet, † nec ea ob non confectum inuentarium priuetur: *gloſſ. in d. l. fin.§. Quod ſi poſt deliberationem, verb. Sacramento in fin. C. de iure deliber. & in d.authentic.de hæredib.& Falcid.§. Si verò non fecerit,verb. Lucrari, & in authentic.Hoc amplius,verb.Naturale, C. de fideicommiſſ. & in Authentic.Sed cum teſtator,verb.Excedant,C.ad leg.Falcid.* pluribuſque relatis defendit *Andr. Fachin. controuerſ.lib.*4. *cap.*24 *verſ. Sed contrariam, Ayora de partit.*1.*part.cap.* 2.*num.*23.poſt alios quos retulit *Didac. Couarruu.in cap.Si hæredes, num.* 15. *in princip.de teſtam.* alioſque adductos per *Cardin.Tuſch d.lit.H. concluſ.*58 *num.* 8. *&* 32.*& lit. L.concluſ.*213.*num.*1.*& ſequentib Proſper Farinac d.*2.*part.fragment.crimin.verb.Hæres,num.*13.*Hercul.Mareſcot.variar.reſolut.lib.*1.*cap.*23. *per tot.* communem, ac magis communẽ ſæpe hanc dicendo *Michael Craſ. in §. Legitima,quæſt.*45. communem quoque dicit *Petr. Sanz Morquecho de diuiſione bonor.lib.*1.*cap.*1.*num.* 12. *Ferdinand. Vazquez Menchac. de ſucceſſ.creat.lib.*1. §.8.*num.*16.*part.*1. & alii ex infra referendi: quam firmat de iure Regio ſentẽtiam *text.in l.*7.*tit.*11.*part.*6.*& Gregor. Lopez in d.l.*10.*tit.*6. *ead.part. gloſſ. fin. parum poſt med.*

Legitima tamen recepta, vltra vires he-
11 reditarias, † etiam legatariis ob non confectum inuentarium tenetur, ita vt ratione legitimæ diminuantur legata, ſic verò diminuta, etiam vltra hæreditatis vires ſoluantur. Ita tradit *Bart.* poſt *Ricard. de Mal.& Cyn.* quos ipſe adducit *in authentic.Sed cum teſtator,num.* 11. C. *ad leg.Falcid.* ex pluribuſque *Couarruu. in d.cap.Si hæredes,num.*15. cum limitatione tamen, & declaratione ab ipſo ibidem aſsignata, quam etiam cum *Sarmiento* tradit *Farinac.d.loco, num.* 14. ſi filius probet non plus fuiſſe in bonis, quàm ipſe aſſerat.

Vtilitas autem ex huiuſmodi legitimæ deductione, licèt poſtmodum etiam vltra hæreditatis vires filius teneatur, eſt & affectio, quam ad res paternas habere præſumitur; & quia propria bona filii augentur, vt inquit *Gregor.Lopez in d.l.*10. *gloſſ.fin.infin.* eſtque de mente aliorum ſuprà relatorum, & obſeruat *Michael. Craſ.in d.§.Legitima,quæſt.*45.*verſ. Cæterum licèt.* Exemplum ponit *Hercul. Mareſcot.d cap.*23.*num.*10. Si 300. ſint legata, filiuſque pro legitima 100. detrahere debeat, reliqua 200. præſtaturus legatariis, licèt vires hæreditatis excedant, & non integra 300. ſic tradere dicens *Baldum in l.*1.*n.*3.*C.de bonis author.iudic. poſſidend. & deciſ. Pedemont.* 148. *num.*11.declarareque *Rolandũ a Valle in tract.de inuentar.in* 5. *& vltim. part.*§.

*Du-*

*Dubitatio oritur, num.19. verſ. Ad quid proderit hæc deductio.* Quæ ſanè mihi ſatis dubitabilis eſt ſententia: cui aliquantulum acquieſco per diſpoſitionem *d. leg. 7. tit. 11. part. 6.* Quam in iuris communis terminis forſan non ſuſtinerem, ex rationibus, & argumẽtis relatis à *Fachinæo, d. lib. 4. cap. 34.* quibus non plenè ſatisfacit ipſe, nec eius ſolutiones contrariorum vires eneruant, ex adductiſque à *Menchac. de ſucceſſ. creat. d. lib. 1. §. 8. num. 15.* eamque ſentẽtiam (filium ſcilicèt, qui abſque inuentario patris hæreditatem adiuit, creditoribus, ac legatariis vltra hæreditatis
12 vires teneri, † legitimamque amittere) tenuit *Oldrald.* (communem dicens) *cõſil. 142. num. 9. verſ. Tertiò obiicitur*, quẽ cum aliis huius ſententiæ ſequacibus refert *Cardin. Tuſch. d. concluſ. 58. num. 8. Paul. Caſtrenſ. Franciſc. Sarm. Cuiati. Phanut.* & alii, quos adducit *Fachinæ. d. lib. 4. cap. 34. in princip. Petr. Surd. conſil. 459. num. 15. verſ. Sed non obſtante, & num. 16 & 17.* vbi ſimpliciter inquit, teneri filium qui non confecto inuentario adiuit hereditatem de propriis bonis legatariis, etiamſi nihil in hæreditate reperiatur, ſatisfacere; quia cõtra eum eſt ſubreptionis præſumptio: multos in id refert, & ſequitur *Marius Giurba in conſuetud. Sen. at. Meſſanenſ. cap. 9. gloſſ. 5. num. 31. part. 1. Ferdinand. Vazquez. d. lib. 1. de ſucceſſ. creat. §. 8. num. 16. Morquecho de diuiſione bonor. d. cap. 1. num. 13.* vbi apertè ſentit, prædictam legitimæ deductionem legata non minuere, neque ad bonorum filii augmentum prodeſſe; nullumque aliud commodum ex ea tunc deductione reportare, niſi bonorum paternorum conſeruationem, ob affectionem, quam circa ea poſſet habere; non verò quo ad aliquod aliud intereſſe, vel lucrum ideoque ſoluenda integra legata fore de propriis bonis, ſi hæreditatis vires excedant: & ita etiam tenet *Phanut. de inuentar. part. 7 num. 14. verſ Similiter.*

Adeò autem conficiendi inuentariũ arctat obligatio hæredem; vt nec à teſtatore eius facta remiſsio (in creditorum ſal
13 tem præiudicium) † proſit; licèt ſecus in legatariorum odium: eſt recepta communiſque ſententia, quam tradiderunt *Bald. in d. l. fin. §. Cum igitur, num 18. C. de iure deliberand. laſ. in l. Nemo poteſt, 1. lectura, num. 55. & ibid. Ioan Gutierr. num. 140. D. de legat. 1. Ferdinand. Loaz in l. Filius familias, §. Diui, num. 71. D. eod. Roland. à Valle, conſil. 92 num. 17. lib. 1. Didac. Couarr. in cap. 1. de teſtam.* (communem dicens) *num. 23. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin. 61 num. 16. & 17. Michael. Craſ. in §. Inuentarium, quæſt. 2. num. 3. Iulius Clar. in §. Teſtamentum, quæſt. 66. Tiberi. Decian. conſil. 59. num. 27. lib. 2. Iacob. Menoch. conſil. 942 num. 11. & 12.* plures referens *Mari. Giurb. d. cap. 9. gloſſ. 5. num. 32. & ſeqq. Petr. Morquech. d. cap. 1. num. 2. lib. 1. Paul. Æmil. Gallus de except. tit. 2. except. 5. num. 5 part 3. P. Ludouic. Molin. de iuſtit. & iure, diſput. 216. num. 1. & ſeqq.* vbi de communi, *Andr. Fachin. controuerſ. lib. 6. cap. 25. in princip. & in verſic. Ego ſanè in priorem ſententiam*, vbi etiã in *verſ. Sed negant, cum tribus ſeqq.* plures qui tenuerunt adducit, nec in odium legatariorum, vel fideicommiſſariorum inuentarii remiſsionem poſſe teſtatorem facere, multas, ſatisque vrgentes pro ea referens rationes ſententia, licèt priorem tandem probet: quam etiam tenent *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap 215. num. 20. Cardin. Tuſch practic. concluſ. lit. I. concluſ. 248. num. 6. 7. 8. & 11. Proſper. Farinac fragm. crimin. 2. part. lit. I. nu. 1094. verſ. Et rurſus valet, Alua Valaſc. cõſult. 52. n. 32. Paul. Montan. de tutel. cap. 32. regul. 5. num. 103. Ioan. Anton. Mangil. in tract. de imputationib. quæſt. 134. num. 5. & ſeqq.* vbi latè, *Ioſeph. Seſſe deciſ. 88. num. 15. part. 1.*

Ex quibus omnibus ſatis apertè videtur deduci, pauperes inuentarium non cõficientes, hæreditatemque abſque eo adeuntes inſolidum creditoribus, legatariiſque vltra vires etiam hæreditatis teneri.

Quod præterea firmatur, quia Eccleſia (cui pauperes æquiparari ſæpè diximus) ſi hæreditatem inuentario debito
14 tempore non confecto adeat: † etiam vltra hæreditatis vires teneri, probat manifeſtè *text. in d. authentic. de hæred & Falcid. §. Quia verò*, ibi: *Et in omni perſona, ſiue priuata, ſiue Militari, ſiue Sacerdotali*, &c. Cui diſpoſitioni nulla iuris Canonici contraria reperitur, potiuſque hanc tenuit ſententiam *gloſſ. in cap. 1. verb Patiaris, de teſtamẽt.* quam ſequuntur ibidẽ *Immol. Antoni. Butr. & Andre. Barbat.* in eãdemque inclinat *gloſſ. in cap. Epiſcopus, qui filios, 12. quæſt. 2. Abb. conſil. 73.* (incip. Circa primum) *num. 8. & 9 lib. 2.*

& aliis

& aliis relatis *Roland. à Valle de confectione inuentar. 1. part. §. Duodecimò quæritur, num. 3. verſ. Sed præmiſſis non obſtantibus*, quam poſt eos tutatur *Fachine. dict. lib 6. controuerſiar. c. 20. Cardinal. Tuſch. dict. lit. I. concluſ. 58. nu. 22. P. Ludouic. Molin. de iuſtit. & iure, diſput. 217. num. 3. & ſeq.* veriorem dicens *Ioann. Anton. Mangil. d. tractat. de imputat. quæſt. 132. num. 21.* veram, & communem *Hieronym. Magon. deciſ. Florent. 130. num. 3.*

15 Item ex eo, quia minores, & pupilli † inuentarium non conficientes vltra vires hæreditarias tenentur, *text* eſt *in d. auth. de hæredib. & Falcid. §. Pupillis autem, Ludouic. Roman. in d. l. fin §. Nouiſsimũ, num. 2. C. de iure deliber. Roland. à Valle de confect. inuentar. 1. par. quæſt 169. nu. 12. Phinut. eod. tract. 2. par. 2 partis, cap. quod incipit, Præteritio inuentarii faciendi, num. 24.* tradit, latèquè explicat *Ioan. Anton. Mangil. d. tract. quæſt. 132. num. 2. & ſeqq.*

16 Item, quia Fiſcus † non conficiens inuentarium quando inſtitutus eſt, vt hæreſquè ſuccedit, vltra vires hæreditarias teneri, recepta firma, & vera ſententia eſt: cum & Imperator teneatur *d. §. Quia verò*: aſſeruêrequè *Roman. Alexand. & Imol. in rubric. D. de adquiren. hæredit. Corne. in d. l. fin. num. 7. verſ. Idemſi Fiſcus, C. de iure deliber. Iul. Clar. in practi. crimin. quæſt. 78. verſ. Verum ſcias*, vbi teſtatur de communi, dixit quoque communem *Boſi. in tractat. criminal. titul. de publicatione bonor. num. 22. & tit. de Fiſco, num. 64. Martin. de Laude. in tractat. de iure fiſci, quæſt. 11. Bertachin. in tract. de Epiſcop. tit. 4. lib. 3. 4. part. num. 40. Sebaſtian. Montic. de inuentario, nu. 6. & 7. Roland. à Valle eodem tractat. §. Vndecimò quæro, numer. 6. verſ. Quid dicendum in hoc caſu, Ioan Antoni. Mangil. d. quæſt. 132. num. 23. Andre. Fachine. controuerſ. lib. 6. cap. 21.* indubitabile id dicens, *Marc. Anton. Peregrin. de iure fiſci, lib. 4 titul. 1. numer. 3.* firmaturquè per *text. in l. 16. tit. 7 par. 7.* vbi *Gregor. verb. Lo que recibio*, veriſsimam, tenendam, & practicandam tam de iure communi, quã Regio teſtatur, *Hieronym. Ceual. communi. contra commun. quæſt. 822. nu. 15. & ſeqq.*

Text. enim *in l. 1. §. An bona, D. de iure Fiſci* (quæ contrarium ſuadere videtur) quando Fiſcus non vt hæres, ſed vt Fiſcus ſuccedit, cum nempè vel bona ſunt vacantia, vel nullus reperitur hæres, ex delictovè ad eum bona pertinent; loquitur, ac procedit: quia tunc non hæres, ſed poſſeſſor dicitur, vt firmant omnes ſuprà relati, & cum eis *Guil. Benedict. in c. Rayuntius, verb. Et vxorem nomine Adelaſiam, num. 850.*

17 Fiſcus autem Eccleſiæ, † pauperibus, ac piæ cauſæ æquiparatur, vt in terminis noſtris tradit *Antoni. Mangil. d. quæſt. 132. num. 18. verſ. Sed Eccleſia*, egitquè latè *Nicol. Euerard. in locis legalib. loco à Fiſco ad Eccleſiam, vel piam cauſam.*

Igitur ſicut hi pauperibus æquiparati, ſi inuentarium non conficiant, inſolidum tenentur: & illi, pauperes nempè, tenebũtur, vel Eccleſia.

Contraria tamen ſententia (pauperes, vel Eccleſiam abſque inuentario hæreditatem adeuntes, vltra vires hæreditarias † 18 non teneri) communior, in praxiquè vſitatior eſt, eamque tenuerunt *Bart. in l. 1. numero 26. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Bald. in dict. l. fin num. 11. C de iure deliber. & conſ. 67.* incip. *Quidam nomine Maximus, lib. 4. & conſ. 145. num. 4. eod. lib. Petr. de Anchar. conſ. 411. num. 10. in fin Panorm. in d. cap. 1. de teſtam. num. 4. & in cap. 1. in fin. de ſolut. Paul. Caſtrenſ. & Aretin. in l. Si ſeruus plurium, §. Sed ante, D. de legat. 1. Iacob. in d. l. fin dict. §. Notiſsimum, C. de iure deliberan.* vbi, quòd in iudicando, & conſulendo Bartoli, & ſequacium tamquam humaniorem ſequeretur ſententiam dicit, communem, & quæ ſeruaretur in practica *Andre. Tiraquel. de priuileg piæ cauſ. priuileg. 88. Cornel. Beninc. de paupert. ſpeciali fin. in vltim. voluntat. num 56. Ioan. Antoni. Mangil. de imputat. d. quæſt. 132. num. 20. verſ. Aut Eccleſia fuit inſtituta, vel pauperes, & tunc per non confectionem inuẽtarii, non incurrit dictas pœnas, Lælius Zanch. de priuileg. Eccleſ. priuileg. 126. numer. 4 Nicol. Euerard. loco à Fiſco ad Eccleſiam, num. 11.* memoriæ, quia quotidianum commendandum dicens, *Cardin. Tuſch. d. lit. I. concluſ. 58. num. 23. & 59. Aluar. Valaſc.* (contrariis reſpondens) *d. conſultat. 52. numer. 47. Sebaſtian. de Medic. in tractat. de caſib fortuit. 2. part. quæſt. 9. num. 25.* hancque opinionem ſeruari teſtatur in ſacro Conſilio *Vincent. de de Franch. deciſ. 537. num fin.* ſeruatamquè

què vidiſſe tempore quo Hoſpitalis incurabilium Aduocatus extiterat.

Quæ ſanè ſententia quoad pauperes
19 collegiatim † viuentes, veluti in Hoſpitali authoritate Epiſcopi conſtructo,
20 cui Eccleſiarum competunt priuilegia, † Eccleſiæquè diſpoſitione includitur; intelligenda eſt, *text. in l. Omnia priuilegia, 33. (& ibid. Bart.* & alii) *C. de Epiſcop. & Cleric. auth de Eccleſiaſt. titul. §. fin. collat. 9. gloſ. in clement. Diſpendioſam, verb. Beneficiis, de iudic.* latè *Felin. in c. De quarta, nu. 3. & ſeqq. de præſcript. Ludouic. Roman. conſ. 389. nu. 1. Panormit. conſ. 102.* (incip. *Circa perſonam, & honorum oblationes*) *num. 5. lib. 2.* plenè *Alex. conſ. 9.* (incip. *Viſis dicto themate*) *nu. 1. lib. 2. Bartholom. Bellenc. de charitat. ſubſi. q. 38. nu. 11. Ioſeph. Maſcard. de probat. tom. 2. concluſ. 869. nu. 9. & ſeqq.* vbi de iſtis *Hoſpitalibus* communiter ſicut de Eccleſiis iudicari notat, *Cardinal. Tuſch. practic. concluſ. lit. H. concluſ. 163. per tot.* præcipuè *nu. 6. & ſeqq. Borgnin. Caualcan. deciſ. 17. nu. 63. par. 2. Marc. Anton. Macerat. var. reſolut. lib. 1 e. 14. n. 6. Alex. Ludouic.* (tunc Rotæ Romanæ Auditor, ad Pontificalis poſtmodū dignitatis apicem euectus) *deciſ. 4. num. 11.*

Et in ſpecie quòd pauper Hoſpitale in-
21 uentarium non conficiens, † vltra vires hæreditatis non teneatur; firmauit *Ioſeph. Maſc. d. concluſ. 869. n. 20.* allegat *Angel. in §. antepe. in auth. de alienat. & emphy.*

In aliis verò non ſic collegiatim viuẽtibus pauperibus, & in genere, ſi inuenta-
22 rium non conficiant † non excuſari, vltra vireſquè hæreditatis teneri: firmandum dubio procul erit, ex generalitate *text. in d. l. fin. §. Sin autem dubius, C. de iure deliber.* & expreſsiùs per *d. §. Si verò non fuerit, in auth. de hæredib. & Falcid. colla. 1.* ibi: *Communem namque omnibus hominibus hanc legem ponimus.* & quia in eis rationes, quæ huic conſtitutioni anſam præbuère, militant: præſumptio ſcilicèt rerum hæreditariarum ſubtractionis: Quã
23 iuris, & de iure, † contra eamquè in cõtrarium non admitti probationem, dixerunt multi per *text. in d. auth. de hæredib. & Falcid. §. Sancimus*: in quam ſententiã inclinat *gloſ. ibi verb. Non forte*, tenueruntquè *Paul. Caſtrenſ. in auth. Sed cum teſtator, num. 1. verſ. Quintò ponit duo, C. ad l. Falcid. Iaſ. in dict. l. fin. §. Etſi præfatam, num. 2. C. de iure deliber. Alexand. in rubric. D. de adquirend. hæreditat. num 6. & conſilio 6.* (incip. *Conſiderandum eſt*) *num. 1. libro 4. Bald. conſilio 221.* (incip. *Factum ſic debet proponi*) *in princip. lib. 4. Petr. de Ancharran. conſ. 265.* (incip. *In themate*) *numero 5.* latè *Vincenc. de Franch. deciſione 536. numero 14. & ſequentibus, Cardinal. Tuſch. dict. litera I. concluſione 58. numero 3. 4. & 5. Aluar. Valaſc. d. conſult. 52. num. 47. Proſper Farinac. fragment. crimin. d. 2. part. lit. I. num. 1. prope fin.* licèt dubitanter, *P. Ludouic. Molin. de iuſtit. & iure, tractat. 2. volum. 1. diſ. put. 217. num. 2.*

Quæ in Eccleſia, vel pauperum Hoſpitali, quod eòdem quo Eccleſia iure (vt diximus) cenſetur, non militat, nec procedit præſumptio, vt firmant omnes *ſuprà num. 20.* relati; militantquè in pauperibus collegiatim viuentibus, eorumquè Hoſpitali aliæ, quæ in Eccleſiis, vt ob non cõfectum inuentarium à dicta pœna præſumptione què excuſentur; quas poſt *Tiraquel. de priuileg. piæ cauſ. d. priuileg. 88. num. 1.* latè præter alios recenſet *Andre. Fachin. controuerſ. d. lib. 6. cap. 20. verſ. Argumenta ſunt iſta.*

Licèt autem pauperes in genere, nec collegiatim viuentes, vltra vires mero iure teneantur: poterunt tamen in inte-
24 grum reſtitutionem † aduerſus omiſſam inuentarii confectionem petere, ac obtinere. Huiuſmodi enim reſtitutio minoribus (etſi vltra vires hæreditarias ob non confectum inuentarium, vt prædiximus
25 teneantur) competit; † *text in d. auth. de hæredib. & Falcid. §. Pupillis autem, coll. 1. gloſ. in l. Auxilium 38. verb. Ceſſabit,* (quam ibi ſequitur *Angel.* ſingularem dicens) *D. de minor. Purpur. in addit. ad Iaſ. in d. l. fin. in princ. n. 2. lit. C. ver. Minore, Bald. conſ. 67.* (incip. *Quidam nomine Maximus*) *circa fin. lib. 4. Bertrand. conſ. 103. num. 58. lib. 2. Auguſtin. Beroi. conſ. 37. num. 7. lib. 2. Cardin. Tuſch. d. cõcluſ. 58. n. 29. Roland. à Valle de inuentar. 1. p. §. Quintò quæro, n. 2. Ioan. Ant. Mangil. de imputationib. d. q. 122. n. 8.* id limitans, & intelligens, *num. 9.* dummodo he-
26 reditatem eſſe damnoſam † minor probet, ex *Guid. Pap. deciſ. 141. 142. & 571. Roland. à Valle vbi ſuprà prope fin. Frãc. Marc. deciſ. 249. par. 1. Mynſinger. obſeruat. 16. cent. 4.* probatquè latè *Natta cõſ. 214. nu. 7. & ſeq. Cardin. Tuſch. d. concl. 58. num. 44. & lit. R. concluſ. 284. nu. 1.*

Sed

Sed pauperibus etiam collegiatè non viuentibus,& in genere(ſecundùm quod 1.*par.quæſt.* 30.latè oſtendimus) iure mi-
27 norum, vel Eccleſiarum in integrum † competit reſtitutio : ergo & aduerſus omiſſum inuentarium competet. Eccle-
28 ſiamquè reſtitutione hoc in caſu fruí, † fatentur etiam omnes aſſerentes Eccleſiam ob non confectum inuentarium vltra hæreditatis vires teneri,numeris antecedentibus adducti, & cum eis(communem dicens poſt *Roland. à Valle*, & *Couar.*ibi relatos)*Hieronym. Magon.d. deciſ.Florentin* 130.*num.*6.Quare & pauperes,qui illi æquiparantur,fruentur.

Et in terminis,ſententiam noſtram(ratione ſcilicèt paupertatis ſubueniendum per beneficium in integrum reſtitutionis
29 fore † pauperi,qui abſque inuentario hæreditatem adiuit, tenuit *Franciſc.Marc. deciſ.Delphinat.*291.*num.*3.*lib.*1.*Andr. Tiraquel.d priuileg.*88.*num.*2. qui tamẽ ſimpliciter in pia cauſa hærede inſtituta loquitur, quæ caſum quoque noſtrum comprehendit; cum ſingulorum etiam cauſa pia ſit, vt 1.*part. in præfat. num.*3. & *ſeqq.*& *quæſt.*52.*num.*40. tradidimus: ex aliiſquè fundamentis prædictam tenet, firmatquè ſententiam *Phanut. de Phanut.de inuentar.*2.*part. cap.Præteritio inuentarii,num.*22.& 23.

Et licèt contra eam deciderit *Rota Lucenſis*(vt teſtatur *Hieronym Magoni. deciſ.Lucenſ.*40.*ex numer.*21.*cum ſeqq.*) apertè tamen idem ipſe demonſtrat, ob non plenè probatam paupertatem,ſed in genere, ad iſtumquè caſum eius probationem non redactam, ita fuiſſe iudicatũ, aliaquè illius deciſionis fundamenta facilè poſſent elidi.

Sed vt verũ fatear,nec ratio illa (quòd paupertas in ſpecie, & reſpectu huius actus ad excuſationem inuentarii non cõfecti,non fuerit probata,quod nempè tali premebatur paupertate, vt nec ad inuentarium conficiendum ſufficientia bona haberet;qua etiam *Phanut.de Phanut.* loco proximè citatio ad ſententiam noſtram tenendam præcipuè mouetur,contrariæquè deciſionis extitiſſe fundamentum,apertè eadem ipſa oſtendit deciſio, aliterquè iudicium proferendum fore, ſi in ſpecie,illiuſquè actus reſpectu probaretur paupertas) multum me in fauorem dictæ ſententiæ alliceret. Cum de bonis hæreditatis pro inuẽtarii confectione fieri poſſent ſumptus,ex *text.in d.l fin.*§.*In computatione,C.de iure deliber.*

Ex alio tamen capite,factæ ſcilicèt minorum,Eccleſiarũ,& cauſæ pię cum pauperibus æquiparationis,eo debere gaudere fauore,aduerſuſquè omiſſum inuentarium reſtituendos pauperes, etiamſi in maxima inopia non exiſtant, poſſentquè confectionis inuentarii ſumptus facere, firmandum videtur:cum is fauor pię cauſæ ſit(qui ad omnino egentes,vt ſæpè diximus, non reſtringitur)æquiparatorumquè potentia.

Hæc quando pauper etiam in magna hæreditate ſucceſsit, eamquè abſque inuentario adiuit. Quando verò pauperi quis ſuccedit; minor eſt dubitatio, imò dubio procul vltra vires hæreditarias nõ
30 tenetur, † nec contra eum, tutoremvè inuentarium non conficientem de dolo, tunc aliquatenus præſumptio vrgebit, ſi vel adeò tenue defuncti patrimonium eſſet,vt vel de facili cognoſci poſſet; vel plus,idem,paulovè minùs quàm in eo ſit, in confectione inuentarii expenderetur. Cum quandoquè non minimas in eo fieri expenſas neceſſe ſit, pro mercedibus tabellionum,viatorumquè,pro citãdis creditoribus,ac legatariis, vel ſi alio eundũ, aut mittendum quàm vbi hæreditaria bona extant, ſit: vt conſiderat *Sebaſtian. Monticul.de inuentar.in explicat.d. leg. fin.in d.*§. *In computatione. capit.*111.*nu.* 124.*ſuper verb Inuentarii confectionem.* Suprà dictam ſententiam firmat elegans deciſio *text.in l.*2.§.*Tractari,*& §.*Ergo etiamſi mater, D.ad Senat. Conſult.Tertyllian.* tenentquè *Bart.Ioan. de Platea,* & *Angel.in l.Mediterraneæ*(& *ibid. iſt text.*)*C.de annon.lib.*10.*Plot.de in litem iurand.nu.*250.*Socin. regula* 214 *fallent. vlt.Andre.Tiraquel.de iudic.in reb.exig. ferend.verſ.*46.*num.*56. *Guil.Rodoan. de reb.Eccleſ.non alienand. rubric.*9.*nu.*7. *Phanut.de inuentar.par.*7.*num.*271. *Sebaſtian.Montic.eod.tract. cap.*5.*nu.*38. *Roland.a Valle eod. tract. part.*2.*quæſt.* 49.*Paul.Montan.de tutel.cap.*32.*regul.* 5.*num.*48.& *ſeqq.* & *num.*95.& *reg.*6. *num.*18.*verſ.Vel quando tutor,Farinac. fragment.crimin.part.*2.*lit.I.num.*1086. *Cardinal.Tuſch.pract.concluſ.lit.A. concluſ.*202.*num.*28.& *lit.H.concluſ.*58.*nu.* 59.*Ioan.Gutier.de tutel.par.*2.*cap.*1.*nu.* 34.& 47.*nouiſsimè Nicola. Anton. Gizarel.deciſ.*58.*per tot.Gaſpar Baeç.de decim.*

*cim.tator.cap.2.num.48.Iacob.Menoch. de arbitrar.lib.2. centur.1. caſu 72.num. 8.Franciſc.Viui.deciſ.364.nu.16. & 20. Ioan. Garcia de expenſ. cap.20. num.22. Mari.Giurb.in conſuetud. Senat. Meſſanenſ.cap.9.gloſ.5.num.36. Hieron. Magon.d.deciſ. Lucenſ.40. num.21. Eſcobar de ratiocin.cap.9. num.60. Galganet. de tutel.lib.2.tit.2.num.41.Nicol. Intrigli. ſingul.167.num.6.lib.2.*

Et an tunc neceſſaria ſit hæredis, vel
31 tutoris proteſtatio? † vide *Paul. Mont. vbi ſup.d.nu.95. & Farinac.d. nu.1086. in fin.* qui eam deſiderãt. Talemque proteſtationem loco inuentarii eſſe ; firmat *ibidem Montan.* ex *Bald.in l.fin. num.8. verſ.Extra quæro,C.qui bonis cedere poſ.* Si tamen notoria paupertas defuncti, aut minoris ſit,excuſare à proteſtatione notorietatem,ſuadent dicta à Nobis *1.part. quæſt.31.num.23.& quæſt.32.num.21.*

## VTRVM FILII, VEL deſcendentes pauperes teneãtur cum fratribus,vel aliis deſcendentibus bona, quæ pro ſuis neceſsitatibus conſumpſerunt,conferre, aut in legitimam imputare?

## *SVMMARIVM.*

1 Qui de collationis egerint materia?
2 Filius,vel deſcendens, qui ad aſcendentis bona cum aliis deſcendentibus vult venire,profectitia bona conferre debet.
3 Profectitiorum bonorum nomine, quid veniat? Et quando eorum neceſsariò collatio ſit facienda?remiſsiuè.
4 Conferre an debeant tam abinteſtato,quàm ex teſtamento ſuccedentes?
5 Conferre nolens qualiter puniatur? & num.6.
6 Et an conferre cogatur?
7 Collatio offerenda eſt ab eo, qui hæreditatem prætendit.
8 Pauper qui pro indigentiis, ac neceſsitatibus ſuis profectitia bona conſumpſit,caſuvè amiſit, à conferendi onere liberatur.
9 Nec in legitimam ea imputat, dotẽvè deperditam.
10 Niſi dolo & culpa cõſumpſiſſet, & num.11.
Pro poſſeſſore habetur,qui dolo deſiit poſsidere,ibid.
11 Lex fingit rem poſt moram peremptam,ſtare.
12 Expenſæ factæ cum filio in ſtudio in legitimam ſi pater velit, imputantur.
Et quando ſecus,num.13.& ſeqq.
13 Intellectus ad *text. in l. Quæ pater, 51.D.famil.erciſcund.* & numer. ſequentib.
14 Paria ſunt extare bona, vel non extare; locupletiorem tamen ex conſumptis fieri.
Natura quoſdam ſic excæcauit, vt ſummis vigiliis diſcere nulla valeant, eaque repugnante, irritus eſt labor, ibid.
15 Pater expendens in ſtudio pro filio, an & quando donandi animo videatur expendiſſe?
16 Intellectus ad *text.in l.3.tit.4.par. 5.& l.5.tit.15.par.6.*
17 Pater expendens in ſtudio pro filio, videtur eum tacitè vſque ad tertium, & quintum meliorare. Tales autem expenſæ in tertio, & quinto computantur,nec aliud tertium, aut quintum illi, vel alteri filio poterit pater aſsignare.
18 In tertio, & quinto, aut in legitimam non imputantur ſumptus, quos pater in ipſius domo cum filio eſſet facturus, quantumcumque animo credendi facere proteſtetur.
19 Vt expenſæ à patre pro filio in ſtudiis factæ,vel donatio, quæ aliàs non confertur, in legitimam imputentur, aut conferantur ; neceſſe eſt, vt factarum expenſarum, donationiſvè tempore proteſtatio tacita, vel expreſſa fiat,animo credendi fuiſſe factas.

## QVÆST. LIX.

LAtum hæc offerebat quæſtio campum, ſed quia collationis materia,& integros in iure titulos ; & longos Doctorum tractatus habet : quorum aliũ,

1 † Ioannes *Sporta Tholoſanus*;aliũ,*Vitalis*

lis Nemeaunſenſis; alium, *Aluar. Valaſc.* (quem *praxis* inſcripſit *partitionum, & collationum*) præcipuè à *quæſtion. 12. cum duabus ſequentibus*, conſcripſerũt; præter quos etiam, & Doctores in locis ordinariis infrà proximè ſubiiciendis, latè hac de re egêre *Cornel. Benint. de pauperta. ſpeciali 4. in vltim. volunt. numer. 1. cum ſequentibus, Gregor. Lopez in l. 3. 4. 5. & 6. titulo 15. par. 6. Regnicolæ in l. 29. Tauri, & in l. 3. titulo 8. libro 5. nouæ Reg. Collect. Ioan. Parlador. differentia 149. & 150. cum quatuor paragraphis ſeqq. Cardinal. Tuſch. practicar. concluſ. litera C. concluſ. 414. cum quatuor ſequentibus*, omnium latiſsimè *Anton. de Amatis* (ſi is eſt) *in repetit. legis Si emancipati, C. de collat.* in fine ſuarum deciſionum adiecta, qui nihil in iſta materia intactum reliquit: Nõ multũ ideo in ea immorabimur.

Regula igitur eſt, filium, vel deſcendentem, qui ad aſcendentis hæreditatem cum aliis deſcendentibus vult venire; 2 cõferre † profectitia bona debere, *text. in l. Quoniam, nouella 29. verſ. Eodemque modo, & in fine* (ibi: *Si ex ſubſtantia eius profecta ſit, de cuius hæreditate agitur*) *C. de inofficioſ. teſtament.* vbi communiter Doct. *text. in l. Vt liberis, 17. verſ. Vt in diuidendis, C. de collationib.* & ibidem Doctores.

Et quid profectitiorũ nomine veniat? 3 † quandoque eorum collatio neceſſariò facienda ſit? præter alios, vide pleniſsimè *Aluar. Valaſc. in d. praxi partitionum, & collationum, quæſt. 13. num. 1. 3. & ſeqq.*

Huiuſmodiquè collatio facienda eſt à 4 liberis, ſiue ex teſtamento, † ſiue ab inteſtato ſuccedant; licèt enim de iure Digeſtorum, & Codicis, ab inteſtato ſolùm locum haberet collatio; ex *text. in l. Siſilia, 3. D. de collat. dotis, & in l. 1. & l. Filiam, 7. C. de collat.* De iure tamen nouiori Authenticorum, id innouatum eſt, tamquè ex teſtamento, quàm ab inteſtato deſideratur, locumque (niſi teſtator contrarium exprimat) habet; *text.* eſt in *auth. Ex teſtamento, C. de collation. & in auth. de triente, & ſemiſſe; §. Illud quoque, collat. 3.* quibus concordat *text.* de iure Regio *in l. 3. titul. 15. part. 6. text.* etiam in *l. 29. Tauri, & in l. 3. titul. 8. libro 5. nouæ Regiæ Collect.* notant (poſt alios) *Anton. Gomez in dict. leg. 29. Tauri, numero 3. & Aluar. Valaſc. in d. praxi partit. & collat. quæſt. 12. numero 28. & quæſtion. 14. numero 13. & ſequenti.*

5 Conferrequè nolens, † denegatione hæreditariarum actionum puniri, *text.* eſt in *l. Poſthumo, 11. in fin. & in l. Filiæ, la 2. 12.* in ordine, *C. de collationib.* cuius ſunt verba: *Filiæ licet maneat in ſacris, ſi dotem non conferat, quam mortis tempore communis patris habuit, fratribus in eadem familia conſtitutis, actiones hæreditarias denegari, non ambigitur.* text. in *leg. Filiam cum fratribus, 17. C. eodem titulo, leg. 1. §. Si cum duobus, D. de collation. bonorum*, & notant communiter Scribentes in dictis locis: *gloſ. in dict. l. Poſthumo, verb. Actiones*, quæ ad id heredem etiam ludicis of- 6 ficio † cõpelli poſſe dicit, expreſsèquè determinat *text. in l. Soror tua, 8. C. de collationib.* Parum enim noceret denegari actiones, ſi iam partem ſuam haberet hæres, vt aduertit *dict. gloſ. verbo, Actiones.* Vtramque aſſertionem (pluribus relatis) firmat *Aluar. Valaſc. in dict. praxi partit. & collat. quæſt. 14. numero 8. & 9.* notans pariter *numero 10. & 11.* pœnam hanc denegationis actionum, non ipſo iure, ſed exceptionis ope competere.

Non ſolùm autem ab eo, qui hæreditatem prætendit facienda collatio eſt, ſi à cohæredibus petatur: ſed et- 7 iam offerenda, † vt probat *text.* (& ibi notat *Alexand.*) *in dict. leg. Filiæ licet, 12. verſiculo, Vnde conſulte, C. de collationib.* cuius ſunt verba: *Vnde conſultè, ac pro iuris ratione collationem fratribus tuis, quos in patris communis mortis tempore fuiſſe poteſtate proponis, offeres.* Et ad hoc textum hunc expendit, ac ponderat (eandem ſententiam firmans) *Aluar. Valaſc. ſuprà capit. 12. numero 9.* ad quod etiam facere dicit *legem Iulianus, §. Offeri, D. de actionibus empti.*

Suprà dicta tamen tunc demum procedunt, locumque habent, quando frater, vel qui conferre debebat, bona poſsidet, dolove malo quominus poſſideret fecit: ſecùs ſi nec poſsidet, nec dolo fecit quominus poſsideret, vt 8 quia pauper † erat, pro indigentiiſque ac neceſsitatibus ſuis ea conſumpſit,

caſuvè amiſit, quia tũc à conferendi onere liberatur, *text.* eſt in *l.* 1. §. *Confertur, & in l.* 2. § *De illis, D. de collat. bonor. auth. Quod locum, & l. Eademum*, 6. *C. de collat.* tenet *Afflict. deciſ.* 247. *per tot. & ibid. Cæſar Vrſil. num.* 3. vbi idem *Afflict.* reſpondet obiectioni, *quòd æqualitas ſit ſeruanda* (quæ fundamentalis collationis faciendæ fuit ratio, vt latè poſt alios obſeruant, firmantque *Anton. Gomez in d. l.* 29. *Tauri, num* 2. *col.* 2. *verſ. Ratio vera, Aluar. Valaſc. in d. praxi partit. & collat. quæſt.* 12. *numero* 12.) intelligi debere, ſi bona reperiuntur tempore mortis defuncti, iuxta præfata iura: dictam quoque ſententiam tenet *Cornel. Beninca. de paupertate, ſpeciali* 4. *in vltim. voluntat.* eam comprobans, exornanſquè ex *num.* 24. *cum ſeqq. Anton. Gomez vbi ſuprà, nu.* 16. *verſ. Item etiam, quia reperiuntur conſumpta tempore mortis patris,* & *verſiculo Nec iterum obſtat. Anton. de Amatis in d. l. Si emancipati, ex num.* 200. *ad num.* 224 *C. de collat. Didac. à Caſtillo in dict. l.* 29. *Tauri, numer* 43. *Cardinal. Tuſch. litera C. concluſione* 416. *numero* 26.

Nec pariter horum ob pauperratem conſumptorum bonorum fiet in legiti-
9 mam † imputatio, ex eadem, qua collatio non fit ratione, ex *text. in l Illud*, 20. §. *Hæc autem regula, C. de collationib.* docet *Guil. Benedict. in repet. cap. Raynuntius, verbo, Dotem, quam ei dederat, de teſtament numero* 20. vbi, quòd in filiæ legitimam non imputabitur dos à patre data, ac deperdita *Muñoz de Eſcobar* (hanc ex profeſſo differens quæſtionem) *de ratiocin tomo* 2. *capit.* 18. *numero* 5. *& ſequentib.* ita pro hac ſententia arguit, eamquè veram fatetur, vbi bona abſquè dolo, vel culpa fuerunt conſumpta, *Ioan. Anton Mang. l. in tractat. de imputationib. quæſt.* 4. *numero* 1. *&* 24. Secùs di-
10 cens, ſi culpa, † & dolo res eſſe deſineret: Cum pro poſſeſſore habeatur, qui dolo deſinit poſsidere, iuxta vulgarem regulam *Pro poſſeſſore* 36. *de regul. iuris, in* 6. *& in l. Is qui dolo*, 69 *D. de rei vendicat.* Simile addu-
11 cens de re poſt moram perempta, † quam lex eſſe fingit, allegat *text. in l. Vbi autem non apparet*, 75. §. *fin. D. de verborum obligationib.* qui tamen id non probat, probat autem *text. in l. Si ex legati cauſa*, 23. *D. eod.* Et in terminis, etiam id quod non eſt, ſi dolo eius qui conferre tenebatur, eſſe deſiit, in collationem venire; ſtatuit *text. in dict. l.* 1. §. *Confertur, D. de collation. bonor.* Quod cum in paupere ob neceſsitatem expendente deficiat; conſumptorum bonorum nec collationem, nec imputationem faciendam, aſſerendum venit.

Suprà dictæ tamen reſolutioni, quæ abſque dolo, culpaquè conſumpta bona nec conferri, nec imputari docet, obſtare videtur, *text. in l. Quæ pater, la* 2. 51. in ordine, *D. famil. erciſcund.* ex qua conſtat, debere filium ſtudiorum cauſa à patre ſibi remiſſa conſumpta in legitimam
12 ſi pater velit, imputare; † text. verba ſunt: *Quæ pater filio emancipato ſtudiorum cauſa peregrè agenti ſubminiſtrauit, ſi non credendi animo pater miſiſſe fuerit comprobatus. ſed pietate debita ductus; in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eum filium pertinuit, computari æquitas non patitur.* Et licèt textus in filio emancipato loquatur, in filio quoque in poteſtate conſtituto (& maiori ratione) intelligendum; obſeruat *Antoni. Gomez in dict. l.* 29. *Tauri, numero* 16. *verſic. Secundò, quia donatum*, probantq; indiſtinctè loquentia Regia iura in *dict. l.* 5 *titul.* 15. *part.* 6. *& in leg.* 3. *titulo* 4. *part.* 5.

Cui tamen obiectioni, dictæquè *legi Quæ pater* reſponderi poteſt; in eius ſpe-
13 cie extare † videri, quæ pater ſtudiorum cauſa filio ſubminiſtrauit. Aut enim filius in ſtudio profecit; & tunc locupletior his, quæ conſumpſit, factus videtur, iuxta *text. in authentic. de hæredibus*, & *Falcid.* § *fin. in fin. collat.* 1. *& in proœmio Digeſtorum in* § *Nos verò, & in proœm. inſtitut.* §. *Summa itaque*, & firmant dicta à Nobis 1. *part. quæſtione* 9. *numero* 18. Ac per conſequens extare. Paria enim ſunt extare bona, vel eſſe
14 conſumpta, lucupletiorem † tamen ex conſumptis fieri: *text. in* §. *At ex contrario* (ibi: *Sin aliter quam diſpoſuimus ſolutio facta fuerit, pecuniam autem ſaluam habeat pupillus, aut ex ea locupletior ſit*) *inſtitut. quibus alienare licet, vel non.*

Aut non profecit; & tunc, aut ſua culpa; & etiam ſtare videntur conſumpta, conferriquè & imputari debebunt, ex ſuprà notatis.

Aut naturali defectu, quia (vt ex *text. in leg. Stichus*, 12. *D. de legatis* 3. tradit

*An-*

*An Ir. Barbat. in 2. proœmio Clemēt. fol. mihi 7. col. 2. verſ. Et ideo,* & ante eum *Bald. in proœm. Decretal. num. 10.* quoſdam ita Natura excæcauit, vt ſummis vigiliis diſcere nulla valeant. *Reluctante namque Natura* (vt Seneca lib. 1. de tranquillitate vitæ, titulo de exercitatione animi, inquit) *irritus eſt labor.* alterque Senec. in Thyeſte, actu 2.

*Noui ego ingenium viri*
*Indocile, flecti non poteſt, frangi poteſt.*

Et tunc cum nec culpa ſua filius conſumpſerit, nec tempore collationis extent bona, nec ex eis locupletior factus ſit, prædicti ſumptus nec conferendi, nec erunt imputandi. Ex hiſque venit intelligenda, ac limitanda *d. l. Quæ pater,* & ita ſentit, licèt non ſic declaret *Antoni. Gomez. in d. l. 29 Tauri. num. 16. prope fin. verſ. Nec iterum obſtat, ſi dicas, quòd iſtæ expenſæ, & exceſſiua alimenta, quæ filius recepit in ſtudio, ſunt conſumpta, & non extant tempore mortis patris; ergo non debent conferri, etiamſi pater ſit proteſtatus.* argumento *text. in l. Ea demum, C. de collat. Quia reſpondeo, quòd illud debet intelligi, niſi ex conſumptione filius ſit factus locupletior, vt in noſtro caſu.*

In dubio autem videri patrem donandi animo pro filio expēdiſſe, ſi filius pau-
15 per ſit, † nec alia bona, quorum pater adminiſtrator ſit, habeat; non ſi diues; quia tunc adminiſtratorio potiùs nomine expendiſſe preſumitur: tenent (ex ſententia *Bartoli, Decii,* & aliorum, ita dictam legem *Quæ pater* intelligentium) *Ioann. Antoni Mangil. de imputationib. quæſt. 42. num. 5. & ſequentib. Antoni. Gomez in d. l. 29. num. 16. col. 2. ante med. Petr. Nuñez de Auendaño, reſponſo 17. num. 2. verſiculo, Quod limito, niſi pater habeat apud ſe bona filii, Dionyſ. Gothofred in d. l. Quæ pater, verbo ſi non credendi litera A. Gregorius Lopez in d. l. 5. titulo 15. part. 6. gloſ. 6. verbo, Elas deſpenſas. Quæ lex, & d. l. 3. titulo 4. part. 5.* licèt indiſtinctè diſponant, expenſas à patre pro filio in ſtudiis, & pro librorum emptione factas nec conferri, nec in legitimam imputari: adhùc tamen ſecundum dic-
16 tam *legem Quæ pater* † ſunt intelligendæ, contrarium nempè tacitè, vel expreſsè non volente patre: de quo nullus Doctorum dubitauit, cùm eaque ſententia omnes ſimpliciter hac de re agentes Regnicolæ tranſeunt.

Hodie autem ex diſpoſitione legis *26. Tauri & l. 10. titulo 4. libro 5. nouæ Reg. Collect.* in dubio, cùm pater nihil aliud expreſsit; huiuſmodi expenſas animo donandi feciſſe, in eiſquè vſquè ad tertii, & quinti quantitatem fi-
17 lium meliorare † videtur, in tertioquè & quinto eas tenebitur filius computare. Ita docent *Gregorius Lopez in dict. l. 3. titulo 4. part. 5. gloſ. 2. verbo, En ſu parte, in fin. Petr. Nuñez de Auendaño dicto reſponſo 17. numero 2.* poſt *Roderic Suar.* quem refert, *Tell. Fernand. in l. 17. Tauri, numero 115. Illephonſ. de Azeued. in dict. l. 10. titulo 4. libro 5. nouæ Reg. Collect. numero 21.* poſt *Didac. Perez, Gomez Arias,* & alios ibidem adductos, *Ludouic. Velazquez de Auendaño in dict. l. 2. Tauri. gloſ. 3. numero 5. Ioann. Matiinz. in l. 3. titulo 8. libro 5. nouæ Regiæ Collect. gloſ. 2. numero 8.* vbi, quòd nec aliud tertium, & quintum poterit pater eidem, vel alteri filio dare, adducitquè formalem *textum in l. 12. titul. 6. d. libro 5. nouæ Regiæ Collect.* & firmat ex ſententia *Gomez Arias in dict. l. 26. Tauri, numero 14. & 15.* ac *Petri Nuñez de Auendaño in dictionario ſuo, in verb. Caſtrenſe, prope fin.*

Non tamen in melioratione, tertium, & quintum, aut in legitimam imputari debent ſumptus, quos in patris do-
18 mo † faceret filius, quantuncumque animo credendi, nec donandi impediſſe pater proteſtetur, cùm ad id omnino teneatur, vt aduertunt *Antoni. Gomez in repetita l. 29. Tauri numero 16. colum. 3. poſt med. verſic. Verum tamen eſt, Petrus Nuñez de Auendaño d. reſponſo 17. numer. 2. Petr. Dueñ. regul. 22. limitat. 2. in fin. Ioann. Matienz. vbi ſuprà num. 6. verſic. Expenſæ tamen, Ludouic. Velazquez in d. leg. 29. numero 6. Borgnin Caualcan. de vſufruct. mulier. relict. numero 192. Ioan. Anton. Mangil. d. tract. de imput. quæſt. 32. num. 1.*

In aliis autem non ita neceſſariis, proteſtatio patris, expreſſaquè, vel tacita animi declaratio, ſi ex ea conſtet credendi animo, nec donandi patrem expendiſſe, in legitimam (iuxta à Nobis ſuprà dicta) erunt expenſæ imputandæ.

Huiuſmodi tamē proteſtatio, animivè declaratio, quod credendi animo pater

expenderit, vt in legitimam fiat imputatio, expensarum factarum tempore † fiat
19 necesse est, nec postmodum sufficere, probat *text. in d. l. Quæ pater*, ibi: *Si non credendi animo pater misisse fuerit comprobatus.* vbi animum credendi, eiusque declarationem, tempore quo expensæ missæ sunt, videtur requirere; & expressiùs in *d. l. Illud*, 20. *C. de collat.* vbi habetur, donationem, quæ non confertur, ita demum debere conferri, si pater tempore factæ donationis protestatus est, in finalibus verbis, ibi: *Nisi huiusmodi legem donator tempore donationis, suæ indulgentiæ imposuerit.* & ad hoc eam notant, & commendant *ibi Odofred. Petr. Cyn. Iacob. Butr. Bart. Bald. Paul. Salyc.* & communiter Doctores, multisque iuribus comprobat *Anton. Gomez in d. l. 29. Tauri, num. 16. in fin. & num. 27.* cum aliis ex suprà relatis.

Idque hodie indubitabilius videtur procedere, propter tacitam, quam *lex 26. Tauri*, eo ipso quòd contrarium non protestatur pater, melioration em inducit.

## VTRVM MATER AD secundas conuolans nuptias antequam rationem tutelæ gestæ reddat, reliqua soluat, tutoremque filio assignari faciat, propter paupertatem excusetur?

## *SVMMARIVM.*

1 Omnis administrator, aliorumque curam gerens inuentarium conficere, rationesque reddere debet.
Ampliatur etiam in matre, numero 4.
2 Inuentarium est caput rationum.
3 Pœnæ impositæ contra administratores non conficientes inuentarium remissiuè, & num. 5.
5 Mater filiorum suorum tutrix inuentarium non conficiens, quas pœnas incurrat? & num. 6.
7 Pater filiorum tutelam administrans an inuentarium conficere, rationesque reddere debeat?
8 Ratio tutelæ regulariter post finitam tutelam reddi debet.
9 Mater etiam ante finitam tutelam si ad secundas conuolet nuptias, rationes reddere debet, reliqua soluere, filioque tutorem antequam nuptias contrahat, assignari facere, aliter filii hæreditate priuatur.
10 Et quid si aliquid istorum deficiat?
11 Rationes verè reddere is dicitur, qui eas edit, & reliqua soluit, nec reddere rationes censetur, qui reliqua non soluit.
12 Mater filiorum tutrix ad secundas post annum etiam luctus nuptias conuolans, antequam suprà dicta faciat, pœnas contra nubentes intra annum luctus statutas incurrit.
13 Ampliatur etiam in matre naturali.
14 Et etiamsi matrimonium non fuerit consummatum, si illud mater celebrauit, sponsalia que per verba de præsenti verum exprimentia consensum contraxit.
15 Etiam hodie iuris Canonici, Regiiq; dispositione stante, dictæ pœnæ contra secundò nubentes intra annum luctus, quatenus filiorum fauorem respiciunt, durant, licèt infamiæ cesset nota.
16 Mater filiorum tutrix etiam hodie patitur pœnas intra annum luctus nubentium, licèt post annum luctus nubat, si antequam ad secundas transeat nuptias rationes tutelæ gestæ non reddiderit, reliqua soluerit, filioque tutorem fecerit assignari.
17 Mater pauper ad secundas conuolans nuptias, antequam hæc fecerit, an paupertate excusetur? & numeris sequentib.
18 Mater minor viginti quinque annorum tutrix filiorum constituta, si antequam tutorem filiis fecerit assignari, rationes reddiderit, ac reliqua soluerit, nupserit, excusatur.
19 Priuilegia concessa minoribus, pauperibus competunt.
20 Mater ad secundas conuolans nuptias ante dationem tutoris, rationumque redditionem ob casum fortuitum excusatur.
21 Paupertas inter fortuitos casus connumeratur.

22 Ex-

22 Expenſæ in petendo tutore, ex pupilli bonis ſunt faciendæ.

23 Mater pupilli pauperis excuſatur ſi antequam ad ſecundas trāſeat nuptias, tutorem ei non petierit.

25 Fruſtra requiritur aliquid fieri, cuius nullus inde reſultat effectus.

26 Mater filii tutrix, quæ ad ſecundas tranſit nuptias, poſtquā tutorem filio fecit aſsignari, rationeſque reddidit, non tamen quod debere conſtitit, ſoluit, paupertate excuſatur.

## QVÆST. LX.

OMnis adminiſtrator, aliorumque curam gerens inuentariū conficere, † rationeſque reddere debet, *l. Orphanotrophos*, 30. *& ibi. Bald. nu.* 6. & alii *C. de Epiſcop. & Cler. l. Tutores, la* 2. 24. in ordine, *C. de adminiſt. tut. l. Tutor qui repertorium*, 8. & ibi Scribentes, *D. eodem*, latè *Specul. in tit. de inſtrum. editione*, §. 16 *incipit. Dicto, per totū, Bald. conſ.* 137. (incip. *Quædam vidua*) *num.* 5. *verſ. Item quæritur*, *& conſ.* 144. (incip. *Reuocatur in dubium*) *in fin. lib.* 5. *Socin. conſ.* 24. *numer.* 37 *lib.* 1. *& conſ.* 159. *in princ. lib.* 2. *Petr. Sanz Morquech. de diuiſione bonor. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 64. *Gregor. Lop. in l.* 5. *tit.* 6. *par.* 6. *verb. Las deudas, Ayora de partit p.* 1. *cap.* 2. *num.* 9. proſequuntur latiſsimè *Franciſc. Muñoz de Eſcobar de ratiocin. c.* 9. *per tot.* plenè etiam *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. lit. I. concluſ.* 347 *per tot.* præcipuè *num.* 5. *nu.* 24. *&* 41. *Hieron. Grat. reſponſ.* 140. *num.* 1. *lib.* 2. *Proſper. Farinac.* loco proximè referendo, *Iacob. Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 209. *n.* 1. *& ſeqq.* vbi copioſè.

2 Rationum enim caput, inuentarium † eſt, *l.* 1. §. *Officio*, *D. de tutel. & rationib. diſtrahend.* & aliis iuribus ſuprà adductis *Bart. & Imol. in l. Cū tale*, §. 1. *D. de cōd. & demonſt. Franciſc. Curt. in tract. de ſequeſtris, nu.* 17. *Gaſp. Baeç. de decim. tut. cap.* 2. *nu.* 169. *Greg. Lop. vbi ſup. Ayora d. c.* 2. *nu.* 10. *Eſcob. d. c.* 9. *nu.* 2. *Nicol. Boer. deciſ.* 61. *nu.* 6. *Farin. fragm. crimi.* 2. *par. lit. I. nu.* 165. *Cardin. Domin. Tuſch. vbi ſup. num.* 5. *Barthol. Caſſan. in conſuetud. Burgūdiæ rubric.* 6. *tit. Des enfans de pluſieurs*, §. 6. *verb. Par inuentaire, numer.* 5. *fol. m. hi* 221.

Apud quos, pœnas à iure cōtra huiuſmodi alienarum rerū adminiſtratores, † 3 earumque curam gerentes ob inuentarium non confectū impoſitas, videre licet. Nūc ad inuentū noſtrū, quæſtionemq; de matre ſeruanda conuertat oratio. In qua firmiſsima concluſio eſt, ſub generali ſuprà poſita regula matrē quoque comprehendi, † adſtringiq; & inuentariū conficere, 4 & rationem filiis reddere. Cum enim rationes filiis, quorū tutelā, bonaq; adminiſtrauit, reddere teneatur, *text. in l. Omnē*, 6. *C. ad S. C. Tertyl. auth. de nupti.* §. *Sin autē tutelā gerat. col.* 4. ibi: *Et rationem reddens & exſoluens omne quidquid hinc debet*: conſequens eſt, inuentariū debere conficere, cum rationū initium (vt diximus) caput, ex eoq; ſint regulādæ ad quas mater adſtricta eſt rationes, *gloſ. fin. in fin. in l. Si quis prioris*, 8. *C. de ſecūd. nupt.* notarunt *Bart. Angel. & Salyc. in auth. Matri, & auiæ*, *C. quando mulier offic. tutel. fungi poſsit, Philip. Corn. conſ.* 198. (incip. *Quāquam hac conſultatione*) *n.* 11. *verſ. Aliud autem, lib.* 1. *Gaſp. Baeç. de decim. tut. c.* 2. *nu.* 155. *& c.* 4. *n.* 47. *Anto. Piagi. de tut. & curat. q.* 19 *nu.* 1. *Nicol. Boer. deciſ.* 61. *nu.* 22. *& deciſ.* 124. *nu.* 9. *Montal. in l.* 3. *tit.* 7 *lib.* 3. *Fori leg. ver. Por eſcrito, Ioan. Gut. de tutel.* 3 *p. c.* 1. *nu.* 22. *& de iuram. confirm.* 1. *p. c.* 4. *nu.* 22. *Mun. de Eſcob. de ratioci. c.* 2. *n.* 22. *Ayor. de part. p.* 1. *cap.* 2. *nu.* 10. *& ſeqq. Tiber. Decian. conſ.* 94. *nu.* 15. *cum ſequentib. Iacob. Menoch. de arbitrar. d. lib.* 2. *capit.* 209. *num.* 6. *Cardinal. Tuſch. d. litera I. concluſ.* 347. *numero* 43.

Quinimò matrem inuentarium non conficientem eaſdem, quas alii, ob non confectum inuentarium pœnas incurre- 5 re, † ſcilicèt furti ſuſpicionem, infamiæ notam, vt contra eam in litem poſsit iurari, carceri mancipari, ac tortuiæ ſubiici, tenuit *Ludouic. Roman. conſ.* 18. *num.* 3. *& ibi. eius Addit.* ſequunturque *Bartholom. Caſſan. d. rubri.* 6. *Des enfans* §. 6. *verb. Par inuentaire, num.* 12. *& Cæſar Vrſil. in annotat. ad Matthæ. de Afflict. deciſ.* 75. *num.* 15.

6 Filiique ſucceſsione priuatur, † *gloſ.* (per text. ibi) *in l.* 2. § *Quod ſi pater, verb. Nec legitimè*, *in fin. D. ad Senat Conſult. Tertyllian.* notatque ibidem *Bart. Neuizan. conſil.* 3. *num.* 6. alios referens *Marc. Anton. Peregrin. de iure fiſci, lib.* 3. *tit.* 16. *num fin.*

7 Quid autem in patre? † vide per *text.* & Scribentes *in l. Cum oportet. 6. §. Nam autem, C. de bonis, quæ liberis, & in l. Si superstite, C. de dolo, Crot. in repetit. legis Frater à fratre, num. 56. & ibid. Corras. numer. 8. D. de cond. indebit. Bald. in d. l. Orbanotrophos, num. 7. C. de Episcop. & Cleric. Iaſ. in d. l. Præſes, nu. 3. C. de transacti. Nicola. Boer. d. deciſ. 61. num. 1. & ſequentib. Baeça de decim. tutor. cap. 4. nu. 7. Andre. Tiraquel. in præfat. ad legem Si vnquam, C. de reuocand. donation. numer. 29. Roland. à Valle conſ. 49. numero 13. lib. 1. Iacob. Menochi. d. caſu 209. num. 7. Arias Pinel. in l. 1. 2. part. num. 27. C. de bon. matern. Eſcobar de ratiocin. d. cap. 3. num. 23. Ioan. Gutierr. d. part. 1. de iuramẽt. confirmat. capit. 4. numer. 19. & 22. Ayora d. capit. 2. num. 10. Cardinal. Tuſch. d. concluſ. 347. numero 31. num. 46. & 47. & litera A. concluſ. 203. num. 19. Proſper Farinac. d. 2. par. fragm. crimin. litera I. num. 1070. Paul. Montan. de tutel. & curat. cap. 38. num. 112.*

Quorum veriſsima reſolutio eſt, patrem debere inuentarium conficere, rationeſquè reddere, quãdo bona filii emãcipati, & in quibus vſumfructum non habet, adminiſtrat; ſecùs ſi filius in eius exiſtat poteſtate, cuius tunc bonorum habet vſumfructum; quia ſimplicem bonorum deſcriptionem tunc ſufficere, aſſerunt.

Rationes autem tutelæ geſtæ non ſolùm tenetur reddere filio mater poſt pupillarem ætatem, pubertateque aduenie-
8 te, & ſic finita tutela, vt regulare eſt, † *text. in l. 1. §. fin. in l. Niſi finita, 4. in l. Cũ tutor, 18. in fin. D. de tutel. & rationib. diſtrahend. gloſ. 1 in d. l. Niſi finita*, alia iura referens, *& in l. Si tutor, 9. § fin. ver. Competunt, D. eod l. 12. titulo 16. part. 6. propeſin. verſ. E la guarda*: Sed etiam ante huiuſmodi temporis implementum, finitamque tutelam, ſi ad ſecundas con-
9 uolet mater † nuptias, rationes tutelæ geſtæ reddere, reliqua ſoluere, tutoremque filio aſsignari facere tenetur, aliter filii hæreditate priuatur, *d. l. Omnem, 6. C. ad Senat. Conſ. Tertyllia.* cuius ſunt verba: *Omnem matri ſiue ab inteſtato, ſiue iure ſubſtitutionis (ſi filius impubes moriatur) denegandam volumus ſucceſsionem, ſi ea legitima liberorum tutela ſuſcepta ad ſecundas (contra ſacramentum præſtitum) aſpirauerit nuptias, antequam ei tutorem alium fecerit ordinari, eique quod debetur ex ratione tutelæ geſtæ perſoluerit.* text. in *authentic. Eiſdem, C. de ſecund. nupti. authentic. de nupti. §. Si autem tutelam, collation. 4.* ibi: *Ad maritum veniat ſecundum, non priùs tutorem petens, & rationem reddens, & exſoluens omne quidquid hinc debet, &c.* conuenit *dict. l. 12. titulo 16. part. 6.* obſeruantque (præter ordinarios in dictis locis) *Montal. in d. l. 3. titulo 7. libro 3. Fori leg. verb. En guarda, Tell. Fernand. in l. 6. Tauri, nu. 3. Eſcob. de ratiocì. cap. 6. nu. 2. Nicol. Boer. deciſ. 124. num. 12.*

Vtquè à dictarum legum pœna liberetur mater ad ſecundas tranſire vo-
10 lens nuptias, omnia illa tria † adimplere neceſſe habet. Tutorem ſcilicèt aſsignari facere, rationes reddere, ac reliqua ſoluere, vt ex *dict. l. Omnem, d. authentic. Eiſdem, verſiculo, Item & ea*, & ex *dict. §. Si autem tutelam*, conſtat, notarque *Bald. in d. authent. Eiſdem, num. 8. & 9.* non ſufficere dicens matri tutorem petere, darique vt ad ſecundas tranſire poſsit nuptias, nec rationem reddere, niſi & quod debere conſtiterit perſoluat: addens per hoc ſæpè in laqueos ignorantes incidere matres, credentes ſufficere tutorem petere. Ideòque ſe facere fieri, vt dato tutore, reddat rationem mater, reliqua reſtituat, ac publicum de hoc inſtrumentum fiat. Id enim eſt verè ratio-
11 nes reddere, † eas edere, & eis editis, reliqua ſoluere, *l. Non ſolum, 8. §. Is qui reddere, D. de liber. leg. l. Cum ſeruus, 82. D. de condit. & demonſtrationib. l. Cum ſeruus, D. eod. titul. l. Purè, in fin. D. de fideicommiſ. libert. l. Si ita, 13. §. Hæc quæſtio, D. de manumi. teſtament. Anto. Faber in Cod. definit. libro 3. titulo 25. definit. 6. numero 13.* Nec redditæ rationes cenſentur, niſi & reliqua ſoluantur, dict. iurib. & tradit *Iacob. Menoch. de arbitrar. caſu 209. num. 21.* videnduſquè etiam circa hæc *Paul. Montan. de tutel. cap. 15. num. 86.*

Non ſolùmque hæreditatis amiſsione aliquid iſtorum omittens ad ſecundas conuolans nuptias punitur mater; ſed etiã
12 omnes alias, † quibus intra annum luctus nubens plectitur (de quibus in *l. 1. C. de ſecund. nupt.*) licèt poſt prædictum tempus ipſa nubat, incurrit. *text.* eſt in *d. auth. Eiſdem, verſ. Item & ea, C. de ſecũd. nup. & in d. auth. de nuptiis, §. Si autẽ tutelam, verſ. Sed hoc quidẽ, coll. 4.* vbi hoc

ipſum

13 ipſum in matre naturali, † quæ naturalis filii tutelam acceptauit, conſtituit Imperator Iuſtinian. *in verſ. Si verò etiã.* Vtrũquè (aliis adductis) firmat *Marc. Ant. Pereg. de iure fiſci. lib. 3. d. tit. 16. num. 1.*

Habentquè prædictæ pœnæ locum nõ ſolùm quando matrimonium cõſummauit mater; ſed etiamſi matrimonium tan-
14 tùm cõtraxit, † nec conſummauit, ſponſaliavè per verba de præſenti verum experimentia conſenſum celebrauit, ſecundum *Bald. in d. l. Omnem, num. 10. C. ad S. C. Tert. Bart. in auth. Sacramentum, nu. 3. C. quando muli. offic. tut fungi poſſit, Socin. Iuni. conſ. 8. num. 4. lib. 1. Montal. in d. l. 3. tit. 7. lib. 3. Fori legum, verb. El padre.*

Licèt contrarium tenuerit *Nicol. Boer. deciſ. 266. num. 5. Iacob. Menoch.* (alios adducens) *de arbitr. lib. 2. caſu 151. num. 8. Gregor. Lopez in l. 5. tit. 16. p. 6. gloſ. 1.* Qui tamen ſolùm in ſponſalibus loquitur de futuro, vel quando mulier de nubendo egit, non tamen nupſit, quo caſu diuerſa eſt ratio, ſed cum *Boerio*, & ſequacibus (quamuis eis non relatis) tenet etiam *Didac. Couar. de matrimon. par. 2. cap. 3. §. 9. num. 8. in fin.* per *text.* præcipuè de iure Regio *in l. 3. in fin. tit. 12. par. 4.* Quæ & in ſpõſalibus de futuro intelligi poteſt. Primamquè ſententiam cum *Baldo*, & ſequacibus intrepidè tenet, latè comprobans, ac defendens *Ioan. Gutier. de tutel. 1. par. cap. 9. num. 4. verſ. Contraria tamẽ opinio, & numeris ſeqq.* cõmunem, omninoquè ſeruandam, nec ab ea recedendum firmans: cum qua etiam ſimpliciter tranſit *Muñoz de Eſcobar d. cap. 6. numero 3. verſ. Contrarium tamen.*

Huiuſmodiquè pœnæ contra ſecundò
15 nubentes, quatenus filiorum fauorem † reſpiciunt, etiam hodie ſtante Canonica diſpoſitione *in capit. fin. de ſecund. nupti.* ex *Paulo Apoſtolo, 1. ad Corinth. capit. 7.* deſumpta, Regiaquè in *dict. l. 3. titul. 12. part. 4. & in l. 5. titul. 1. lib. 5. Ordinam.* quibus libera conceditur mulieribus facultas intra luctus tempora, anniquè à morte mariti ſpatium matrimonium contrahendi; præter infamiæ notam, quæ ex *dict. capit. fin.* ceſſat (ibi: *Non debet legalis infamiæ ſuſtinere iacturam*) locum habebunt. Nec alias pœnas, legeſquè eas imponentes viduis ad ſecundas feſtinantes nuptias, intempeſtiuèque intra luctus tempora nubentes, non tam ipſarum odium, quàm prioris coniugii liberorum fauorem reſpicientes, à canonibus, legibusvè Regiis abrogatas cenſeri, eſt communis opinio, quam tenent communiter *Scribentes in dict. capit. fin. de ſecundis nuptiis*, dicitquè ab omnibus Canoniſtis receptam *Bart. in l. 1. num. 21. C. de ſecund. nupt. Felin. in capit. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitut. num. 57.* communem quoque dicit *ibidem Decius* (mendoſè ab aliis relatus) *numero 122. & ibidem eius Additionator, litera D. & litera E. Abb. eodem loco in repetitione, numero 20. Ripa in repet. rubricæ C. de ſecund. nupt. numero 16. Ioann. à Garro. nib. in l. 1. ſuper gloſ. fin. numero 2. C. eod. tit.* & magis communem dicit *Matthæ. de Afflict. deciſione 75. numero 5. & ibidem Cæſar Vrſil. in eius annotat. num. 14. Ioan. Corraſ. lib. 3. Miſcellan. iuris, capit. 1. Petrus Paul. Pariſ. conſilio 29. numero 33. & numero 42. libro 3. Nicol. Boer. deciſione 186. numero 2. Didac. Couarrub. d. 2. part. de matrimon. capit. 3. §. 9. numero 7.* vbi de communi teſtatur, *Didac. Perez in dict. l. 5. titulo 1. libro 5. Ordinament. verſiculo, Eſt tamen inquirendum, pagin. mihi 53.* communem dicens, tenendam, nec tutum eſſe ab ea recedere: ita etiam *Ioann. Gutierr. de tutel. d. 1. part. capit. 9. numero 9. & ſequentibus, verſiculo, Contrarium tamen*, & ex prope infinitis tradit religioſiſsimus pariter, & ſcientiſsimus *P. Thom. Sanchez de matrimon libro 7. diſputatione 88. numero 39.*

Ex quibus deducitur, & infertur, etiam hodie in caſu noſtro, & *dictæ legis Omnẽ, 6. C. ad S. C. Tert.* iuris Canonici, Regiiquè diſpoſitione ſtante, valere conſtitutionem aduerſus mulierem, quę ad ſecundas ſe tranſtulit nuptias antequam filio
16 aſſignari faceret tutorem, † rationes redderet, ac reliqua ſolueret: & ita in ſpecie notant *Didac. Perez vbi ſuprà, verſ. Deducitur etiam, pagina mihi 54.* ex mente *Azonis, Hoſtienſ. Ioann. à Garro.* & aliorum, quos ibi refert, *Couar.* (communem dicens) *d. §. 9. numero 8.* & plurimis adductis *P. Thom. Sanchez d. lib. & diſput. num. 13. 40.* & plenius 41.

17 Si tamen pauper † ſit mater, ad ſecundaſquè ante rationum redditionem, conſtitutionem tutoris, reliquorumque ſolutionem conuolauerit nuptias, propter paupertatem excuſari, fatetur ingenuè, in

distinctequè affirmat *Hieronym. Gigas de pensionib. quæst.* 80. *num.* 7. allegat text. in *l.* 1. *&* 2. *C. de secund. nupt. & Baldū in auth. Eisdem, C. eod.* Sed neque adductæ *leges*, nec *Baldus* eius probāt sententiam: ex aliis tamen rationibus, & capitibus poterit sustineri.

Primò, quia mater minor viginti quinque annis licèt tutrix esse non possit, si tamen tutrix fuerit decreta, ad secundasquè nuptias antequam tutorem filio fecerit assignari, rationesquè reddiderit, trāseat: 18 in dictas pœnas non incidet, † secundum *Bald. in d. auth. Eisdem, C. de secund. nupti. nu.* 5. argumento *legis fin. C. de interd. matrim.* dixitque idem *in d. l. Omnem, num.* 9 *C. ad S. C. Tert. Montal in d. l.* 3. *tit.* 7. *lib.* 3 *fori leg. verb. En guarda, vers. Secunda si mater est minor* 25. *annis*, per text. in *l.* 2. *C. si aduers. delict. Gregor. Lop. in d. l.* 12. *titul.* 16. *par.* 6. *glos.* 5. *P. Thom. Sanch. d. disput.* 88. *nu.* 13. *vers. Ea autem pœnæ, Anton. Gabri. commun. opin. tom.* 3. *lib.* 3. *tit. de secund. nupt. cōclus.* 9. *n.* 32.

Priuilegia autem minoribus concessa, 19 pauperibus † competūt, *Bald. cons.* 465. *num* 2. *lib.* 2. *& cons.* 381. *num.* 3. *lib.* 3. *Sebastian. de Medic. in tract. de casib. fortui.* 2. *par. quæst.* 4. *num.* 8. & diximus 1. *parte, quæst.* 25. *num.* 16. Ergo, &c.

Item, quia mater ad secundas conuolās nuptias ante dationem tutoris, rationum- 20 que redditionem, ob casum fortuitum † excusatur, vt per *text. in l. Præses*, 5, *C. de appellationib. & in l. Cum quidam*, 7. *C. de condit. insert.* tenet *Montal. in d. l.* 3. *verb. En guarda, vers. Quarta excusatio matris est.*

Paupertas autem inter fortuitos casus 21 † numeratur, *text. in l.* 2. *§. Eo tempore, D. de adminis. rer. ad ciuit. pertinen. Sebastian. de Medic. vbi sup. num.* 1.

Quæ licēt Gigantis sententiam firmēt; non tamen omnino ob eorum generalitatem: eam indubitabilem reddunt, aliqui ideo distingui casus poterunt.

Primus, quando mater pauper, quæ ad secundas conuolauit nuptias, filio cuius tutelam administrabat, tutorem non petiit; quo casu si impubes decedat, eius successione regulariter priuari matrem, diximus ex *d. l. Omnem*, 6. *C. ad S. C. Tert.* In nostroque, idem etsi pauper sit mater, 22 † filius verò diues, erit dicēdū, cum nec ad id sumptus fiant, necesse sit, & si aliqui desiderentur, ex bonis filii cuius tutelam mater administrat, fieri iure permittente possint, *text. in l.* 2. *C. de negot. gest.*

23 Si verò filius pauper † sit, ac per hoc ei tutorem non petiit, à dicta pœna excusatur. *text. in l.* 2. *§. Quod si penitus*, C. *ad S. C. Tert.* docentque *Bart. in d. l.* 2. *nu.* 2. *C. de negot. gest. & in l. Mediterraneæ, C. de annon. & tribut lib.* 10. *Sebast. de Medic. in d. tract. de casib. fortui. d.* 2. *p. quæst.* 4 *n.* 33. *Cornel. Benine. de paupertat. q.* 4. *num.* 20. *Paul. Mont. de tutel. c.* 15. *n.* 104.

Secundus casus est, quando mater filii tutelam administrans, antequam rationes redderet, secundò nupsit. In quo etiam 24 paupertate non excusari, † videtur dicendum. Cum nec tunc ad id expensæ ex parte matris fiant, necesse sit, ac per consequens non sit paupertas impedimento quominus rationes reddantur.

Adhùc tamen si notoria sit matris paupertas, ita vt facto calculo, reliqua soluere non posse constet; dictarum legum pœnis excusari matrem, licèt non redditis rationibus ad secundas conuolauerit nuptias; sustineri forsan valebit. Frustra enim aliquid fieri requiritur, cuius nullus inde re- 25 sultat effectus, † nec factum prodest, argumento *text. in l. Cum hæres*, 52. *§. Qui ex parte, D. de adquir. hæredit. cap. Vt debitus*, 59. *vers. Cum autē*, extra *de appellat.* cum congestis à *Nobis in axiomat. & locis commun. iur. lit. F. nu.* 80. *& nu.* 176. exornauimusque in prima huius tractatus parte *quæst.* 17. *num.* 47. *&* 48. Ad effectumquè vt cognoscatur cuius quantitatis debitrix sit mater, quandocunque cognosci possit. Si enim mater reliqua soluendo non sit; secundas contrahere nuptias reliquorum solutione non facta, non prohibebitur. Et hic est tertius casus. Quando videlicèt antequam ad secundas transiret nuptias mater, tutorem filio ordinari fecit, rationesque reddidit, non tamen quod debere cōstitit, soluit. Quia licèt huis solutionis defectus prædictas supra pœnas contra secundò nubentes in- 26 currere (vt diximus) faciat: ab eis tamen liberabitur mater, quæ ob paupertatem † reliqua antequam secundas contraheret nuptias nō soluit. Aliter enim indirectè, contra iuris dispositionem, prohiberetur matrimonium: & in specie, dictā sentētiā tenet *Paul. Mont. de tutel. d. c* 15. *n.* 104.

Et secundū suprà dicta, generalē *Hieronymi Gigantis* traditam assertionē intelligendam, ac limitandam arbitror.

VTRVM

VTRVM CLERICVS in ſacris conſtitutus poſsit, vel etiam compellatur pro pauperibus, ac miſerabilibus tutor, aut curator exiſtere?

## SVMMARIVM.

1 Clerici tutelam, vel curam datiuam, vel teſtamentariam etiam volentes gerere prohibentur, Nec legatum hac cõditione relictum, licèt tutelam non ſuſcipiant, amittunt.
2 Et an legitimam acceptare poſsint?
3 Qui Clericum tutorem filiis relinquũt, ſeueriſsimè puniuntur, pro eisque vota, ac preces offerri iura prohibent, & Eccleſiaſtica ſepultura priuantur.
4 Epiſcopus, & Monachus nullam tutelam, teſtamentariam, datiuam, vel legitimam, etiam volentes, gerere poſsunt.
5 Clerici in ſacris cõſtituti poſſunt pauperum, & miſerabilium perſonarum tutores exiſtere: ad idque per Iudicem Eccleſiaſticum (ſi alius ſaltem idoneus non reperiatur) compelli, & num.ſeq. Intellectus ad *text. in cap. Cyprianus*, 21. *quæſt.* 3. ibid. remiſsiuè.
7 Epiſcopus gerere poteſt, ac debet pauperum, miſerabiliumque perſonarum tutelam, ſi non ſit alius, qui benè, ac tutè gerat.
8 Et an in hoc caſu poſsit etiam tutor Monachus aſsignari?

## QVÆST. LXI.

EX eadem ratione, qua in prima huius tractatus parte non poſſe in ſacris conſtitutos Clericos Aduocati, vel Procuratoris officium, mercaturamvè exercere, diximus; ne ſcilicet à diuinis ſubtrahantur officiis: Et tutelam curam vè datiuam, vel teſtamentariam, etiam vo-
1 lentes, † gerere prohibentur, *text.* (& ibi gloſſ. verb. *Permittimus*) *in authen. de ſanctiſsimis Epiſcop.* §. *Deo autem amabiles, collat.* 9. innuitque manifeſtè de iure Regio *text. in l.* 14. *tit.* 16. *part.* 6. vbi notat *Gregor. verb. Por razon del parenteſco, Bart. conſil.* 143. *numer.* 1. *part.* 1. *Franc. Aret. conſil.* 26. *num.* 3. *Speculat. in tit. de tutore,* §. *Generaliter, numer.* 10. *And. Alciat. in tract. de præſumpt. regul.* 3. *præſumpt.* 18. *Scrader. in tract. de feud. part.* 10. *ſect.* 20. *num.* 27. *verſ. Quinimò Clerici, Carol. de Graſſ. de effectib. Clericat. effect.* 16. *num.* 3. Id amplians *num.* 4. etiamſi Clerico cum iſta conditione, vt filiorum teſtatoris tutelam ſuſcipiat, legatum relictum ſit; quia ea non obſtante, & legatum conſequi, & à tutela ſe poterit excuſare: allegat *Alber. in auth. Preſbyteros, num.* 2. *C. de Epiſc. & Cleric. & Vincent. Carot. deciſ.* 17. *num.* 18. & 19. prædictam etiam ſententiam tenuerunt *Guill. Benedict. in repet. cap. Raynuntius, verb. Et vxorem nomine Adelaſiam,* 1. *p. deciſ.* 2. *num.* 128. *in nouioribus, verſic. Et poſſunt Clerici, Ioann. Gutierr. de tutel.* 1. *part. cap.* 1. *num.* 28. *verſic. Neque eſſe, P. Ludouic. Molin. de iuſtit. & iur. tom.* 1. *tract.* 2. *diſput.* 221. *num.* 10. *Paul. Montan. de tut. & curat. cap.* 35. *de excuſat. tutor. vel curat. regul.* 1. *numer.* 193. & *ſeq. Borgnin. Cauale. deciſ.* 19. *num.* 15. *par.* 3. *Marta voto* 239. *num.* 1.

Licèt legitimam tutelam, vel curam
2 poſsit Clericus ſi velit, † non tamen cogatur, acceptare; *text. in l. Presbyteros, & in l. Generaliter* ſtatim ſequenti, *C. de Epiſc. & Cleric. d. auth. de ſanctiſſ. Epiſc.* §. *Deo autem amabiles*, ibi: *Presbyteros autem, & Diaconos, & Subdiaconos iure, & lege cognationis tutelam, aut curam ſuſcipere hæreditatis permittimus, proprio, & ſolo gradu cognationis ad tutelã, & curam vocatis, huiuſmodi ſ. ſcilicet adminiſtrationem permittimus. cap. Generaliter,* 40. 16. *quæſt.* 1. *d. l.* 14. *tit.* 16. *part.* 6. *& ibid. Gregor. verb. Por razon del parenteſco, gloſſ. & DD. in cap. vlt.* 86. *diſt. Abb. in cap. Non minus, nu.* 15. *de immunit. Eccleſ. Aret. in* §. *Item maior, num.* 3. *inſtit. de excuſat. tutor. & in* §. *Sed hoc iure, num.* 3. & 6. *de Atilian. tutor. Ioan. Ant. de Nigr. in clement. vnic. num.* 92. *de vita, & honeſt. Cleric. Bertrand. conſil.* 116. *numer.* 1. *lib.* 2. *Franc. Viui. deciſ.* 151. *num.* 7. *Cæſar de Graſſis in deciſ. aureis caſuum conſcient. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *num* 13. *Carol. de Graſſ. vbi ſupra, num.* 19. *Borgnin. Cauale. de tutore, num.* 288.

*num.* 288. *& d. deciſ.* 19. *numer.* 15. vbi allegat *Vincent. Manzin. in tract. de tutel. quæſt.* 7. *principal. num.* 28. *cart.* 58. quem tenere videri dicit, nec etiam legitimum tutorem Clericum in ſacris eſſe poſſe; cuius tamen contrarium firmant ſuperiora iura, & authoritates, tenentque etiam *Anton. Piaggi. de tut. & curat. quæſt.* 3. *num.* 3. *Ioann. Gutierr. d. cap.* 1. *num.* 26. *Molin. d. num.* 10. *Paul. Mont. ſupr. num.* 195. *Cardin. Dominic. Tuſch. practic. concluſ. lit. T. concluſ.* 415. *nu.* 1. *Ioann. Paul. Galter. in praxi tutelar.* 1. *part. rubric.* 2. *cap. Vt perſonam ſuam inſpiciat, num.* 13.

Non ſolùm autem in ſacris conſtituti Clerici à datiua, teſtamentariaue arcẽtur tutela: ſed qui eos filiis ſuis tutores relinquunt, ſeueriſsimè reprehenduntur;
3 † proque illis vota, precesve offerri iura prohibent, *text. in cap. fin.* 88. *diſt.* eius ſunt verba: *Neque apud altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes, & Miniſtros voluit auocare. Et ideò Victor, cum contra formam nuper in Concilio à Sacerdotibus datam, Geminium Fauſtinum Presbyterum auſus ſit tutorem conſtituere: non eſt quod pro dormitione eius apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in Eccleſia frequentetur: vt Sacerdotum decretum religioſè, & neceſſariè factum ſeruetur à nobis.* Sic ſimiliter & in *cap. Cyprianus*, 21. *quæſt.* 3. prouidetur in hæc verba: *Quod Epiſcopi, & anteceſſores noſtri religioſè conſiderantes, & ſalubriter prouidentes cenſuerunt, ne quis frater excedens ad tutelam, vel curam Clericum nominaret: ac ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo: nec ſacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui in altari Sacerdotes, & Miniſtros voluit auocare.* & Eccleſiaſtica pariter ſepultura priuantur, vt tradunt (cum *Hoſtienſ. in ſumma de ſepultur. verſ. Quibus interdicitur Eccleſiaſtica ſepultura*) *Anton. Piaggi. vbi ſupr. nu.* 1. & 2. *& Gutierr. d. cap.* 1. *num.* 28. propè infinitos in hanc rem cumulauit *Carol. de Graſsis d. effectu* 16. *num.* 1.

Epiſcopus autem, vel Monachi, nec
4 etiam volentes, † aliquam tutelam, vel curam, nec teſtamentariam, datiuam, vel etiam legitimam gerere poſſunt, *tex. in d. authen. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. Deo autem amabiles.* vbi ſic ſtatuit Imperator: *Deo autem amabiles Epiſcopos, & Monachos ex nulla lege tutores, aut curatores cuiuſcumque perſonæ fieri permittimus.* text. in *d. authen. Presbyteros, C. de Epiſc. & Cler. & in d. l.* 14. *tit.* 16. *part.* 6. *& in l.* 45. *tit.* 6. *par.* 1. notant *Gregor. Lopez in d. l.* 14. *gloſſ.* 1. *Gutierr. d. capite* 1. *num.* 30. *& Carolus de Graſſ. dict. loco, num.* 6.

Pauperum autem miſerabiliumque
5 perſonarum fauore, † datiuam, vel teſtamentariam tutelam, vel curam poſſe Clericos in ſacris conſtitutos gerere; eſt *text. in d. cap. fin.* 86. *diſt.* vbi poſtquàm Chalcedon. Concilium ſecularium adminiſtrationem Clericis interdicit, reddítque interdictionis rationes, hæc addit: *Decreuit ergo ſancta, & magna Synodus, neminem horum deinceps, hoc eſt, Epiſcopum, ſiue Clericum, aut Monachum conducere poſſeſsiones, aut miſceri ſæcularibus procurationibus: niſi fortè, qui legibus ad minorum ætatum tutelas, ſiue curationes inexcuſabiles attrahuntur, aut cui ciuitatis ipſius Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum commiſerit gubernacula, vel orphanorum, vel viduarum, & quæ indefenſæ ſunt, & earum perſonarum, quæ maximè Eccleſiaſtico indigent adminiculo, propter timorem Dei, &c.* repetitus in *cap.* 1. 21. *quæſt.* 3. conſimilis text. in d. cap. 1. 88. diſt. *Decernit ſancta Synodus* (inquit) *nullum deinceps Clericum aut poſſeſsiones conducere; aut negotiis ſæcularibus ſe miſcere, niſi propter curam pupillorum, & orphanorum, ac viduarum, &c.*

Quinimò ad id per Iudicem Eccle-
6 ſiaſticum tamen compelli poſſe, † ſi alius idoneus non reperiatur, tenent, probantq; *Speculat. in d. tit. de tutore, §. Generaliter, num.* 17. *Aretin. in §. Item maior, numer.* 6. *inſtit. de excuſat. tutor. Anton. Piaggi. de tut. & curat. quæſt.* 3. *num.* 4. 5. *& 6. Ioann. Gutierrez d. cap.* 1. *num.* 31. *Bernard. Diaz in pract. cap.* 60. *in princip. Petr. Rebuff. ſuper conſtit. Gallic. tit. de ſentent. prouiſ. art.* 3. *gloſſ. vlt. nu.* 24. *Cæſar de Graffis in deciſ. aur. d. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *numer.* 12. *Paul. Fuſc. in ſuis ſingular. lit. C. num.* 113. *Scaccr. dict. part.* 10. *ſect.* 10. *num.* 23. *verſ. Præterea. Carol. de Graſſ. vbi ſupr. num.* 17. *Ioan. Paul. Galter. in praxi tutelar. d.* 1. *part. rubr.* 2. *num.* 13. *col.* 2. *verſ. Quòd verò diximus, Paul. Montan. d. cap.* 35. *num.* 197.

vbi

vbi ita textum in *d. cap. Cyprianus*, 21. *quæſt.* 3. intelligendum dicit.

7 Idque etiam in Epiſcopis, † vt pauperum, miſerabiliumque perſonarum tutelam gerere poſsint, ac debeant, ſi non ſit alius, qui benè, ac tutè gerat; notarũt *Gregor. Lopez in d. l.* 14. *tit.* 16. *part.* 6. *gloſ.* 1. *Gutierrez d. loco*, *num.* 30. *ad fin. Paul. Montan. vbi proximè*, in id etiam *Concil. Trident.* adducens *ſeſsione* 23. *cap.* 1. *de reformat.* ibi: *Pauperum, aliarumque miſerabilium perſonarum curã paternam gerere*, curã pauperum, miſerabilumque perſonarum Epiſcopis imponens; *Paul. Fuſc. loco iam relato*, aſſerens, hoc in ca-

8 ſu Monachum † etiam tutorem aſsignari poſſe, *Carol. de Graff.* (eum referendo) *d. effectu* 16. *numer.* 17.

## VTRVM EXECVtor teſtamenti ad diſtribuendũ bona inter pauperes nominatus poſsit teſtatoris cõſanguineos, ipſiusvèmet, vel filios, aut ſeipſum ſi pauperes ſint, eligere?

## *SVMMARIVM.*

1 Eleemoſyna extinguit peccatum, ſicut aqua ignem, peccatoque reſiſtit. Et plura de miſericordiæ virtute, & effectu.

2 Executor teſtamenti ad diſtribuendum bona inter pauperes in genere, nullis ſpecialiter deſignatis, nominatus poteſt ea inter ſuos, vel teſtatoris conſanguineos verè pauperes diſtribuere.

3 Si duo executores teſtamenti conſtituti ſunt, quorum alter coniunctos teſtatoris pauperes, alter extraneos elegit; eius erit præferenda electio, qui teſtatoris conſanguineos nominauit.

4 Commiſſarius teſtamenti executor non arctatur pauperes de domicilio teſtatoris nominare, ſed extraneos etiam poterit eligere.

5 Ordo charitatis an in huiuſmodi diſtributione faciẽda ſeruandus ſit? vt primò inter teſtatoris conſanguineos, deinde in parochianos, tertiò in pauperes de teſtatoris loco, quartò inter forenſes pauperiores, vel magis meritos fiat diſtributio?

Etiam in reſtitutione, vel diſtributione malè ablatorum facienda in pauperes, ſufficit ſi diſtributio pauperibus fiat, nec neceſſe eſt, vt pauperiori, vel ſanctiori detur, licèt expediat, ibid.

6 Executor teſtamenti nominatus ad diſtribuendũ inter pauperes, an ſeipſum, vel filios ſuos pauperes poſsit eligere? & num. ſeqq.

7 Patronus non poteſt ſeipſum ad iuris patronatus beneficium neque per ſe, neque per procuratorem ab ipſo conſtitutum præſentare, aut eligere, & num. 8. Limita num. ſeq.

Et quid ſi Patronus pauper ſit? aliàsq; idoneus? num. 24.

Vnus Patronus præſentat alium, dicto num. 9.

10 Procurator conſtitutus ad reſignandum in fauorem perſonæ per ipſummet procuratorem eligendæ, ſeipſum eligere non poterit. Nec procurator cui velit vendere conſtitutus, ſibimet vendere valebit, cum emptor, & venditor ſimul quis eſſe nequeat, & nu. 12.

11 Creditor cui vendendi ad libitum pignus cuiq; vellet, facultas data eſt, ſibi met vendere non poteſt.

13 Filius, & pater vna, & eadem perſona cenſentur.

14 Quidquid adquirit filius, quoad vſumfructum ſaltem, hodie patri adquirit.

15 Patronus an poſsit filium ſuum ad iuris patronatus beneficium præſentare?

17 Nobilis, qui pro conditione ſua, ita vt decenter ſtatum ſuum conſeruare valeat, ſufficientia bona non habet, pauper dicitur, diſtributioque in pauperes facienda, ei fieri poterit.

18 Teſtamenti executor pauper poteſt ſibi, vel filiis ſuis, aut teſtatoris, ſi pauperes ſint, bona in pauperes eroganda, malève ablata (ſi dominus ignoretur) diſtribuere.

19 Malè ablata, aut quæſita pauperibus (ſi dominus ignoretur) reſtituenda, erogandaque ſunt.

20 Pauper poteſt malè ablata, ab eoque iniuſtè quæſita, quæ pauperibus reſtituenda venirent, retinere, ſibique, aut

filiis

filiis ſuis pauperibus erogare. Nec ſi ad pinguiorem deueniat fortunã, aliis pauperibus ea tenetur reſtituere.

21 Et quid, domino poſt diſtributionem prædicto modo factam comparente, ſi res in ſpecie extet?

22 Intellectus ad *text. in l. Si mandauero, 22. §. Si tibi centum, D. mandat.*

23 Intellectus ad *text. in cap. Conſuluit, 15. & cap. Per veſtras, 26. de iurepatronat. & in cap. fin. de inſtitut.* & num. ſeq.

24 Pauperi Clerico congruum pro conditione beneficium ambire licet.
Præſentatio ius in re non tribuit, ſed inſtitutio, ibid.
Electio & præſentatio in quo differant? ibid.

25 Pater Patronus poteſt ad beneficium iurispatronatus filium præſentare.

26 In ſpiritualibus fictio non attenditur, nec in eis de patria poteſtate curatur, nec patri adquirit filius.

27 Patris ſuffragium filio, & filii patri prodeſt.

28 Abbatiſſa electa ad diſtribuendum inter pauperes, ſuum poterit eligere Monaſterium egens.

29 Prior ad diſtribuendum bona inter pauperes nominatus poteſt Monachos ſuos eligere: etſi Monachi nominati ſunt, Monaſterium ſuum egens eligere poterunt.

30 Pater naturalis in teſtamento ad diſtribuendum inter pauperes nominatus poterit filios ſuos ſpurios, & inceſtuoſos pauperes eligere, licèt nihil eis ex propriis facultatibus relinquere poſsit.

31 Executor teſtamenti nõ poterit ipſius teſtatoris filios ſpurios pauperes eligere, aut præter alimenta (eis de iure Canonico debita) aliquid diſtribuere.

## QVÆST. LXII.

PRæcipuus is diuitiarũ eſt fructus, quòd ſi rectè expendãtur, inquè pauperum conuertantur vſus; ad cœlũ vſq; diuitẽ euehere poſſunt. Vulgatiſsimum enim illud eſt, vt aqua ignem; ita eleemoſynam peccata extinguere, teſtante *Auguſtino in tract. de miſericordia Dei, Eleemoſyna* (inquit) *eſt ſecundus baptiſmus. Quis enim ſine peccato? Nam ſicut aqua extinguit ignem; ita eleemoſyna extinguit peccatum. In horreis noſtris habemus fiduciam, quas flãmas noſtras vnus panis extinguat, & ante fores gehennæ ſtat miſericordia, & nõ permittit aliquem in carcerẽ mitti.* & in ſermone de diuite: *Eleemoſyna mundat peccata, & ipſa interpellat pro nobis ad Dominum.* Peccatoq; reſiſtit, Eccleſiaſt. c. 3. *Ignem ardentẽ extinguit aqua; & eleemoſyna reſiſtit peccato.* & Tobiæ 4. *Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli auertere faciẽ tuam ab vllo paupere; ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini.* & ibid. poſt aliqua: *Præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſsitatis. Quoniã eleemoſyna ab omni peccato, & a morte liberat, & nõ patitur animam ire in tenebras.* & c. 12. *Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna magis, quã theſauros auri condere. Quoniam eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit inuenire vitã æternã.* & Prouerb. c. 15. *Per miſericordiã, & fidẽ purgantur peccata.* & c. 16. *Miſericordia, & veritate redimitur iniquitas.* & Pſal. 40. *Beatus qui intẽdit ſuper egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.* Diuus item *Ambroſ. in ſermone in Dominica de Abrahã*, legiturquè translatiuè in *cap. Medicina 76. de pœnit. diſt. 1. Medicina* (ait) *miſericordiæ tollit peccata magna.* Et ibid. *Pecuniã habes, redime peccatum tuum. Non venalis eſt Dominus; ſed tu ipſe venalis es. Peccatis tuis venundatus es; redime te operibus tuis; redime te pecunia tua. Vilis pecunia; ſed pretioſa eſt miſericordia. Eleemoſyna* (inquit) *a peccato liberat. Crimina ergo eleemoſynis redimuntur.* & *Ioan. Chryſoſt. hom. 6. ad cap. 6. epiſt. ad Hebr.* habeturq; in *cap. Medicamentum, 77. de pœn. diſt. 1. Medicamentum fortius, quod maximè operatur in pœnitentia, hoc eſt. Sicut in præceptis medicinæ medicamentum multas quidem herbas accipit, vnam autem dominantiſsimam: ſic & in pœnitentia dominantior iſta herba, & potentior eſt, & in vniuerſum ipſa efficit. Audi enim quid dicit diuina Scriptura, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.* Et ſermone 9. ſuper Matth. *Eleemoſyna amica Dei cõſiſtit, & ſemper ei propinqua eſt, pro quibuscũq; voluerit. facile munus gratiæ impetrat, vincula peccatorum ipſa diſſoluit, fugat tenebras, extinguit ignem,*

haec

*huic cũ multa fiducia portæ cœli aperiuntur.* Et Danielis 4. *Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum.* Legiturque translatiuè in *cap. Quamobrem*, 68. *de pœnit. diſtinctione* 1.

Quare ab hac luce migrantes, æternamque appetentes, bona ſua frequenter inter pauperes diſtribui iubent. Vtque eorum legitimè adimpleatur voluntas, ac huiuſmodi rectè fiat diſtributio; videndum in primis: an commiſſarius, teſtamentique executor prædicta bona inter ipſiusmet, vel teſtatoris conſanguineos pauperes diſtribuere poſsit? Et quoad verè pauperes, tam ex teſtatoris, quàm Cõmiſſarii, teſtamentiquè executoris parte conſanguineos (ſi nullos in ſpecie nominauerit teſtator) dubitationis quin poſ-
2 ſit, † non videtur ratio, iuxta tradita per *Bald. in l. Illud, num.* 1. *C. de Sacroſ. Eccleſ. Roman. in auth. Similiter, num.* 3. *C. ad leg. Falc. Cardin. Franciſ. Mantic. de conjectur. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 5. *num.* 16. *& Martin. Nauar. in cap. Quieſcamus*, 42. *diſtin. tom.* 2. *num.* 70. *fol. mihi* 227.

Poſſeque in primis pauperibus teſtatoris conſanguineis Commiſſarium diſtribuere; notant *Anton. de Padilla in l. Præſes, num.* 12. *C. de ſeruit. & aqua*, *Franc. Burſat. conſil.* 226. *num.* 162. *Tiber. Decian. conſil.* 1. *num.* 51. *lib.* 3. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 93. *numer.* 5. *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *quæſt.* 54. *nu.* 3. *Auguſt. Barboſ. de offici. Paſtor. part.* 3. *allegat.* 83. *numer.* 21. *Mari. Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſanen. cap.* 2. *glo.* 12. *num.* 8. Inde fieri addens, duobus executoribus conſtitutis, quorum alter coniunctos teſtatoris pauperes elegit; alter verò extraneos; eius præferendam electionem,
3 † qui teſtatoris elegit conſanguineos, ex *Simon. de Prætis de interpret. vltim. volunt. lib.* 5. *dubit.* 2. *num.* 84.

Non tamen arctari Commiſſarium,
4 de domicilio teſtatoris † pauperes nominare; obſeruant *Ioann. Andr. in cap. Si pater, num.* 16. *de teſtam. in* 6. quem ſequuntur *Gemini. & Franch.* relati à *Seraphin. deciſ.* 1492. *num.* 2.

Et an ordo charitatis in diſtributione
5 facienda, omnino ſeruandus † ſit? vt primò inter teſtatoris conſanguineos; in parochianos deinde; tertiò in pauperes de teſtatoris loco; vltimò inter forenſes pauperiores, vel magis meritos fiat diſtributio? videre licèt per *gloſſ. in cap. Decernimus, verb. Idoneum*, 16. *quæſt.* 7. *Abbat. in cap. Significaſti, num.* 3. *de iurepatronat. & in cap. Non quidem, num.* 13. *de teſtament. & conſil.* 99. *num.* 5 *lib.* 2 *Henric. Bohic. in cap. Tua nobis, num.* 12. *& ſeq. de teſtam.* magiſtraliter *Ioan. à Turrecrem. in cap. Non ſatis, num.* 6. *& ſeq.* 87. *diſtinct. Capell. Toloſ. deciſ.* 128. *Andreas Tiraquel. de priuileg. piæ cauſ. priuileg.* 50. *Leli. Zechi. de priuileg. Eccleſ. priuileg.* 75. *num.* 20. *& ſeq. Micha. Craſſ. recept. ſentent. § Legatum, quæſt* 64. *nu.* 4. *& 5. Tiber. Decian. d. conſil.* 1. *num.* 51. *lib.* 3. *d. Anton. Padill. in dict. l. Præſes, num.* 24. *Cornel. Beninc. de paupert. ſpeciali* 5. *in iudic. num* 24. *Borgnin. Caual. deciſ.* 26. *num.* 22. *part.* 2. *Didac. Couarr. in cap. Cum tibi, num.* 14. *de teſtam. Greg. Lopez in l.* 20. *verb. De aquel lugar, tit.* 3. *part.* 6. *& ibid. text. Anton. Petr. de fideicommiſſ. quæſt.* 11. *num.* 521. *Iacob. Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 125. *Hieronym. Gonçal. in regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 2. *num.* 54. *&* 59. *Cardin. Mantic. de conject. vltim. volunt. lib.* 8 *tit.* 5. *n.* 16. *&* 17. latè *Petr. Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt* 93. *per tot. Martin. Nauarr. in apolog. quæſt.* 1. *monitione* 77. *numer.* 2. *& in Manuali cap.* 25. *num.* 125. *Cordub. in ſumma, quæſt.* 72. *Emman. Rodrig. cap.* 181. *num.* 7.

Præter quos, nominatum ad diſtribuendum inter pauperes eligere pauperiores non teneri; ſed locum gratificationi eſſe, abſque peccatoque pauperes eligere ſufficere; docuere (poſt *Bart. in l. Vnum ex familia, §.* 1. *in fin. D. de leg.* 2. *Bald. in repit. leg.* 1. *num.* 31. *verſ. Item quæritur, C. de Sacroſ. Eccleſ. & in l. Id quod pauperibus, num.* 35. *C. de Epiſc. & Cleric.*) *Benedict. Capr. conſil.* 54. *nu.* 15. *& in tract. de execut. membr.* 6. *num.* 160. *Cardin. Mantic. d. lib.* 8. *tit.* 5. *numer.* 6. vbi ita dictum fuiſſe aſſerit, coram bonæ memor. *Bub. in Romana dotis de Matthæis, die* 17. *Decembris* 1584. *Camill. Borrell. in ſumma deciſ. tit.* 18. *de oblationib. & eleemoſyn. nu.* 28. *part.* 1. *Alex. Raudenſ. deciſ. Piſana.* 37. *numer.* 290. *Pater Leonard. Leſi. de iuſt. & iure lib.* 2. *cap.* 14. *dubio* 6. *num.* 41. in reſtitutione, diſtributioneque malè ablatorum facienda loquens, neceſſe non eſſe firmans, pauperiori, vel ſanctiori dari, licèt id expe-

diat.

diat. Superiorem tenent etiam sentẽtiam *Marc. Anton. Natta consil.* 53. *num.* 22. *lib.* 2. *Gregor. Lopez in l.* 3. *tit.* 10. *part.* 6. *gloss.* 2. *verb. Tuuiere por bien, Stephan. Gratian. discept. forens. lib.* 2. *cap.* 211. *num.* 26.

Præcipua autem circa secundum dubium versatur difficultas. An scilicet testamenti executor, ad distribuendumque inter pauperes nominatus seipsum, vel filios suos pauperes possit eligere? In qua
6 negatiuam † partem defendẽdam suadet, demonstratque apertè singularis *textus in l. Si mandauero*, 22. §. *Si tibi centum, D. mandat*, cuius sunt verba: *Si tibi centum dedero, vt ea Titio dares; tuq; non dederis, sed consumpseris*: & *mandati*, & *furti teneri te, Proculus ait. At si ita dederim vt cui velles dares, mandati tantummodo.* Vnde elicit *Bart.* cæteriquè eliciunt conclusionem; eligere seipsum quem non posse, tenentque *Paul. Castr. in l. Planè, numer.* 13. *D. quod cuiusque vniuers. nom. Ludouic. Roman. consil.* 228. (incip. *Pro plena*) *num.* 12. per *tex.* quem notabilem dicit *in d.* §. *Si tibi centum, Petr. de Ancharr. in clement.* 1. *num.* 16. *Imol. num.* 19. *Cardin. num.* 22. & *Bonif. num.* 88. *de testam. Calder. consil.* 31. *eod. titulo, Rosel. verb. Restitutio*, 15. *num.* 8. *Angel. verb. Eleemosyna, num.* 3. & *Syluest. eod. verb. quæst. fin.* & *verb. Testamentum*, 2. *num.* 2. *vers. Quintum, Paris. consil.* 26. *numer.* 22. *vol.* 4. *Peralt. in l. Vnum ex familia*, §. *Rogo, à numer.* 5. *vsquè ad* 8. *de legat.* 2. maximè necessitatis casum excipientes, *Petr. Surd. consilio* 4. *num.* 39. *Cardin. Francis. Mant. de coniectur. vltim. volunt. d. lib.* 8. *tit.* 5. *num.* 9. *Card. Tusch. pract. conclus. lit. E. conclus.* 530. *numer.* 1. & *seqq. Martin. Nauarr. in cap. Quiescamus*, 42. *d. distinct. num.* 72. *tom.* 2. *folio mihi* 227. *Flamin. Paris. de resign. benefic. lib.* 9. *quæst.* 17. *num.* 104. 106. & 107. *Ludouic. Molin. de Hispan. primog. lib.* 2. *cap.* 4. *numer.* 58. ei cui electio ad maioratum commissa est, seipsum eligere non posse, multis adductis firmans. Probatque assertionem hanc *text. in cap. Consuluit*, 15. & *cap. Per nostras*, 26. *de iurepatronat.* & *cap. fin. de institut.* quibus cauetur, nõ posse seipsum
7 eligere, † præsentarevè ad iurispatronatus beneficium Patronum: docentquè *Panormit. consil.* 96. *in princip.* (incip. *Ad claram decisionem*) *lib.* 2. *Lambert. de iurepatron.* 1. *part. lib.* 8. 1. *quæst. princip. art.* 1. *num.* 6. & *seq.* & *art.* 2. *num.* 10. & *seq. Tiraq. de iureprimog. quæst.* 23. *n.* 11. *Mari. Antonin. variar. resolut. lib.* 1. *resolut.* 51. *num.* 1. *Spin. in specul. testam. gloss.* 4. *princip. num.* 80. *Azor instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 21. *quæst.* 1. *Ioan. Aloys. Ricci. decis.* 36. *num.* 1. *par.* 1. *Valer. Regin. in praxi fori pœniten. lib.* 30. *tract.* 1. *num.* 222. *vers. Notandum. Flamin. Paris. vbi supr. num.* 112. *Cardin. Tusch. pract. conclus. lit. P. conclus.* 138. *num.* 1. & *seqq.* Vt enim *de benefic. lib.* 5. *cap.* 8. Senec. ait. *Aliquis dare debet, vt aliquis accipiat. Non est dare, nec recipere, in dextram manum de sinistra transferre. Quomodò nemo se portat, quamuis corpus suum moueat, & transferat: quomodò nemo quamuis pro se dixerit, affuisse sibi dicitur, nec statuam sibi tanquam Patrono ponit, &c.*
8 Neq; per se, neque per procuratorem † ab ipso constitutum se potest præsentare Patronus, *Cardin. Tusch. vbi proximè, numer.* 2. allegat *Rotam in nouiss. coram sanctissimo Clemente VIII.* summo postmodum Pontifice *in vna Valentina decis.* 185. *part.* 2. (incip. *Domini concluserunt* (*Diuersor. part.* 2. dixeruntque idem *Flamin. Paris. d. loco, num.* 113. *Paul. Æmil. Verall. decis.* 397. *per tot. lib.* 2. ita decisum referens, *Camill. Borrell. in summ. decis. tit.* 32. *de iurepatro. num.* 215 & 308 *part.* 1.

Quod intelligendum, ac limitandum est, quando ab ipso solo sit mandatum
9 Patrono, non si à pluribus: † quia tunc sicut vnus Patronus præsentat alium (vt docet *gloss. fin. in fin.* & *ibid. glos. margin. in d. cap. Consuluit, de iurepatronat. Roch. de Curt. verb. Honorificum, quæst.* 4. *princip. num.* 20. *Azor instit. moral. d. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 21. *quæst.* 3. *Hugolin. de offic.* & *potest Episcop. cap.* 51. §. 2. *num.* 1. *Ioann. Aloys. Ricci. dicta decisione* 36. *numer.* 4.) sic & Procurator à pluribus constitutus. Ita limitat, & intelligit *d. Rotæ Romanæ decisionem* 185. *Cardin. Tusc. vbi suprà, d. num.* 2. tenetque *Camill. Borrell. dicto num.* 215.

Sic nec Procurator ad resignandum in fauorem personæ per ipsum met Procuratorem eligendæ, cõstitutus, seipsum
10 † poterit eligere, vt per *d.* §. *Si tibi centũ*, obseruant *Francisc. Bursat.* (post *Ias. Roch. de Curt.* & alios quos allegat, ita concluſum per Dominos de Rota referens)

rens) *conſil.395. num.24. lib.4. Flamin. Pariſi*(ſic etiam aſſerens iudicatum) *dict. lib.9. quæſt.17. num.102. cum ſeqq.* notans pariter *num.106.* ex *Bald. in l.2. C. de execut. rei iudicat.* data creditori facultate vendendi pignus cui velit, ſibimet † 11 vendere non poſſe. Apud quem plura ſimilia ſequentibus videre licet numeris. Nec procurator ad vendendum cui velit conſtitutus; ſibimet vendere † valebit, cũ 12 venditor & emptor ſimul quis eſſe nequeat. Ita iudicauit *Rot. Genuenſ. dec.4. num.3. Sigiſmund. Scacc. de mercat. §.1. quæſt.7. part.1. num.15.*

Prædicta autẽ omnia & in filiis † pro- 13 cedere videntur, vt à parentibus, quibus pro eorum arbitrio diſtribuendi bona, perſonaſquè eligendi facultas data eſt, niſi extremè indigeant, eligi nequeant. Eàdem enim ratione, qua quis ſeipſum eligere non valet; nec filium poterit: cum vna, & eadem cenſeatur perſona, vt iura ſunt vulgaria in *l.fin. C. de impuber. & aliis ſubſtit. cap. Contra dicimus, §. Hac authoritate, 35. quæſt.3.* Vnde vt apud *Senec. de benefic. lib.5. cap.* 18. legitur: *Qui filio beneficium dat, vt dicis, & patri eius dat.*

Et quidquid adquirat filius (quoad 14 vſumfructum † ſaltẽ hodie) patri adquirat, *text. in princip. inſtit. per quas nobis adquir. l. Cum oportet, & l. fin. C. de bon. quæ liber. l.5. tit.17. part.4.* Quare eligẽdo filium, in effectu ſeipſum videtur eligere: ac per conſequens, nec talis diſtributio, aut electio tenebit, vt obſeruant *Bald. in cap. Cum in iure, num.7. de elect. & in l. Tutor, §.1. in fin. D. de excuſat. tut. & Mantic. vbi ſupr.* Ideòq; nec Patronum filiũ ſuum ad iuris patronatus beneficium 15 poſſe præſentare, † docuit (aduerſus *gloſſ. in verb. Authoritate, & in verb. Concedant, in d. cap. Conſuluit*) *gloſ. margin. ibid.* contra eas tenere Doctores affirmans.

Contraria nihilominus in vtroque caſu ſententia (poſſe patrem cui diſtributio in pauperes commiſſa eſt, non tantùm 16 filios; ſed ſemetipſum, † ſi pauperes verè ſint, eligere, ſibique diſtribuenda erogare) veriſsima eſt. Ita docuêre *Bald. in l. Illud, per text. ibi, num.20. D. quod cuiuſque vniuerſit. nomin. Zaſi. in ſumma eiuſdem titul. num.21. Angel. in l. Illa inſtitutio. num.3. D. de hæredib. inſtitut. Iaſ. in l. Si is qui, la 1. numero 7. in fin. verſic. Item per iſtum textum, D. de vulgar. & pupill. & conſil.183.* (incip. *Præſens conſultatio*) *col.2. verſic. Secundò adduco. lib.2. Imol. in clement.1. num.20. in fin. de teſtamen. Felin. in cap. Irrefragabili, §. Cæterum, nu.15. de offic. Ordinar. Palac. Rube. in repet. rubric. de donat. inter iur. & vxor. §.65. num.42. Cardin. Franc. Mantic. de coniectur. vlti. volunt. tit.5. num.9. & 10. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib.2. centur.2. caſu 182. nu.43. & de præſumpt. libro 4. præſumpt. 125. num.17. & conſil.296. numer.21. Franc. Burſat. conſil.262. num.162. & conſil.380. num.3. Flamin. Pariſ. d. lib.9. quæſt.17. num.120. Anton. Padilla in d. l. Præſes, num.12. C. de ſeruitut. & aqua, Mari. Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſanen. cap.2. gloſ.12. num.8. Francif. Viui. deciſ.305. num.12. Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. lit. E. concluſ.530. num.10. Simon de Præt. de interpretat. vltim. volunt. lib.5. dubio 2. num.87. & ſeq. Didac. Spino. de teſtam. gloſ.6. num.10. gloſſ.11. num.26 gloſſ.27. num.55. gloſſ.28. n.28. Martin. Nauarr. in Manual. cap.17. num.93. & de redditib. Eccleſiaſt. tom.1. monit.25. n.3. & in cap. Quieſcamus, 42. diſtinct. num.72. tom.2. Hieronym. Gonçal. in regul.8. Cancellar. gloſ.2. num.54. & 56. Gregor. Lopez in d.l.3. verb. Tuuiere por bien, tit.10. part.6. Ioſepb. Maſcard. de probat. concluſ.532. numer.71. Emman. Barboſ. ad ordina. Regi. Luſitan. lib.1. tit.62. §.16. num.4. Cald. Perei. de iure emphyteut. 3. part. de poteſtate eligen. cap.13. num.9. Maurit. Apicell. allegat. 6. num.36. Ludouic. Mexia de taxa. panis concluſ.1. num.49. & concluſ.6. nu.49. verſ. Tandem Commiſſarius Azeued. ad Curiam Piſan. lib.2. cap.10. num.5.*

Nec ſumma in præſenti indigentia requiritur, ſed pauperem dici etiam no- 17 bilem, † qui pro conditione ſua ſufficientia bona non habet, ita vt decenter ſtatum ſuum conſeruare poſsit; aduertit (poſt *Palac. Rube. in d. repet. rubr. §.11. nu.11. Gonçal. d.n.54. verſ. Et pauper.* diximuſque latè Nos *1. part. quæſt.4. numer.41. cum multis ſeqq. & num.46.*

Hæc pariter in reſtitutione, malèque ablatorum (ſi dominus ignoretur) diſtributione facienda, procedũt. Poterit enim teſtamenti executor bona ſic diſtribuen- 18 da, ſibi, † vel filiis ſuis, filiisvè teſtatoris pauperibus erogare, ex ſententia *Gemini.*

con-

*conſil.20.num.3.Palac.Rube. in d.repet. rubric.§.65.num.48.verſic. Quod autem dixi, Hieronym.Gonçal.d.num.54.* idem in eo,qui malè quæſita in pauperes tenetur diſtribuere,aſſerens.Cum enim dominus ignoratur; pauperibus, vel piæ cauſæ
19 iniuſtè ablata, aut quæſita reſtituenda, † erogandaq; fore ; docet *text.in cap.Cum tu,de vſur.in cap.Cum ſit, de Iudæis, cap. Nemo,12. quæſt.5. Nemo qui rapit* (inquit text. *moriens , ſi habet vnde reddat, ſaluatur. Si eos quorum fuit inuenire non poterit; Eccleſiæ, vel pauperibus tribuat.*text.de iure Reg. in *l.2.in fin.tit.15. part.6.*ibi : *E ſi non ſupieren ciertamente cuyas fueron eſtas coſas que fueron aſſi ganadas : eſtonce ſe deben dar por Dios, porque el anima de aquel que aſſi las ganò non ſea penada por ellas.* teſtatur de communi *P. Leſsius de iuſtit.& iur. lib.2.*
20 *cap.14.dubio 6. num.33.* Sibiquè † tunc, aut filiis pauperibus retinere, erogareve huiuſmodi poterit bona , veraque dicetur eleemoſyna , ſecundum *D. Antonin. 2.part.tit.1.cap.8.col.2.* quem refert, & ſequitur *Martin.Nauar.in Manual.c.3. num.131.& in d.cap.Quieſcamus,nu.68. Scot. diſt.15.quæſt.3. Caietan.quæſt 62. art.5.Cardin.Tuſch.pract concluſ.lit.V, concluſ.352.num.22. Guill. Bened. in repet. cap. Raynuntius , verb.Et vxorem nomine Adelaſiam , num. 933. de teſtam. P.Leonard. Leſ. vbi ſupr.num.41.* rationem reddens , quia non debet eſſe deterioris conditionis , quàm alii pauperes , ſi præſertim in re illa adquirenda, vel debito contrahendo , culpa ipſius non interceſsit ; culpa verò ipſius interueniente, mereri quidem ea re priuari , paupertatem tamen ſufficientem eſſe rationem cur illi per Confeſſarium , vel etiam propria ſua authoritate poſsit applicari. Nequè ad pinguiorem poſtmodum deueniente fortunam, aliis id pauperibus teneri reſtituere, docet *idem ipſe ibi, num.42.* Quin etiam *num.44.* adducit *Petr. Nauarr. lib.4.cap.2.num.57.& Henric.de indulg. cap.34. num.8.* aſſerentes , domino poſt-
21 modum comparente , † re ſemel debito modo pauperi diſtributa , licèt ſibi ipſi pauperi applicauerit , etiamſi in ſua ſpecie extet , non eſſe neceſſariò domino reſtituendam , quamuis contrarium ipſe velit.

Neque ſuperioribus obſtat *text. in*
22 *d.l.Si mandauero,22.§.Si tibi centum* , † *D.mandat.* Cui multipliciter reſpondet *Martin.Nauarr. in d. cap. Quieſcamus, num.69.*

Primò,quòd text.ille in mandato,cuius fines excedi non debent , diligenterq; ſunt ſeruandi, loquitur.

Secundò , quia ibi ex verbis mandantis, eius contraria colligitur mens.

Tertiò ( quæ mihi præ cæteris magis arridet reſponſio) quia text.ille loquitur, quando idem elegit ſeipſum,quatenùs eſt idem; ſecùs autem fore , quando quis elegit ſeipſum quatenus eſt alius: Sicq; obligatum ad reſtituendum incerta, non poſſe eligere ſe , quatenus eſt raptor , fur, vſurarius,vel alius quilibet homo ; ſed ſic quatenus eſt pauper , & ita vnus eorum, quibus facienda reſtitutio , vel diſtributio eſt.

Quartò,quia dici poſſet in dicti *text.* ſpecie, eum, qui centum accepit , ſi haberet illam qualitatem , quam qui dedit voluiſſet in eorum diſtributione attendi; poſſe ſibi ea , vel partem eorum capere. Additque inſuper, meminiſſe, ſe aliquando bona aliqua diſtribuenda inter pauperes , quos ipſi vellent , aliquibus dediſſe, ea mente , ac deſiderio , vt ſibi ex eis partem aliquam tanquam pauperes acciperent , quibus ipſe vt pauperibus , ſine vtriuſque partis rubore concedere non poſſet. In quo Senecæ conſilium ſequutus eſt,qui *de beneficijs lib.2.*hæc adiicit. *Interdum & ipſe, qui iuuatur fallendus eſt, vt habeat , nec a quo acceperit , ſciat.* vt laudabiliter ſe geſsiſſe Booz Scriptura refert, Ruth.2.*Præcepit autè* (inquit) *Booz pueris ſuis , dicens : Etiamſi vobiſcum metere voluerit,ne prohibeatis eam;& de veſtris quoque manipulis proijcite de indiſtria,& remanere permittite , vt abſq; rubore colligat, & colligentem nemo corripiat.* Arbitrariq; addit Nauar. quòd ſi in dicti §. ſpecie mandans eſſet Chriſtianus modeſtus , magis ſatisfaceret mandatarius accipiendo ſibi ex illis centum illud,quo egeret , recognoſcendo ſe pauperem,& in amore Dei, quàm tribuendo alii parum pio,& modeſto,cui tamen tribuendo,eſſet ſatisfactum.

Nec etiam obſtat *text.in d.cap. Con-*
23 *ſuluit,15.* † *cap.Per noſtras,26. de iure patronat.& in d. cap.fin. de inſtitut.* Quia diuerſa in eis prohibitionis militat ratio, quàm demonſtrat *Innocent. III. in dict. cap.Per noſtras,* in illis verbis: *Cum igitur*

*nullus*

*nullus ſe ingerere debeat Eccleſiaſticæ prælationis officiis, &c.* Seque in Eccleſiaſticis prælationibus ingerentem eo ipſo tãquam ambitioſum repelli, docuit *gloſſa ibid. verb. Ingerere.* Quæ in aliis non ambitioſis caſibus (vt in quibus de bonorum diſtributione agimus) ceſſat ratio, propriæque electioni locus conceditur. Ita docent *Hieronym. Gonçalez d. regul. 8. Cancellar. gloſſ. 2. numer. 57. & 58. & Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. dicta quæſt. 17. num. 119. & ſeqq.*

Quinimò ſi pauper Patronus ſit, 24 etiam ſeipſum † eligere, ac præſentare poſſe, ſi aliàs ſit idoneus, ex ſuprà dictis, *Nauarrique* adductis fundamentis, & reſponſionibus ſuſtineri forſan valeret. Et quia paupere, idoneoque exiſtente Patrono; ceſſat ambitionis obiectio. Cum pauperi Clerico congruum pro cõditione beneficium ambire licere; tradat *Gonçalez dict. loco, numero* 10. & 11. & Nos 1. *part. quæſt. 7. num. 18. & ſeqq.* dixerimus fuſiùs.

Nec alia videbitur obſtare ratio ex *dict. cap. fin. de inſtitut.* ibi: *Cuſtodiam ipſam recipere non potuit à ſeipſo. Cum inter dantem, & recipientem debeat eſſe diſtinctio perſonalis.* Quia tunc non ſe Patronus, vt ſe, ac Patronum; ſed tanquam quemlibet idoneum pauperẽ (iuxta tertiam ſuprà dictam *Nauarri* ſolutionem) videtur eligere. Item quia præſentans non propriè dicitur dare, quippè cum nec ius (in re ſaltem) præſentatiõ conferat, *text. notab. in cap. Cum Bertholdus, 18. de re iudic.* ſed inſtitutio, *d. cap. fin. & c. 1. de reg. iur. lib. 6.* Vnde diſtincta recipientis (Patroni ſcilicet) & dantis (Epiſcopi nempè) videtur perſona; cum inſtituens, vel conferens videatur dare, non præſentans; qui minùs etiam tenuiuſque ius, quàm eligens tribuit, ex eleganti gloſſæ doctrina *in cap. Quanto, 10. 63. diſtin. gloſ. 1.* in Patrono præſertim laico, vt notat *Abb. in cap. Authoritate, de inſtit. & in d. cap. Cum Bertholdus,* vbi plenè quoque *Felin.* differentias inter electionis, & præſentationis ius ad longũ conſtituẽs, præcipuè *num. 7.*

Licèt autem rationes hæ in hanc partem mouere poſſint; quia tamen nemihem in ſpecie quæſtionẽ hanc diſputãtẽ, opinionẽve tenentẽ reperi, eam omninò firmare nõ audeo, cũ & cõtraria (paupertatis qualitate dempta) indubitabilis ſit; Nec paupertatis qualitas, aut exiſtentia multũ in propoſita ſpecie videatur operari. Cũ Eccleſia pauperẽ Patronum, eiuſq; Miniſtros alere teneatur, vt 1. *p. q. 4. n. 30.* notabimus, paupertatiſq; ſpecialitatis ratio ceſſet. Licèt adhuc vrgere videantur adducta à Nobis *ead. quæſt. 4. §. 3. per tot.* præcipuè ex *nu. 151.* Quòd ſi iurispatronatus tenue beneficium foret, ita vt pro decenti ſolũ Rectoris ſuſtentatione (iuxta tradita à Nobis *d. 1. part. q. 18. nu. 33. 36. & ſeqq.*) fructus, redditusve præſtaret, priores aſſignatæ rationes vrgerent, inq; Patroni pauperis extarent fauorẽ. Et poſt hæc ſcripta ita in beneficiis ſimplicibus, aliisve etiam nõ pinguis, nec magnorum reddituũ pauperẽ præſertim Patronũ ſeipſum præſentare poſſe, ad lõgum, elegãterq; defendit (contrariis *d. cap. Conſuluit, & c. Per noſtras, de iurepat. & c. fi. de inſt.* deciſionibus reſpõdendo) *Cæſar Lamber. de iurepatr. 1. part. lib. 2. q. 8. art. 2. per tot.* præcipuè *à nu. 3. Abbatis* opinionem aduerſantem impugnans, ſuamque multis argutè firmans.

Quoad filios † autem Patroni, mino- 25 rem continet dubietatem quęſtio. Cum & ambitionis crimen abſit, & diuerſa verè, ac realiter ſit dantis, & recipientis perſona, licèt per iuris fictionem vna, & eadem cum patre cenſeatur filius: inde eleganter *Senec. de benefic.* lib. 5. cap. 19. *Filius ipſe beneficii capax eſt. Itaq; ille accipit; ego beneficio lætor, contingor, non obligor, &c.*

Fictio autem in ſpiritualibus † non atten- 26 ditur, ſed veritas. Nec de patria poteſtate curatur, nec patri adquirit filius, iuxtà *text. in cap. Si annum, de iudic. lib. 6.* Quare hanc tenuit ſententiam *gloſſ. penult. & fin. in dict. cap. Conſuluit*, quam ſequitur, & defendit *ibidem Abb. numer. 3. & conſilio 96.* (communem dicens) *in princip. lib. 2.* multos referens *Abbatis Addit. in d. cap. Conſuluit. ad d. numer. 3. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. d. litera P. concl. 138. num. 3. Flamin. Pariſ. d. lib. 9. quæſt. 17. num. 122. Ioſeph. Ludouic. tom. 3. commun. opin. tit. de iurepatr. concl. vnic. verſ. Ampliatur octauò, Azor. d. c. 21. q. 2. Rolan. à Vall. conſ. 47. n. 49. & 62. cum ſeqq. vol. 1.*

Regulareque eſt, filii ſuffragium patri, 27 patriſq; filio † prodeſſe, teſte Vlpiano in *l. Illud, 5. D. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine.* Eius ſunt verba: *Illud notandum Pomponius ait, quòd & patris ſuffragium filio proderit, & filii patri.*

Vnde & ad beneficium iuris patronatus Patronum, & ad distributionem, vel restitutionem inter pauperes faciendam nominatum filios pauperes eligere posse manifestum est.

Sic Abbatissam ad distribuendum inter pauperes electam, suum posse eligere
28 † Monasterium egens; obseruant *Petr. de Ancharr. cons.* 84. *Flamen. Paris. de resig. benef. d. lib.* 9. *quæst.* 17. *num.* 121. *Cardin. Tusch. lit. E conclus.* 530. *num.* 11. *Greg. Lopez in d. l.* 3. *tit.* 10. *part.* 6. *verb. Tuuiere por bien, Cald. Pereir. de iure emphyteut. d.* 3. *part. de potestate eligend. cap.* 13. *num.* 9. *post princip.*

Posseq; pariter Monachos suos Prio-
29 rem eligere, † Monachos vè Monasterium suum, notant *Bart. in l. Cum quidam, la* 2. *num.* 3. *D. de legat.* 2. *Bald. in cap. Cum in iure, num.* 6. *de elect. Cardin. in clem. vnic. q.* 22. *n.* 22. *de testam. Paris. cons.* 26. *nu.* 24. *volu.* 4. *Perali. in l. Vnum ex familia*, §. *Rogo, num.* 7. *D. de legat.* 2. *Rosell. verb. Restitutio,* 15. *num.* 8. *Sylues. verb. Testamentum,* 2. *quæst.* 2. *dicto* 5. *Nauarr. in propugnac. ad apolog. lib. de reddit. b. monit.* 13. *num.* 12. *Ioann. Matienç. in l.* 14. *tit.* 4. *lib.* 5. *nouæ Reg. Collect. glos.* 1. *nu.* 12. *Hieronym. Gonçal. d. gloss.* 2. *num.* 55. sequitur *Mari. Giurb. in consuetud. Senat. Messan. d. cap.* 2. *glo.* 12. *num.* 8. *in fin.*

Nec solùm ad huiusmodi distributionem legitimos, & naturales filios pauperes poterit pater testamenti executor eli-
30 gere; sed etiam spurios, † & incestuosos; licèt nihil eis ex propriis facultatibus relinquere possit, *auth. Ex complexu, C. de incestis nupti.* Cum non tanquam à patre; sed à testatore capiant. Probat notabile, ac singulare Hermogeniani responsum in *l. Si is, qui ex bonis,* 6. *D. de vulgar. & pupill. substit.* cuius sunt verba: *Si is, qui ex bonis testatoris solidum capere non poterat, substitutus sit ab eo impuberi filio eius solidum ex ea causa capiet, quasi à pupillo capiat. Sed hoc ita interpretari Iulianus noster videtur, vt ex bonis, quæ testatoris fuerint, amplius capere non possit. Quòd si pupillo aliquid præterea adquisitum esset, aut si exhæredatus esset substitutus: non impediri eum capere, quasi à pupillo capiat.* Cum igitur in specie, & casu nostro illegitimus nec de patris bonis, nec tanquam à patre capiat; in eum poterit legitime distributio fieri. Quod summè notandum, perpetuoq; menti tenendũ dicunt per text. ibi *Paul. Castrens. num.* 5. *& Alex. num.* 8. ad quod etiam allegat *text. in l. Vnum ex familia,* 69. *in princip. D. de legat.* 2. *Iaf. numer.* 7. *in fin. Zas. num.* 12. *Cardinal. Franc. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 5. *num.* 11. *Petr. Surd. consil.* 264. *num.* 9. *Azeued. in l.* 6. *tit.* 8. *lib.* 5. *nouæ Reg. Coll. nu.* 15. *Franc. Bursat. d. cons.* 226. *n.* 162. sequitur alios referendo *Mari. Giurb. in consuet. Senat. Messanens. cap.* 2. *gloss.* 12. *num.* 8. *part.* 1.

Qua ratione filio spurio ipsius testatoris præter alimenta de iure Canonico debita, nihil aliud posse testamenti exe-
31 cutorem distribuere, † cùm non ab eo, sed à testatore, patreque ipso, deque illius bonis capiat; tenuerunt (post *Alex. cons.* 54. *num.* 1. *lib.* 7. *Bald. Corne. Calca.* & alios quos referunt) *Emmanuel Acosta in cap. Si pater,* 2. *part. verb. Bona omnia, numero* 12. *de testament. libro* 6. *Anton. à Padilla in dict. l. Vnum ex familia,* §. *Si de Falcidia, numero* 2. *& 3. D. de legat.* 2. *& ibidem Peralt. numero* 27. *Marius Giurba in dicto capite* 2. *glossa* 12. *numero* 8. *Cardinal. Mantic. dicto libro* 8. *titulo* 5. *numero* 12. *Caldas Pereir. de iure emphyteu. 3. part. de potestat. eligend. capite* 13. *numero* 10. vbi hanc veriorem dicit sententiam aduersus *Cardinal. Palæot. de notbis, & spuriis, capite* 44. contendentem, posse etiam testamenti executorem testatoris filios spurios nominare, satis coloratis rationibus, quibus tamen respondet, contrariamque (cum *Bart. Paul. & Cœpol.* ab eodem adductis *ibidem numer.* 9. *versic. Quæ sententia*) ex suprà à nobis adducta ratione tuetur, firmant etiam *Gutierrez pract. lib.* 3. *quæst.* 56. *numer.* 21. *Ludouic. Mexia in pragmat. tax. panis conclus.* 6. *numer.* 49. *col.* 2. *propè med. vers. Verum executor, Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 96. *num.* 12. *Matienço in l.* 7. *tit.* 8. *lib.* 5. *nou. Reg. Coll. gloss.* 5. *num.* 2. *& seqq.* assentiunt *Didac. Perez in l.* 2. *tit.* 3. *lib.* 5. *Ordin. verb. Ni vendida, versic. Est tamen dubium vtrum executores, col. mihi* 154. *Plaça de delict. capite* 41. *num.* 17.

VTRVM

VTRVM EXECVtor teſtamenti conuenire, vel conueniri poſsit pro teſtatoris adimplenda voluntate, vbi ſaltem ad diſtributionem inter pauperes miſerabiles vè perſonas faciendam nominatus eſt?

## SVMMARIVM.

1 Merus teſtamenti executor actionem mouere non poteſt cõtra hæredes defuncti, aliosvè hæreditarios debitores.
2 Poteſt tamen Iudicis implorare officiũ vt hæres, bonorum poſſeſſor, hæreditatisvè debitor bona tradere, ac debita ſoluere cogantur.
3 Executor teſtamenti ad diſtribuẽdum inter pauperes, vel piam cauſam datus actionem contra ſuprà dictos mouere poteſt.
4 Aut ſi pro alimentis præſtandis nominatus ſit.
5 Executor teſtamenti habens à teſtatore conueniendi poteſtatem, hæredes, vel hæreditarios debitores conuenire poterit.
6 Vel ſi cum libero, amplo, & generali mandato executor conſtitutus ſit.
7 Aut ſi aliquid ei vnà cum aliis à teſtatore ſit relictum, etiamſi de reſtituendo ſit grauatus.
8 Executor teſtamenti (ex receptiori ſententia) conueniri à legatariis, vel hæreditariis creditoribus non poteſt.
9 Niſi nominatus ad diſtribuendum inter pauperes fuiſſet.

## QVÆST. LXIII.

TRiplicem quæſtio hæc dubitationem cõtinet. Vtrùm nempè teſtamenti executor pro defuncti adimplenda volũtate eius hæredes, aliosvè bonorum poſſeſſores poſsit conuenire? An ipſimet poſsint conueniri executores? Et quid in vtroq; caſu, ſi voluntatis teſtatoris implementum pauperum reſpiciat fauorem? Quoad primam, aſſerendum eſt, meram teſtamenti executorem contra defuncti hæredes, alios vè hæreditarios debitores
1 actionem mouere non † poſſe; text. eſt in *l. Lutius*, 78. §. *Mæuia*, *el* 1. (*vbi Bart.* & alii) *D. ad Senat. conſult. Trebell. text. in l. Filio*, 31. §. *Matri*, *D. de alimend. legat. Bart. in l. Si quis Titio*, 17. *numer.* 2. *& ibidem gloſſ.* 1. *D. de legat.* 2. *Petr. de Anchar. conſilio* 150. *numero* 10. *Abb. in cap. Ioannes, numer.* 4. *& ibidem Didac. Couarru. numero* 5. *de teſtam. Petrus Surdus de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 42. *numero* 1. *Cardinal. Dominic. Tuſch. practic. concluſ. litera E. concluſ.* 542. *numero* 3. *Cardin. Seraphin. deciſ.* 842. *numero* 1. eſtquè expreſſus de iure Regio *text. in l.* 4. *titulo* 10. *part.* 6.

2 Licèt Iudicis officium † vt hæres, bonorum poſſeſſor, debitorvè hæreditatis bona tradere, aut debita ſoluere cogantur, poſſe teſtamenti executorem implorare; probet *text. in l. Quintus*, 7. *D. de annu. legat. & in l. Hæreditas*, 53. §. 1. *D. de petit. hæredit. Cardinal. Seraphin. vbi ſupra*, aliisque relatis aduertit *Gregor. Lopez in d. l.* 4 *gloſſ.* 5. *verb. Non ha poder.*

Si tamen ad diſtribuendum inter pau-
3 peres, † vel piam cauſam executor datus ſit; actionem contra hæredem, bonorum poſſeſſorem, hæreditarios vè debitores mouere poterit, *text.* eſt in *l. Nulli*, 28. (*& ibi Bald. notab.* 1. *Ioannes Fauer*, *& Paul. Caſtrenſ.*) *C. de Epiſcop. & Cleric. & in l. Si quis ad declinandam*, *C. eodem text. in l. Alio*, 9. *D. de alimentis*, *& cibar. legat. gloſſ.* 1. *& Bart. in dicta l. Si quis Titio*, 17. *num.* 2. *D. de legat.* 2. *gloſſ. in dicta l. Lutius*, 78. §. *Mæuia*, *verb. Non poſſe* (& ibidem communiter Scribentes) *ad Senatusconſult. Trebell. Innocent. Hoſtienſ. Ioann. Andr.* & cæteri in *dicto cap. Ioannes*, *& ibidem Couarr. d. numero* 5. receptam ab omnibus aſſerens, *Seraphin. dicta deciſione* 842. *numero primo*, *& tertio*, *Petrus Surdus dict. tit.* 8. *priuileg.* 32. *numero* 2. *& ſequentib. Cardin. Tuſch. dict. lit. E. concluſ.* 529. *per tot. & dict. concluſ.* 542. *num.* 3. eſtque text. in *dict. l.* 4. *titulo* 10. *part.* 6. ibi: *El vno es, quando la manda es para obras de piedad, ò de-*

*miſericordia*. Idem diſponens quando pro
4 alimentis præſtandis † executor nominatus eſt, ibi: *E el tercero es, quando la manda es a tal, que es eſtablecida para gouernar huerfanos, ò otras perſonas qualeſquier.* & notat ibidem *Gregor. verbo Gouernar.*

Hæc autem in mero ſolùm executore (in quo loquuti ſumus) procedunt; Secùs atque in eo, qui non nudum tantùm miniſterium, executionemque habet; ſed & conueniendi poteſtatem ſibi à te-
5 ſtatore conceſſam. † Quam impartiri teſtatorem poſſe; indubitati iuris eſt, vt probant *text. in l. Quidam, 96. §. Si ſcriptus*, & apertior in *l. Si à pluribus*, 107. *D. de legat. 1.* cum aliis ſuprà relatis: idquè vnanimiter fateri omnes Doctores, teſtatur *Couarr. in d. cap. Ioannes, numero 5. Anton. Gomez variar. lib. 1. cap. 12. numer. 12. verſic. Item quæro.* & eſt text. *in d. l. part. & ibi Gregor. gloſſ. 4.*

6 Vel ſi cum libero, † amplo, & generali mandato executor conſtitutus ſit. Ex poteſtate enim huiuſmodi à teſtatore ſibi conceſſa actiones contra hæredes, vel bonorum poſſeſſores mouere poſſe, docent *Bald. in l. Id quod pauperibus, numer. 14. C. de Epiſcop. & Cleric. Alberic. in dicta l. Nulli, numer. 17. C. eodem, Anbarran. conſil. 84. numer. 2. Paul. Carenſ. conſil. 177. num. 1. lib. 2. Riminal. conſil. 129. num. 5. lib. 1. Petr. Paul. Paſ. conſil. 74. numer. 52. libro 3.* & ſic deſum fuit in *Rota Roman. apud Seraphin. d. deciſ. 842. numer. 3. & deciſ. 1048. num. 1.*

Idemque ſi vna cum aliis executori aliquid à teſtatore in teſtamento relictum
7 ſit. † Poterit enim tunc contra quoſcumque, etiamſi de reſtituendo ſit grauatus, agere: cum non ſit nudus miniſter, merusvè tantùm executor, *d. l. Si quis Titio, & ibid. Bart. D. de legat. 2. text. & ibi notat gloſſ. 1. in l. Si legatarius, 8. D. de legat. 3. gloſſ. in d. l. Lutius, §. Mæuia, ad S. C. Trebell. text. in d. l. part.* ibi: *El ſegundo es quando el fazedor del teſtamento manda alguna coſa a otros en vno con los teſtamentarios.* & ibid. *Gregor. Lopez gloſſ. 2.* plures referens *Couarr. ſæpè dicto numero 5. Seraphin. d. deciſione 842. numer. 3.*

Secundum ſuccedit dubium; An à legatariis, aliisvè hæreditariis creditoribus poſsint teſtamentarii executores conueniri? In qua receptior ſententia eſt,
8 conueniri executorem non poſſe, † ex *gloſſ. in l. Firmio, 26. §. Cum ab hæredibus, verb. Ab hæredibus, ante med. D. quando dies legati cedat. Bart. in dicta l. Alio, de alimentis, & cibar. legat. & in dicta l. Titio, numero 6. D. de legat. 2. Alexand. conſilio 12. numer. 12. libro 3. Anton. Gomez variar. reſolut. lib. 1. dict. cap. 12. num. 12.*

9 Quando tamen pauperibus † pro animæ exoneratione aliquid à teſtatore relictum eſt, ad eam diſtributionem poſſe executorem electum à pauperibus nominatis, licèt hæredes extent, conueniri, firmauit elegans *Archidiaconi* deciſio *in cap. Si res, verſic. Et nota ſi aliquis, 14. quæſt. 6.* per quam ita deciſum refert *Vincent. de Franch. deciſione 622. num. 4.* Qua de re videri etiam poterunt *Mari. Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſanen. cap. 2. gloſ. 12. numer. 36. & Cardinal. Tuſch. dict. litera E. concluſ. 531. numer. 12. 13. & 14.*

## VTRVM CONDITIO *Si nupſerit*, limitatum habeat tempus intra quod debeat impleri? Et quid ſi pauperi adiecta ſit? Vel ſi intra certum tempus matrimonium contrahere iuſſus, ob paupertatem non contrahat, legatum amittat, vel hæreditatem?

### *SVMMARIVM.*

1 Hæres, vel legatarius hac conditione relictus *Si nupſerit*, nulla alia temporis adiectione interpoſita, quandocumquè nuptias contraxerit, legatum habebit, vel hæreditatem.

2 Conditio indefinita ad certum tempus non limitata, aut reſtricta, quãdocumquè impleri poteſt.

3 Tempus nõ præfinitum in perpetuum extenditur.

4 Con-

4 Conditio mere poteſtatiua inſtitutioni abſque temporis præfinitione adiecta, poterit quandocumque in vita inſtituti adimpleri.

5 Et quid ſi contractui talis conditio apposita ſit?

6 Conditio poteſtatiua legatis adiecta impleri debet cum primùm facultas adſit, aliàs pro defecta habetur.

7 Et quæ ſit in hæreditate, aut legatis differentiæ ratio?

8 Conditio mixta vt hæc *Si nupſerit*, an tam in inſtitutionibus, quàm in legatis poſsit quandocumque ante hæredis, vel legatarii mortem adimpleri? vel tempus trium annorum limitatum habeat? & num. 9.

10 Pauper cui hæc conditio apposita eſt, dum ob paupertatem, commodèque matrimonium contrahere non poteſt, præfixo trium annorum ſpatio non arctatur, & num. ſeqq.

11 Conditio poteſtatiua, aut mixta haberi debet pro impleta, cum non ſtat per implere debentem quominus impleat.

12 Siue nullo modo per eum impleri poſſit; ſiue poſsit de facto, non tamen honeſtè.

13 Conditio nubendi cum perſona indigna, talivè cum qua honeſtè grauatus matrimonium contrahere non poſſit, tanquam impoſsibilis de iure, reiicitur, proque non adiecta habetur.

14 Conditio nubendi intra certum tempus, ſi intra illud honeſtè impleri non poteſt, non magis arctat grauatum, quàm conditio nubendi certæ perſonæ, cum qua honeſtè contrahere grauatus non poſsit, & num. 17.

15 De perſona ad tempus vbi eadem eſt ratio, valet argumentum, & num. 16. & 17.

16 Conditio de non nubendo certo generi perſonarum, aut intra certum tempus, efficax eſt, quia omnimodam viduitatem non inducit.

18 Statuto diſponente vt Mediolanenſis mulier extra Mediolanum ſub hæreditatis priuationis pœna non nubat, hæreditate non priuabitur, ſi patris iuſſu extrà nubat.

Honeſtè nubere filia nequit cõtra, vel præter parentis voluntatem, ibid.

19 Argumentum de loco ad tempus validum eſt.

20 Sicut conditio de nubendo intra certum locum, ſi honeſtè impleri non poteſt, non impedit quominus legatum, vel hæreditas debeatur; ita nec impediet conditio de nubendo intra certum tempus tacita, vel expreſſa, ſi intra illud honeſtè non poſsit adimpleri.

# QVÆST. LXIIII.

LEgatarium, aut hæredem hac relictum conditione, *Si nupſerit*, alia temporis adiectione, terminive aſsignatione intra quem matrimonium contrahatur; non appoſita, quandocumquè
1 nuptias contraxerit, habiturum † legatum, vel hæreditatem, ac ſolùm legatarii, vel hæredis morte conditionem deficere, adimplerique eorum vita durante poſſe; cum non ad tempus, ſed adimplementum, quandocumque illud conditio ſortiatur, teſtatoris voluntatem reſpexiſſe videatur; probant *Vlpiani* verba *in l. Hæc conditio, la.* 1. 10. in ordine, *D. de condit. & demonſtrat. Hæc conditio*, Filiæ meæ cum nupſerit, *talis eſt, vt qui teſtatus eſt, impleri ſolummodò conditionem voluerit, non etiam ſatis exigi, quando* (inquit) Martiani quoque in *l. Conditionum*, 90. (*alias* 91.) *D. eodem*, ibi: *Illa verò*, Si filio nupſerit, *vel viuente, vel mortuo teſtatore impleri poſſit.* Et ibi: *Quandocumque enim nupſerit, impletur conditio.* notantquè vtrobiquè Scribentes. Indefinitam namque conditionem ad certum tempus non limitatam,
2 aut reſtrictam, quandocumque † poſſe impleri oſtendunt dicta iura, docentque *Cyn. in l. Si plures, quæſtione* 5. *C. de condit. infert. Auguſtin. Beroi. conſil.* 28. *numer.* 52. *circa fin. lib.* 2. *Ioann. a Caſtillo controuerſ. lib.* 4. *cap.* 25. *numer.* 12. *Petr. Surd. conſil.* 72. *num.* 2. *Ioann. Gutierrez conſil.* 17. *num.* 9. *& ſeqq.* præcipuè *numer.* 13. vbi in terminis noſtris, conditionem *Si nupſerit*, tàm inhæreditatibus, quàm in legatis poſſe quandocumquè, & in infinitum ante grauati mortem impleri, firmat, *Azeued. conſilio* 4. *num.* 36. & 42. Tempus enim non præfinitum, in perpetuum †
3 extenditur, *dictis iurib.* notaturque in *l. Sine præfinito*, 23. *D. de pœnis.*

Quinimò & conditionem merè poteſtatiuam inſtitutioni abſque temporis præfinitione adiectam poſſe quandocumque † in vita inſtituti adimpleri, probat 4 *text. in l. Si quis inſtituatur, 23. §. 1. & ibi gloſ. fin. D. de hæred. inſtit.* docentquè *Bart. & Doctores in l. Hæc conditio, la 2. D. de condit & demonſtr. Gregor. Lopez in l. 7. tit. 4. part. 6. gloſ. 4. verb. Si ſe cumpliere, Gutier. vbi ſuprà, numer. 9. & Azeued. d. loco.*

Idemque & in contractibus † probāt 5 *text. in l. fin. C. de contrab. empt.* magiſtraliter *Bald. in d. l. Si plures, num. 32. C. de condit. inſert.* verbaque text. *in l. 15. tit. 11. part. 5.* ibi: *Mas ſi la condicion es pueſta en pleyto ante del prometimiento, diziendo aſsi: Si vos yo non diere, ò non fiziere tal coſa; prometo de vos dar, ò pechar tantos marauedis. Tal condicion como eſta, ſe entiende, que ſe puede alongar haſta el dia de la muerte de aquel que fizo la promeſſa.* Ante interpellationem ſaltem grauati, vel niſi tacitè dies obligationi, contractuique ſubſit, iuxta *textum in l. Interdum in princip. & in l. Continuus, 127. §. Cum ita, D. de verborum obligat. & in l. 13. titulo 11. part. 5. & l. 15. verſ. E aun dezimos, eodem titulo, & part.* doctque in ſpecie *Bald. in d. l. Si plures, d. num. 32.*

Conditio autem poteſtatiua legato † 6 adiecta cum primùm aderit facultas debet adimpleri, vt demonſtrat apertè *text. in l. Hæc conditio, la 2. 29.* in ordine, *D. de condit. & demonſtrat.* cuius ſunt verba: *Hæc conditio ſi in capitolium aſcenderit, ſic accipienda eſt, ſi cum primùm potuerit capitolium aſcenderit.* Eſt ſententia ita diſtinguentis *gloſſæ in d. l. Si quis inſtituatur, Baldi in l. Si pater, numero 27. C. de inſtitut. & ſubſtit. & in dicta l. Si plures, dicto numero 32. Iaſonis in l. 2. numero 6. C. de inſtitut. & ſubſtitut. Alexand. conſilio 46. in princip. libro 7. Gregorius Lopez in d. l. 7. titulo 4. part. 6. gloſſ. 4. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. lit. C. concluſ. 581. num. 5. & 6.*

Huiuſmodi autem & in legatis conditionis implementum ita demum obligat, cum leuiter, & habiliter impleri poteſt, verba ſunt *Baldi in dict. l. Si plures, numero 32. C. de condit. inſert.* idem etiam tenet *Auguſtin. Beroi. dicto conſilio 28. numero 53. libro 2.* vbi tunc in legatis debere adimpleri conditionem, cum ſine onere, aut ſumptu impleri valet, notat, aliique ex proximè citatis aduertunt.

Differentiæ † rationem inter conditionem legato, vel inſtitutioni adiectam conſtituunt *dict. gloſſ. fin. in d. l. Si quis inſtituatur, §. 1. & ibi Bart. & Doctores,* quos etiam ſequitur *Ioann. Gutierr. dict. conſil. 17. numer. 11.* Quòd hæres ſicut legatarius non ſit grauandus; quia maius periculum in inſtitutione, ne teſtator ſine hærede remaneat, quàm in legato vertitur. 7

Mixta † autem conditio (vt eſt hæc *ſi nupſerit*) tam ſi legatis, quàm inſtitutionibus abſque alia temporis præfinitione adiiciatur, quandocumque ante hæredis, vel legatarii mortem poterit adimpleri, vt & iura in principio adducta probant; & in ſpecie tenent *Socin. in d. l. Hæc conditio, la 2. numer. 2. D. de condit. & demonſtrat. Deci. in l. 2. in princip. C. de inſtitut. & ſubſtit. accutiſsimus Emmanuel Acoſta in l. Cum tale, §. Si arbitratu, D. de condit. & demonſtrat. verſ. Vltimò legis ſententia, num. 29. Azeued. dicto conſil. 4. num. 36. & 42. Gutierr. d. conſilio 17. num. 14. Cardinal. Franciſ. Mant. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. titulo 18. num. 26. verſ. Ego autem puto, & num. 27. Didac. Spino de teſtam. gloſſ. 14. princip. num. 18. 19. & 20.* 8

Contrariam tamen ſententiam (in propoſita nempè ſpecie deficere conditionē, ſi intra triennium † poſt pubertatem non impleatur, nuptiæquè intra illud non fuerint celebratæ) probat ſingularis, & expreſſus *text. in l. 2. §. Ad filiorum, C. quando, & quibus quarta pars debeatur, libro 10.* vbi ita tenent *Bart. & Ioan. de Platea, Iaſ. in d. l. 2. num. 6. C. de inſtitut. & ſubſtit. Bald. in l. Placet, in fine, D. de liber. & poſthum. Paul. Caſtrenſ. in d. l. Hæc conditio, num. 2. Guil. Benedict. in cap. Raynuntius, verb. Cuidam Petro tradiderunt, nu. 4. & 5. Cardinal. Mantic. d. tit. 18. numero 26.* qui licèt dubium hoc putet; in foro obtinere forte dicit, receptioremque hanc ſententiam teſtatur *Acoſta vbi ſuprà, Didac. Spino d. loco, num. 21.* firmat latiùs *Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 137. num. 9. & ſeqq. Franciſc. Marc. deciſ. 683. tom. 1. Tobi. Nonius conſil. 25. num. 6. Muta ſup. conſt. Panor. c. 47. nu. 95. Mareſc. var. reſolut. lib. 1.* 9

*lib. 1. cap. 73. nu. 12. & 13.* alios plurimos referens, *Ioan. Mar. Nouar. quæſt. foren. 68. n. 6. & ſeq. p. 1. Caſtill. controu. lib. 5. 2. p. cap. 115. n. 2. & ſeq.* licèt ex *num. 5.* contrariũ tenentes referat, cũq; eis teneat.

Nec reſponſio ad *tex. in d. §. Ad filiorũ* à contrariæ partis ſequacibus tradita, cõtendentibus in caſu ſpeciali, & diſpenſatiuè loqui; omnino ſatisfacit, cum generaliter intelligendum aſſerat *Iaſo vbi proximè*, ſupponantq; alii cum eo relati.

10 Si tamen pauperi † conditio hæc adiecta ſit, dum ob paupertatem decenter, commodèque matrimonium contrahere non poteſt, prædicto trium annorum ſpatio non arctari; poſt illudq; hæreditatem, legatumvè deberi, indubitanter tenẽdum eſt, ex *text. in l. 1. D. de curat. bonis dand.* & ex his, quæ ſuprà *num. 6. in fin.* adnotauimus. Quinimò & prò impleta conditionem haberi, ex vulgari regula *text. in cap. Cum non ſtat, de regul. iur. lib. 6.* Quę in conditionibus poteſtatiuis, mixtisque

11 procedit, † *text. in l. Multa, 6. & in l. Inteſtamento, 31. D. de condit. & demonſt. l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. l. Turpia, 54. §. 1. & §. pen. D. de legat. 1. l. Vter ex fratribus, 32 verſ. Plerumque, D. de condit. inſtit.* cuius ſunt verba: *Plerumque enim hæc conditio, ſi vxorem duxerit, ſi dederit, ſi fecerit, ita accipi oportet, quòd per eum non ſtet, quominùs ducat, det, aut faciat.* Qui eſt in terminis noſtris formalis, & expreſſus text. de iure etiam Regio in *l. 14. tit. 4. & in l. 22. tit. 9. part. 6.* obſeruant (præter ordinarios in dictis locis) *Philipp. Corne. conſil. 168. num. 12. lib. 3. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. lit. C. concluſ. 581. nu. 8.* eſtq; communis ſecundum *Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiſſ. articulo 16. numer. 130.*

Idque ſiue grauatus conditionem omnino implere non valeat; ſiue poſsit

12 de facto, non tamen honeſtè, † cum tunc poſſe non dicatur, iuxta iura vulgaria, docuitque in ſpecie *gloſſ. in d. l. 1. verb. Manifeſtum eſt, in fin. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* ibi: *Item quod dicit hæc lex, eſt verum, ſi honeſtè poteſt nubere mulier, aliàs non excluditur,* obſeruant in iiſdem terminis *Ioan. à Caſtillo controuer. lib. 4. cap. 25. num. 78. Marc. Ant. Peregrin. d. art. 16. num. 138.*

Quare ſi teſtator præciperet, hacvè conditione hæreditatem relinqueret, vel legatum, vt hæres, aut legatarius cum

13 perſona indigna, † talivè cum qua matrimonium honeſtè contrahere non poſſet, contraheret: licèt conditioni non pareret, hæreditatem, aut legatum haberet. Imò talis conditio tanquam impoſsibilis de iure reiicitur, proque non adiecta reputatur, iuxta *text. in l. Conditiones, 9. l. Conditiones, 14. l. Filius, 15. D. de condit. inſtitut. l. Si à muliere, 29. §. Idemque, D. de milit. teſtam. l. 2.* (à contrario ſenſu) *C. de condit. & ſubſtitut. l. Non dubitamus, 20.* & expreſsior in *l. Cum ita legatum, 62. §. Videamus, D. de condit. & demonſtrat. Videamus* (inquit Gaius) *& ſi ita legatum ſit,* Si Titio nupſerit. *Et quidem ſi honeſtè Titio poſſit nubere, dubium non erit, quin niſi paruerit conditioni, excludatur à legato; Si verò indignus ſit nuptiis iſte Titius, dicendum eſt, poſſe beneficio legis cuilibet nubere. l. 3. tit. 4. part. 6.* ibi: *E generalmente ſon llamadas impoſsibles ſegun derecho, todas las conditiones que ſon contra honeſtad de aquel a quien ſon pueſtas, ò contra buenas coſtumbres. l. 14. infin. eod. tit. & part. l. 32. titul. 29. ead. part.* ibi: *O contra ſu fama, ò deſhonra de los parientes del, non deue ſer guardado tal mandamiento.* eſtque communis, & concors omnium reſolutio, quam (poſt antiquiores) tradunt *Cardin. Franc. Mantic. de coniect. vltim. volunt. d. lib. 11. tit. 18. numer. 2. & 5. Tell. Fernand. in l. 30. Taur. num. 9. Pelaez de Mieres de maioratib. 1. part. quæſt. 50. numer. 10. & 11. vterque Molin.* alter *de Hiſpanor. primogen. lib. 2. cap. 13. numero 5.* alter *de iuſtit. & iur. 1. tom. diſputat. 207. Pat. Thom. Sanchez de matrimon. libro 1. diſputatione 33. numero 11. Leand. Galganet. de condit. & demonſtrat. 1. part. cap. 2. num. 5. verſic. Secunda impoſsibilis iure, & cap. 8. numer. 12. Caſtill. controuerſ. d. lib. 4. cap. 25. numer. 48.* vbi generaliter, ac indiſtinctè *dicti §. Videamus* diſpoſitionem procedere, quomodocumque inhoneſtas interueniat, proque non adiecta conditionem habendam, demonſtrat, tenentque *Ioann. Sicchard. in dicta l. 1. num. 4. in fin. C. de inſtit. & ſubſtit. Emman. Coſta in d. l. Cum tale, §. Si arbitratu, ampliat. 3. in princip. Galgan. Tell. & Mier. d. locis.*

Vnde ſicut conditio nubendi certæ perſonæ, tunc demum obligat, ſi grauatus

eam honestè posſit adimplere : ita cum
14 intra certum tempus † nubendi conditio adest, non aliter obligabit, aut excludet grauatum, quàm ſi honestè intra præfixũ terminum cum posſet conditioni parere, non paruerit, ob iuris, quæ in vtroque caſu adest, impoſsibilitatem. De persona
15 enim ad tempus † (vbi eadem præcipuè est ratio) valet argumentum, *text. in l. Qui plures liberos, 38. in princip. & ibi Doctores, D. de vulg. & pupill.* latè *Nicol. Euerard. in topic. legalib. loco 37. à persona ad tempus, Acoſta ſupra limit. 8. n. 2.* Hoc probans argumento, quòd ſicut conditio de non nubendo certo generi per-
16 ſonarum ; † quia non omnimodam ; ſed certarum personarum respectu viduitatem inducit, efficax est; *dict. l. Cum ita legatum, 62. & l. Hoc modo, 63. de condit. & demonſtrat.* Sic etiam conditio non abſolutam viduitatem, ſed certi temporis respectu iniungens. Et in terminis noſtris, conditionem de nubendo intra certum tempus, ſi honestè intra illud adim-
17 pleri nequeat, non facere deficere † legatum, ſicut in conditione de nubendo cum certa, & determinata persona ; cum qua honestè contrahi non potest ; adſeuerat ( per iam dicta fundamenta ) *Caſtill. dicto capite 25. numero 54.* præcipuè *circa fin. & numer. 55.* ita iudicatum in ſimili caſu, imò & fortioribus terminis per Regium Hiſpalenſem Senatum aſſerens, *ibidem numer. 1.* in cauſa cuiuſdam dominæ Annæ de Queſada, cui patruus ſuus 1500. ducatos legauerat, ſi intra duos nuberet annos, quæ cum intra prædictum non nuberet tempus, ſed poſt ſex à morte teſtatoris annos, eam legatum petentem repellendam, legatumque ob conditionem non impletam defeciſſe, inſtabant teſtatoris hæredes; quorum obiectionibus non obſtantibus, in legatariæ fauorem contendentis ſibi fore legatum, ac ſi conditioni paruiſſet, præſtandum, cum per eam quominùs pareret, non ſtetiſſet, quia patrem habebat, cuius ad matrimonium intra biennium contrahendum non aderat conſenſus ; iudicauit Senatus. Idque etiam procedere, ſi non apparuiſſet, dictam legatariam intra præfatum tempus nubere voluiſſe, contradixiſſeque patrem, cum ſatis dicatur matrimonium patrẽ filiæ impedire, qui eidem marítum non quærit, cum ad patrem mu-

nus hoc pertineat, nec ei ſe ſi'ia abſque dedecore poſsit ingerere, aduertit idem ipſe *Caſtillo ſupra, num. 56. verſ. Quòd ſi dixeris.*

Quibus accedit *Baldi* doctrina *conſilio 357. lib. 1.* tradentis: ſtatuto diſponente, vt Mediolanenſis mulier extra Mediolanum ſub hæreditatis priuationis pœna non nubat, priuandam eam non eſſe,
18 ſi patris iuſſu extra † nubat. Eandem protulit idem ipſe *Bald.* ſententiam *in dict. l. 1. num. 9. C. de inſtitut. & ſubſtit.* quam probant *Bertrand. conſ. 148. vol. 1. Ioann. Gratian regul. 83. num. 9. Ludouic. Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 13. num. 22. verſ. Idque magis*, & cum aliis, quos refert *P. Thom. Sanchez de matrimon. lib. 1. diſput. 33. num. 13.* Cum honestè contra, vel præter parentis voluntatem nubere filia nequeat, vt latiùs idem ipſe proſequitur *Sanch. lib. 4. diſput. 23. num. 9. Petr. Ledeſm. de matrim. quæſt. 47. art. 6. dub. 2. Bellarmin. eod. tract. c. 19. propoſit. 3. P. Molin. de iuſt. & iur. 1. tom. tract. 2. diſput. 176. alter Molin. vbi ſupr. Ioann. Petr. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. glo. 2. n. 6. cum ſeqq. Philip. Paſch. de virib. patr. poteſt. 2. p. cap. 5. nu. 26.*

Quæ noſtram quoque firmat, arguen-
19 do de loco ad tempus, † quod in iure validum est argumentum, *text. in l. Vinum, 22. D. ſi cert. petat. Nicola. Euerar. in locis legalib. loco 88. de tempore ad locum, Cardin. Dominic. Tuſch. pract. concluſ. lit. A. concluſ 505. Petr. Barboſ. ad leg. Hæres abſens, 19. in princip. num. 69. in fine, D. de iudic.*

Sicut igitur conditio de nubendo intra certum locum ſub hæreditatis, vel legati priuationis pœna, ſi honestè impleri non potest, non impedit quominus ea conditione reiecta, legatum, vel hæreditas debeatur: ita ſi conditio de nubendo
20 intra certum tempus, † honestè intra illud adimpleri nõ valeat; ſi poſt illud impleatur, legatum, vel hæreditatem relictam conditione illa non obſtante deberi, dicendum erit.

Ex quibus omnibus deprehenditur manifestè, conditionem de nubendo intra certum tempus, vel ſimpliciter pauperi hæredi, vel legatario adiectam, ſi intra ſtatutum terminum eam honestè ob pau-
21 pertatem † ſuam implere non valeat, corditionis defectum non efficere quominùs hæreditatem vel legatum non conſequa-

tur

tur, ſi cum facultas adfuit, honeſtèque grauatus contrahere potuit, etiam poſt ſtatutum terminum, vel ſi ſtatutus non ſit, poſt triennium à lege requiſitum matrimonium contraxit, nec tunc *d.l.2.§.Ad filiorum* locum habere diſpoſitionem. Quod in facti contingentia & habui, & obtinui, in cuiuſdam honeſtæ puellæ perſona, cui quingentorum ducatorum ſumma *ſi nupſiſſet*, teſtamento relicta fuere, poſtque nubilis ætatis annos per octo parum plus minusvè cœlebs, inuxorataque ob eius paupertatem, cuius ratione ſibi coæqualem, cõdignumque ſuæ conditioni maritum non repererat, ſtetit, quã legantis hæredes *dicti §. Ad filiorum* prætextu repellere conabantur, contra quos tamen dicta ſententia eſt.

# SPECIALIA QVAEDAM EXTRA QVAESTIONES IN VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

## *SVMMARIVM.*

1 Conditione de nubendo certæ, & determinatæ perſonæ adiecta, qualibet in conditione poſitarum ante illius implementum (mora etiam, vel culpa non interueniente) decedente, legatũ corruit.

2 Limitatur ſi pauperi conditio hæc appoſita ſit.

3 Fideicommiſſum vniuerſale à filio poſt ipſius mortem alicui relictum, inuiuitam habet conditionem *ſi ſine liberis deceſſerit.*

4 Fallit ſi hac formula pauperibus pro conſcientiæ exoneratione, maleque ablatorum reſtitutione relictum ſit. Et quid ſi de malè ablatorum reſtitutione mentio non fiat? num. 6. & 7.

5 Animæ fauor liberorum commodo, & fauori prævalet.

8 Tacita pupillaris ſub vulgari expreſſa filio impuberi facta contenta matrem pupilli non excludit.

9 Fallit ſi pauperes ſubſtituti ſint.

10 Et an vt fallentia procedat, requiratur, pro conſcientiæ exoneratione, maleque ablatorum reſtitutione pauperum ſubſtitutionem fieri, vel etiam ea non facta vera ſit? & num. 11.

12 Pupillaris expreſſa matrem excludit.

13 Ampliatur vt etiam à legitima matrem excludat.

14 Et etiam in conſcientiæ foro.

15 Fallit ſi mater inops ſit, quæ legitima tunc priuari non poteſt.

16 Legatum conſanguineis pauperibus factum, potiùs ex pia cauſa, pietatiſque ratione, quàm ſanguinis factum præſumitur.

17 Tale legatum vt pium debetur, etiam ſi omnes iuris ciuilis ſolemnitates non fuerint ſeruatæ.

18 Legata ad pias cauſas in minus ſolemni teſtamento relicta, licèt alia nõ teneant; ipſa tamen valent.

19 Miſerabilibus perſonis relictum ad pias cauſas factum cenſetur. Intellige vt num. ſeq.

21 Quælibet diſpoſitio de prima tantùm intelligitur vice.

22 Fallit miſerabilium perſonarum fauore, quibus legatũ relictum, annuum præſumitur.

PRimæ huius tractatus partis ordinem ſeruando, vbi aliqua extra quæſtiones ſpecialia ei pertinentia in calce adiecimus: huic pariter ſecundæ alia, quæ vltimas voluntates reſpiciunt, nectimus.

Ergo, licèt in conditione de nubendo
1 certæ, † & determinatæ perſonæ, qualibet in conditione adiectarum ante conditionis implementum (mora etiam vel culpa non interueniẽte) perſona decedẽte, legatum corruat: *text. in l. In teſtamẽto, la. in ordin.* 31. *D. de condit. & demonſtrat l. Legatum,* 4. *C de condition. inſert.* de iure Regio *text. in l.* 14. *tit.* 4. *& l.* 22. *tit* 9. *par.* 6. tenentque (præter Scrib. in dict. locis) *Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 18. *num* 37. *Ludouic.*

douic.Molin.de Hiſpan. primog.lib.2.c. 13.nu.23.communem dicens,Iacob.Menoch.de præſumpt.lib.4.præſumpt.183.n. 40.& 41.& præſumpt.146.num.22.eod. lib.P.Thom.Sanch.de matr.lib.1.diſput. 33.nu.24.quamuis referat ibi P.Ludouic. Molin.de iuſtit.& iur.1.tom.tract.2.diſput.206.in fin.& diſput.207.aſſerentem, conditionem mixtam(vt eſt hęc de nubẽdo)pro impleta haberi, ſi altera perſona cum qua contrahendum matrimonium foret,è vita migret, ſecus ſi ipſamet grauata.Sed in quolibet caſu conditione hac deficiente,legatum deficere;firmãt apertè dicta iura,Peregrin.etiam de fideicommiſ.art.16.num.139.

Si tamen pauperi † conditio hæc de nubendo certæ perſonæ adiecta ſit, etſi perſona conditioni appoſita decedat; deberi nihilominus legatum; haberiq; tunc pro impleta conditionem;aliter atque ſi diuiti,quãtumuis dotis ratione relinquatur;tenent Bald.Nouel de dot. 1.p.priuileg.76.ad fin.verſ.Poteſt dici,& priuileg. 77.Didac.Cou.de teſtam. cap.3.num.15. verſ.Quintò inde colligitur,Card.Manti. d.lib.11.tit.22.nu.32.& 33 Didac.Perez in l.1.tit.2.lib.5.Ordinam.verſ.Eſt tamẽ notandum,Thom.Sanch.vbi ſup. nu.25. Pereg.d.loco,nu.104.Iacob Menoch.d. lib.4.præſumpt.146.nu.22.& præſumpt. 183.nu.44.aſſentiturq; Greg. Lop.in d.l. 14.tit.4.par.6.gloſ.4.verb.Se muera.

Item, quamuis fideicommiſſum vniuerſale à filio † poſt ipſius mortem alicui relictum,ſi ſine liberis deceſſerit,intelligatur, inuiuitamque conditionem hanc habeat,ex eleganti,ſatiſque noto Papiniani reſponſo in l.Cum auus,101.D.de condit.& demonſtrat.

Si hac formula teſtator pauperibus † relinquat, eoſvè pro conſciẽtiæ exoneratione, malèq; ablatorũ reſtitutione ſubſtituat;conditionem illam non ſubaudiri; firmant And.Barbat.in repet.l.Cum acutiſſimi, C.de fideicõm.ex nu.282.Tiraq. de priuileg.piæ cauſ.priuil.17 & 68.Guil. Benedict.in repet.c.Raynuntius,verb. Si abſque liberis,num.25.de teſtam.Emman. Acoſt.in c.Si pater,verb. Si abſq; liberis, nu.18.eod.tit.in 6.latè Ioſeph.de Ruſtic. ad d l.Cum auus,lib.2.cap.3.n.1.& ſeqq.

Animæ nãque fauorẽ † liberorũ commodo præualere,facereq; conditionẽ illam,& d.l.Cum auus præſumptionẽ deficere,ceſſareq; docuit(poſt Bald.Aret.& alios ibi adductos)idẽ ipſe Ruſtic.eod.loco ex Tobiæ c.2.Pellem pro pelle,& omnia quæ habet homo donat pro anima ſua.d.n. 1.multiſque ſeqq.firmans,

Quod tamen non tã pauperum ratione, † eorumq; fauore, ſed conſcientiæ exonerationis videtur conſtitutũ.Si enim pauperes aliàvè pia cauſa fuiſſet filiis ſubſtituta,nec de malè ablatorum reſtitutiõne mentio fieret, prædictã fore ſubintelligendam cõditionem,ſi ſine liberis deceſſerit,tradit ex plurimis Acoſt.d loco.n.17.

Malè autẽ ablatorum mentione in ſubſtitutione facta, † etiamſi pia cauſa ſubſtituta non ſit, præfatam non ſubaudiri conditionem;obſeruat idem ipſe ibi num. 18.verſ.Ego noto.

Cuius generis illa etiã videtur aſſertio, quòd licèt tacita pupillaris † ſubſtitutio ſub vulgari expreſſa filio impuberi facta, contenta(iuxta text.in l.4.de vulg.l.Quãuis,C.de impuber.& aliis ſubſtit.)matrem pupilli non excludat;l.vltim. C.de inſtit. & ſubſtit.gloſ.in l.Precibus,8.ver.Omnimodo, C.de impub. & aliis ſubſtit. Alex. (communem dicens)in l.Centurio,n.58. D.de vulg.& pupil.& ibi.Iaſ.n.22.& in d.l.Precibus,n.6.vbi etiam Curt.Iun.nu. 20.Couar.communem quoque dicens in d.c.Raynuntius,§.4.nu.6. infinitos referens,de communi,& magis communi ſæpè atteſtans nouiſsimè Vincent.Fuſar.de ſubſtitut.q.157.n.1.& ſeq.materiã,& cõcluſionem hanc pleniſsimè tractãs,multis ampliationib',& limitationibus exornãs.

Si tamen pauperes † ſubſtituti ſint,pupillaris tacita matrẽ excludit,ex ſententia Ang.n.5.Caſtrenſ.n.8.Alex.n.6.Iaſ.n.8. Rimi.n.235.in d.l.Precibus,Alex.in l.2. nu.36.D.de vulgar.& conſ.38.lib.1.& conſ.12.n.25.lib.3.Eman.Acoſt.in d.c.Si pater,p.2.verb.Ipſis pauperibus,nu.5.& verb.Superſtite matre,n.11.Pariſ.cõſ.86. nu.75.lib.2.Rolan.à Val.conſ.69.nu.28. lib.1.Ant.Gom.var.tom.1.cap.4.nu.10. Mench.de ſucceſ.progreſ.lib.2.§.11.n.34. & §.15.n.120.Mich.Craſ.in §.Subſtitutio,q.31.n.7.Card.Mãtic.de coniect.vlti. vol.lib.5.tit.15.n.34.Menoch.de præſumpt.lib.4.præſump.39.n.90.Alex.Trenta. de ſubſtit.p.1.c.12.n.24.Maſc.de prob.cõcluſ.1171.n.6.Surd.de alim.tit.2.q.15.nu. 167.Nicol.Intrigl.de ſubſtit.cent.1.q.92. n.131.& ſeqq.Vinc.Fuſar.d.q.157.multos ex his referens n.55.Cardin.Tuſch.lit.P. concluſ.169.

Ita

Ita demum tamen assertionem hanc
10 procedere, si pro conscientiæ † exoneratione, malèque restitutione ablatorum pauperes substituantur, contendunt *Soci. in l. 2. num. 37. D. de vulg. Deci. in l. Precibus, num. 14. Guil. Bened. in d. cap. Raynuntius, verb. Si absque liberis, el 2. num. 89. & ibid. Couar. d. num. 6. vers. Qua in re, Alex. Trentacin. d. capit. 12. in fin. Didac. Spino in specul. testamen. tit. de vulg. num. 27 Vincent. Fusar. d. loco, num. 57. Ioseph. de Rustic. ad d. l. Cum auus, lib. 2. d. cap. 2. num. 8.*

Licèt indistinctè in vtroquè casu matrē excludi, † velint *Rip. in d. l. 2. de vulg.*
11 *num. 32 Cardin. Mantic. d. tit. 15. in fin. Nicol. Intrigliol. d. quæst. 92. numer. 134. & seqq.*

Quæ ne aut pauperum, miserabiliumque priuilegia supprimere; aut non competentia videamur assignare, adnotamus.

12 Ita pariter etsi pupillaris expressa † matrem excludat; vt probant *text. in d. l. Precibus, 8. C. de impuber. & ali. substi. l. Lutius, 45. D. de vulg. & pupil. l. Papinianus, 8. § Sed nec impuberis, D. de inofficios. testam. cap. 1. § fin de testam. lib. 6. lib. 12. tit. 5. par. 6 Bart. in d. l. 2. num. 3. & 31. D. de vulg. & ibid. Alexand. num. 28. Ias. num. 30. Rip. num. 44. Socin. Iun. nu. 94.* latè *Peregrin. conf. 32. lib 2. Menchac. de succes. progres. §. 15. numer. 16. & 57. vers. Primò ergo quæro, Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib 5. tit. 8. n. 12. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 38. Alexand. Trentac de substit part. 2. capit. 16. Intrigliol. eod. tract. cent. 1. quæst 90.* hos, multosque alios referens *Vincent. Fusar. de substit. quæst. 156 numer. 1.* qui materiam hanc plenè per totam differit, & præter alias, quæ conclusioni huic ampliationes assignat, vnā quæ ad institutū nostrum pertinet, eiusque ampliationē, vt speciale paupertatis fauore deducamus, decerpimus: Vt nempè etiam à legi-
13 tima † matrem excludat; quam tradit *num. 14.* ex sententia *Bart. in d. l. 2. D. de vulg. num. 31. & ibid. Rip. num. 44. Alciat. 55. & Socin. Iun. nu. 67. Alberic. in rubric. eiusdem tit. num. 46 Deci. in d. leg. Precibus num 9 & Rimin. Iun. num 90. Couar. in cap. Cum esses, num. 12. de testament. & in d. cap. Raynuntius, §. 4. nu. 6. Peregrin. d. conf. 32. num. 14. & seqq. & conf. 68. num. 7. lib. 2. Surd. conf. 212, nu. 1. Menoch. conf. 362. num. 30. Cephal. conf. 672. num. 12. & conf. 291. nu 8. Mantic. de coniectur vltim volunt. lib 5. titul. 11. num 14. 15. & 17. Alexand. Trentacin. de substit. par. 2. capit. 16. Fachin. controuers. lib 4. cap. 42.* aliorumque multorum, quas latè recenset.

Ampliationem, conclusionemque hanc
14 ampliat etiam in foro conscientiæ, † vt nec in eo matri legitima debeatur, allegat *Socin. Sen in d l. 2. D de vulg. num. 20. & ibid. Rip. num. 45. Curt. Iun. in d. l. Precibus, num. 14. & Rimin. Iun. num. 147. Cost. in d. cap. Si pater, par. 2. in verb Superstite, num. 9. Crot. in cap. 2. de constit. in 6. in 1. notab. & ibid. Gomez. num. 19. Mench. in d §. 15 num. 16. & 17. versic. Contrariā*, qui longè veriorem hanc dicit, & *de succes. creat lib. 1. §. 1. numer. 25. Alexand. Trentac. in d cap. 16. numer. 5.* vbi ab hac non esse recedendum firmat, *Intrigliol. d. quæst. 91. num. 22. Fachin. d. cap. 42 vers. Controuersia etiam*, multosque alios, quibus summæ authoritatis addo *P. Molin. de iustit. & iure, tractat 2. disput. 184. num. 18.*

15 Fallit tamen si mater inops † sit, quia legitima tunc priuari non potest, *Rip. in d. l. 2 de vulg. num. 45. Lara in l. Si quis à liberis, §. Item rescriptum, num. 10. D. de liber. agnosc. Menoch. d. lib. 4. præsumpt. 38. num. 32. Alexand. Trentac. d. capit. 16. in fin. Intrigliol. d. quæst. 91. in fin. Hieronym. Ceual. commun contra commun. quæst. 70. num. 7. Vincent. Fusar. d. quæst. 156. num. 2. P. Molin. d. loco, Thesaur. decis. Pedemont. 200. num. 2. Vincent. Carot. singul. 355. in fin.*

Item legatum consanguineis pauperi-
16 bus † factum, potiùs ex pia causa, pietatisque ratione, quàm sanguinis factum præsumitur, vt elegantissimè per multa iura, fundamenta, & rationes, contrariis respondendo, tradit *Ias. conf. 183. per tot. ex vers Sed præmissis non obstantibus.* Etsi contrarium teneant multi relati à *Tiraq. de pia caus. in præfat. numero 16.* qui tamen num. seq. in priorem inclinat, alios etiam referendo, dictam primam quoque tenent sententiam *Iacob. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 115. nu. 9. Steph. Grat. discept. Forens. tom. 4. c. 605. n. 28. Camillo Borello*, aliisque relatis nouissimè *Ioseph. Ramoni conf. 95. nu. 129.* eamque defendit *Doctor Marta in sum. successionis legalis, 4. par. quæst. 18. art. 4.*

num.

*num.14.vers.Cõtrariam opinionem, nu.* 15.16.& 31. Vnde infert, tale legatum vt pium deberi, etiamsi omnes iuris ciuilis
17 in eo solemnitates † non fuerint seruatæ, ex *Cephal.conf.216.nu.24.& seq.vol.2. Mantic.de coniectur.vltim.volunt.lib.6. tit.3.num.14.& Euerar.à libertate ad piam causam,in fin.* Cum legata ad pias
18 causas in minus solemni † testamento relicta, etsi alia non teneant; ipsa tamen valeãt, vt (*Anan.Imol.Couar.& Vazq* relatis) tradit, quod in cæteris aliis miserabilibus personis (quas sigillatim recensẽt *nu.* 13. retulimusque *Nos in præfat. primæ partis num.7.& seqq.*) procedere firmat,
19 eisque legatum factum † ad pias causas factum censeri, ex *Menoch de præsumpt. lib.4.præsumpt.115 num.10.* post *Specul. Bald Aretin.Tiraq.* & alios ibi adductos, & diximus *in prima part.* Qui tamen *Marta* pro huius regulæ declaratione
20 hæc *num.19* ibid. adiicit. *Intellige † hanc declarationem, vt legata facta miserabilibus personis, dicantur pia, quando concernunt actum pietatis: nam relictum pecuniarum factum mercatori diuiti, non est ad pias causas: quoniam ille non est constitutus in necessitate: sed si relinquitur aliquid in auxilium mercatorum, & aliorum aduenarum, qui solent in ciuitatibus alienis grauari, & legatum concerneret exonerationem illorum grauaminum, diceretur ad pias causas. Item si quid relinquatur meretricibus pro illis subleuandis, & ad pœnitentiam reducendis, est ad pias causas, ita vt personis miserabilibus legata facta. Aliquãdo dicũtur pia respectu ipsarum personarum: aliquando dicuntur pia intuitu causæ piæ propter quã illi relinquitur; licèt omnes prædicti miserabiles gaudeant priuilegio l. vnic. C. quando Imperat. inter.pupil. & vid. & earum causæ sint mixti fori, vt latiùs scripsi in tract. de iurisd. par.2.cap.21.*

Præterea licèt quælibet dispositio de
21 prima † tantùm vice intelligatur, iuxta *legem Boues, 89. §. Hoc sermone, D. de verbor signific.* & plenè tradita à *Nobis 1.par.quæst.16.*

22 Miserabilium tamen personarum † fauore prima non extinguitur vice, legatumque eis relictum annum præsumi; dixit (ex sententia *Franciſc. Viui. decis.87. lib.1.* quod tamen apud eum non inueni) *Ioann. Aloys. Ricci. decis.126. Curiæ Archiepisc. Neapol. num.4.* in casu fauorabili annum legatum præsumi, nec vnica præstatione finiri firmans ex *l. Legatum*, & *ibi Bart. D de annu.legat. & Cuman. in l. Eum qui Kalendis, D. de verb.oblig.*

## VTRVM IN DELIctis ab eorum pœna & infamia aliàs incurrenda, excuset paupertas?

## *SVMMARIVM.*

1 Paupertas non excusat à peccato, nota, ac pœna mulierem, quæ eius obtentu adulterium commisit, turpemvè se prostituendo vitam elegit.

2 Paupertas non excusat simoniacos ab infamia, & aliis pœnis contra eos iure statutis. Contrà num.106. & seq.

3 Nec vsurarios.
Vsura similis est simoniæ, & de vno ad aliud valet argumentum, ibid.

4 Vsurarum crimen infamiam irrogat.

5 Omni iure prohibitum est.
Fœnoris nomen extra naturam est, ibidem.

6 Vsurarum exactio nec pro captiuorum redemptione permittitur, & nu. seqq.

7 Nec pro cultu Diuino.

8 Diuino cultui destinata ob captiuorum redemptionem vendi possunt.

9 Nec pro alendis pauperibus, pupillis, viduis, vel quibusuis aliis miserabilibus personis, quatiusvè causa pia vsura committenda est.

10 Non sunt facienda mala vt bona eueniant.

11 Pietatis prætextu impietas committenda non est.

12 Nec ob propriam paupertatem leuandam vsura committenda est.

13 Quod quis in alios facere prohibetur, in se ipso non debet iudicare concessum.

14 Nulla ratione, nec etiam vitæ conseruandæ, fas est peccare, potiùsque mala omnia debet quis pati, quàm peccato consentire.

15 Qui non habet in ære, luat in corpo-

re. Limita vt num. 118. Intellige vt nu. 119.

16 Paupertas regulariter in delictis non excuſat. Contrà num. ſeqq.

18 Fur eſt infamis, & aliis grauiſsimis pœnis punitur, & num. 20. remiſsiuè.

19 Furtum eſt grauiſsimum delictum, omni iure prohibitum.

21 Qui paupertatis leuandæ cauſa furtum committit, excuſatur, tamque à peccato, quàm ab infamia, & aliis pœnis immunis eſt.

22 Amplia etiam in graui neceſsitate, vt ibi.

23 Periurus multas patitur pœnas; inter quas infamiam, & num. 24.

25 Et ipſo iure infamiam incurrit.

26 Periurium teterrimũ eſt nefas, omni iure prohibitum.

27 Qui ob paupertatem promiſſa cum iuramento non adimplet, à periurio immunis eſt.
Impedimentum, difficultas, impoſsibilitas, ſeu neceſsitas qualiter à periurio excuſent? ibid. remiſsiuè. Et quid ſi iurans difficultatem ſeu impotentiam promiſſum adimplendi prouidit? ibid.

28 Apoſtata Ordinis, ſeu Religionis grauiſsimè apoſtatando peccat, infamiam & alias pœnas incurrit.

29 Filius vt parẽtum paupertati ſubueniat, Religionem deſerere poteſt.

30 Et an abſque Superioris licentia, vel eo renitente, habituque dimiſſo? Et quæ ad id deſideretur paupertas? remiſsiuè. Et quid de parentibus quoad filios? & de fratribus quoad ſorores, vel fratres? num. 31.

32 Alearios, ſiue domum ludi tenentes grauibus afficiunt iura pœnis.
Ludi domus quæ mala afferant? ibid.

33 Domus ludi publicatur. Limitatur in paupere, num. 34.

35 Domum ludi tenens etiam pauper hodie lege Regia punitur, & qualiter?

36 Liberum hominem vendere, pignorare, vel alienare, teterrimum eſt nefas, grauibus pœnis contra parentes etiam vindicatum.

37 Propter paupertatem filios diſtrahere parentibus licet.

38 Dies feſti ſanctè ac deuotè ſunt tractandi, in eiſque corporalis labor prohibetur.

39 Paupertas in Dominicis etiam diebus laborantem excuſat. Ampliatur, nu-

mero 40. Intellige vt num. 41.

42 Iudiciorum ſtrepitus diebus feſtiuis conquieſcere debet, liteſque & iurgia ceſſare.

43 Cauſæ pauperum, & miſerabilium perſonarum etiam diebus feſtis agitari poterunt.

44 Depoſitarius in proprios vſus re depoſita vtens, furtum committit.

45 Limitatur in paupere.

46 Iuſſus illius qui imperare poteſt, ab infamia, & pœna excuſat eũ, qui actum facit, per quem ſi iuſſus non foret, eam incurreret.

47 Limita in atrociſsimis delictis.

48 Paupertatis potens imperium, omnibuſque dominatur.

49 Nil turpe quod vi, aut neceſsitate fit, ex quorundam ſententia; & inculpabile eſt iudicium, quod neceſsitas intulit.

50 Neceſsitas facit licitum, quod in lege licitum non erat.

51 Et legi non ſubiacet.

52 Paupertas neceſsitatis ſpecies eſt.

53 Multa non niſi pro peccato, delictoque imponitur.

54 Paupertas à multa, eiuſque condemnatione, ac ſolutione liberat.

55 Multa ob paupertatem ſemel remiſſa licèt melior fortuna ſuperueniat, ampliùs non exigitur.

56 Iudex an ob paupertatem præciſè multam teneatur remittere? vel in eius reſideat poteſtate?

57 Mercaturæ exercitium exoſum eſt, & vix ſine peccato exercetur: Niſi paupertatis ratione vt ibi. Et an etiam Clericus mercaturam, Tabellionis, Notarii, Procuratoris, vel Aduocati officium exercens paupertatis ratione excuſetur? ibid. remiſsiuè.

58 Lenocinii crimẽ grauiſsimum eſt, & multa de eius atrocitate & pœnis, remiſsiuè.
Grauius eſt adulterio, ibid.

59 Infamiæ notam ipſo iure ingerit.

60 In Regno Neapolitano ſola magna Curia Vicariæ de eo cognoſcit.

61 Deteſtabilius eſt, quod parentes in filias committunt.

62 Parentes lenocinium in filias committentes vt paupertati ſuæ ſubueniant, an excuſentur? & num. ſeqq.

63 Meretricari, aut adulterium committere ob paupertatem non licet.

64 Le-

64 Lenocinium facere, non minus eſt, quàm corporis quæſtum exercere.

65 Intellectus ad text. in *l. Palam, 43. §. Non eſt ignoſcendum, D. de ritu nupti.* & num. ſeqq.

Paupertas, & neceſsitas an differant? & in quo? ibid. d. num. 65.

67 Nulla neceſsitas etiam extrema peccatum mortale excuſat.

68 Adulterium, iniuſtavè copula nulla cauſa iuſtificari poteſt.

69 Furari non dicitur, qui in extrema neceſsitate rem alienam aufert.

70 Neceſsitatis tempore omnia ſunt communia.

71 Commune quod eſt, meum eſt.

72 Fornicatio à furto in quibus differat.

73 Argumentum à contrario ſenſu non procedit vbi abſonus reſultat intellectus, vel peccatum.

74 Diſpoſitio peccati nutritiua non valet.

76 A pœna peccati iure ſtatuta ex aliqua circunſtantia, non tamen à peccato ipſo quem liberari ſæpè accidit, & num. ſeqq.

77 Corporalis iniuria non etiam magna grauis eſt, & qualibet pecuniaria maior.

78 Corporalis iniuria atrox dicitur.

79 Quælibet percuſsio manu, flagello, aut quouis inſtrumento in non ſubditum, de ſe peccatum mortale eſt, niſi facti modicitas excuſet.

80 Iniuriam inferens iuſſu eius cui imperandi poteſtas eſt, à pœna legis excuſatur, non tamen à peccato.

81 In illicitis Superiori obediendum non eſt. Ampliatur num. 82. & 83.

84 Per obedientiam malum fieri non debet, licèt aliquando bonum, quod agitur debeat intermitti.

85 Nullus metus amiſsionis bonorum, nec etiam vitę à peccato mortali excuſat.

86 Offendens, vulnerans, vel occidens alium propter Superioris, vel tyranni minantis mortem metum, in foro exteriori excuſatur.

87 Lenocinii crimen quoad forum exterius paupertate excuſatur, licèt non quoad interius. Ampliatur num. ſeq.

89 Adulterium nulla neceſsitas nec in foro exteriori excuſat.

90 Diuerſitatis ratio inter hunc, ſuperioreſque lenocinii, & ſimplicis fornicationis caſum, & tribus numer. ſeqq.

91 Qui volentem nec importunis precibus coactam virginem ſtupraui, à pœna *cap. 1. de adulter.* liberatur.

92 Vxor ſui poteſtatem non habet, ſed maritus.

93 Minùs agit lex, quàm homo.

95 Fornicatio ſimplex, aut concubinatus de iure ciuili nec prohibitus, nec punibilis erat.

97 Lex debet intelligi ſecundùm titulum ſub quo iacet.

98 In nuptiis contrahendis, non ſolùm quod licet, ſed quod honeſtum eſt inſpicitur.

De iure ciuili quibus cum perſonis matrimonium contrahere fas non erat? ibid.

99 Pœna non niſi in caſibus à iure expreſsis irrogatur.

100 Nec ad alios debet extendi.

101 Nec ex ſimilitudine rationis.

102 De Amoris vi, eiuſque excuſatione multa, remiſsiuè.

103 Mulier quæ amore capta ſui copiã fecit, à pœna excuſatur, nec meretrix, infamis, aut turpis dicitur perſona.

104 Et ea inſtituta non poteſt frater fratris teſtamentum inofficioſum tanquã turpi inſtituta perſona, dicere.

Intellectus ad *text. in l. Fratres, 27. C. de inofficioſ. teſtam.* & in *§. Soror, inſtitut. eod.* ibid.

105 Neceſsitas non minus imperium, quàm Amor habet, ſed potẽtius, & nu. ſequentib.

106 Simonia an & qualiter paupertate excuſetur? Qualiterq; incurratur?

Simoniæ definitio, ibid.

107 Miniſtro Eccleſiaſtico pauperi an liceat aliquid temporale pro ſpirituali, vel ſub ſpiritualis rei obligatione recipere, exigere, vel licitè detur? & nu. ſeqq. Et an ſuper eo paciſci? num. 112.

109 Prophetas bonos modica munera pro prophetia victus cauſa accepiſſe, in veteri teſtamento legitur.

110 Sacerdos qui ex beneficii fructibus commodè ſe alere non poteſt, abſque ſimoniæ labe Sacramenta, diuinaque officia, vt ſibi oblationes ſolitæ dentur, populo ſubtrahere poteſt. Intellige vt num. ſeq.

113 Intellectus ad *text. in cap. Quoniam 40. de ſimon.*

Monaſterium pauper an pro ingreſſu mona-

monachi aliquid abſque ſimoniæ labe exigere, aut ſuper hoc paciſci cum ingrediente poſſit? ibid.

114 Et quid in Monaſterio diuite? Intellectus ad *text. in extrauag. 1. de ſimon.* ibid.

115 Intellectus ad *tex. in c. vnic. §. Sane, de ſtatu regul. lib 6.* remiſsiuè. Et ad *Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap 3. de reformat. regul.* ibid. remiſsiuè.

116 Pauper non dicitur, qui pecunias ad vſuras credere valet.

117 Pauper creditur, qui mutuum ſub vſuris accipit, & ex eo paupertas probatur.

121 Paupertas in quam quis ſua culpa incidit, ad caſum non ordinata in præſenti ſpecie excuſat.

# QVÆST. LXV.

NEgatiuam partem in propoſita quæſtione plura iura, authoritates, & rationes probant. Primò enim à peccato, labe, nota, ac pœna paupertatem non excuſare mulierem, † quæ eius obtentu adulterium commiſit, turpemvè ſe proſtituendo, vitam elegit, decidit celebris *text. in l. Palam, 42. § Non eſt ignoſcendum* (vbi notat *glo. verb. Elegit, Alberic. num. 3. & Fulgoſ. in princip.*) *D. de ritu nuptiar.* text. & ibi notatur in *cap. Ex literis, 5. extra de diuort glo. 1. in cap. Significaſti, 4. eod. tit. Bald. in l. Acceptũ, num. 61. C. de vſur.* 1

Secundò, nec ſimoniaca labe, & infamia † (qua ius ſimoniacos afficit, *cap. 1. diſt. 9. c. fin. 1. quæſt. 3. cap. Sane, 4. in ord. 15. quæſt. 2. cap. Ex diligenti, 17. & ibi glo. verb. Infamia, de ſimon.*) exulat, neque aliis pœnis contra eos ſtatutis (*capit. Si quis Epiſcopus, cap. Presbyterum, cap. Reperiuntur, 1. quæſt 1.* cum aliis ibi, *cap. Patet, 27. in ord. 1. quæſt. 7. capit. Inquiſitionis, 21. de accuſat.*) à ſimoniæque vitio liberabit paupertas, *text.* eſt (& *ibi glo. 1. Abb.* & cæteri) in *cap. Quoniam, 40. de ſimon.* docentque *Speculat. in tit. de ſimon. num. 7. Vital. de Camban. in tractat. de clauſul. tit. de metu matrimon. n. 15. Guil. Rodoan. in tractat. de ſimon. ment. par. 2. cap. 29. num. 17. & ſeqq.* 2

Ex quo & tertiò, idem in vſurarum † crimine dicendum venit, cum ſimoniæ ſimilis ſit, de vnoque ad aliud valeat argumentum; vt notant *Hoſtienſ. in ſumm. de ſimon. num. 6. verſ. Item comparatur, Auguſtin. Beroi. conſ. 207 num. 14. lib. 3. Tiber. Decian. tractat. crimin. lib. 5. cap. 8. num. 3.* Ideoque neque infamiam, † quã irrogat (*l. Improbum fœnus, 20. C. ex quibus cauſ. infam. irrog. capit. Infames §. Porro, 3. quæſt. 7. cap. Infamis, 6. quæſt. 1. l. 4. tit. 6. par. 7. verſ. E otroſi ſon enfamados los vſurarios, l. 5. circa fin. tit. 6. lib. 8. nouæ Reg. Collect.*) tollere, aliaſque pœnas tanto nefas relatis iuribus, & aliis digniſsimè impoſitas paupertatis prætextus poterit. Quippè quod omni iure, † Diuino, Naturali & Poſitiuo prohibitum ſit, vt tradunt (poſt alios) *Farinac. deciſ. 2. num. 1. lib. 2. Surd. conſ. 459. numero 1. Caualcan. deciſ. 1. num. 4. part. 2.* multis adductis *P. Salas in tract. de vſur. dub. 3. Marquard. de Suſan. in tract. de Iudæis, & aliis infidelib. cap. 11. n. 2. Couar. variar. lib. 3. cap. 1. num. 5. & ſeq.* Extra naturamque vſurarum, fœnorisvè nomen eſſe; teſtatur *Senec. de benefic. lib. 7. capit. 10.* vbi hæc: *Quid fœnus & Kalẽdarium, & vſura? niſi humanæ cupiditatis extra naturam quæſita nomina.* 3

Ideoque nec pro captiuorum redemptione † vſurarum exactio permittitur: *text. in cap. Super eo, 4. de vſur. Ioann. à Capiſtrano de vſur. 1. par ſecundæ partis principalis, num. 2. Oſaſc. deciſ. Pedemon. 137. num. 19. verſ. Præterea ſi pro vita captiui, Fabian. Genuenſ. de cambiis, nu. 33. Petr. de Barſio in director. electionum, cap. 33. num. 6.* vbi etiam, quòd nec pro cultu † Diuino vſura committenda eſt, cum neque pro redemptione captiuorũ (ob quam Diuino cultui deſtinata † vendi poſſunt *cap. Aurum habet Eccleſia, 12. quæſt. 2. & gloſ. in ſumm. ead. cauſa, & q.*) committi debeat, nec poſsit. 4 5 6 7 8

Nec pro alendis pauperibus, † pupillis, viduis, vel quibuſuis aliis miſerabilibus perſonis, quauiſue cauſa pia. *Fabian. Genuenſ. d. tractat. num. 32. verſ. Etſi quis piam diceret.* 9

Non enim ſunt facienda mala, † vt eueniant bona, ex ſententia *Pauli ad Roman. 3. & in cap. Forte, 14. quæſt. 5.* Nec pietatis prætextu † impietas committenda eſt *cap. Non eſt putanda, 1. quæſt. 1. cap. 2. & cap. Neque, 14. quæſt. 5. cap. Nõ dicat, 23. quæſt. 5.* 10 11

Quare nec ob propriam † paupertatem 12

tem, vel neceſsitatem leuãdam: cùm quod quis in alios facere prohibetur, in ſe ipſo
13 † non debeat iudicare conceſſum, vt argum. *l. Athletas, 4. §. Pomponius, D. de his qui not. infam.* notant *Bald. & Aret.* quos refert, & ſequitur *Cornel. Beninc. de paupert. ſpelial. 9. in iudic. num. 31.* Nullaque ratione, nec etiam vitæ conſeruandæ, fas
14 ſit peccare, † potiùſque famem, mortẽ, ac mala omnia debeat quis pati, quã peccato conſentire, *cap. Sicut ſanctius, 32. q. 2. cap. Lotharius, 31. q. 3. cap. Sacris, 5 de his quæ vi metusve cauſ. fiũt, l. Iſti quidẽ, 8. §. penult. D. quod met. cauſ.* multa in id *Scacc. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. amplia. 19. num. 67. ver. Secunda ſpecies, & ſeqq.* vtque Senec. epiſt. 77. ait: *Omnia pro honeſto patienda ſunt.* & declamat. lib. 6. declamat. 7. pro filio contra patrem, inquit: *Mori potiùs debuit frater, quàm ſanari turpiter.* & ibi: *Quædam remedia grauiora ipſis periculis ſunt.* & de ira lib. 1. *Abominandum remedii genus eſt, ſanitatem debere morbo.* alter quoque Senec. in tragœd. de Iaſone, & Medea, actu 3.

*Remedia toties inuenit nobis Deus*
*Periculis peiora.*

Et in Odipſo, actu 3.

*Vbi turpis eſt medicina, ſanari piget.*

Fuitque Zenonis ſentẽtia, Pro vita tuenda, ab honeſto non recedendum, cuius fecit mentionem Iuuenalis, Satyr. 15.

*Melius nos*
*Zenonis præcepta monent; nec enim*
*omnia, quædam*
*Pro vita facienda putat.*

Et *Marci. Fab. Quintil.* declamat. 8. vbi ſic: *Non intereſt an ſuperſit remedium, quod tentare non debeas, & vbi tantundẽ periculi ſperes; quantum deſperatio habet. Melior exitus eſt, qui facit miſeros innocentes.*

Vtque alia omittamus, hanc negatiuam partẽ vulgare firmat axioma, Qui in ære
15 non habet, † in corpore luat; de quo in *l. fin. D. de in ius voca. in l. Si quis id, 7. §. In ſeruos autem, D. de iuriſd. omni. iudic. in l. 1. §. fin. D. de pœn. in l. Obſcœnus, 51. D. de adminiſtr. tut. in l. Qui ædes 9. D. de incend. ruin. naufr. in l. Quicumque, 4. D. de ſeru. fug. & in l. fin. in fin. C. de ſepulcr. violat.*

Generaliter denique paupertatem re-
16 gulariter in delictis † non excuſare aſſeruere, obſeruaruntque *Cornel. Beninc. de paupert. q. 4. princip. n. 3. Surd. de alim. tit. 7. q. 16. nu. 43. & ſeqq. Farin. de delict. carn. q. 141. nu. 6. & q. 142. nu. 15. Franc. Viui. deciſ. 141. n. 50. lib. 2. Ioan. Baptiſt. Baiard. ad Iul. Clar. in §. Adulterium, n. 76. & 77.* pleniſsimè *Petr. Royz. Maur. deciſ. Lituanic. 3. n. 241.* cũ pluribus ſeqq. *Hieron. Buccar. de different. inter iudic. ciuil & crimi. diff. r. 100. nu. 20. & ſeqq.*

17 Contraria tamen † (ſuperioribus non obſtantibus) tenenda regulariter videtur ſententia. In delictis nempè intuitu ſaltẽ, & occaſione paupertatis commiſsis, ab infamia & pœna aliàs incurrenda egeſtatem liberare, niſi nominatim, & expreſsè pauperibus etiam infligatur: firmaturq; ſeqq.

18 Primò, quia fur † eſt infamis, *cap. Infames, 6. q. 1. c. Hic colligitur, 2. q. 3. l. 1. D. de his qui not. infam. l. Si furti, 5. vbi gloſ. & Doct. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. Non poterit, 63. D. de furt.* cuius verba ſunt: *Non poterit Præſes prouinciæ efficere, vt furti damnatum non ſequatur infamia. Angel. de maliſic. verb. Veſtem cœleſtem, n. 40. & ibi Auguſt. in eius addit. Petr. Gregor. ſyntagm. iur. lib. 73 capit. 2. rubr. de pœna extraordinaria furti, nu. 2. & 23. verſ. Erit tamen, Cancer. in quæſt. crimin. cap. 8. rubr. de furt. nu. 9. verſ. Vlterius pœna latronum, & furum* alios referens *Farin. de furt. q. 167. num. 10.*

19 Eſt enim grauiſsimum delictum † iure Diuino, Naturali, & Poſitiuo prohibitũ, vt latè comprobat idem ipſe *Farina.* (vt alios prætream) *q. 165. num. 1. & ſeqq.* Grauiſsimæque contra furem aliæ ſunt
20 conſtitutæ † pœnæ, de quibus per proximè relatos, præcipuè *Farinac. d. quæſt. 167. per tot.*

Certum tamen eſt, eum qui paupertatis, miſeriæque ſuæ leuandæ cauſa † furtum committit (ſi furtum nominari tunc poteſt) excuſari, tamque à peccato, quàm
21 ab infamia, aliiſque pœnis immunem eſſe: ex *text. in cap. Si quis propter, 3. de furt. cap. Sicut, 77. diſt. & cap. Diſcipulos, de conſecrat. diſt. 5. Hoſtienſ. in ſumm. de fur. §. 1. verb. In caſu tamen non teneor,* quem refert, & ſequitur *Addit. Abbatis in d. c. Si quis propter, nu. 1. lit. B. Corn. Beninc. de paupert. ſpecial. 9. in iudic. num. 20. & ſeqq. Couar. in cap. Peccatum, 2. p. §. 1. n. 3. verſ. Hinc verò, Hieron. Buccar. d. tract. de different. inter iudic. ciuil. & crimin. different. 100. num. 23.*

22 Nec modò in extrema, † ſed in graui neceſsitate conſtitutum poſſe rem alienã

abſque mortali peccato accipere, ſi aliter graue illud malum auertere nequeat, *ex Angel. in verb. Furtum*, §. 37 *Sylueſt. eod. verb. q.* 5. *Nauar. c.* 17. *q.* 15. *Ioan. à Medin. in Codic. de elecmoſy. q.* 7. & aliis, probabiliorem dicit *P. Leonar. Leſ. de iuſt. & iur. li.* 2 *c.* 12. *dub.* 12. *n.* 17. *ver. Reſpõdetur.*

Secundò, inter alias pœnas, quas periu-
23 rus patitur (de quibus † per Doct. in *l. Si quis maior, C. de tranſact. Rip. in cap. Ex parte, n.* 5 *& ſeq.* extra *de reſcript. Areti. in* §. *Itẽ ſi quis, el* 2. *n.* 14. *inſti. de act. Ioan. à Selua de iur. iur. q. vlt. Card. Tuſch. practic. concluſ. lit. P. concl.* 289. *per tot.* proſequitur latiſsimè *Farin. de falſit. &* ſi-
24 *mulat. q.* 160. *à n.* 28. *cum ſeqq.*) infamia † quoq; notatur; *text. in d. l. Si quis maior,* 4. *C. de tranſact. vbi gloſ. verb. Infamia, Odofred. n.* 1. *Bald. n.* 3. *in fin. Angel. n.* 4. *Caſtrenſ.* 6. *Salyic.* 6. *in fin. Iaſ.* 21. *& ibi eius Addit. Franc. Curt. nu.* 34. *Bolognet.* 62. *&* 63. *text. in c. Infames, & in c. Quicunque,* 6. *q.* 1. *c. Ex parte A.* 7. *c. Sicut,* 9. *c. Teſtimonium,* 54. *de teſtib. c. Si quis conuictus,* 12. *q.* 5. *gloſ. in c. Querelam, verbo, Periurii, de iur. iur. & ibid. Hoſtienſ. ante nu.* 1. *verb. Crimine periurii, Bald. nu.* 3. *Ant. de Butr. n* 5. *Zabarel. n.* 1. *in fin. verſ. In gloſ.* 2. *Vincent. Mancin. in tractat. de iuram. p.* 1. *effectu* 1. *num.* 1. cum pluribus aliis, quos refert, & ſequitur *Farina. d. q.* 160. *n.* 147. vbi plenè de materia, n. ſeqq. *Cardin. Tuſch. d. concluſ.* 289. *nu.* 1. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *caſu* 319. *n.* 3. & latiſsimè per totum caſum, *Tiber. Decian. tract. crim. lib.* 6 *cap.* 13. *num.* 11.

25 Ipſoque iure † in præſenti ſpecie incurritur infamia, vt eſt *text.* (& ibi not. *gloſ. verb. Infamia*, & communiter Doctores) *in d. l. Si quis maior, Bald. nu.* 13. *Caſtrenſ* 6. *Iaſ.* 3. *Rom.* 7. *Alciat.* 30. *verſ. Illud quoque conſtat, Franc. Curt. n.* 1. 41. *&* 45. *Cagnol. n.* 144. *verſ. Decimooctauò nota, & nu.* 145. *&* 187. *verſ. Quia tamẽ Doctores, Iul. Clar. Anto. Gabr.* & multi alii, quos adducit *Farin. d. loco, n.* 164. & de iure noſtro Regio expreſſa extat deciſio *text. in d. l.* 4. *tit.* 6. *p.* 7. ibi: *E todos aquellos que quebrantan el pleyto, ò poſtura que ouieſſen jurado de guardar.* & ibi: *Ca por qualquier deſtas razones ſobredichas, es el ome enſamado tan ſolamente por el fecho, maguer non ſea dada contra el ſentencia, porque la Ley, è el Derecho los nfama.*

26 Teterrimum eſt enim periurium † ne fas, iure Diuino, Naturali, & Poſitiuo prohibitum, vt latè poſt alios demonſtrat *Tib. Dec. tract. crim. d. lib.* 6. *c.* 9. *n.* 6. *& c.* 13. *num.* 1. & de eius atrocitate, & grauitate, multa *Far. d. q.* 160. *à n.* 6. *cũ ſeqq.*

Adhùc tamen à periurio, eiuſque pœ-
27 na qui ob paupertatem † promiſſa cum iuramento non adimpleuit, immunis exiſtit, *Bald. in c. Querelam, nu.* 4. *de iur. iur. Hoſtienſ. n.* 1. *in fin. verb. Nõ neceſsitate, Alex. de Neu. n.* 3. *Hieron. Grat. reſponſ.* 121. *nu.* 4. *lib.* 1. *Afflict. deciſ.* 163. *n* 3. *in fin. Ant. Gabr. commun. concl tit. de iure iurand. concl.* 7. *nu.* 11. *Tiber. Decian. d. lib.* 6. *c.* 11. *nu.* 17. *& ſeq.* vbi communem dicit, *deciſ. Pedemont.* 92. *nu.* 35. *Seraph. de priuileg. iuram priuileg.* 74. *num.* 142. *Farin. d. q.* 160. *nu.* 130. apud quem latiſsimè ex *nu.* 120. qualiter impedimentum, difficultas, impoſsibilitas, ſeu neceſsitas à periurio excuſet? Præfatã quoq; ſententiã tenẽt *Franc. Vini. deciſ.* 38. *n.* 3. *& dec.* 268. *nu.* 1. *&* 2. *Sebaſt. de Medic. de caſib. fortuit.* 2. *p. q.* 4. *nu.* 36. *Fului. Pacian. de probat. lib.* 1. *c.* 54. *nu.* 68. *Didac. Perez in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 8. *Ordinam. Reg. verſ. Ex quo infertur, Didac. Couar. in c. Quamuis pactum, de pact. in* 6. *p.* 2. §. 5. *num.* 4. vbi nec periurum eum eſſe, qui futura difficultate vel impotentia promiſſum adimplendi præuiſa, iuramento ſe ad implementum adſtrinxit, aliquidvè ſe facturũ iurauit; licèt iuramentum ſic præſtitum temerariũ ſit. Vtrumq; (eum ſequutus) tenet *Oſuald. Hilliger. in Donel. enucleat. lib.* 22. *cap.* 9. *lit. L. pag.* 271. *col.* 2. *ad fin. verſ. Quin nec periurus.*

28 Tertiò, apoſtata Ordinis, † ſeu Religionis grauiſsimè apoſtatãdo peccat, infamiã, aliaſq; diuerſas pœnas patitur, de quibus in *c. Tuæ,* 3. *de apoſta. c. Alieni,* 23. *in ord.* 2. *q.* 7. *c. Legi,* 36. *in ord.* 16. *q.* 1. *cap. Beatus,* 3. *q.* 4. *c. vlt.* 50. *diſt.* & per *Bern. Diaz in pract. crim. Can. c.* 111. *Tib. Dec. tract. crimin. lib.* 5. *c.* 73. *per tot. Maſc. de prob. lib.* 1. *concl.* 112. *n.* 17. *& ſeq.* elegãter *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 6. *caſu* 546. *à n.* 30. *cum ſeqq. Farin. de hæreſ. q.* 183. *n.* 43 *& à n.* 107. cũ pluribus ſeqq. *Camil. Borrel. in ſum. deciſ.* 2. *par. tit.* 15. *num.* 139. *&* 142. *cum duobus ſeqq.*

Ab huiuſmodi tamen apoſtaſiæ crimi-
29 ne, eiuſq; pœnis etiã patris, † vel matris excuſat paupertas: vt enim eis ſubueniat, poſſe filium de Superioris licentia Religionem deſerere, tradũt *D. Thom.* 2. 2. *q.*

101. *art.* 4. quem omnes Doctores sequũtur, *Nauar.* ita atteſtante, *conſ.* 65. *num.* 1. *tit. de regularib. lib.* 3. & *conſ.* 1. *nu.* 8. *tit. de apoſtatis, lib.* 5. *Mencch. d. caſu* 545. *nu.* 41. *Farin. d. q.* 173. *nu.* 95. & plenius *Nos in prima huius tractat. parte, q.* 11 *à num.* 15. *cum ſeqq.* vbi etiam, an & quãdo
30 abſque Superioris licentia, † imò & Superiore renitente, & contradicente, habituque dimiſſo ad id Religionem deſerere filio liceat? quęvè ad id deſideretur paupertas? *à nu.* 26. *cum ſeqq.* Et de parentibus † quoad filios, & de fratribus quoad
31 ſorores, vel fratres, latè egimus *ibidem à num.* 34. *cum ſeqq.*

Quartò, alearios, ſiue ludi domum retinentes † grauibus afficiunt iura pœnis,
32 de quibus in *l.* 1. *D. de aleator. & in l.* 1. *& fin. C. eod. titul.* ſecundum *Gothofredi* impreſsionem, aliàs *l. fin. C. de religioſ. & ſumpt. funer.* & de iure Regio in *l.* 6. *tit.* 14. *p.* 7. *& l.* 4. *& 7. tit.* 10. *lib.* 8. *Ordina. Reg. l.* 3. 5. *& 6. tit.* 7. *lib.* 8. *nouæ Reg. Collect.* eaſquè latiſsimè proſequuntur (vt alios ab ipſis relatos omittamus) *Farina. praxis crimin.* 3. *p. q.* 109. *ex n.* 137. *ad nu.* 172. *Camil Borrel. de Magiſtrat. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 40. *& ſeqq. Philip. Paſchal. de virib. patr. poteſt. p.* 1. *c.* 6. *nu.* 9. *& ſeqq.* Vnam namque ludi domum multarum euerſionem, Reipublicæ perniciem, latronũ ſpeluncam, peccatorumque nutrimentum eſſe, relata iura demonſtrant. Sua quoque tempora (noſtris coæqualia) malaque ex ludorum domibus prouenientia deplorans Iuuenal. Satyr. 1. ait:

*Et quando vberior vitiorum copia? quando*
*Maior auaritiæ patuit ſinus? Alea quando*
*Hos animos? Nec enim loculis comitantibus itur*
*Ad caſum tabulæ, poſita ſed luditur arca.*
*Prælia quanta illic diſpenſatore videbis*
*Armigero: Simplex ne furor ſeſtertia centum*
*Perdere? & horrenti tunicam non reddere ſeruo?*

Ideoque inter alias, præcipua domus pu-
33 blicationis † pœna ab Imperatore Iuſtiniano contra alearium, ſiue domum ludi tenentem cõſtituta eſt, in *d. l. fin. C. de religioſ. & ſumpt. funer. in verſ. Sed iſtam,* ibi: *Domibus eorum publicatis, vbi hæc reperiuntur.* notant *Sylueſt. in ſumm. verb. Ludus, n.* 9. *in princ. Bonifac. Vitalin. in tract. de ludo azard. n.* 3. 13. *& 14. Ioan. Bonifa. in tract. de furt. num.* 86. *Farina.* (alios referens) *d. q.* 109 *nu.* 149. vbi dupliciter amplint *num.* 150. *&* 152. *Camil. Borrel. ſup. num.* 43.

34 A qua tamẽ excuſandum pauperem, † qui vt paupertati, indigẽtięq; ſuæ ſuccurrat, domum ludi tenet, piè cenſent *Angel. de malefic. verb. Metidor de mali dati, n.* 5. *& ibi Auguſt. eius addit. nu.* 10. *Iodoch. in pract. crimin. c.* 126. *nu.* 8. *Conrad. in practi. tit. de luſorib. poſt n* 5. quos refert, & ſequitur *Farinac. dict. loco, numero* 172.

Licèt hodie mitiori alia pœna etiã pau-
35 perem † feriat *à Regia lex* 3. *tit.* 7. *lib.* 8. *nouæ Reg. Collect.* ibi: *Qualquiera que en ſu caſa tuuiere tablero para jugar dados, ò naypes, caygа en pena de cinco mil marauedis por cada vez: y ſino tuuiere de que pagar, eſté cien dias en cadena.*

36 Quintò, liberum hominem vendere, † pignorare, vel alienare, teterrimum ne fas eſt, grauibus pœnis à iure vindicatum, quas nec parentes diſtrahentes filios euitãt: vt in prima huius tractatus parte oſtẽdimus, *quæſt.* 22. *num.* 68. *& ſeqq.*

37 Propter paupertatem † verò, neceſsitatemque id parentibus licere plenè à *nu.* 72. *cum ſeqq.* (multi pliciter id ampliando) tradidimus.

38 Sextò, licèt feſti dies ſanctè, † ac deuotè ſine tractãdi, prohibituſquè in eis ſit corporalis labor, *Exod. c.* 1. 20. *&* 35. *Leuitic.* 16. 19. *&* 23. *Deutero.* 5. *Numeror.* 28. *Ezech.* 20. *Decalog. præcept.* 3 *c.* 1. *in fin. de feri. l.* 1. *&* 3. *C. eod. tit. l.* 2. *tit.* 2. *p.* 3. *l.* 4. *tit.* 1. *lib.* 1. *nouæ Reg. Collect.* cecinitque eleganter *Tibullus lib.* 2. *Eleg.* 1.

*Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator,*
*Et graue ſuſpenſo vomere ceſſet opus.*
*Soluite vincla iugis, nunc ad præſepia debent.*
*Plena coronato ſtare boues capite.*
*Omnia ſint operata Deo, non audeat vlla*
*Lanificam penſis impoſuiſſe manum.*

Et Ouid. Metamorphoſ. lib. 4. ſtatim in princ.

*Feſtum celebrare Sacerdos,*
*Immuneſque operum famulas, dominaſque ſuorum*

Pe-

*Pectora pelle tegi, crinales ſoluere vittas,*
*Serta comis; manibus frondentes ſumere thyrſos*
*Iuſſerat.*

Quod & ex antiquiſiſsimis Romanorum legibus, rituque obſeruatum refert latèq; demonſtrant *Aymar. Riual. in hiſt. iuris Ciuil. & Pontif. lib. 2. à nu. 33. cum ſeqq.* plenè hac de re (vt multos alios agentes omittã) *P. Suar. de Religione, lib. 2. cap. 17.* cum multis ſeqq.

39 Neceſsitas tamen, ac paupertas † in diebus etiam Dominicis laborantem excuſat. *Lucæ c. 14. Matthæi 12. & Marc. 2. cap. Quod non eſt licitum, de reg. iur. c. Si nulla, 23. quæſt. vlt. cap. Licet, 3.* (& ibi not. *Abb.*) *de feri. Felin. in cap. fin. num. 7. de maior. it. & obed. Paul. Orian. in repet. l. 1. in princ. nu. 23. D. de offic. eius.* latiùs comprobat *Cornel. Benine. de paupert. q. 4. nu. 28. Camil. Borrel. in ſumm. dec. ſ. 2. p. tit. 28. de feriis, num. 67. 6. & 69. Aymar. Riual. d. num. 4. Sylueſt. in ſum. m. verb. Dominica, num 7. P. Suar. d. lib. 2. c. 32.* Vbi de excuſatione ob ſui ipſius, fa-
40 miliæque † indigentiam, ac neceſsitatẽ, proximi, publicæque proſequitur, *Iacob. de Graf. in ſuis deciſ. caſuum conſcient. c. 35. num. 3. part. 1. lib. 2.* vbi pariter *num. 31.* aduertit, nec excommunicatione aliqua ligari eum qui iuſtis cauſis diebus feſtiuis operã ſeruilia exercet, ſi lata à iudice ſit contra diebus feſtiuis laborantes excommunicatio. Quia generalis ſententia Ordinarii iuridice interpretanda eſt, vt nemo ſcilicet opus efficiat, niſi lege permiſſum.

41 Quæ tamen intelligenda ſunt, † dummodo Diuina nõ prætermittãtur officia, occultè, & ſine ſcãdalo opus fiat. Ita *Angel. de Claua. in ſumm verb. Feriæ, n. 35. Corn. Benine. vbi ſup. d. n. 28. Card. Frãc. Tolet. in ſum. cap. 25. num. 3.*

Inde fit ſimiliter, vt licèt iudiciorum
42 ſtrepitus † diebus feſtiuis ceſſare debeat, iurgiaque & lites conquieſcere, *cap. 1. & cap. Conqueſtus, 5 de feri. l. Dies feſtos, C. eod. tit. l. 2. D. ſi quis inius vocat. non ier. d. l. 2. ti. 23. p. 3. l. 34. tit 2. p. 3. l. vn. c. tit. 5. lib. 2. Fori leg. l. 10. tit. 1. lib. 2. Fori iuzg. l. 1. tit 7. lib. 3. Ordinam Reg. l. 4. ad fin. tit 9. lib. 3. nouæ Reg. Collect.* ſciẽtiſsimè, & latè hac de re *P. Suar. de Religione, d. lib. 2. cap. t. 30. per tot.* quod & protulit Ouid. Faſtor. lib. 1.

*Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur;*
*Faſtus erit per quem lege licebit agi.*

Et ibi:

*Proſpera lux oritur, linguis, animiſq; fauete;*
*Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.*
*Lite vacent aures, inſanaq; protinus abſint*
*Iurgia, differ opus liuida turba tuum.*

43 Pauperum † tamen miſerabiliumque perſonarum cauſæ feſtiuis etiam diebus poterunt agitari: *text. in d. c. fin. prope fin.* (ibi: *Niſi neceſsitas vrgeat, vel pietas ſuadeat*) *de feri.* cuius verba explicat (hãc firmando aſſertionem) *P. Suar. d. loco d. n. 18. cum ſeqq.* & probant, latèque proſequuntur *Stephan. Gratian. deciſ. 21. nu. 6. Camil. Borrel. in ſumm. deciſ. 2 par. tit. 38. numer. 70. 71. & 72. Sigiſm. Scacc. de iudic. lib. 2. capit. 5. numero 43. & ſequentib.*

Septimò, depoſitarius in proprios vſus
44 † re depoſita vtens, furtum committit, *l. Qui furtum, 16. D. de condict. furtiu. l. Si ſacculum, 29. D. depoſit. l. 3. C. eod. titul. §. Furtum autem, inſtit. de oblig. quæ ex delict. Vincent. Carot. de depoſit. cauſa 2. tit. Vſus, pag. mihi 54.*

45 Depoſitarii autem indigentia † iuſtã in hoc caſu excuſationem præbet, reque depoſita vtendi, & in proprios vſus conuertendi, quatenus neceſsitas flagitat, licentiam concedit, vt comprobat, latèque proſequitur idem ipſe *Carot. eod. tract. p. 1. excuſat. 5 tit. de neceſsitate, num. 1. & ſeqq. pag. mihi 160.*

Octauò, principalis ſententia probatur
46 ex *text.* † *in l. 1. ad fin. verſ. Quivè ſuo nomine, in l. Liberorum, 11. §. Excuſatur, in l. Qui iuſſu patris, 12. in l. Cum prægnans, 16. cum l. ſeq. D. de his qui not. infam. in l. Liber homo, la 2. 37.* in ordin. *D. ad leg. Aquil. & in l. Nõ videtur, 167. §. Qui iuſſu & in l. Is damnum dat, 169. D. de reg. iur.* Quibus iuſſus illius, qui imperare poteſt, ab infamia, & pœna excuſat eum, qui actum facit per quem ſi iuſſus non fuiſſet, eam incurreret, à qua neceſsitas parendi liberat. Pulcrè *Senec. declamat. lib. 9. declamat. 4.* vbi ita: *Patre iubente fecit, non cæcidit ipſe, ſed paruit.* & Ouid. de arte Amand. lib. 1.

*Turpe, nisi hoc matris precibus tribuisset Achilles,*
*Veste virum longa dissimulatus erat.*

47 Si atrocissima † saltem excipiamus delicta, vt in *l. Seruus* 20. *D. de obligation. & action. l. Is qui*, 11. §. *An ignoscitur*, *D. quod vi aut clam.* & firmat *Senec. controuers. lib. 7. controuers. 2. An etiam* (inquit) *si necesse ei fuit facere, non sit tamen ignoscendum. Ad quædam enim nulla debet necessitas compellere.* & ibi: *Ita tu Popili, si Antonius iussisset, patrem tuum occideres?*

Cuius autem potentius imperium? iussusque valentior, quâ paupertatis? † quæ

48 *Iubet quod vis & facere, & pati,*

teste *Horat. lib. 3. Oda 24.* Grauem enim necessitatem omnibus dominari, ei parēdum, nec Deos quidem resistere posse; ex plurium sententia tradit (qua solet elegātia, & copia) *Tiraq. de pœn. temper. caus. 33. num. 5. & 7.*

Vndè, sicut Superioris iussus propter honestatem, necessitatēq; parendi ab infamia, pœnaq; excusat: ita (& à fortiori) ipsiusmet Necessitatis indigentiæ, & inopiæ truculentius imperium, inexorabilisque potestas excusabit. Cùm & nihil

49 turpe † sit, quod vi, aut necessitate fit, ex sententia *Tarentini* cuiusdam apud *Plutarc.* referente *Ioan. Ferrar. Montan in l. Quæ propter*, *D. de regul. iur.* Senec. in Troas, actu 2.

*Nec turpe puta*
*Quidquid miseros Fortuna iubet.*

Et inculpabile sit iudiciū, quod necessitas intulit, *c. Ad limina*, 30. *q.* 1. *c.* 1. 34. *q.* 1.

50 quæ & non licitum † in lege, licitum facit, *cap. Quod non est, de regul. iur. vbi glos.* concordantes adducit, *Cornel. Beninc. de paupert. special. 9. in iudic. num.* 43. plenè *Cardin. Tusch. pract. conclus. lit. N conclus.* 19. & alii relati ab *August. Barbos in d. regul. Quod non est.* Et legi non subiacet, †

51 *cap. Sicut*, 11. *de consecrat. dist.* 1. *cap.* 1. *de pignor. c.* 2. *de desponsat. impub. l. In bello*, 12. §. *Medio tempore*, *D. de captiu. & postlimin. reuers. l. Item quamuis*, 10. *ad fin. vbi glos. verb. Necessitatem*, *D. commun. diuid.* multos in id referens *Barbos. vbi sup. nu.* 2. & plura de his passim, vt post antiquiores, videre licet per *Tiraq.* & ab eo congestos, *d. causa* 33. *per tot.* vbi *nu* 4. nominatim in paupertate loquitur,

52 quam necessitatis † specrem dicit, multisque relatis ostendit *Sebast. de Medic. in tract. Mors omnia soluit*, 1. *p. n.* 103. *pag.* 4. *in princ.* ibi: *Quia factum paupertatis causa à multis excusat: est enim & ipsa species necessitatis.*

53 Nonò, *multa*, non nisi pro peccato, † delictoque imponitur, *l. Aliud est fraus*, 131. §. 1. *D. de verbor. signif.* cuius verba sunt. *Inter multam autem, & pœnam multum interest; cum pœna generale sit nomen, omnium delictorum coercitio: multa, specialis peccati.* &c. *l. Illustres*, 4. *C. de mod. multar. Illustres viros* (inquit text.) *Præfectos prætoriis vsque ad quinquaginta librarum auri multam cum peccatum grauissimum erit, peruenire sinimus, l.* 4. *tit.* 22 *p.* 3. ibi: *Esto seria quando el iudgador condenasse alguno que pechasse a la Corte del Rey alguna quantia cierta por yerro que fiziera.* & ibid. *Greg. Lop. glos.* 4. *in princip.* Indequè ex seueritate, qua delicta multa coercentur; seueram appellauit *text.* multam in *l. Multarum*, 5. *C. de mod. multat. Farinc.* cum multis à se relatis *in praxi criminal. quæstio.* 18. *numer.* 51.

54 Paupertas tamen à *multa*, † eius condemnatione, solutioneque liberat, *l. Illicitas*, 6 *§ fin. D. de offi. Præsid. l fin. in fin. C. de mod. multar. d. l.* 4. *tit.* 22 *p.* 2. multis citatis *Farinac. d. loco, num.* 56. *Petr. Cabal. resolut criminal. casu* 77 *num.* 9. *Sebast. Guazzin. de defension. reor. defens.* 7. *cap.* 2. *num.* 3.

Nec semel ob paupertatē remissa *mul-*

55 *ta*, † licèt melior, vberiorque fortuna superueniat exigi, aut repeti potest, ex *d. l. Illicitas*, *§ fin. in fin. & ibi glos. D. de offic. Præsid.* tenet *Martin. Laudens. de Fisco, q.* 87. *Sebastian. Guazzin. d. loco, num.* 3. *in fin. & de confiscat. bonor. conclus.* 13. *ampliat.* 20. *num.* 4.

An autem ob paupertatem multam iu-

56 dex præcisè † teneatur remittere? vel in eius relideat potestate? quærit *Greg. Lop. in d. l.* 4 *glos.* 3. *verb Ca puede*: qui *d. legis Illicitas*, *§ fin. D. de offi. Præsid. & d. l. fin. in fin. C. de mod. multar.* ponderatis verbis, quæ necessitatem Iudici videntur imponere, resoluit, in iudicis arbitrio, eiusque potestate remanere, in grauibus saltem criminibus, secus in leuioribus, in quibus præcisè iudicem multam ob paupertatem remittere adstringi, putat. Vnde, etiam in delictis paupertatem excusare, sequitur manifestè.

De-

57 Decimò, † mercaturæ exercitiũ exoſum eſt, vixque ſine peccato exercetur, vt pluribus in 1. *huius tract. tus parte, quæſt.* 8. oſtendimus, & qua ſolet elegantia luſtrauit *Tiraq. de nobilit. c.* 33. *per tot.* notiſsimè *Ioan. Dominic. Gait. de credit. c.* 2. *tit.* 7. *q.* 5. *nu.* 2078. *& ſeqq. &* 2136. *& ſeqq. Sigiſmund. Scacc. de commerc. q.* 1. §. 1. *n.* 77. *& q.* 7. *nu.* 11. *ibid.* Qui tamẽ poſt longam mercaturę execrationem, *in d. q.* 1. §. 1. *n.* 81. in pauperum mercatorum excuſationem, hæc adiicit: *Ad adducta in contrarium n.* 77. *reſpondeo diſtinguendo: Aut loquimur de negotiatione, ſeu mercatura, quæ ſit ob lucrum, quod ordinatur ad aliquem effectum neceſſarium, vel honeſtum: puta ad ſuſtentationem ſuæ domus, vel pro pauperibus indigentibus, vel propter publicam vtilitatem, ne ad victum neceſſaria deſint: & iſtis caſibus, ſi negotiator ratione ſui laboris ſuperlucratus eſt; ſic familiæ prouidendo, vel alias ex iuſta cauſa carius vendat; non peccat. & c.* Quibus quoque quæ Nos *dict. q.* 8. *& duobus ſeqq.* de Clerico Tabellione, Procuratore, vel Aduocato tradimus, auxiliantur.

58 Vndecimò, lenocinii crimen † grauiſſimum, ac deteſtabile eſt, *auth. de lenonibus, in princ.* plenè de eius atrocitate, & malitia *Farin. de delict. carn. q.* 144. *à nu.* 1. *Iacob. Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 6. *caſu* 534. *per tot. Camil. Borrel. in ſumm. deciſ.* 2. *p. tit.* 15. *de teſtiũ reprobation ſeu repulſ. nu.* 196. *& ſeqq.* & plurimi ab eis relati. Qui & grauius homicidio, ac etiam adulterio lenocinium affirmant: & ante eos *Senec. epiſtol.* 98. *Plus eſt* (inquit) *diſtribuere adulteria, quàm facere.* De huiuſque delicti pœnis videndus latiſsimè cũ ab eo adductis *Farina. d. q.* 144. *à num.* 4.

59 *cum ſeqq.* Inter quas, infamiæ † nota, quæ ipſo iure incurritur, numeratur, *l. Athletas, §. Ait Prætor, in princip. D. de his qui not. infam.* de iure Reg. *l.* 4. *titul.* 6. *part.* 7. *Farina. vbi proximè, num.* 13. *Menoch. d. caſu* 534. *num.* 35. *& ſeqq. Camil. Borrel.* (prope infinitos allegans) *d. num* 196. *& ſeqq.*

Tantàque huius delicti grauitas eſt; vt dicat *Franciſc. Viui. deciſ.* 454. *num.* 1. *libr.*

60 3. propter eius enormitatem, † ſolam magnam Curiam Vicariæ hodie in illo Regno de eo cognoſcere, per quandamq; pragmaticam ita expreſsè diſpoſitum exiſtere.

Licèt autem quodlibet lenocinii crimẽ grauiſsimum ſit; longè tamen turpius, &

61 deteſtabilius, quod parentes † in filias committunt, *Odofred. in l. Crimen, nu.* 2. *verſ. Eſt ſecundum lenocinium turpius, C. ad l. Iul. de adulter. Petr. Cabal. reſolut. crimin. caſ.* 171. *nu.* 8. & 10. cum aliis adductis per *Farin citato loco, num.* 52.

Adhùc tamen ſi vt neceſsitati, inopiæ-

62 què ſuæ ſubueniant, † illud commiſerint parentes; excuſari docent *Affli. dec. in conſtit. Neapol. rubr.* 49. *de lenonibus §. Matres,* comprobat, & exornat *Menochi. de arbitrar. d. caſu* 534. *n.* 14. *& ſeqq. Montel. in pract.* 4. *part. num.* 946 *Farinac. repetit. quæſt.* 144. *num.* 67. *& Franciſc. Viui.* infrà referendus.

Cui tamen Doctorum determinationi, & principali ſuprà *nu.* 16. prolatæ, quam tutamur aſſertioni obſtat acriter iam op-

63 poſitus *text. in d. l. Palam,* † 43. §. *Non eſt ignoſcendum, de ritu nupt.* Cuius deciſione moti *Dec. in l. Quæ propter, nu.* 5. *D. de reg. iur. Hieron. Cagnol. nu.* 2. *Didac. Cou. in c. Peccatum,* 2. *p.* §. 1. *num.* 5. *de reg. iur. lib.* 6. *Guil. Benedict. in repet. c. Raynuntius, verb Cuidam Petro, num.* 65. *de teſtam.* & multi alii infrà referẽdi *nu.* 66. permiſſum non eſſe paupertatis prætextu meretricari; adulteriumvè committere, ſcripſere. Ergo nec lenocinii crimen excuſabit paupertas, cùm vel grauius hoc,

64 (vt iam notauimus) vel nõ inferius † quidem ſit, teſtante *Vlpiano* in eodemmet §. *Non eſt ignoſcendum, verſ. Lenocinium,* vbi, *Lenocinium facere* (ait) *non minus eſt, quàm corpore quæſtum exercere.*

Quare in oppoſitæ ſententiæ cõfirmationem, qui eã ſequuntur, diuerſimodè *d.*

65 §. *Non eſt ignoſcendum* † reſpondent. *Menoch.* enim *d. caſu* 534. *n.* 16. *cum tribus ſeqq.* vt illi ſatisfaciat, inter paupertatem, & neceſsitatẽ differentiã conſtituit: vt in caſu paupertatis (in quo loquitur) nõ verò neceſsitatis, eius deciſio procedat: Cum pauper dicatur, qui vnde viuat, licèt non commodè, proque ſuã conditione habet; in neceſsitate verò conſtitutus, qui aliunde ſibi prouidere non valet: approbãs in effectu quã inter paupertatem, & inopiam, ſiue pauperẽ, & inopem differentiã tradidimus in prima huius tractatus parte, *q.* 1. *à nu.* 14. *cum ſeqq.* vt licèt in præſenti non excuſet paupertas; inopia tamen, omnimodaq; indigentia excuſet.

66 Aliter reſpondent † alii, *d.* §. *Non eſt ignoſcendum* ſolùm procedere conten-

dentes, ſi turpiſsimam vitam mulier eligit, in eaque perſeueret, ſæpè, ac ſæpiùs, ſineque delectu fornicando, non ſi ſemel, aut bis ob paupertatē quid tale commiſerit, textus literæ adhærendo, ex verboque illo *Turpiſsimam vitam*, in eo adiecto, tamquam tractum longæuum, ſucceſsiuumque in turpitudine, vt excuſatio ob paupertatem non competat, lex requirat: conducuntque tradita à *Nobis, par. 1. quæſt. 17. num. 5.* & 6. Huius refert opinionis ſequaces *Corn. Beninc. de paupert. ſpecial. 9. in iudic num. 43.* & 44. eam tamen reiicit, multiſque fundamentis impugnat, *num. 45.* & *ſeqq.* Qua de re Nos latiùs infrà.

Neutram autem *d.* §. ſolutionem prout iacet, vllo modo ſuſtineri poſſe, arbitror.

67 Cum nulla, nec extrema † neceſsitas peccatum mortale (vt iam diximus) excuſet, & tradit latè *Couar. in d. c. Peccatum, 2. p.* §. 1. *nu.* 5. & *ſeqq.* Et adulterium, imu-

68 ſtamvè copulam nulla cauſa † iuſtificari poſſe; profitentur *Bald. Alex.* & alii, quos refert, & ſequitur *Petr. Surd. de alim. tit. 7. q. 16. nu. 2.* ex *text. in cap. Etſi Chriſtus, de iure iur.* pulcrè aduerſus *Cuchalonem in addit. ad Deci in d. l. Quæ propter, de reg. iur.* (contendentem ob famis neceſsitatem corporis ſui copiam facere, mulieri licere) *Petr. Royz. Maure. deciſ. Litua. 3. ex num. 241.* cum multis ſeqq.

Neque obſtat ſi dicatur; Propter neceſsitatem furari licere, *d. c. Si quis propter,*

69 *de furt.* Quia † exiſtens in extrema neceſsitate, de qua in *d. cap.* aliena furari, vel contrectare non dicitur; cum neceſsitatis

70 tempore † omnia ſint communia, *cap. Sicut ii, 8. 47 diſt. gloſ. in d. c. Si quis, & gloſ. fin. in c. Sæpè de reſtit. ſpoliat. Deci. conſ. 697.* (incip. *His ſtantibus*) *nu. 16 Hieron. Bucca de diff. r. inter iudic. ciuil. & crim.*

71 *differ. 100. n. 24.* Et commune quod eſt, † meum eſt, *l. Serui electione, 5.* §. 1. (*vbi Bart. Iaſ. & Socin.*) *D. de legat. 1. l. In re communi. 26. D. de ſeruit. vrban. prædior. l. Pupillus 279* §. *fin. D. de verbor. ſignifi. Hieron. Buccar. d. differ. 100. n. 24 Franciſc. Milanenſ. d. deciſ 19. nu. 5. lib. 2. Ioann. Petr. Fontanel. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 9. nu. 5. par. 2. Mari. Giurb. in conſue. tud. Senat. Meſſanic. 1. gloſ. 5. nu. 32. p. 1.* Quæ in fornicationis, lenocinivè crimine non adeſt, imò diuerſiſsima ratio.

72 Septem † inter fornicationem, furtumq; differentiæ rationes aſsignauit *Couar. in d. c. Peccatū, 2 p.* §. *1. n. 5. 6.* & 7. ad quem & ad *Petr. Royz. Maur. d. deciſ. 3. à num. 270. cum ſeqq.* eaſdem pariter proſequens recurrere licebit. Nobis hac in re *Salomonis in Prouerb. c. 6.* ſententiā proferre ſufficiat. *Non grandis eſt culpa* (ait) *cum quis furatus fuerit furatur enim vt ſuriētem impleat animam; deprehenſus quoq; reddet ſeptuplum, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet, & liberabit ſe. Qui autē adulter eſt propter cordis inopiam perdet animā ſuā. Turpitudinē, & ignominiā cōgregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur. &c.*

Nec pariter à contrario ſenſu arguere licet ex *d.* §. *Non eſt ignoſcendum*, in illis verbis: *Turpiſsimā vitā elegit*; iuxta proximè relatum intellectū *nu. 64.* vt ſenſus ſit: Ergo ſi turpiſsimā vitam nō elegit, ſed ſemel tātū peccauit, ei erit ignoſcēdum. Quia præterquā quod huiuſmodi *d.* §. intelligentiā non abſolutè probauimus: hic argumētandi à contrario ſenſu nō admit-

73 titur, procedit vè modus, vbi abſonus † reſultat intellectus, vel peccatū, *text. in l. 2. vbi Bald. C. de condit. inſert gloſ. in clement. 1. verb. Facere, de vſur.* latè *Card. Tuſch. pract. concluſ. lit. A. concl. 498. nu. 84* & *ſeqq.* & *Nos in prima huius tract. p. q 50. nu. 51.* & *q. 52. nu. 25.* Reſultaret autē in præſenti; fornicandi namq; inducereturlicentia. Itē, quia nec etiam directa, & expreſſa *d.* §. diſpoſitio vt peccati

74 nutritiua, † valeret, ex *c fin. de præſumpt. & cap. Erit autem lex, 4. diſt.* con probat *Cornel. Beninc. d. ſpecial. 9. in iudic. num. 45* & *ſeqq.* præcipuè *num. 48.*

Quamuis autē neutra dictarū opinionū ſimpliciter (vt diximus) & abſolutè ſumpta ſuſtineri queat; vtraq; tamē (& facili quidē negotio) defendi poſſe videtur: ſi

75 non tam de excuſando peccato † (quod per fornicationē, vel lenocinīū, qualibet neceſsitate etiam extrema non obſtante, committitur) quā ab infamia, aliiſq; pœnis contra ea delicta perpetrantes impoſitis agere illarum aſſertores dicamus.

Ex aliqua nāq; circūſtātia à pœna pec-

76 cati † iure ſtatuta quē liberari, non tamē ab ipſo peccato ſæpè accidit. Patet, quia

77 corporalis iniuria non etiā magna, † grauis eſt, qualibetq; pecuniaria maior, *l. In ſeruorum, 10. in fin. D. de pœn. Bart. in l. Non ſolum, 11.* §. *Si mandato meo, D. de iniur. numero 7. Iaſ. in authentic. Adhæc, in fin. C. de iudic. Cornel. Beuincac.*

de

*de paupert. q. 4. nu. 33. Ant. Capic. deciſ. 5. nu. 5. Farin.* (plura circa hæc tradens) *q. 105. nu. 181. & 210.* Quinimo atrocem
78 iniuriam † corporalem, dixit ex *Labeonis* ſententia *Vlpi. in l. Prætor edixit, 7. §. fin. in fin. D. de iniur.* ibi: *Re, atrocē iniuriam haberi, Labeo ait, vt puta ſi vulnus latum vel os alicui percuſſum:* dixeruntq; multi relari à *Farinac. d. num. 181. & ſeq.*
79 Quamlibetque percuſsionem † manu, flagello, quouiſve inſtrumento in non ſubditum, de ſe peccatum mortale eſſe, niſi facti modicitas excuſet, ex *cap. 1. iuncto cap. Epiſcopum, 45. diſt. & cap. 1. de Cleric. percuſſor.* aſſerit *Sylueſt. in ſumm. verb. Percuſsio.* Qui autem talem iniuriā
80 intulit iuſſus † ab eo, cui imperandi poteſtas erat, à pœna legis excuſatur, actioque ſolùm contra mandantem cōceditur; *text. in l. Liber homo, la 2. 37. in ord D. ad l. Aquil.* eius ſunt verba: *Liber homo ſi iuſſu alterius, manu iniuriam dedit, actio legis Aquiliæ cum eo eſt, qui iuſſit, ſi modo ius imperandi adfuit. Quòd ſi non habuit: cum eo agēdum eſt, qui fecit,* cū aliis ſuprà citatis *n. 45. & ſeq.* Non tamen excuſabi-
81 tur à peccato: quia in illicitis † Superiori, nec Principi obediendum eſt, *capit. 1. diſt. 9 cap. Non ſemper, 92. c. Si Dominus 93. c Iulianus, 94. c. Qui reſiſtit, 97. 11. q. 3. c. Inquiſitioni, 44.* (& ibi not. *Abb. nu. 3. & 5.*) *de ſent. excommun. & in c. Si quando, nu. 1. 2. & 3. & in c. Cum adeo, nu. 4. de reſcript. Sylueſt. in ſumm. verb. Obedientia, nu. 5.* vbi, quòd nec Pontifici quidem
82 Summo, † ſi præceptum etiam veniale peccatum ſapiat, eſt obediendū. Amplius
83 adhùc etſi mandatum iuſtum Papa † credat, quod tamen peccatum continere ſubdito conſtet, ex *cap. Literas, de reſtit. ſpol. Nauar. in rubr. de iudic. §. 13. nu. 35. verſ. Quibus duobus, Farina. prax. crimi. q. 97. num. 5. & ſeq. Iacob de Graf. in ſuis deciſ. caſ. conſcient. p. 2. lib. 3. c. 25. rubr. de obedient. Religioſ. nu. 7.* eleganter in id *Senec. de benef. lib. 3. cap. 20.* in hæc verba: *Non enim aut nos omnia iubere poſſumus, aut in omnia ſerui parēre cogantur. Contra Rempublicam imperata nō facient, nulli ſceleri manus accommodabunt.* Nunquam
84 enim per obedientiam malum † fieri debet, licèt aliquando bonum quod agitur debeat intermitti, vt inquit *Greg. in c. 12. lib. 35. in Iob,* relatus in *capit. Quid ergo, 99.* in ordine, *11. quæſt. 3.*

Sic etſi nullus metus amiſsionis bono-
85 rum, vel etiā vitæ à peccato † excuſet; *c. Sacris, 5. de his quæ vi, met. ve cauſ. fiunt,* ibi: *Cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere, capit. Ita ne, 3. c. quæſt. 5.*

Si quis tamē propter Superioris, domi-
86 ni, vel tyranni † mortē minantis metum, alium offendat, vulneret, vel occidat, in foro exteriori excuſati, aſſerunt *gloſ. verb. Agi poterit, in l. pen. D ſi fam fur. fec. ſ. dic.* quam ſingularē dicit *Iaſ. in §. Si minus, num. 17. inſtit. de actio. Cyn. in l. 1. q. pen. C. vnde vi,* firmant latè *Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent 4. caſu 354. per tot. & Farinac. de pœn. temper. lib 3. d. q. 97. nu. 11. & ſeqq.* fuitque *Ariſtot.* ſententia *Ethicor. 3. c. 1.* veniā dignum dicentis eū, qui cruciatu, ac timore, quod agere non deberet, agit. Et licèt aliqui contradixerint; ab hac (quam communem profitetur ſententiam) recedendum non eſſe; cōtrariam quoad pœnam ſpiritualem intelligens; teſtatur (poſt *Menoch. d. caſu 354. nu. 1. verſ. Declaratur, & Iacob. de Graf. in ſuis deciſ. lib. 2. cap. 64. d. 12. verſ. Non tamen hæc procedunt, part. 1.*) *Farinac. d. quæſt. 97. num. 13 & ſeqq.*

Concludū que (præter alia quæ in præfatæ aſſertionis confirmationem adduci poſſent) tradita per *Couar. in c. Cum in officiis, nu. 31. de teſtam.* Concludendum igitur ex his vi detur: Paupertate lenocinii
87 crimē quoad forum interius, † ſpirituale mque pœnam non excuſari: quoad exterius verò iudiciale q; forū vtique. Ita ex *conſtit. Regni Neapol.* firmat *Franc. Viuſ. deciſ. 454. num. 2. lib. 1. ſubdens. Quòd vbi cunque matres ob inopiā, paupertatemq; nō valerent filias maritare dotare, ac nuptui dare maritis; tunc proſtituendo illas, tradendoq; ad fornicandū, & carnaliter cognoſcendū, pro vitæ ſuſtentatione, puniri non poſſent, iuxta conſtitutionem Regni Matres.* & ita ſacram Barenſem iudiētiam iudicaſſe, mulierē quādam Bari pauperem, de lenocinio filiæ ſuæ inquiſitam abſoluendo: hancque opinionem comprobat *idem ipſe ibi num. 3. & 4.* & ſequitur nouiſsime *Ioan. Mar. Nouar. in collect. ſuper pragm. Regni Neapol. 125. num. 11.*

88 Nec in hiſce terminis extremam, † vel omnimodam paupertatē ad matris liberationem à pœna temporali requiri; ſed ſufficere ſi ad dotandas filias non habeat, licèt pro alimentis habeat; inſi-

nuauit idemmet *Viui.* in proximè relatis verbis, & expresè asseruit *ibid. num.* 5. in hæc verba: *Et pauper (ne ignorentur termini præsentis speculationis) ille quidem dicitur in casu isto, cui imminet, ac vrget necessitas, onusque etiam dotandi filias, ac eas nuptui tradere, ac commodè dotare aliter nequeat, quamuis tantũ habeat, atque retineat, quantum sufficeret ei ad alimenta, vt innuit text. in d. constitutione Matres, & firmat etiam Bald. in l. Si quis ad declinandam, col. 2. C. de Episcop. & Cleric. & Iacob. Mandel. cum aliis signatis per eum cons. 69. Proponitur in facto, num. 7.* Quamuis à peccato, pœnaque spirituali paupertatem in præsenti non excusare, etiam prædicta Regni *Matres* constitutione stante; aduertat idem ipse *ibi num. 9.*

89 Adulterium autem nulla necessitas † à pœna etiam temporali excusabit. Ita *Baiard ad Clarum* (post alios à se licèt mendosè relatos) *in §. Adulterium, nu. 75. & duobus seqq. Farinac. in praxi crimin. q. 141. nu. 60. & q. 142. n. 15. Surd. de aliment. tit. 7. q. 16. nu. 45.* Diuersamque in-

90 ter hunc, † superioresque lenocinii, ac simplicis fornicationis casus assignari rationem posse, existimo: Quia etsi grauissima priora illa duo sint crimina; ab habentibus tamen sui potestatem fiunt, quos lex tanquam in ipsam committentes, necessitate excusare, ac liberare secũdùm quæ prædiximus potest.

91 Indeque fit, eum qui volentem, † nec importunis precibus coactam virginem stuprauit, quia virginitatis suæ domina est, à pœna *cap. 1. de adulter.* existere immunem, vt resoluunt *Nauar. in manual. cap. 16. nu. 16. Azor. instit. moral. p. 3. lib. 5. q. 2.* summæ eruditionis, & authoritatis vir *P. Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 14. nu. 11.* plures referens, *Ant. Gom. in l. 80. Taur. nu. 10. Bernard. Diaz in pract. cap. 86. num. 5. vbi Salzed. verb. Non debeat, Francisc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. comput. 19. num. 140.*

92 Vxor autem sui potestatem † non habet, sed maritus, *Paul. ad Corinth. c. 7. l. Assiduis, 12. C. qui pot. in pignor. habe.* ibi: *Nec quod & corpore, & substantia, & omni vita sua maritus fungitur, &c.*

Quare nulla necessitas adulterantem vxorem excusabit, nec marito, qui in culpa non fuit actionem tollet. Mitiùs enim

93 agit lex, † quàm homo, *l. Celsus, 28. vbi gloss. 1. D. de arbitr. l. 33. tit. 4. p. 2.* præcipuè *ad fin. Card. Tusch pract. conclus. lit. M conclus. 292. Ioan. Mar. Nouar. q. Forens lib. 1. q. 152. n. 7.* cum adductis à *Nobis in axiom. & loc. com. iur. lit. M n. 97.*

Quamuis autem nulla expressa extet communis, vel Regii iuris ob paupertatẽ prefata delicta excusans lex; ex generalibus tamen regulis hanc citati Authores deducunt. Obstat tamen adhùc *d. §. Non est ignoscendum* decisio, cum nõ tam quoad peccatum, spiritualemque pœnã, quã quoad temporalẽ, iudicialemq; loquatur.

Retento autem inter exterius, interiusque forum assignato discrimine, secũda

94 † suprà tradita *nu. 64. d. §.* solutio sustineri posse videtur. Vt tunc demum non excusset paupertas eam, quæ eius obtentu turpissimam vitam egit, sæpè sæpiùs, & absque delectu se prostituẽdo (in quibus terminis loquitur *d. l. Palam*) secùs si semel, aut bis deliquit. Nec enim in hoc casu à iure Ciuili prætendenda foret excusatio;

95 quo simplex fornicatio, † aut cõcubinatus nec prohibitus, nec punibilis erat, *l. In cõcubinatu, 3. in fin. D. de cõcubin. l. vnic. C. eod. tit. l. 2. tit. 4. p. 4. & ibid. in summ. Bart. in l. fin. n. 1. D. de his quib. vt indign. Iul. Clar. in §. Fornicatio, n. 1. in prin. Petr. Cabal. resolut. crimi. casu 200. nu. 85. vers. Nec obstat, Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 289. n. 3. Bermond. de public. concub. in verb. Concubinam dimittat, n. 5. ad fin. vers. Sed vltra prædicta*, ita resoluit *Farinac. in praxi crimin. par. 4. quæst. 137. num. 41 & quæst. 138. nu. 7. Ioan. à Rojas in epitom. succes. cap. 10. num. 20.*

Aliter denique (præfata differentia re-

96 tenta) † *d. §.* respõderi posse (nec ineptè) arbitror: in casu nempè speciali loqui, in eoq; tantũ specialitatis ratione illius decisionẽ procedere. De nuptiis nãq; cõtrahendis, deque earũ ritu agit, vt ex toto illius contextu, nec nõ tituli sub quo iacet,

97 constat. Secundũ quem † intelligendam legẽ, docuit *Consultus in l. Imperator, 6. D. de in diẽ adiect. Ias. in l. Si filius, n. 32. D. de lib. & posth. Pet. Surd. cõs. 52. n. 59.* Estque præterea, *d. l. Palam* præcedentium (quę de nuptiis agunt) declaratoria.

98 Specialitatis autem ratio est; † quia in nuptiis contrahendis nõ solũ quod licet, sed quod honestũ est, inspicitur, vt inquit text. (*d legi Palam* adhærens) *in l. Semper, 42. D. eod. tit. de ritu nupt.* Quæ honestas in nuptiis requisita efficit, vt licèt

non

non omnino ius ciuile eam, quæ turpem vitam palam ſe proſtituendo egit, matrimonio copulari vetet : eius tamen cum illuſtribus, vt cum Senatore, illius filio, nepote, pronepote, aliisque deſcendentibus cõiunctionem prohibeat, *d.l.Palam*, quæ (vt diximus) præcedentium declaratoria eſt, earum prohibitionem, materiamque proſequitur, vt in caſus poſitione *gloſ.ibi* continuat. Eadem pariter ratione, & cum ea, quæ publico iudicio damnata eſt, matrimonium contrahere numeratæ prohibentur perſonæ, *eadem l.Palam, in §. Senatus*; vel cum liberta, aut cum ea cuius pater, matervè ludicram exercuit artem. Et ècontrouerſo, libertus, vel qui artem ludicram, cuiusvè pater, aut mater exercuit, Senatoris filiam, nepotem, aut pronepotem, vxorem, aut ſpõſam ducere prohibetur, & ſi ducant, nuptiæ non erunt. *d.l.Semper*, 42. *& l.Lege Iulia*, 44. *D.de ritu nupt.*

Cum igitur in hoc ſpeciali caſu, materiaque *d.lex Palam, dictusq; §. Non eſt ignoſcendum* loquatur : in eo erit intelligendus. Quaſi text.ibi ſtatuat: mulierem, quæ turpem vitam quæſtum ſui corporis faciens, aut palam ſe proſtituens, egit, quę vè lenocinii crimen (quod corporis quæſtui dicta lex æquiparat) commiſit; cum Senatore, eius filiis, vel nepotibus, aliisq; relatis perſonis matrimonium contrahere non poſſe, nec ideò excuſari, aut iudicari dignam, eivè quoad hoc fore ignoſcẽdum, quòd paupertate fecerit: Non verò ad alios caſus pœnam, conſtitutionemque extendit; quæ non niſi in caſibus à iure
99 expreſsis † irrogatur, iuxta *auth.de non elig.ſecund.nubent. §. Hoc autem, coll.1. l.Etſi quis*, 14. *§.Diuus autẽ Marcus, D. de Relig. & ſumpt. funer. gloſ.fin. in fin. in cap.fin. de iurepatron. Mari. Antonin. variar. lib.3, reſolut.39. num.11. & 32.* alios retulimus *Nos in axiomat. & locis comm. iur. lit. P. num.47.* Nec
100 ad alios † debet extendi, *l.Factum cuique*, 155. *§. In pœnalibus, vbi Deci. D.de reg. iur. cap. In pœnis, eod. tit. lib.6. Iaſ. in l.Cum quidam, num.9. D. de liber. & poſthum. Thom. de Thomaſet. in florib. legum regul.227. Surd. de aliment. tit.1. q.51.num.12.*

101 Etiam ex ſimilitudine † rationis, *Iaſ. in d.l.Cum quidam, numer.10. Surd. vbi proximè, Dueñ. regul.287. Girond. de priuileg.num.540.*

Conducit (inter alia quæ de Amoris
102 vi, † eiusq; excuſatione tradunt eleganter *Tiraquel.de pœn.temperand.cauſ.4. Iul. Clar. lib.5. ſentent. §.fin. quæſt.60. Farinac.in praxi crimin. lib.3. quæſt.98. de pœn.temper.a num.77. cum ſeqq. Aloyſ. Ricci.in collect.deciſ.p.5.collect.1843.* & in aliis locis infrà referendus, nouiſsimè *Mari. Giurb. conſ. crimin.47. à num.8. cum ſeqq.*) quod pulcrè, lepidaquè enarratione comprobat *Iacob. Menoch. de arbitrar. lib.2. cent.3. caſu 328.* A pœna
103 ſcilicet excuſari, meretricem † non dici, aut infamem, turpemvè perſonam mulierem, quæ amore capta ſui copiam fecit.
104 Ideòque non poſſe fratrem ea inſtituta † ratione illa inofficioſum fratris dicere teſtamentum : ad intellectum *l.Fratres*, 27. *C. de inoffic. teſtam. & §. Soror, inſtitut. eod. vbi* not. *Ioann. Faber*, quorum ſententiam & ſequuntur, & laudant nouiſsimè *Farinac. d.quæſt.98.num.86. & in ſchol.ad conſ.33.lit.L. Ioann.Aloyſ.Ricc. in praxi fori Eccleſiaſt.deciſ.672.num.8. & in collect. deciſ.117. verſ. Et hinc mulier infamis, Mari.Giurb. d.conſ.crimin. 47.numer.12. Vincent. Carot. deciſ.124. num.1. & ſeqq.*

Quòd ſi amoris cauſa mulier ſui copiam faciens à pœna, infamia, turpitudineque excuſatur, illique amoris prætextu ignoſcitur; non minùs ei, quæ paupertate adſtricta, vtque eam leuaret, in corpus ſuum peccauit, erit indulgendum. Cum
105 non minùs Neceſsitatis, † quàm Amoris imperium ſupra notata *num.47. & ſeqq.* probent. Amorisque vires Paupertatem confringere, ad Neceſsitatisq; pedes languidum, victumque iacere, quippè qui gignitur luxu, nutritur inter læta Fortunæ bona, egeſtate marceſcit, cadit, perit, *Senec.in Octauia actu 2.*

*Blandus atque animi calor*
*Amor eſt. Iuuentæ gignitur luxu, otio*
*Nutritur inter læta Fortunæ bona,*
*Quem ſi fouere, atque alere deſiſtas, cadit.*
*Breuique virès perdit extinctus ſuas.*

Ouidi.de arte Amand.lib.2.

*Diuitiis alitur luxurioſus Amor.*
*Cur nemo eſt Hecalem, nulla eſt, quæ ceperit Irum?*
*Nempè quòd alter egens, altera pauper erat.*
*Non habet vnde ſuum Paupertas paſcat amorem.*

Terent.

Terent. in Eunuc.

*Sine Cerere, & Baccho friget Venus.*

Asſignatis itaq; *dicto §. Non eſt ignoſcendum* ſolutionibus, eiusque opinioni cui innitimur (quod fortiſsimum erat) obſtaculo dempto: non etiam obſtat ſecundum argumentum, â ſimonię vitio, pœna, infamiaque ex eo proueniente pauperatē non excuſare. In eo namq; ſi pau-
106 pertas in cauſa eſt, † excuſat. Licèt enim vendēdo, emendo, aut quoquomodò rem ſacram, aut ſpiritualem, ſpiritualisvè mi-
107 niſterium pro temporali † commutando, ſimonię vitium incurratur; vt tradit eruditiſsimus *P. Suarez de Religione part. 1. lib. 4. cap. 1. num. 1. & cap. 17. num. 2. litera C. verſ. At vendere miniſterium ſpirituale, ſimonia eſt.* Conſtatque ex illius ab omnibus Iuriſtis, & Theologis tradita definitione, quòd ſcilicet, *eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum.* Si tamen
108 pro Miniſtri pauperis ſuſtentatione † aliquid temporale pro ſpirituali, vel ſub ſpiritualis rei obligatione detur; aut ſi Miniſter aliquid pro ſuſtentatione exigat; neuter ſimoniam committet, ex ſententia *gloſſ. in verb. Pro exequiis in cap. Suam, 29. de ſimon. & D. Thom. 2. 2. quæſt. 100. art. 3. & ibid. Caiet. & verb. Simonia, regul. 4.* eſtque communis, vt hos referendo, aſſerit *P. Leonard. Leſ. de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 35. dubio 8. num. 46 verſic. Dico tertiò*, nouiſsimè *Martin. Bonazin. de ſimonia, quæſt. 6. puncto 2.* è noſtris *Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 84. num. 5.* plura cumulans. Victusque cauſa
109 bonos Prophetas † modica munera pro prophetia in veteri teſtamento accepiſſe tradit ex *cap. Placuit, §. Item opponitur*, cum aliquib. *capp. ſeqq. 1. quæſt. 1. & gloſſ. in cap. Iudices, verb. Sumptum, ead. cauſ. & quæſt.* Indeque ex *Calcan. conſ. 31. nu-*
110 *mero 19.* aſſerit, licere Sacerdoti, † qui ex beneficii fructibus commodè ſe alere nō poteſt, abſque ſimoniæ labe, Sacramenta, diuinaque officia vt ſibi oblationes ſolitæ dentur, populo ſubtrahere, idque ipſum tenuere *Ludouic. Roman. conſil. 344. numer. 4. Crauet. conſ. 199. nu. 5. Petr. Barboſ. in l. Maritum, num. 10. D. ſolut. matrimon.*

Quod verum intelligit † *d. loco Decian.* modò adeò pauper populus non ſit,
111 vt tales nequeat oblationes præſtare, vt contineri dicit in §. *Cauendum, 10. quæſt. 3.* comprobareque *text. in d. cap. Iudices, 1. quæſt. 1.*

Nec ſolùm recipere hæc pro ſtipendio, & ſuſtentatione pauperes rerum ſpiritualium Miniſtros poſſe: ſed & ſuper
112 † eis paciſci, licèt diſſentiant alii, tenent multi, quos citat *P. Suarez d. lib. 4. cap. 46. num. 3. verſ. Secunda opinio*, vbi hæc: *Secunda opinio diſtinguit inter pauperes Clericos, & diuites. Nam pauperes poſſunt ſine ſimonia paciſci de ſtipendio ſuſtentationis, non autem diuites. Ita ſentit gloſſ. in d. cap. Suam, verb. Pro exequiis, idem Innocentius in cap. Quoniam, ne Prælat. vices ſuas, & in cap. Significatum, de præbend. & in idem inclinat Hoſtienſ. ibi, & Caiet. verb. Simonia, reg. 4. ſaltem de iure poſitiuo.* Et cum hac ſententia tranſit *P. Leonard. Leſ. d. lib. 2. cap. 35. dub. 8. num. 48.*

Neque ſuperioribus obſtat *text.* (in
113 materia hac capitalis) † *in dict. cap. Quoniam, 40. de ſimon.* vbi nec paupertatis prætextu licet Monaſterio de aliquo pretio abſque ſimoniæ labe cum ingrediente paciſci. Quo, illiuſque deciſione motus relatam ſupra *num. 2.* opinionem tenuit *Rodoan.* cum ibid. citatis. Quia text. in præſenti talem non prohibet Monaſterio pauperi pactionem, aut receptionem pro monachi ingreſſu, ſed ei, quod pauper non eſt, paupertatisque prætextu ſimoniæ vitium palliare intendit, vt ex eo cōſtat, in illis verbis: *Paupertatis prætextu volentes huiuſmodi vitium palliare.* Quinimò à contrario ſenſu deducitur: veram, non palliatam paupertatem à ſimoniæ labe hoc in caſu excuſare: vt tenet (ſic text. hunc intelligens poſt *Sylueſt.* ibi adductum) *P. Leonard. Leſ. d. lib. 2. cap. 35. dubit. 12. numer. 71. in fin. & P. Suar. d. lib. 4. cap. 17. num. 14.*

Quòd ſi paupertate Monaſterium prematur, ita vt plures ſuſtentare commodè nequeat; abſque ſimoniæ labe poſſe cum ingredientibus de ſuſtentatione paciſci; tenet (ex *Diuo Thom. Sylueſt. Caiet. Sot. Victor. Nauar. Medin.* & aliis, quos citat) *Leſ. proximè dicto loco. & dubitat. 23. num. 131. verſ. Aduerte tamen*, idem etiam *Guill. Rodoan. de ſimon. mentali, p. 2. cap. 29. num. 11. & ſeqq.* vbi *numer. 13.* d. capiti *Quoniam* reſpondens, loqui dicit, vt nihil pro Religionis ingreſſu recipiatur, non verò pro releua-

tione

tione ſumptus ſi Monaſterium pauper eſt, *P. Suarez d. lib. 4. cap. 17. num. 9.* qui ibid. *num. 8.* probat; docetque eleganter in hoc caſu nullum eſſe decretum, quod talem prohibitionem ſufficienter oſtendat; vel ſi eſt, contraria conſuetudine derogatum exiſtere, qua humana prohibitio potuit derogari. Ita etiam vtroque relato loco *P. Leonard. Leſ.* & ſic definitum per *Sabaudiæ Senatum* in cauſa Fratiſcanorum Camberienſium, 7. Idu. Iulii, 1591. refert *Anton. Faber in ſuo Cod. definit. lib. 1. tit. 2. definit. 25.*

114 Monaſterium autem diues † nec pro ſuſtentatione aliquid exigere, aut ſuper eo cum ingrediente paciſci abſque ſimoniæ labe (de iure ſaltem Eccleſiaſtico) poſſe, docent *D. Thom. in 4. diſtinct. 25. quæſt. 3. artic. 2. ad 7. Adrian. & Victor.* quos refert *Leſ. d. cap. 35. dubit. 12. nu. 68.* vbi hanc eruditiſsimè comprobat aſſertionem, quam fulcire, probareque videtur *text. in cap. Veniens, 19. de ſimon.* in eoq; caſu loqui *text.* etiam in *extrauag. 1. de ſimon.* quem in id ſubtiliter expendit *Pat. Suarez dicto capite 17. numero 15. & ſeqq.*

115 Obiectioni autem, quæ ex *cap. vnic. § Sanè, de ſtat. regul. lib. 6.* & ex *Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. de reform. Regul.* naſci, deducivè poſſet (quatenus *d. § Sanè*, ait. *Diſtrictius inhibemus, ne in Monaſteriis Ordinum Mendicantium aliquæ recipiantur de cætero in ſorores, niſi quot potuerint de ipſorum Monaſteriorum bonis, ſiue prouentibus abſq; penuria ſuſtentari; ſi ſecùs actum fuerit, irritum decernentes.* Concil. verò Trident. ſtatuit: *Vt in Monaſteriis, & domibus tam virorum, quàm fœminarum is tantùm numerus conſtituatur, & conſeruetur, qui ex propriis redditibus Monaſteriorum, vel conſuetis eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari:*) aptiſsimè reſpondet, ſatisfacitque *P. Leſ. d. dubit. 12. num. 72. & 73. & P. Suarez vbi ſupra, num. 17.*

Non etiam contra principalem ſententiam obſtat tertium argumentum. Cui
116 reſponderi poteſt: in eius ſpecie † non adeſſe, nec conſiderari poſſe paupertatem, quæ tantùm excuſet ſcelus. Cum pauper non iudicetur, qui pecunias ad vſuras credere valet, iuxta illud *Martialis libro 1. epigr. 69. aliàs 53.*

*Venderet excultos colles cum præco facetus,*
*Atque ſuburbani iugera pulcra ſoli;*
*Errat, ait, ſi quis Mario putat eſſe neceſſe*
*Vendere; fœnerat imò magis.*

117 Sed è cõtra, pauper creditur, qui ab aliis † mutuum ſub vſuris accipit, vt notatur in *cap. Quanto, de vſur. gloſ. in l. 2. verb. Suſpectum habet, D. ſolut. matrim. Corne. Beninc. de paupert. quæſt. 6. princip. nu. 34 Maſcard. de probat. lib. 2. concl. ſ. 1159. num. 28.* Ex eoque paupertatem probari diximus *in prima huius tract. p. quæſt. 5. num. 48.* vbi multos retulimus. Cum ergo contrariorum eadem ſit ratio, ſi ſub vſuris pecunias accipiens pauper iudicatur; dans non reputabitur; & per conſequens argumentum contrarium euaneſcit.

Non denique obſtat vltimum ex vulgari axiomate: vt qui in ære non habet, in corpore luat: quia (variis omiſsis limita-
118 tionibus, † quas patitur, traduntque latiſsimè *Petr. Cabal. reſolut. crimin. caſu 77. à num. 2. cum ſeqq. Farinac. prax. crimin. par. 1. q. 26. à num. 18. cum ſeqq.* multiq; alii, quos citauimus *in axiomat. & locis commun. iur. lit. C. numer. 246.*) ideò in iuribus illis pœna imponitur, nec paupertas prodeſt, quia delicta ratione quorum in locum pecuniariæ pœnæ, eiuſque ſolutionis defectum corporalis im-
119 ponitur; non paupertatis † proueniunt cauſa, quibus non opitulatur, nec excuſationem exhibet paupertas. Abſurdum enim, ridiculumque foret, à delicto non paupertatis occaſione commiſſo, paupertate excuſationem prætendere; veluti ſi hominem quis occidiſſet, vulneraſſet, iniuriavè afficeret, fugitiuum ſeruum receptaret, Prætoris aluum corrumperet, Patronum ſine venia in ius vocaſſet (vt in contrariarum legum ſpecie loquamur) paupertatiſq; prætextu immunitatem peteret: ſecùs ſi à paupertate cauſam delictum traheret, quia tunc vel in totum à pœna iudiciali liberabit egeſtas; vel eam ad minùs temperabit, vt ex huius quæſtionis ſerie, caſibuſq; in ea adductis conſtat, niſi aliter nominatim, & expreſsè lex determinet, vt diximus.

Ex quibus ſatis ſuperq; apparet, falli
120 eos, † qui effuſo ſermone, nõ ſatis re diſcuſſa, in delictis paupertatem non excuſare iactãt, quibus iam ſatisfieri his animaduerſionibus meo iudicio poteſt, omnino notandis, quia noue, à nemine ſic diſcuſſæ, vti-

vtileſque, & in praxi frequentes.

Quibus pro coronide addo, etiam in præſenti paupertatem in quam quis ſua
121 culpa † incidit, non tamen ad caſum præordinatam, excuſare, ex plenè traditis *in prima huius tractat. part. quæſtione* 54. *per tot.*

Firmantque inſuper quam defendimus aſſertionem duæ ſequentes quæſtiones, quas ne nimium hanc longitudine grauaremus, ſeparatas eis conſtituimus ſedes, paragraphorumque loco huic quęſtioni adiecimus.

## VTRVM A CONtumacia excuſet paupertas?

## *SVMMARIVM.*

122 Contumacia an ſit delictum? remiſſiuè.
123 Quæſtionis diuiſio.
124 Contumax quis dicatur?
125 Contumacia multipliciter incurritur, & qualiter?
126 Alia vera, alia ficta. Et vtriuſque effectus, remiſsiuè.
127 Verus, vel fictus contumax quis dicatur? remiſsiuè.
128 Contumax non cenſetur, nec nocet cõtumacia antequam per aduerſarium incuſetur. Ampliatur num. ſeq.
130 Contumaces quibus pœnis puniantur? remiſsiuè.
131 Contumax non auditur, niſi reſtitutis, refectisque expenſis.
132 Et quid in minore contumace?
133 Pro his expẽſis tam reus, quàm actor tenetur.
134 Etſi denarius deficiat, ante integram ſatisfactionem audiri contumax non debet.
135 Contumaci denegatur audientia ante expenſarum reparationem, non ſolùm in cauſa in qua commiſſa contumacia eſt; ſed & in alia ſeparata coram eodem Iudice, & inter eaſdem perſonas.
136 Contumax ſolutas ob contumaciam expenſas nõ recuperat, etſi victor poſtmodum in cauſa exiſtat.
137 Expenſarum condemnatio ob contumaciam etiam parte non citata fieri poteſt.
138 Iudex cuius violatur præceptum, contumaciæ pœnam imponere poteſt.
139 Etiamſi nullum ius habeat actor.
140 Vel à Iudice incompetenti reus ſit vocatus.
141 Vocatus ab incompetenti Iudice ſi non compareat, præſcriptionem fori, quam antè opponere poſſet, amittit, & num. 147.
142 Exceptio incompetentiæ dilatoria eſt, & per conſequens ante litis conteſtationem opponenda.
143 Contumacia litis conteſtationem inducit.
144 Contumax ad reconuentionis remedium admittendus non eſt.
145 Contumax pro confeſſo habetur in his, quæ eius damnum, incommoduniquè reſpiciunt, & num. ſeq. Limitatur num. 172.
146 Intellectus ad *l. Regiam* 5. *tit.* 21. *lib.* 4. *nouæ Reg. Collect.* Recognitio ficta (per contumaciam nempè) ad executionem ſufficit, ibid. Ampliatur num. ſeq.
148 Agnitio, vel denegatio chirographi ad iurisdictionis probationem non inducit, & ex cuiuslibet Iudicis authoritate, etiam incompetentis fieri poteſt.
149 Fictio quandoque plus operatur in caſu ficto, quàm veritas in caſu vero.
150 Contumax in dubio malam præſumitur habere cauſam. Limitatur numero 172.
151 Condemnatus ob contumaciam, ob malam cauſam condemnatus non videtur.
152 Actor mittitur in poſſeſsionem bonorum contumacis ante litem conteſtatam, ex primo decreto.
153 Et tam in vero, quàm in ficto contumace procedit.
154 Et etiam poſt litem conteſtatam ob rei contumaciam miſsio in poſſeſsionem ex primo decreto fieri poteſt.
155 Contumacia crecente, augetur pœna, & ad ſecundi decreti interpoſitionem deuenitur.
156 Hodie quod tempus, quæuè ad id requiratur contumacia? remiſsiuè.
157 Decretum bonorũ poſſeſsionis paſſus

ſus non priùs bona recuperat, quàm refectis expenſis.

158 Iudex non poteſt expenſarum præſtationem ob contumaciam remittere.

159 Iudex requiſitus expenſarum condemnationem intermittens de ſuo reficere, ac reſtituere parti læſæ tenetur.

160 Contumax exceptiones dilatorias amittit. Limitatur num. 173.

161 Vaſſallus contumax in ſeruicio Domino præſtando tribus vicibus requiſitus feudo priuatur.

162 Excõmunicationis ſententia ob contumaciam ferri poteſt.

163 Etiam ex re minima inſurgentem. Cùm tanto maior contumacia ſit; quãto minor contumaciæ cauſa eſt.

164 Ob contumaciam excommunicatus ante expenſarum præſtationem aduerſæ parti factam, non abſoluitur, aut niſi de mandatis parendo cautionem præſtet.

165 Contumax in appellando, appellationem vè proſequendo, pro appellationis deſertore reputatur.

166 Paupertas à contumacia, eiusq; pœna (ſi à paupertate cauſam trahat) excuſat, & num. ſeqq.

167 Pauper qui abſque dedecore ad iudicium venire nequit, contumaciæ pœnam euitat.

168 Et audiri debet ante expẽſarum parti aduerſæ refectionem, factamque emendam.

169 Comparens poſt duas, vel tres ſententias per Audientiam latas, ad reſtitutionem, aut iudicium non admittitur, niſi cum clauſula *Parito iudicato*. Limitatur in paupere, num. 171.

170 Clauſula *Parito iudicato*, quid importet?

172 Contra iuſtam contumaciẽ, vel abſentiæ excuſationem habentem non præſumitur.

173 Pauper qui paupertate impeditus in termino exceptiones opponere non potuit, etiam poſt terminum eas poterit opponere.

174 Vaſſallus vel emphyteuta ſeruitium, vel canonem debito tempore Domino ob paupertatem non præſtans excuſatur.

175 Excommunicatus ob non ſolutum debitum ſi pauper ſit, abſolui debet.

Excommunicatus *niſi ſoluerit intra menſem*, licèt aliquando intra menſem ſoluere, non tamen circa finem potuerit; ſi in malitia non fuit, paupertate excuſabitur, ibid.

176 Excommunicationis ſententia contra pauperem ob non factam ſolutionem latam, ſi de eius paupertate notoriè conſtet, nulla eſt ipſo iure, ſi verò paupertas notoria non ſit, infirmabitur.

177 Pauper qui incidit in *canonem Si quis ſuadente diabolo* 17. *quæſt.* 4. ad Curiam Romanam pro abſolutione petenda accedere non adſtringitur.

178 Et in hoc caſu non omnimoda requiritur egeſtas.

179 Nec contumax reputatur, nec cauſa pro deſerta habetur eius, qui ob paupertatem intra debita tempora, aut appellationem non propoſuit, aut non fuit eam proſequutus, remiſsiuè.

## §. I.

PRæcedentis quæſtionis generalitas hanc poſſet etiam includere: ſed & quia contumaciam delictum eſſe, † multi affirmant; negãt 122
multi, ſaltem propriè; vt ex latè traditis per *Iacob. Mench. de arbitrar. caſu* 153. *lib.* 2. *Roland a Vall. conſ.* 45. *num.* 65. & *ſeqq. lib.* 1. & *conſ.* 47. *numer.* 2. & *ſeqq. lib.* 2. *And. Gail. de pace public. lib.* 2. *c.* 5. *num.* 8. *Marc. Anton. Eugen. conſil.* 31. *num.* 11. 22. & *ſeqq.* & copioſiſsimum *Farinac. in praxi crimin. par.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 26. 27. & 28. *Camill. Borrell. in ſumm. deciſ.* 1. *part. tit.* 46. *numer.* 44. & *duobus ſeqq.* apertè conſtat: vtque clariùs materia hæc pateat, & ne præcedentem quæſtionem oneraremus nimis, ex profeſſo ſeparatim eam hìc tractare, ſeparatamque illi ſedem conſtituere decreuimus. Et vt aptiùs procedamus, aliqua in primis obiter diſcutere oportet. Quis nempè contumax † dicatur? Quibus mo- 123
dis committatur contumacia? Quotuplex ſit? Quibusque plectatur pœnis? vt ad inſtitutum noſtrum de excuſanda à contumacia paupertate deveniamus, ſitq; tranſitus expeditus.

Contumax igitur dicitur, † qui comparere debet in iudicio, nec comparet, 124
vel qui cum debeat Iudici obedire, non obedi-

obedit, iuxta *text. in cap. 1. de dol. & contum. & in l. 1. D. ſi quis ius dicenti non obtemper. Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 14. de contumacia, num. 1.*

125 Multipliciterque committitur, † & incurritur contumacia. In non veniendo, in non reſpondendo, latitando, vel ne ad eum citatio fiat, procurando: in non reſtituendo, aliisquè modis, de quibus per *Goffred. in ſumm. de ſenten. excommun. §. Excommunicatio fieri habet, D. Anton. de excommunicat. cap. 73. numero 2. Paz in praxi 1. parte, tom. 2. capite 3. numero 2.* ad quod etiam eſt *textus in l. 1. titulo 8. part. 3. & ibidem Gregorius Lopez gloſſa 3. verbo Non queriendo.*

126 Eſtque quandoque vera, † quandoq; ficta; ex cuius differentiæ ratione plures reſultant (qui alium deſiderant locum, viderique poterunt per *Farinac. in praxi crimin. part. 1. quæſtione 18. numero 50. & ſequenti*) effectus. Quando

127 autem verus, † vel fictus quis dicatur contumax (ne ſermonem protrahamus) videre licet per *Farinac.* multosque ab eo relatos *dicta quæſtione 18. numer. 52. Camill. Borrell. in ſumm. deciſion par. 1. titulo 46. numero 166. 175. & 188. Paz in praxi, dicto capite 3. numero 1. Cardinal. Tuſch. practic. concluſ. litera C. tom. 2. concluſ. 1024. per tot. Nicola. Vigell. deciſ. 21. cent. 6. Cæſar Barzi. deciſ. 150. num. 10. 11. & 12.*

Vnum hac in re aduertere libet: nec contumacem cenſeri, nec nocere contu-

128 maciam antequam per aduerſarium † incuſetur, *text. in l. Properandum, 13. §. Et ſiquidem* (ibi: *Actoris abſentiam incuſantem*) *C. de iudic.* vbi not. *Iaſ. num. 7. & Caſtr. num. 3.* communiterq; *DD. in l. Contumacia, D. de re iudic. Bart. in l. Si finita, num. 10. & ibid. Alex. nu. 24. D. de damn. infect. Petr. Pechi. de iure ſiſtend. capite 38. numero 5. Corne. Beninc. de paupert. ſpecial. 10. in iudic. num. 22. Petr. Reb. ff. ad conſtit. Gallic. tom. 3. tit. de contumac. art. 1. gloſ. vnic. num. 23. Octaui. Chacher. deciſ. Pedam. 3. num 2. & 4. D deciſ. 71. nu. 44 48. & 49. Iacob. Thoming. deciſ. Lipſenſ. 24. nu. 10. & 11. Franc. Milanenſ. deciſ. 21. nu. 23. lib. 1. Camil. Borrel. d. tit. 46. n. 170. Ant. Grauat. in addit. ad Octaui. Veſtr. in praxi, lib. 4. cap. 4. nu. 17. Paz in prax. d. 1. p. tom. 2. c. 3. num. 6. & ſeqq. Azeued. in l. 1. tit. 4. lib. 4. nouæ Reg. Collect. nu. 52. & 53.* procedere aſſerens (ex *Rebuff. d. loco, tit. de contumac. & defect. artic. 13. gloſſ. 1. num. 11.* & aliis) etiamſi contumaces eſſe

129 † in termino non comparentes, diſponat ſtatutum: limitans per hoc proximè relatam *legem 1. Regiam* pro confeſſo eum, qui intra nouem dies litem non fuerit cõteſtatus habentem; vt non niſi contumacia incuſata procedat.

130 Reſtat ex ordine, Quibus puniatur † contumacia pœnis? & an ab eis excuſet paupertas? diſcutere. Complures enim contra contumaces iure ſunt conſtitutæ, de quibus agunt latè *Marant. de ordin. iudic. 6. part. membr. 2. num. 9. Grauat. in addit. ad Veſtr. lib. 3. cap. 2. numer. 24. & 25. Iacob. Simanc. de Catholic. inſtit. tit. 14. de contumac. ex num. 1. Roland. à Valle conſil. 41. numer. 1. & ſeqq. libro 2.* pleniſsimè hac in re *Cam. Borrel. d. tit. 46* varia pœnarum genera aduerſus contumaces per totum proſequens, *Cardinal. Tuſch. d. lit. C. tom. 2. concluſ. 1017. 1019. 1020. & aliis ſeqq. Bernard. Græuæ. in practic. Camer. Imper. lib. 1. concluſ. 60.* multorum remiſsione vſus *numer. 3. Paz in d. cap. 3. num. 5.* Quarum hìc præcipuas, frequentioresque vt ex eis priuilegium inſtituti noſtri pateat, nectemus.

In primis igitur, nõ niſi aduerſario re-

131 ſtitutis, † refectiſq; expenſis auditur contumax, *l. Sancimus, 15. C. de iud. gloſſ. in cap. 2. verb. Rationabilis cauſ. de procur. in cap. Quoniam contra, verb. Dilationes, de probat. & in cap. 1. gloſſ. 1. de dol. & contum. lib. 6. Bart. in l. vnic. §. Is videtur, num. 4. verſ. Præterea in expenſis condemnatur, D. ſi quis ius dicent. nõ obtemp. & in l. Qui ante Kalendas, nu. 3. verſ. Dicunt Doctores, D. de verbor. obligat. Guid. Pap. quæſt. 99. Petr. Foller. in pract. crimin. verb. Vanniantur, num. 43. Alex. in l. Si finita, §. Iulianus, num. 80. D. de damn. infect. Frederic. Sc Ken. in tract. de in ius voc. nu. 39. & de expenſ. in iudic. f. ct. num. 12. & 13. Octauian. Veſter. in praxi lib. 4. cap. 4. de dol. & contumac. numer. 9. Quintil. Mandoſ. de Monitor. quæſtione 32. numero 2. Paz in praxi d. cap. 3. num. 5. propè fin. Ioann. de Graff. in tract. de ſubſtantial. procurator. §. Ad exigendum, nu. 2. Camil. Borrel. d. tit. 46. n. 54. Bernar. Græu. in prac. Camer. Imp. d. concl. 60. conſid. 1. & ſeqq.* multipliciter amplians, *Menoc. de arbit. lib. 1. q. 36. n. 1.*

Vbi

132 Vbi regulam hanc, etiam in minore † contumace veram intelligit, *Bernard. Græuæ d. loco, numer. 4. verſic. Extenditur*, licèt *num. 5.* licat, expoſitione expenſarum factâ, Iudicem cogniturum, vtrùm aduerſus expenſas minor ſit reſtituendus, ex *Anton. Theſaur. deciſ. Pedemont. 9. ante num. 10. & num. 10. verſ. Poſtremò pro clariori omnium reſponſione* concludens, licèt contrariæ ſint opiniones, æquiorem eſſe, vt minor reſtituatur quando in dolo non fuit; aliter ſecùs.

133 Proque his expenſis tam reũ, † quàm actorem teneri (ex *Iaſ.* & aliis in *d. l. Sancimus*, 15. *C. de iudic. Marſil. in l. De vnoquoque, nu. 238 D. de re iudic.*) profitetur *Menoch. vbi ſupr.* Qualiterque hodie tam reus, quàm actor incomparendo contumax puniatur, vide *l. 8. tit. 7. part. 3. & l. 5. & 14. titulo 3. libro 4. nouæ Reg. Collect.*

Adeòque vera, in tantùmque hæccine procedit concluſio; vt ſi denarius de-
134 ficiat vnus, † ante realem, integramque ſolutionem audiri contumax non debeat; obſeruent *Bald. in capit. Conquerente, num. 1. de reſtit. ſpoliat. Iaſ. in auth. Qui rem, num. 16. verſic. Quintò adde, C. de Sacroſ. Eccleſ. Cornel. Benine. d. ſpec. 10. in iudic. numer. 2. Franc. Viui. deciſ. 11. numer. 2. Bernard. Græuæ. d. concluſ. 60. conſid. 1. num. 2.*

135 Nec in illamet ſolùm cauſa, † in quâ commiſſa contumacia eſt, denegari ante expenſarum reparationem audientiam debere; ſed & in alia quoque ſeparata coram eodem Iudice, inter eaſdemque perſonas ventilanda (ex *Alex. Raud reſp. 25. num. 529. volu. 1. & Viui. d. deciſione 11. num. 5.*) idem met aſſerit *Græuæ. vbi ſupr. num. 8.*

Solutasque ob contumaciam expen-
136 ſas non recuperaturum, † qui eas præſtitit, etſi victor poſtmodum in cauſa exiſtat; notant *Bart. in l. Si pignore in princip. D. de pignor. Bald. Salyt.* & alii, quos refert, & ſequitur *Camil. Borrell. d. tit. 46. numer. 57. Nicola. Boer. deciſ. 27. num. 12.*

137 Et parte etiam non citata † huiuſmodi expenſarum condemnationem aduerſus contumacem fieri poſſe; aſſeruere *Cyn. in d. l. Sancimus, quæſt. 13. & ibidem Bald. quæſt. 10. C. de iudic. & in authent. Poſt iusiurandum, & ibid. Iaſ. in fin. C. eod. Iacob. Philipp. Porc.* (multos refe-
rens) *commun. opin. lib. 1. concluſ. 43. limit. 50. & limit. 57. Camil. Borrel. vbi ſupr. num. 59. 131. & 132.*

Iudicique ipſi, cuius violatur præce-
138 ptum, † contumaciæ pœnam (ne eius eludatur authoritas) imponere, pœnaliquè iudicio propriam iuriſdictionem tueri, datum eſt, *d. l. vnic. D. ſi quis ius dicent. non obtemper. l. 2. D. ſi quis in ius vocat. non ier. cap. Quærenti, extr. de verbor. ſignificat. Farinac. dicta quæſtione 18. n. 27.* Quod & factum illud tam memorabile, quàm ſeueritate plenum, quod de Manio Curio Dentato Conſule ſcriptis ſuis memoriæ commendauit *Valer. Maxim. lib. 6. de Seueritate, cap. 4.* ſatis monſtrat. Qui *cum delectum ſubito edicere coactus eſſet, & iuniorum nemo reſpondiſſet: coniectis in ſortem omnibus tribubus Poliæ, quæ proxima exierat, primum nomen vrna extractum citari iuſſit. Neq; eo reſpondente, bona adoleſcentis haſtæ ſubiecit. Quod vt illi nunciatum eſt, ad Conſulis Tribunal cucurrit, Collegiumque Tribunorum appellauit. Tunc Manius Curius præfatus; Non opus eſſe eo ciue Reipub. qui parere neſciret: & bona eius, & ipſum vendidit.* hæc ille.

Prædictaque concluſio procedit, etſi
139 nullum ius † habeat actor, vt ex *Anton. de Butr. in cap. fin. circa fin. de clandeſt. deſponſat. & Marſil. in l. De vnoquoque, num. 121. D. de re iudic.* tradit *Roland. à Vall. conſ. 47. num. 8. volu. 2.* A Iudice vè
140 incompetenti † reus ſit vocatus, *l. Si quis ex aliena, 5. D. de iudic.* cuius decidendi ratio vtrumque comprobat. *Prætoris eſt enim æſtimare an ſua ſit iuriſdictio; vocati autem, non contemnere authoritatem Prætoris. &c. Farinac.* (vtrumq; firmans) *proximè dicto loco, Borrel. d. tit. 6 numer. 98. Vincent. Carot. ſingul. 161.*

Quòd ſi à non competenti Iudice vo-
141 catus non ierit; præſcriptionem fori, † quam initio habere potuit, obiicere amplius non valere; iuriſdictionemque approbaſſe videri, qui tam facili negotio, comparendo, incompetentiamque allegando, ſe defendere poſſet, pluribus relatis tradit *Camill. Borrell. in ſumm. dec. 1. part. tit. 43. de foro compet. num. 67. & tit. 46 de contumacia, num. 7.* & ſic læpiùs per Sabaudiæ Senatũ iudicatum teſtatur iuris ſcientiſsimus *Anton. Faber in ſuo Cod. definit. lib. 3. tit. 12. definit. 3.* Cum enim declinatoria fori, incompeten-

tiæ

142 tiæque exceptio † dilatoria ſit, & per cõſequens ante litis conteſtationem opponenda; *l. Exceptionem, 19. C. de probat. l. 2. §. vlt. & l. 3. D. de except.* contumacia
143 autem litis conteſtationem † inducat; *auth. Qua in prouincia, C. vbi de trimin. agi oport:* poſt contumaciam, & legalem (vt ſic dicam) conteſtationem, opponi non poſſe, dicendum eſt. Quod & repetiit idem ipſe *Faber eod. lib. & tit. definit. 44.* ſimileque *eod. lib. 3. tit. 1. defin. 25.* vbi poſt fictam conteſtationem, per contumaciam ſcilicet reſpondere recuſantis, ſicut poſt veram conteſtationem, ad re-
144 conuentionis † remedium contumacem admittendum non eſſe, ex *auth. Et conſequenter, C. de ſentent. & interlocut. omni. iudic.* tradit etiam *Ioann. Aloyſ. Ricci. in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapolit. deciſ. 163. num. 11.*

Imò contumacem hunc pro confeſ-
145 ſo † in his, quæ eius damnum incommodumque reſpiciunt haberi, contumaciamque tacitam inducere confeſsionem, probant *text. in l. Diuus Antoninus, 7. D. de in integr. reſtit. l. De ætate, §. Qui tacuit, D. de interrogat. actionib. text.* optimus in *cap. 2. de confeſſ. lib. 6.* inter eum, qui poſtquam reſpondere iuſſus eſt, contumaciter reſpondere recuſat; & eum, qui antequam reſpondere iuſſus ſit, contumaciter abeſſe contingat, differentiam conſtituens; vt primo caſu pro confeſſo habeatur; non verò in ſecundo, licèt contra eum tanquam contumacem, prout ratio dictauerit, ſit procedendum. Proque confeſſo 147
in ciuilibus ſaltẽ eum, qui poſt iuſsionem reſpondere recuſat, habendum, obſeruarunt *Bald. in l. Si filius, D. de interrogator. actionib. & in l. 1. num. 10. C. quomod. & quand. Iudex, Marc. Anton. Cuch. de mentient. circa poſſeſſ. num. 181. Cornel. Beninc. dict. ſpecial. 10. in iudic. numer. 19. Gigas de penſionib. Eccleſiaſt. quæſt. 64. num. 5. Petr. Barboſ. ad leg. 1.* 148
*art. 3. num. 11. D. de iudic. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. litera C. concluſ. 1019. numer. 6. & litera S. concluſ. 496. Petr. Caball. reſolut. crimin. cent. 3. caſu 288. numer. 74. Camill. Borrell. dicto tit. 46.* 149
*numero 28.* cum aliis infra proximè referendis.

Ex quibus ſatis vtilis deducitur in-
146 tellectus † ad *Regi. leg. 5. tit. 21. libro 4. nouæ Reg. Collect.* diſponentem: ſchedulam priuatam coram Iudice, vel alguacello (vt lex quoque ſequens ſtatuit) recognitam, paratam executionem habere; vt non expreſſam neceſſariò recognitionem deſideret, ſed ficta ſit contenta, per contumaciã nempè eius, qui ſchedulam recognoſcere iuſſus, ac perſonaliter requiſitus recognitionem contumaciter recuſat, doloſève ad id citationem, requiſitionemque ſubterfugit. Eamque fictam per contumaciam recognitionem ad executionem in terminis *d. Regiæ legis* faciendam, ſufficere aſſeruêre *Couar. variar. lib. 2. cap. 11. num. 4.* & in ſimili Galliæ ſanctione *Petr. Rebuff. ſuper conſtit. Reg. tract. de chirographis in præfat. numer. 98.* Sic in practica ſeruari atteſtans, contrariis plenè ſatisfaciens, *Baldeſi. in addit. ad Roderic. Suar. in l. Poſt rem iudicatam in declarat. leg. Regni, verſic. Alius caſus poteſt aſsignari, litera B.* men doſè alios citans, *Azeued. in l. 1. tit. 22. nu. 14. lib. 4. nouæ Reg. Collect. Auendañ. de exequend. mandat. part. 2. cap. 30. nu. 4. Didac. Perez in l. 4. tit. 8. lib. 3. Ordinam. verb. Mandamos, verſ. Quid obſecro iuris erit, pag. mihi 636. Magon. deciſ. Lucan. 15. num. 30. & per tot. Franciſc. Merlin.* (ita per decretum excellentiſsimi Conſilii cautum dicens) *deciſ. 15. nu. 1. Anton. Faber* (ſic multis placuiſſe referens, licèt Senat. Sabaud. aliud medium elegerit) *in ſuo Cod. definit. d. lib. 3. tit. 1. definit. 25. & tit. 12. definit. 44.* vbi non ſolùm pro recognita ſchedulam in præſenti habendam firmat; ſed etiamſi à Iudice incompetenti † ad recognoſcendum vocatus non ierit, interlocutioneque pro recognita ob contumaciam habita ſchedula ſit: non poſſe poſtmodum contumacem ſe fori præſcriptione tueri. Cum ſi paruiſſet, & chirographi ſcripturam aut agnoſceret, aut denegaret; non eo minùs ſaluam præſcriptionem haberet; quia agnitio, vel denegatio chirographi ad iuriſdictionis probationem † non inducit; cùm ex cuiuslibet Iudicis authoritate, etiam incompetentis, fieri poſsit, vt illius Ducatus ſtylo diſerte cautum refert; mirabilemque caſum hunc, in quo plus operatur fictio † in caſu ficto, quàm veritas in caſu vero, aduertit.

Malam deinde præſumitur in dubio
150 habere cauſam † contumax, *cap. Nullus, de præſumpt. Bald. in d. l. Sancimus, nu. 3. C. de iudic. Alciat. de præſumpt. regul. 3. num. 22. in fin. Menoch. eod. tract. lib. 2.*

præ-

*præſumpt. 70. numer. 12. 13. & 14. Camil. Borrel. in ſumm. deciſ. d. tit. 46. num. 63. Franciſc. Brun. de indic. & tortur. numero 293.*

Non adeò tamen vt condemnatus ob
151 contumaciam, † ob malam cauſam condemnatus videatur: ob contumaciã enim potiùs condemnatio facta videtur, *l. Si ideò, 55. D. de euict. l. Papinianus, 8. §. Meminiſſe, D. de inoffic. teſtam. Anton. Faber in ſuo Cod. definit. lib. 3. tit. 1. definit. 19. num. 4.*

Indeque in poſſeſſionem bonorum
152 contumacis † ante litem conteſtatam ex primo decreto actor mittitur. *l. Fulcinius, D. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur, l. Conſentaneum, 8. C. quomod. & quand. Iudex, auth. Ei qui, C. de bon. author. iud. poſſid. Bart. in l. Cum proponas, num. 2. C. eod. titul. & in l. Si finita, §. Iulianus, numer. 17.* (vbi plenè *Alexand. num. 32.* & alii) *D. de damn. infect. Roman. conſilio 454. num. 3. Panormit. in cap. fin. §. In aliis, num. 31. & 32.* extra *vt lite non conteſt. & in capit. Prout, numero 8. & 22. de dol. & contumac. & in capit. Cum veniſſent, numer. 12. de eo qui mitt. in poſſeſſ. Cornel. Benino. de paupert. d. ſpecial. 10. in iudic. numer. 5. & 6.* alios referendo *Borrell. d. tit. 46. de contumacia, numero 48. & 160. Matth. Coller. deciſ. German. 104. numer. 5. Cardinal. Tuſch. d. litera C. concluſ. 1019. num. 1. & 2. & litera M. concluſ. 287.* & ſunt de iure Regio *text. in l. 1. & 2. tit. 8. part. 3. & in l. vnic. tit. 9. lib. 3. Ordin. & in l. 2. & 3 tit. 11. lib. 4. nouæ Reg. Collect.*

153 Quod tam in vero, † quàm in ficto contumace procedere, docent *Alex. in l. Plerique, num. 9. D. de in ius vocand. & Camill. Borrell. d. loco, num. 49.*

Poſſeque etiam poſt litem conteſta-
154 tam † miſsionem ex primo decreto ob rei contumaciam fieri; eſt *tex. in l. 9. tit. 22. part. 3.* & ibid. notat *Gregor. Lopez gloſ. 1. in fin.*

155 Contumacia verò crecente, † pœna quoque augetur, ad ſecundique decreti interpoſitionem peruenitur, *c. Quoniam frequenter, 5. §. In aliis vt lite non conteſt.* & ibid. Scrib. *Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 5. caſu 416. nu. 32. Camil. Borrel. repet. tit. 46. num. 157.*

156 Quodque tempus, † quæ vè ad id hodie requiratur contumacia? vide per *legem 4. & 6. tit. 8. part. 3. l. vnic. titul. 9. libro 3. Ordinam. l. 1. tit. 11. lib. 4. nouæ Reg. Collect. & ibid. Azeued. verb. Dos meſes.*

Volens autem decretum bonorũ poſ-
ſeſsionis paſſus ea recuperare; non priùs
157 quàm ſi expenſas † integrè refecerit, ad id erit admittendus, *cap. 3. de eo, qui mitt. in poſſeſſ. cauſ. rei ſeruand. d. l. 6. partitæ*, ibi: *E pechaſſe las coſtas que taſſare el judgador.* & notant multi ex relatis ſuprà *num. 10.*

Nec huiuſmodi ob contumaciam ex-
158 penſarum præſtationem † poterit remittere Iudex. Cum non ob eius ſolùm contemptum, ſed in partis aduerſæ damnorum refectionem ad earum reſtitutionẽ, præſtationemq; contumax teneatur, *Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 36. nu. 4* neminem fore, qui hac de re dubiter, adiiciens, *Sempron. Actiu. deciſ. ſiue determin. 105.*
159 *num. 1.* Adeò vt ſi requiſitus † expẽſarum condemnationẽm intermittat Iudex; de ſuo reficere, reſtituereq; parti læſæ compellatur. ita iubente Iuſtiniano Imperatore *in d. l. Sancimus, C. de iud.* ibi: *Scituris Iudicibus noſtris, & Executoribus, quòd ſi hoc prætermiſerint, ex ſua ſubſtantia huiuſmodi detrimentum læſis reſarcire cõpellentur. Bernard. Græuæ. d. lib. 1. concluſ. 60. conſider. 1 num. 3.*

160 Exceptiones præterea dilatorias † amittere contumacem; pluribus congeſtis tradunt *Matth. Coller. deciſ. German. 108. num. 71. Borrel. vbi ſupra, num. 162. & tit. 48. de exceptionib. num. 153. Petr. Barboſ. in d. l. Si quis ex aliena, num. 76. & ſeq. D. de iudic.*

161 Item ſi vaſſallus † feudum à Dominò habens, tribus vicibus vt ſeruitium pro feudo præſtet requiſitus; contumax in eo præſtando extiterit; feudo priuatur, *text. in c. 1. de milit. vaſſall. qui contumax eſt, Camil. Borrel.* (alios adducens) *d. tit. 46. num. 19. & 20.* diximusque latiùs *in prima huius tractatus part. quæſt. 33.*

Ob contumaciã quoq; excommuni-
162 cationis † ſententiam ferri poſſe, vulgaria ſunt iurã in *capit. Ex parte; el 1. 23. cum gloſ. ibid. de verb. ſignific. cap. Ex literis, 11. de conſtitut. cap. Tuæ, 3. vt lite non conteſt. gloſ. in cap. 1. de dol. & contum. in 6. & in capite 2. de procurat. gloſſ. fin. in l. in actionibus, D. de in litem iurand.* latè *Cornel. Benino. d. ſpecial. 10. in iud. ex num. 11. cum ſeqq. Marant. de ordin. iudicior. 6. part. n. 62. num. 19. Iacob.*

*Simanc. de Catholic. inſtit. cap.* 14. *de contumacib. per tot. Ludouic. Montal. de reprobat. ſentent. Pilat. art.* 3. *num.* 25. *Farinac. d. quæſt.* 18. *numer.* 39. *verſic. Si Iudex Eccleſiaſticus, Paz in praxi, tom.* 2. *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. *verſ. Alia pœna eſt.*

163 Proque omni contumacia, † ex re etiam minima inſurgente; Cum tanto maior contumacia ſit; quanto minor cõtumaciæ cauſa eſt, *gloſſ. in cap. Si Clerico,* 96. *diſt.* quam pro ſingulari allegat *Abb. in cap. ex parte, num.* 3. *de verbor. ſignific. Andr. Barba. in tractat. de teſtib. part.* 3. *numer.* 9. *Philipp. Franc. in cap. Quia cordi, §. Quòd ſi appellator, notab. vlt. de appellat. in* 6. *Cornel. Beninc. d. ſpecial.* 10. *num.* 12. *Camil. Borrell. d. titulo* 46. *nu.* 133. *Laurent. Syluan. de feud. recogni. quæſt.* 110. *num.* 3.

Nec ob contumaciam excommunicatus ante expenſarum † præſtationem, 164 emendamque aduerſæ parti factam abſoluitur. *Hoſtienſ. in ſumm. tit. de ſentent. excommunicat. §. Et qualiter, verb. Secundò requiritur, verſ. Et notæ bene.* Aut niſi cautionem ſaltem de parendo mandatis præſtet, iuxta *text. in dict. cap. Ex parte, el* 1. *& ibi not. Abb. numer.* 6. *Ioann. Paul. Lancellot. inſtit. Canon. lib.* 4. *tit. de ſentent. excommun. §. Manifeſtè autem, Daniel Venator. in annal. iur. Pontif. lib.* 5. *tit.* 39. *§. Cum abſolutio, quæ cauſam, &c. verſ. Sententia enim ab homine prolata,* quos refert, & ſequitur *Camil. Borrel. d. loco, num.* 90.

Vtque alias contra contumaces per iam relatos videndas pœnas omittamus: in appellando, appellationemvè proſe-
165 quendo † contumax pro appellationis deſertore reputatur, *Camill. Borrell. d. tit.* 46. *num.* 114. & pleniſsimè *Nos in prima huius tract. par. q.* 31.

166 Paupertas tamen à contumacia, † ejuſque pœna (ſi à paupertate cõtumacia cauſam trahat) excuſat, vt in propoſitis caſibus videre eſt. In primis enim ad iudiciũ
167 venire iuſſus, ſi abſq; dedecore † ob paupertatem cõparere nequeat, nec cõpareat; contumaciæ pœnã euitat, vt probat *text. in §. Hinc nobis* (ibi: *Aut quælibet neceſsitas, cũ gloſ.*) *in auth. de hæred. & Falcid. Marant. de ordin. iud.* 6. *p. verb. Cõtumacia, nu.* 5. *Corne. Beninc. d. ſpecial.* 10. *in iudic. n.* 23. *& ſeqq. Bertran. conſ.* 28. *n.* 87. *Sebaſt. de Medic. de caſib. fortuit.* 2. *p. q.* 4. *nu.* 12. *Maurit. Appicell. allegat.* 6. *nu.* 18. *Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 48. *num.* 6. *Bernard. Græu. pract. Camer. Imperial. lib.* 1. *concluſ.* 142. *num.* 2.

Audiriq; contumacẽ hunc (ſi ob paupertatem contumax dici poteſt) etiam an-
168 tè expenſarũ † parti aduerſæ refectionẽ, factamq; emendam, tradiderunt multi ex ſuprà citatis, *nu.* 10. Et nominatim in cõ-
199 tumace poſt duas, vel tres ſententias † per Audientiã latas comparẽte (qui nec ad reſtitutionem, nec ad iudiciũ, niſi cum clauſula *Parito iudicato* admittitur, iuxta *text. in l. Fulcinius, §. fin. D. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur*; ) obſeruat *Octauian. Veſter in praxi, lib.* 4. *c.* 4. *de dolo; & contumac.*
170 *num.* 9. Quę clauſula † ſecundum *eundem ibid. in fin.* remiſsionem poſſeſsionis, fructuum perceptorum, & expenſarum litis ſolutionem importat. *Mareſc.* (plenè de ea agens) *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 86.

171 Si tamen pauper † ſit, & ad reſtitutionem, iudiciumq; admitti deſideret, hunc temperari rigorem; ſolereq; pauperi cõmiſsionem dari, dilata, ſeu reſeruata in finẽ litis fructuum, & expenſarum ſolutione, ſub hac reſcripti formula: *Placet D. N. Papæ, dimiſſa poſſeſsione, conſtito de Oratoris paupertate: &c.* teſtatur idẽ *Octauian. Veſter præcitato loco, & lib.* 8. *c.* 3. *de reſtit. in integr. n.* 12. A dimiſsione nãq; poſſeſsionis (quam facilè quãtumuis pauper dimittere poteſt) non excuſatur, licèt à reſtitutione fructuum, & expenſarum excuſetur: ad *text. in cap. Olim, de reſt. ſpoliator.* notat (aliis adductis) *Octauian. Veſter vbi proximè.*

Itẽ nec contra pauperem, cuius in cauſa fuit paupertas ne cõpareret, inducitur
172 cõfeſsio, nec malã præſumitur habere cauſam. Cũ aduerſus iuſtã † contumaciæ, vel abſentiæ excuſationẽ habentẽ non præſumatur, ex *gloſ. verb. Abſens, in l.* 2. *C. de contrar. iud. tutel. Camil. Borrel. d. tit.* 46. *n.* 65. Sicq; omnes exceptiones † opponere poſſe, cum in culpa eas opponendi non fuerit; legitimèq; extiterit paupertate impeditus, & in mora per conſequens non fuerit, ex traditis à *Nobis* 1. *p. q.* 17. *à n.* 32. *cum ſeqq. & q.* 31. *nu.* 11. *& ſeqq. & q.* 32. *n.* 12. *& ſeqq.* firmandum venit.

174 Item ſi ob paupertatẽ ſeruitiũ † Domino debito tẽpore nõ præſtiterit vaſſallus, vel emphyteuta; non ideò feudo, vel emphyteuſi eũ priuari; latè deduximus 1. *p. q.* 33. *num.* 21. *& ſeqq. & quæſt.* 26.

Pariter

Pariter ob non ſolutum debitum ex-
175 cõmunicatus, ſi propter paupertatẽ † ſoluere non poſſe oſtendat, relaxari, ac retractari excommunicationis ſententia, abſolutionisq; proferri debet, *gloſ. in clemen. 2. verb. Satisfecerint, de hæretic. Butri. in cap. Oduardus, q. 1. de ſolut. Paul. Caſtr. in l. Si reus, 73. num. 9. D. de procurator.* Vbi vnum ſingulariſsimum addit; excõmunicatum, *niſi ſoluerit intra menſem*, licèt aliquando intra menſem ſoluere, non tamen circa finem potuerit; ſi in malicia nõ fuit, paupertate excuſari: prædictã quoq; ſententiam tenent *Milui. in repert. verb. Excommunicari non poteſt, Galleſ. ad formã obligat. Camer. de præambulis ipſius proceſſus, verſ. Reliqua de proceſſu ipſo, nu 24. in noua edit. quæſt. 36. Aſin. in praxi iudi. §. 3. c. 37. nu. 11. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 660. n 9. & 10. Pyrrh. Maur. de ſolut. & oblat. c. 88. per tot.* præcipuè *nu. 3. Fului. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 54. num. 71. Sebaſtian. de Medic. de caſib. fortuit. 2. part. q. 4. num. 20. & in tract. Mors omnia ſoluit, 1. p. num. 103. pag. 4. poſt med. verſ. Nonò excuſatur*, vbi communem dicit, *Franciſ. Viui. deciſ. 268 num. 6 lib. 2.*

Imò excommunicationis ſententiam
176 in hoc caſu latam ſi de paupertate, † impotentiaque debitoris notoriè conſtet (vt ſi contra eum, qui ritè, & rectè ad bonorum ceſsionem, vel ad beneficium *cap. Oduardus* admiſſus eſt, feratur) nullam ipſo iure eſſe; infirmãdam verò, ſi notoria mendicitas nõ ſit; aſſeruere *Quintill. Mandoſ. in tract. de monitor. quæſt. 37. num. 8. & 10. Theſaur. deciſ. 10. num. 5. poſt med. Fului. Pacian. proximè relato loco.*

Indeq; etiam fit, pauperẽ, qui in *Ca-*
177 *nonem Si quis ſuadente diabolo*, † 17. q. 4. incidit, ad Curiam Romanam pro abſolutione petenda accedere non adſtringi, *cap. Quod de his, 26. cap. Quamuis, 58. de ſentent. excommunic. Diuus Antonin. de excommunic. cap. 1. num. 45. Cardin. Tolet. in ſumm. lib. 5. c. 8. num. 2. verſ. Quartò iſta, Hieronym. de Mont. quæſt. 15. num. 6. cum tribus ſeqq. Franciſc. Marc. deciſ. 596. per tot. Carol. de Graſſ. de effect. lib. Clericat. effect. 9. n. 164. & 165.*

173 Nec omnimoda † in hoc caſu requiritur egeſtas, ſed & in ex artificio, vel officio viuente, aliis tamen pro itinere faciendo expenſis carente veram propoſitam concluſionem, nec oſtiatim tunc mendicare cogendũ eum, aſſeruere *Sylueſ. in ſumm. verb. Abſolutio, 4. num. 3. verſ. Octauus, Carol. de Graſſ. d. nu. 165. Ioan. Mar. Bellet. diſquiſit. Clerical. part. 1. tit. de fauore Clericor. Canonis, §. 3. nu. 24. ex Hoſtienſ. in d. cap. Quod de his, num. 1. & Abbat. in cap. Ea neſcitur. num. 5. de ſent. excommun. Azeued. in l. 2. num. 46. tit. 18. lib. 4. nouæ Reg. Collect.*

Non deniq; contumax, cauſavè pro deſerta habetur eius, qui ob paupertatem
179 † intra debita tempora aut appellationẽ non propoſuit, aut non fuit proſequutus, vt latè in *prima huius tractatus parte, quæſt. 31. à nu. 11. cum ſeqq.* tradidimus.

## EXPONENTES infantes quibus plectantur pœnis? Et an ab eis excuſet paupertas?

### *SVMMARIVM.*

180 De huius criminis atrocitate.

181 Parentem huius criminis reum morte puniendum, multa ſuadent, quæ ad id expenduntur, & num. ſeqq.

182 Sanguinolenti infantes, quare dicti?

183 Mortis pœna in præſenti an plectatur parens, ſiue expoſiti mors ſequatur, ſiue non? & num. ſeqq.

186 Intellectus ad *text. in capit. fin. 87. diſtinct.*

187 Parens qui filium expoſuit, an & quando illum repetere poſsit? & num. ſeq.

188 Expenſæ factæ cum expoſitis poſt decennium, cum ſeruitiis cõputantur.

189 Niſi Dei amore, qui infantem ſuſcepit, eas feciſſet.

190 Et qualiter amore Dei factæ probentur?

191 Eccleſia non repetit expenſas, quas cum expoſitis fecit, nec proteſtatione præcedente.

192 Parentes exponentes filios, exponiuè conſentientes patriam poteſtatem amittunt: & domini dominium quod in ſeruis ab ipſis expoſitis, aut ab aliis de ipſorum permiſſu habebant.

193 Domini periclitantes vaſſallos deſerentes, eorum dominio vaſſallagioque priuantur.

194 Ciues in periculo Ciuitatem deſerẽtes ciuitatis iura amittunt.

195 In expoſito parricidium non conſideratur, nec ſi fortè patrem occidat, vt parricida punitur.

196 Alentes expoſitos nullum in eis ius adquirunt.
Seruus expoſitus iuris ſui manet, ibidem.

197 Legis 1. *tit.* 23. *lib.* 4. *For. leg.* diſpoſitio in vſu non eſt.

198 Expoſiti poſſunt ad Sacros Ordines, beneficia Eccleſiaſtica, & dignitates abſq; aliqua diſpenſatione promoueri, legitimiq; cenſentur. Contrà nu. 201.

199 Nec excluduntur ſtatuto requirente, ne ex Iudæis, Maurisvè deſcendant, neuè ad beneficium aut dignitatem admittendi aliqua macula ſint infecti.

200 Secùs ſi puri ſanguinis, aut ex notis parentibus qualitatem deſideret.
Statutum iuri communi contrarium reſtringitur, nec vltra id quod exprimitur, extenditur, d. num. 199.

202 Parentes filios exponentes eis inteſtatis non ſuccedunt.

203 Expoſitis quis ab inteſtato ſuccedat? remiſsiuè.

204 Pœnæ contra exponentes infantes conſtitutæ, contra languidos quoque cuiuſcumque ætatis ſint exponentes locum habent.

205 Ignorantia parentum, aut dominorum filiorum, vel ſeruorum expoſitorum, eos excuſat.

206 Ignorantia in præſenti, parentis, vel domini iuramento probatur.

207 Paupertas parentes, & dominos filios, vel ſeruos in aliquo Xenodochio exponentes excuſat.

208 Et quid ſi Xenodochium in quo expoſitio fieri poſsit, præſto non ſit? & num. ſeqq.

212 Ob mortis timorem, licet parenti filium exponere.

213 Parentes ob infamiam vitandam filios exponentes, excuſantur, & num. ſeq.
Honor non modò filiis, ſed propriæ vitæ antefertur, ibidem dicto numero 213.

## §. II.

180 IMmane crimẽ † humanoq; generi, ac naturæ fœderi (quoad ipſa quoq; ratione carẽtia animalia) repugnãs eſt, quos protulerint, genuerintque fœtus abiicere, nec alere. Naturale namque ius procreare, educareq; fœtus omnia et ã animalia, quæ in cœlo, quę in terra, quę in mari naſcũtur, docuit, huiuſq; iuris peritia cenſeri videmus, & firmat (ſi firmitate natura ipſa, cuius vim ab origine mundi experimur, eget) Imperator Iuſtinian. in *princip. inſtit. de iure natur. gent. & ciui.* & *Senec. ep ſt.* 122. *lib.* 22. (de irrationabili animali loquẽs) *Producit fœtus ſuos* (inquit) *nec abiicit.* Cuius criminis atrocitatem oſtendunt etiam ſapientiſsimi Alphonſi Regis verba in *l.* 4. *tit.* 20. *part.* 4. cuius eſt initium, *Verguença, crueleza, ò maldad mueue a las vegadas al padre, ò a la madre en deſamparar los niños echandolos a las puertas de las Egleſias, è de los Hoſpitales, è de los otros lugares, &c.* Inde Senec. de benefic. lib. 3. cap. 1. *Et parentes ſuos non amare* (inquit) *impietas eſt; non agnoſcere, inſania.* Cumque ſic grauiter contra ipſam naturalem legem (pietatis officium relegantes) peccent parentes, liberos ſuos vel exponentes, vel permittentes exponi, eos quaſi tradendo morti (cum pietatem, quam in ſuos ipſi nõ habẽt; nõ debeant ab aliis expectare) grauibus illos afficiũt iura pœnis.

181 Morte † parentem huius criminis reum puniendum, ſuadet *textus in l. Necare*, 4. *D. de liber. agnoſc.* vbi ſic *Paul.* iureconſult. ait: *Necare videtur, non tantùm is, qui partum perfocat; ſed & is, qui abiicit, & qui alimonia denegat, & is, qui publicis locis miſericordiæ cauſa exponit, quam ipſe non habet.* quam viſa eſt approbare ſententiam (vltimo eam referendo loco) *gloſſa* 1. *in l.* 2. *C. de infantibus expoſit.* eademque lex ipſa ibi: *Si ab ipſis expoſitos quodammodò ad mortem, voluntas miſericordiæ amica collegerit. Nec enim ſuum quis dicere poterit, quem pereuntem contempſit.* apertiùs *textus in capite final. in fine*, 87. *diſtinct.* ibi: *Sanè qui poſt prædictum tempus calumniator extiterit, vt homicida Eccleſiaſtica diſtrictione damnabitur, ſicut Patrum ſanxit authoritas.*

182 Ideòque ſanguinolentos † infantes hos in *rubric. C. de infantib. expoſit.* appellari; quia

quia ſanguinis pœna ſcelus hoc expoſitionis vindicetur; adnotarunt *gloſ. in c. vnic. de infantib. expoſit. verb. Liberatus circa med. Azor in ſumm. C. eod. Gregor. Lopez in d. l. 4 gloſ. 1. Montal. in l. 1. tit. 23. lib. 4. Fori leg. gloſ. 1.* Licèt alia ego ſanguinolentos appellari arbitrer ratione; quòd à matrum, nempè, frequenter vberibus extracti, necdum benè (vt ſic dicamus) ſanguine mundi exponantur, iuxta *Calepini* traditionem (quę poſtmodum vidi) *verb. Sanguinolentus*, ſic *titul. C. de infantib. expoſit.* intelligens, qua etiam de re latè *Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 14. nu. 4.* Capitisque pœnam hac in ſpecie pati debere patrem ſcienter exponentem infantem, adſeuerat *Montal. vbi proximè*, Quod & apud Thebanos obſeruatum refert *Ælian. var. hiſtor. lib. 2. c. 7.* Quorum humaniſsima lex in ſolitudine exponentem, abiicientemvè infantem capitis ſupplicio multabat.

183 Ex quibus etiam non ſequuta expoſiti morte † eidem pœnæ locum fore, videtur firmandum. Poſtque varias diſceptationes in congreſsione Synodali Conſtantinopolitana conſtitutum fuiſſe, tradit *Petrus Gregor. libro 15. Syntag. iur. vniuerſ. capite 28. numer. 5.* matres proprios filios in diuinorum Templorum aditibus exponentes, quamuis filii ab aliis educentur, vt homicidas puniri. Cuius etiam conſtitutionis mentionem facit *Ioann. Hieronym. Epiſcop. Campanill. in ſuo diuerſor. iurisd. Canon. rubric. 11. c. 13. num. 160.*

184 Quam tamen mortis pœnam tum demum ſi expoſiti mors † ſequatur, imponit patri *textus in l. 3. dict. titulo 23. libro 4. Fori leg.* tenuitquè *Tiber. Decian. tract. crimin. libro 9. capite 8. nu-*
175 *mero 9.* Morte verò non ſequuta † extraordinem, arbitrioque Iudicis puniendum patrem: obſeruarunt *gloſſa 1. in l. 2. C. de infantib. expoſit. & in l. Nec filium, 9. verb. Pœna, C. de patria poteſtate; Gregorius Lopez dict. gloſſ. 1. Ioan. Vela de delict. capite 9. verſic. Puniuntur autem, Petrus Fernandez Otero diuerſar. quæſtion. iur. part. 3. quæſt. 11. numero 3.* quem non ſine verecundia, ruboreque hoc in caſu refero, qui integram illam quæſtionem à *Ioann. Vela* allegato loco nullo penè dempto, aut mutato verbo, ſuppreſſo nomine mutatus eſt.

Planè ſi ab eo, qui infantem expoſitum ſuſcepit, fuerit facta denunciatio,
186 † vt à proprio ſuſcipiatur, alaturque parente, ſi decem dierum ſpacium fluére permiſerit parens, poſt illudque poſtulare filium velit; Eccleſiaſtica diſtrictione coerceri, vtque homicidam puniri, determinat expreſſius *text. in dicto cap. fin. 87. diſt.* quem ſic intelligendum dicit *Montal. in l. 2. dict. titul. 23. libro 4. Fori leg. gloſſ. 1.* Dicta verò denunciatione non facta, vel inſcio parente
187 facta, † poſſe quandocumq; parentē filium ſuum repetere, ſi & expenſas ad decennium vſque cum eo factas offerat, contendit *Montalu. ibid.* Poſt decennium
188 † namquè factæ, cum ſeruitiis computantur, ex *text. in dicta l. 2. Fori leg.* niſi Dei amore, † qui infantem ſuſcepit
189 eas feciſſet, ex diſpoſitione *text. in d. l. 4. titulo 20. part. 4.*

160 Quod indiciis † probari notat *ibidem Gregor. gloſſ. 5.* ex *Abbat. in d. cap. vnic. de infant. expoſit. numero 3.* vbi pariter aduertit, alimenta hæc ſi ea fecerit Eccle-
191 ſia, † cum ad id teneatur, egentibusquè ſubuenire, non repetere, ex *text. in cap. Sacrorum, 12. quæſtione 2. & in l. Alimenta, C. de negot. geſt.* proteſtatione quoque præcedente ea ratione id procedere firmans.

192 Patriam deinde poteſtatem † parentes filios exponentes, exponivè conſentientes, dominiumq; in ſeruis domini exponentes ſeruos, ab aliisvè exponi permittētes, amittere indicat *tex. in d. c. vnic. de infantib. expoſit. in l. 2. C. eod. tit. in d. l. 4. part. & in l. 1. tit. 23. lib. 4. Fori leg. vbi* not. *Montal. gloſ. 1. circa fin. in d. c. fin. 87. diſt.* docentq; *Bald. in d. l. 2. Cardin. Paleot. de noth. & ſpur. c. 63. n. 6. Iacob. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 4. caſu 396. n. 11. Surd. de alimen. tit. 4. q. 18. nu. 2. & tit. 8. priuil. 63. n. 4. & priuil. 64. n. 2. cum ſeqq. Azor inſtit. moral. p. 2. lib. 2. c. 26. quæſt. 1. Ioan. Vela d. c. 9. §. Puniuntur autem, verſ. Et ſciente patre, Otero d. q. 11. n. 3. Tiber. Decian. tract. crim. lib. 9. c. 8. nu. 9. Ioan. Hieron. Epiſcop. Campanil. in ſuo diuerſ. iuris Canon. rubr. 11. c. 13. n. 158. Steph. Gratian. d. c. 267. nu. 1. & ſeqq.* Qui *nu. 2.*
193 & 3. ad dominos † etiam periclitantes deſerentes vaſſallos, necnō ad ciues † ciuitatem in periculo deſerētes, ex *Menoc. loco proximè relato* ſententia, id extendit, vt
194 illi vaſſallagii, hi ciuitatis iura perdant.

Indeq; ex hac patriæ poteſtatis amiſ-
195 ſione parricidii reatum † in expoſito conſiderandum non eſſe, neque vt parricidam ſi patrem forte occidiſſet puniendum, notarunt eleganter *Carrer. in practic.§. Homicidium, numer.*143. *Menoch. d.caſu* 396. *numer.*14. *& num.*39. *Petr. Gerard. ſingul.* 2. *incip. Tuſcis, quod in præcedenti, numero* 9. *Petr. Plac. in epitome delictor. capite* 22. *num.*27. *in fine, verſiculi. Alius ſubiiciatur caſus, Stephan. Gratian. vbi ſuprà, num.*3. *Tiber. Decian. d. libro* 9. *capite* 15. *numer.*29. *Proſper Farinac. libro* 4. *praxis crimin. quæſt.*120. *num.*164.

Non tamen ex eo, quòd patriam poteſtatem in filios à ſe, vel de conſenſu, & patientia ſua expoſitos parentes amittant; dominiumvè in ſeruos domini; ius
196 aliquod in eis hi qui eos alendos † ſuſceperunt, adquirunt: quinimò ſui iuris manent, libertatemque omnimodam (ſerui licèt aliàs nacerentur) obtinent, *d. l.*2. *&* 3. *C. de infantib. expoſit. text. in d. cap. vnic. extra eod. tit. gloſſ.*1. *in fin. in d. cap. fin.*87. *diſt.*

Quamuis ex *legis* 1. *d. tit.*23. *lib.*4.
197 *Fori leg.* diſpoſitione † eorum dominium niſi donandi animus accederet, qui eos ſuſcepit adquireret: quæ tamen in vſu non eſt, imò contrarium ſecundum iuris Ciuilis, & Canonici diſpoſitionem ſeruatur.

198 Quare ad Sacros Ordines, † beneficia Eccleſiaſtica, & dignitates abſque aliqua diſpenſatione promoueri hos poſſe, legitimosq; cenſeri, obſeruant *Anani. in d. cap. vnic. num.*11. *de infantib. expoſit. Felin. in cap. Cum deputari, num.*13. *de iudic.* communem adſeuerat *Cardin. Paliot. d. cap.*63. *num.*3. *&* 7. *Bermond. de public. concub. in verb. Qui etiam filios ex tali concubinatu procreatos, num.*90. *Maſcard. de probat. concl.*799. *Girond. de priuileg. explicat. num.*1441. *& ſeq. Menoch. d. caſu* 396. *num.*15. *&* 16. *& de præſumpt. lib.*6. *quæſt.*54. *num.*20. veriorem de rigore iuris opinatur *Sayr. in ſuo theſaur. libro* 6. *capite* 10. *verſic. Secunda opinio, numer.*39. quos refert, & ſequitur *Epiſcop. Campanill. d. rubr.*11. *numero* 157. cum *Suarez in ſuo* 5. *volumine, diſputat.*50. *ſect.*4. vnicuique licere dicente huic adhærere reſolutioni, etſi in praxi diſpenſatione vti ſecuriùs eſſe addat: Firmantque dictã ſententiam *Emman. Rodrig. in ſuis quæſt. regular. tom.*1. *quæſt.*13. *art.*1. *Philipp. Paſcha. de virib. patriæ poteſt. part.*1. *cap.*6. *num.*10. eique aſſentitur *Gregor. Lopez in d. l.*4. *part. gloſſ.*6. *verſ. Caſe torna libre, Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. libro* 1. *cap.*135. *num.*31. *& ſeqq. & lib.*2. *c.*267. *num.*22. *& ſeq. numero* quoque 24. adii-
199 ciens: ſtatuto ſolùm requirente † ne ex Iudæis, Mauris vè deſcendant, nevè aliqua macula ad beneficium, aut dignitatem admittendi, ſint infecti; expoſitos non excludi; cum tale ſtatutum iuri ſit contrarium, *cap. Eam te, de reſcript.* debeatq; reſtringi, *Bart. in l. Omnes populi, nu.*56. *D. de iuſtit. & iur. Roland. à Valle conſilio* 21. *num.*21. *lib.*1. nec debeat vltra id quod exprimitur extendi, *l. Si verò, §. De viro, D. ſolut. matrim.* in expoſitis autem huiuſmodi non reperiatur macula. Idem quoque firmat *Anton. Ricciul. in tract. de neophytis, cap.*7. *num.*33. Aliud
200 dicendum ſi puri ſanguinis, † aut ex notis parentibus qualitatem ſtatutum deſideret; cum nequeat per expoſitos, ſpuriosq; probari, vt obſeruat *Perez de Lara de anniuerſar. & capellan. lib.*2. *cap.*4. *num.*39. *vſque ad* 42. eumque referendo *Gratian. vbi proximè, num.*26. *Girond. d. loco, num.*1443. *& ſeq.*

201 Quamuis non ſine diſpenſatione † ad Ordines, aut beneficia eos promoueri poſſe, adſeuerent *Angel. in l. Liberorum, D. de his qui not. infam. Didac. Couarr. in clement. Si furioſus, part.*1. *in princip. num.*9. *Simon Maiol. in tract. de irregular. ſpecieb. Vigal. in rubr. de irreg. numero* 123. *P. Rebell. de obligat. iuſtit. part.*2. *lib.*1. *quæſt.*3. *ſect.*2. *num.*15. ſecuriùsque eſſe concludit *Valer. Reginal. in praxi, lib.*30. *num.*77. *verſ.*7.

Parentes præterea filios exponentes
202 eis inteſtatis † non ſuccedere profitetur *Petr. Gregor. lib.*45. *Syntag. iuris vniuerſi, cap.* 10. *num.*12. eoque relato *Epiſcop. Campanill. d. rubric.*11. *capite* 13. *num.*158. *&* 162. *in fin.* apud quem, quis
203 eorum ab inteſtato † ſit ſucceſſor videre licet: cum neque parentes, neque hi, qui eos alendos ſuſceperunt, ſuccedant, ex ſententia *Hoſtienſ. & Zabarel. in d. cap. vnic. de infantib. expoſit.* per tex. in *l. Nutritoribus cõm. C. de ſucceſſ.* qua etiã dere vide *Peregrin. de iure Fiſci, lib.*4. *tit.*3. *rub. de bonis vacant. num.*16. *Gregor. Lop. in d. l.*4. *ver. Echandolos, Larã in l. Si quis à liberis,*

*liberis, §. Si quis ex his, nu. 10. D. de liber. agnoſc. Farin. fragmen. crimin. p. 1. lit. F. num. 134.*

204 Dictaq; de infante, & de languido † quoque expoſito cuiuſcumque ætatis ſit, procedere, aduerſuſq; languidos exponẽtes eaſdem, quæ contra infantium expoſitores pœnas locum habere; dicunt *gloſſ. 1. in fin. in d. cap. fin. 87. diſt. Abb. in d. cap. vnic. num. 2.* & alii ibi, *Sylueſt. verb. De expoſitis, num. 2. Montal. in d. l. 1. tit. 23. lib. 4. Fori leg. gloſ. 1.*

A quibus tamen parentum dominorumvè ignorãtia † eos excuſat, vt eademmet parẽtibus, vel dominis filios ſeruosvè exponentes; exponivè patientes pœnas imponentia ſuprà relata iura, Authoresq; relati oſtendunt. Per patrisq; vel domini 206 iuramentum † ignorantiam probari, diſponit nominatim *d. l. 1. tit. 23. lib. 4. Fori leg.* notatq; *ibid. Montal gloſſ. 1.* & faciunt dicta *à Nobis, 1. parte, quæſtione 14. numero 27.*

Valentior autem eſt & in hoc caſu 207 paupertatis, inopiæq; excuſatio, † quæ etiã ſcientes, filios vè, aut ſeruos exponentes parẽtes, vel dominos excuſat, ſi in aliquo Xenodochio non omninò eos deſerẽdo, quoq; potuerint adiuuent modo, filios exponãt, vel ſeruos, ex eleganti deciſione *text. in l. vnic. §. Sed ſcimus, C. de Latin. libert. tollent.* docuit *glo. in d. c. vnic. verb. Liberatus, de infantib. expoſit. & ibid. Hoſtenſ. in ſum. nu. 4.* & communiter Scribẽtes, & *in d. l. 2. C. cod. Montal. in dict. l. 1. tit. 23. lib. 4. Fori leg. gloſ. 1. Gregor. Lop. in d. l. 4. tit. 20. par. 4. gloſ. 1. Ioan. Vela in d. c. 9. propè fin. verſ. Has autem pœnas, Otero d. part. 3. diuerſar. quæſt. iur. qu. 11. num. 6.*

Quòd ſi Xenodochium, in quo expo- 208 ſitio fiat, † præſto nõ ſit, excuſari patrem, qui filium egeſtate cogente expoſuit, fa- 209 tetur *gloſ. 1. in d. c. fin. 87. diſt.* Dominũ † tamen excuſari negat: quia potius ſeruum vendere debuit, aut donare, ex *d. §. Sed ſcimus, d. leg. vnic. C. de Latin. libert. tollend.* Cuius quoad filium ſententiam ad pœnæ 210 in foro exteriori † excuſationem probat *Sylueſt. verb. De expoſitis*: ad interioris 211 tamẽ, † nõ vtiq; quia potiùs pro ſe, filioq; alendo mendicare debuiſſet: niſi forte expoſitio eo modo fieret, quòd nullum inde periculum immineret, vt in pluribus Hiſpaniæ locis, inquorum multis non Xenodochium aliquod, in quo expoſiti ſuſcipiantur, alanturque infantes, ſed reperiuntur plura.

212 Ob mortis autem timorem † licere parenti filium exponere; *Exòdi cap. 2.* authoritate firmauit *Menoch. d. caſu 396. num. 8.* Pariq; modo ſi ob infamiam † vitandam filios parentes exponant, excuſari, obſeruant *Greg. Lop. Vela, & Otero* locis iam relatis, & ſic per Mediolanenſem Senatum iudicatũ teſtatur *Iul. Clar. lib. 5 ſentent. §. fin. quæſt. 83. verſ. Partum*, cuius comprobat, laudatq; deciſionem *Menoch. d. loco, num. 5. 6. & 7.* Cum non impietas tunc parentes mouerit, ſed qui non modò filiis, ſed vitæ propriæ anteferatur honor, *l. Iſti quidem, 8. §. pen. D. de eo quod met. cauſ. l. Iuſta cauſa, 9. D. de manumiſ. vindict. Gerard. de Petr. Sanct. ſingul. 33.* multa iura, & authoritates referens *Petr. Royz. Maure. deciſ. Lituan. 5. num. 453.* diximusq; *1. p. q. 4. num. 177.*

Quare eadem ratio parentes, qui pro 214 infante alendo mendicare † cogerentur, quibus id indecorum, proque ſua conditione verecundum, contumelioſumque foret (quoad forum ſaltem exterius) excuſabit.

## VTRVM REO PAVperi, vel miſerabili perſonæ etiam non petenti actorum, proceſſus, & indiciorum ſit danda copia?

### *SVMMARIVM.*

1 Cuilibet regulariter inſtrumentorum, actorumvè copia cum termino opponendi danda eſt; aliter acta, vel inſtrumenta non nocent, & num. 2.

3 In criminali etiam non petenti dare debet Iudex proceſſus, & indiciorum copiam.

4 Defenſionibus ſuis in criminali nõ poteſt quis expreſſè renunciare.

5 Etiamſi talis renunciatio fuerit iuramento vallata.

6 Nec defenſionibus delictum minuentibus renunciare reus poteſt.

7 Nec tacitè defensionibus renunciare reo licet.

8 Si reus se defendere nolit, ex officio tenetur Iudex veritatem, defensiones, & innocentiam eius inuestigare.

9 Et de Aduocato, & Procuratore ei prouidere.

10 Copia processus, & indiciorum ante torturam reo etiam non petenti danda est. Contrà num. seq.

12 Iudex qui ad torturam non data copia processus, & indiciorum processit, ea non petita, excusatur in syndicatu.

13 Concordantur hæ dissentientium Doctorum opiniones, & num. seqq.

14 Pauperibus, ac miserabilibus personis etiam non petentibus tenetur omnino Iudex actorum, processus, & indiciorum copiam præstare. Amplia nu. 15.

16 Iudicis arbitrio relinquitur quis hac in specie pauper dicatur.

17 Copia hæc gratis pauperibus danda est, tam ex iure communi, quàm bullarum Pauli III. & Pii IIII.

18 Hodie ex Pauli V. reformatione etiã non petentibus copia processus danda est.

## QVÆST. LXVI.

1 CVilibet regulariter instrumẽtorum, actorumvè copia † cũ termino opponendi danda est, *text. in l. Iudices*, 17. C. *de fide instrument. Bart. super constitut. Ad reprimendum, verb. De plano, nu. 3. in fin. Hippol. de Marsil. singul.* 81. plures referens *Ioseph. Mascard. de probat. tom. 2. conclus. 923. numer. 3.*

Aliter acta, vel instrumenta non nó-
2 cent, † *cap. Chartæ. 3. quæst. 9. Bald. in l. Si quando, num. 30. C. de testib. Andre. Alciat. in rubric. C. de edend. numer. 10. Ripa in l. Quod te mihi, num. 20. D. si cert. petat. Ludouic. Roman consil. 156. num. 3. & consil. 519. per tot. & ibidem Horat. Mandos. in eius addit. litera A. Rota in nouis decis. 1. de fide instrumentor. numer. 3. Ioann. Gracian. regul. 69. in princip. & num. 6. Gregor. Lopez in l. 23. titulo 16. part. 3. glossa 2. versic. Et regulariter, Didac. Couarr. variar. lib. 1. capite 1. numero 5. versic. Ex quibus idem erit, Paulus Æmil. Verall. decis. 99. num. 1. libro 2. & decisione 117. num. 5. 6. & 7. lib. 3. Borgnin. Caualc. decis. 21. nu. 79. lib. 1. Nicola. Intrigliol. decis. 14. num. 15. & decis. 44. nu. 11. Mari. Giurb. decis. 26. num. 4. & decis. 36. num. 2. Octauian. Osasc. decis. Pedemont. 1. numer. 47. Camill. Borrell. in summa decis. 1. part. tit. 44. de citatione, numero 164. & 270. Andr. Gail. practic. obseruat. libro 1. obseruat. 107. numero 14. Rota Roman. Diuersor. decis. 445. per tot.* præcipuè *numero 3. Cardin. Dominic. Tusch. litera P. conclus. 871. numero 14. & 29. Stephan. Gratian. disceptat. forens. lib. 1. capite 156. numero 25. Oliuer. Beltram. in annotat. ad Gregorium XV. decis. 209. numero 8. Cæsar de Graff. decis. 3. de restitut. spoliat. num. 7. Rota Genuens. decis. 106. num. 1.*

Quod multo fortiùs in criminali procedit causa, in qua etsi pars indiciorum, & processus copiam non petat, à Iudice
3 dandam † fore, suadet, & probat ratio *legis Liber homo, 13. D. ad leg. Aquil.* quòd nemo suorum membrorum dominus sit, ac ideò nec defensionibus suis re-
